

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



Digitized by Google

Digitized by Google

<36613980850011

<36613980850011

Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google

2° [illegible]

Digitized by Google

<36613980850011

<36613980850011

Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google

V 9515

Digitized by Google

HIEROGLYPHICA,
siue
ANTIQVA SCHEMATA GEMMARVM ANVLARIVM.
QVÆSITA

Moralia, Politica, Historica, Medica,
Philosophica, & Sublimiora,

Omnigenam eruditionem, & altiorem Sapientiam attingentia,
diligenter explicata

RESPONSIS

FORTVNII LICETI
GENVENSIS EX L. COM.

In Lycco Patauino Medici Theorici Supremi.



PATAVII, Typis Sebastiani Sardi. M DC LIII.

ANNVENTIBVS SVPERIORIBVS.

Digitized by Google

Digitized by Google

CHRISTINÆ AVGVSTAE SVECIÆ, GOTHIÆ, VANDALIÆ, &c. REGINAE,

Literarum Altrici.



Ieroglyphica priſca Gemmarum Anularium (AVGVSTA, Reginarum vere Phœnix) apprime decere Virginem, Reginam, alumnam omnium Muſarum, neminem latet in orbe literario. Namque ſi Gemmæ ſunt in arctum coacta rerum naturæ maieſtas, vero Plinii documento: ſique pluribus aliis viris, eiuſdem teſtimonio, ad ſummam abſolutamque rerum naturæ contemplationem ſatis eſſe videtur vel vna ſolummodo Gem-

do Gemma : quid asserendum erit de Hieroglyphicis complurium Gemmarum, quibus antiqui passim animorum suorum intima sensa cælare voluerunt eruditis, celare rudiores ? Profecto materies ista vasta & diffusa, ad hæc obscurissima quum sit, ut ait ille Smithius doctissimus ; laboris immensi, penitioris eruditionis, & omnigenæ doctrinæ grande subit onus, qui tantæ molis opus aggreditur, Hanc ego Spartam, à nemine tentatam, adornare quum adortus fuerim non ita pridem impulsu clarissimorum hominum ? Deo bene fauente, justum ad volumen eam mihi iam perduxisse videor . Explicare quidem illa tantummodo Gemmarum Hieroglyphica vetusta conati fuimus, quæ nobis enucleanda proposita fuerunt ab amicis eruditioribus . Nam omnia, quæcunque reperiuntur, elucidare velle, plenum esset audaciæ, ne dicam amentiæ consilium ; cui perficiendo neque plurimorum omnigena doctrina pollentium sufficerent ætates ; quum innumera valeant occurrere Hieroglyphica priscorum Anulis Gemmisque variis insculpta . Non ergo tuam, AVGVSTA, Maiestatem decet hoc argumentum ; enimuero Gemmæ, quibus omnibus origo ducitur e purissimis elementorum nostratium portionibus, Virginem decent ratione puritatis . Et quum Isidori notatu, *Gemmæ multum auro decorem tribuant varietate colorum* ; maxime Reginam decere videntur, quam sacra pagina describit *in vestitu deauraio circumdatam varietate* Gemmarum . Hieroglyphica vero, quæ sunt abditiorum cogitationum animi notæ singulares, decere Principem eruditione præstantem, quis ambigat ? Suscipe iam ergo benigno vultu, Musarum omnium magnanima Tutela, munus alterum hoc meum literarium, æqui bonique faciens in ipso voluntatis meæ summum erga Maiestatem Tuam propensissimæ cultum. Et quæ rediuiua Minerua literis ex æquo polles & armis, prudentiaque singulari plurium Regnorum amplissimorum gentes bellicosas optime moderaris, Heroina, perge fouere literatorum cœtum. Nam isto munere Nomini Tuo non minorem

rem gloriam, certe diuturniorem in æternis autorum melioris notæ monumentis comparaueris. Etenim, vt ait ille, *Ingenii egregia facinora, sicuti anima, immortalia sunt*. Scriptorum enim publicis testimoniis in æternum laudant iure viri bellicosi, vel insignes ipsi militari paludamento, Te nouam Bellonam martiali peritia, fortitudineque mire præstantem, quibus magna cum Tui Nominis gloria priscas omnes, Penthesileas Amazones, Camillas Italicas, & Semiramides Assyrias inuictissima superas. Celebrant homines etiam Senatoria toga præclari singularem Tuam prudentiam; qua tot bellipotentes nationes, Suecam, Gotham, Vandalicam, & alias imperio Tuo subiectas legibus æquissimis, iam supra Legiferæ Cereris & Isidis auream normam Aquilonia Themis in arduis tot amplissimorum regnorum negotiis perdia mirifice gubernas. Extollunt etiam omnes, quaw indies experiuntur vel humilioris conditionis homines, Tuam cum Regali Maiestate decenter consociatam, Diuinę persimilem Clementiam, & indolis admirandę bonitatem, qua neminem despicis, incredibili comitate cunctos affabilis & grauis admittens, audiens. & exaudiens petentes iusta. Encomiis prędicant eruditi mortales animi Tui excentas alias dotes Heroicas, quibus omnium mentes allicis in Tui summam admirationem, cunctorum voluntates attrahis in Tui maximam venerationem, & ora singulorum aperis in Tui laudes, etiamsi valde meritis impares. Alii Tuorum e Progenitorum egregiis facinoribus Tibi laudationum corollas imponere satagant. Mihi lubet in præsentia Tuum Ingenium, & Iudicium stupendum, Tuamq; prorsus admirabilem eruditionem omnigenam suspicere in ista ætate Tua, quinq; lustrorum metam vix excedente nullos habentem Principes (nostrates non excipio Picos) vel in omni vetustate, infra Salomoaem comparabiles; altamque sapientiam, Platonicę Diotimę doctrinis minime concedentem; Tuamque præclaram, & indeficientem Literarum, Literatorumque prorsus omnium tutelam venerari; quam vel inter atrocissimi diuturnique belli tumultus ingentes nunquam

depo-

depoſuiſti, nunquam remiſiſti ; ſed (mirum dictu) pernox in lucubrationibus , cibi ſomnique parciſſima , Pythagoricam fere vitam agens , à Porphyrio contemplatiuis aſsignatam, omni cura vigilique ſtudio , non ſecus ac tempore pacis, liberalium altricis artium , aſsidue cuſtodis, tueris , promoues , & amplificas, Holmiç vera Carmenta regnans : ut ex æquo Tua fortiſſima Bellona vibret haſtam victricem in hoſtes, & eadem eruditiſsima Minerua librum omnium diſciplinarum ſibi non minus quam aliis Muſis omnibus aperiat.

Viue diu ſoſpes eruditorum Te mire meritoque colentium orbi ; nihilque contra Te valeat unquam in poſterum antiquus Palladis hoſtis, infidus ille, ſæuuſque Neptunus.

Dabam Patauii e meo Scalumnç Muſeo M DC LIII.

S. M. R.

Deditiſsimus
FORTVNIVS LICETVS.

Digitized by Google

LICETVS
LEONIS ALLATII
Carmine
EXPRESSVS.

CL. VIRO D. FRANCISCO CITESIO
REGIS CHRISTIANISS. ET EM. CARD. DVCIS DE RICHELIEV

Medico, atque Facultatis Pictauiensis Decano Consultissimo.

GABRIEL NAVDAEVS S. P. D.

PHilosophorum, qui nunc sunt, facilè Principem Fortunium Licetum, cultissimi Poetæ Leonis Allatii versibus expressum, cui potiùs offerre quàm tibi possem, Franciſce Citesi, qui duobus illis in arte sua incomparabilibus Viris tertius accedis, non minoris etiam doctrinæ & experientiæ fama commendatus? Nimirum Italia tota, cuius hac in re iudicium nihil penitus à Gallorum sententia discrepat, ut industriam tuam in medendo tunc primum admirata est, cùm Eminentiss. Cardinalem, & Ducem Richelæum Principem illum verè θαυμαϛουργὸν ea feliciter duos et triginta annos usum fuisse intellexit: ita maiorem in modum eruditionem suspexit, postquam in Opusculis tuis, quæ simul edita Lutetiæ fuerunt, nihil tritum & plebeium animaduertit; nihil, quod non esset summo ingenio, & castigatissimo sermone expolitum deprehendit. Verùm præter hanc causam, illa etiam valdè mihi opportuna visa est, ut Liceti famam patrocinio tuo commendarem, quod tu vicissim ab eius præsidio non minimum laudis accepisti, cùm scilicet hic in eximio opere, quod anno istius seculi duodecimo de iis quæ diu absque alimento viuunt publici iuris fecit, cuncta quæ paulo ante in aureo tuo libello de abstinentia puellæ Confolentaneæ apud Lemouices scripseras, tanquam ab homine doctissimo profecta non modo laudanda, sed quod in rem maximè forent, diligenter excutienda suscepit. Vnde cum maximus ille Vir, auctoritate, qua plurimùm semper apud omnes valuit, nomen tuum efferre in lucem, & Italis præsertim commendatissimum facere pro virili conatus sit, existimaui propterea nihil fore rationi consentaneum magis, quàm si eius adumbrata Virtutum imago fidei tuæ committeretur, ut quod Italis omnibus exploratum est, tuo etiam iudicio confirmatum Gallis innotescat; nempe Fortunium Licetum, eo dignitatis euectum esse suo merito, ut eruditissimus Vir omnium confessione Leo Allatius ab Vrbano Octauo Pontifice Optimo, Maximo, & Infante Delphino, Principibusque Barberinis, nihil eo maius aut præstantius habuerit, quod elegantissimis suis versibus celebraret. Vale, Vir amplissime, meque tibi addictissimum affectu, quo soles, prosequere. Romæ Pridie Kalend. Maii MDCXLI.

Digitized by Google

ΛΕΟΝΤΟΣ ΤΟΥ ΑΛΛΑΤΙΟΥ

Εἰς

ΦΟΡΤΟΥΝΙΟΝ ΤΟΝ ΛΙΚΗΤΟΝ.

Τίς ἠέρος τέμνησι Δαίδαλος ῥόθῳ
Κύτος νεωργῶ, κῆρον ἰθυίας πτερόν;
Τίς ὅστε Λυγκεὺς ὀξέως ἀναχμάσας
Ἐκεῖθεν ἔνθεν ἐγκυκλῶν, τά τε πρόσω,
Τά τ' ὄντα μικρὰν ἐν διακρίνων ὁρᾷ;
Τίς Γλαῦκος ἄλλος, ἢ Ἀσκληπιὸς νέος
Φερεσβίοις τέχναισιν ἰᾶν νόσους,
Ζωλῶ τ' ἐπαρκεῖ, τλῶ μόρος πεσσήλετο;
Τὸ πρὶν δ' ἅπερ κλύοντες ἐθαμβήμεθα,
Γλωίσαισι νῦν ὁρῶντες, ἐνθόροις λόγοις
Ῥηχθέντα, πάντες ἐκὰς ἄπο ξάλλομαι τάφου.
Καὶ γὰρ μάτην ἔνισπον οἰωνὸς Διός,
Πτόρθους τ' ἄλλων ἐκλεκτὲρας Θεῶν,
Θνητοῖς νόμες γράφοντας αὖθις ἀρχίης
Θεοῖς ξυνεῖναι, κἀπιμεμφθῆναι θροεῖς,
Κείνων τε βυλαῖς πᾶσ' ἐπευθῆναι γραφῆ.
Τίς δ' ἦλθ' ἀπ' Οὐλύμποιο; τίς Θεῶν ξένως
Εἰσβὰς ΛΙΚΗΤΟΥ πυλυίδριας δόμες,
Αὐτοῖσι παμφαίνουσαι ἐξῆψε φλόγα,
Βυλὰς κλυτὰς τ' ἔσωθε, καὶ Μουσῶν χέρα,
Τάπερ σεσωσμένᾳ, κ' ἐγχαράττῃ πυκτίσις
Παίτεσ' ἀγασὸς, πάντες ἐφημίσμυος
ΛΙΚΗΤΟΣ ἐμὸς; εἰ δ' ἄπιστες μοι, πόνων
Σοφῶν ἐλεγκτὰ, Μῶμε, βίβλες σεσάχε,
Τὰς κεῖνος ἐξέδωκεν ἀφθόνως βροτοῖς.
Κεῖνος δ' ἄρ' ἀρθεὶς ὑψόσ' ὡς ἔδρα πόλε
Ἑκὰς ἐπαθρῶν, καὶ μεσῶν ἀκτόροις
Τορῶς ὑφαίνῃ, Ἠλίε, Φοίβης φύσιν,
Ἄλων, Κομητῶν, Χμάτων, Ὀμβρων, Δρόσε,
Νεφῶν, Χαλάζης, Ἀστραπῆς, Κεραυνίε
Ἑέλυσθε, Πυρσῶν, Οὐρανῦ πτύχας, Δρόμον,
Πλανῆτας, Ἄστρα, δυσμυῆτε καὶ φίλα,
Αἴθρας κλόνησιν, καὶ Πνοὰς δυσχμέρεις.
Ἔστητ' ἐπ' αἶαν ἀσφαλὰς ἑῆσας πόδας,
Βυθὸς Θαλάσσης ἠρτέρες ὀξεῖ βλέπῃ
Βία πεσσαλθὼν, κῆφα, καὶ ῥώμη φρενῶν,
Κρυφθέντ' ἄπος ἄς, ἔσω τυμφανὲς φερῆς.
Ὅθ' ἔνεκ' οὐδὲν ὄζει κρυπτὸν, ἀλλ' ἔνι
Πάντεσσ' ἀκέφν, κἀπιέρπεσθαι λόγοις.
Ποῖον δὲ γαίης Τέλσον, ἢ ποῖον λάχος;
Εἰ καὶ μακραίγ' ἄπωθεν, ἢ παρισαίης,
Ὅσοις θ' ὑβάλλῃς ἐκτυλιχθὲν πεφρόνως;
Πέζας βεβηκας ἄκρα, ἔνθεν ἐξάλῃς,
Τὰ γαστρὶ κοὐθῇ, πάντ' ὀνήσιμα βροτοῖς,

LEONIS ALLATII

In

FORTVNIVM LICETVM.

Interprete Guidone de Souuigny Blesensi.

Fremente leuium murmure alarum cauas
Quis findit auras Dædalus, cœlo tenus
Abreptus? Acres ecquis obtutus ciens
Hinc inde Lynceus, temporum lapsam priùs
Seriem, proculque subsecuturam videt?
Quis Glaucus alter, aut recens Asclepius,
Vitalis arte pharmaci morbos graues
Propulsat, & quam falce mors atra nocens
Messuerat, animam corpori reddit suo?
Quæ gesta quondam mente stupefacta audias,
Nunc, cùm tuemur facta sermonum graui
Ratione, facimus atque mirandi modum.
Nam perperam dixere generoso satos
Iouis, Deumque semine umbrosa specu,
Coïsse Diuum cœtibus, scripto darent
Cùm fortè leges, sicque responsa enthea
Spirasse Superum, quæque scripserunt, Dei
Scripsisse calamo. Nam quis è Cœlo pedem
Retulit, nouoque tecta sapientis modo
Subijt LICETI; *quo relucenti lares*
Illuminaret igne, consilia inclita
Spargendo, Pindi dona, quæ loquitur suis,
Intexuitque paginis, laude omnium,
Miraculoque dignus æternùm meus
LICETVS? *At si Mome non credis mihi,*
Despector Operum, quæ Viri condunt graues,
Quos ille Libros affatim in lucem dedit,
Age meditare. Solus in sedem Poli
Sublatus altè cernit, & cuncta inscijs
Metitur. unus mente perspicuam capit
Solis, Dianæ, Circulorumque indolem,
Hyemem, Cometas, Nubila, Imbres, Grandinem,
Rorem, Tonitrua, Fulgetram, Cæli plicas,
Cursum, Planetas, Sidera benigna, horrida,
Auraque notus, Turbinem, & Venti minas
Tempestuosi. Postmodum in terris pedem
Firmum reponens, & gurgitem inferni Maris
Acutus aciem lustrat. Hinc præceps gradu
Abstrusa separas, inque manifestum diem
Vi mentis effers; ut sit occultum nihil:
Sed audiendi copia, & summa datur
His perfruendi gaudio. Quæ non prope
Quamuis remota climata, vel tractus facis,
Oculisque prudens subiicis? Terræ specus
Penetras, & quæ celat abstruso sinu
Vtilia, mundo retegis. Haud vllum tibi

Ἀκτὶς-

Ἀκτομὰ τ' ἀδῶν λευθαίῃ, εἴτ' ἐν λίθοις,
Ἢ ῥίμαρ', ἢ χλόαισιν, ἢ τερασίοις
Ἔνδον πεσσίζῃ, καὶ πεσσήλῳ γνόφῳ.
Ἄλλοι μὲν ἀνθρῶσιν, ὡς ἐπαξίως
Μηξὸς μεταλλᾶς ὄργια παλκοίνυ μόνος,
Αὐτοῖσιν ἀπλῶν, ἄσσα νέρθ' ὑπὸ χθονὸς,
Ἠδ' ἄσσ' ἐπ' αὐτλῶ εἰσαεὶ πεσσογίνεϑ.
Ψυχλῶ 1 ἀγήρω, καὶ φθορᾶς ὑπερτέρου,
Οὐδ' ἅψεσι θνήσκουσι συμπαγεμμίλου.
Καθ' 2 ἓν δὲ, καὶ παίτεσσιν ἐκτεῶς ὅλῳ
Γυίοις ἐφεδρεύουσαν, ἀτμήτῳ τάσῃ
Ξυώκυλον, 3 ἠδ' ῥοὸς τὸ σῶμ' ὑπερρεπῆ.
Ὅπως 4 δὲ γεννᾶϑαι, κ' εἰχεῖϑ' ὑπὸ,
Τροφὸς 5 γεγῶσα, 6 σώματι χ' ὑποκλμένου
Οὐδὲν διδοῦσα. Σπέρματος ζωλῶ, θένος
Πρῶτον ἐναργὸν ἐς κατάσασιν γόνυ.
Κόσμε, 7 βροῖ τ' ἀνάλογον. 8 Ἠδ' ἐπήρατον
Τηλαυγέων λαμπῆρα. 9 Τοῖς δὲ ῥοὸς δύο
Μεῖζον, μικρόν τε Λείριον, ἔνϑ' ὑπεραῖεῖ
Φύσις. 10 Οὐδεμιῶ ἐς σῶμ' ὑπερρεπὴ νόμος
Ψυχὴ φύσεως. 11 φοίβης δ' ὑποσκότιον φάος,
Τηρέμνιον ἐν σκιλείψεσι, καὶ ξυναρμογαῖς.
Οὐκ 12 ἀργὸν ἐν τοῖσδ' ἀλλὰ δραστικὸν νόον,
Ἔξιγον, 13 Φάος, 14 Τέχνιωτε, καὶ Φυλῶ ἅμα,
Κέντρα 15 φορὰν, πέριξ τε, 16 καὶ Γαῖαν μόνον
Κέντρον φαρᾶς, 17 Κίνησιν αὖ μεμιξημμίλου
Ὀλίγιστον, ἰῶ ῥέζουσιν οἱ ξιφηφόροι
Πόλι Κομῆϑ δυσμιγεῖς ἐξαλλαγιῶ.
Εἰδὴϑ' 18 ἑκάστοις ἄσσατ' ὀπηδεῖ. 19 Τειρέων
Καινῶν γονὰς, πλαγάς τε, καὶ 20 ῥωτον Φύσιν
Κτῆσαν. 21 Ἐν δ' αὖ ἐκτελῆ κατάσασιν
Κόλπωσις τευχύσης κλώμυον νέον βρέφος.
Τροφῆς 22 τ' ἄτερθε ζωῆϑας ἐν χρόνῳ μακρῷ,
Ζώοντων 23 τ' ἐθιλημὸν ἐς φάος διέξοδον.
Ζωλῶ, 24 Τεράων τε 25 μιξοσιμόϑετον φυλῶ.
Ἢ 26 δήπτε εἰσὶ πασὶν Ἰηξῶν ποτὲ
Δόξαϑ' ἁρεσὰ, τοῖς τ' ἀπὸ Περιπάτε σοφοῖς.
Φελσινίης 27 λαΐγγος ἐμφυτον φάος.
Αὐσῆς 28 ὑπισολαῖσι τῶν ζητυμμίων.

Herbis, lapillis remedium, aut verbis latens,
Altisque tenebris obsitum ignotum putem,
Communis aiunt solus arcana extrahis
Quàm benè Parentis, ore dum pandis sacro,
Quæ terra cunque abscondit, aut semper sinu
Prægnante gignit. Non senescentem, neque
Corruptioni subditam, & sensu artubus
Iam destitutis non perituram suis;
Diuersa membris sit licet, totam omnibus
Animam secari nesciam, ut latè tamen
Extensa pateat. Quàm sit ad corpus suum
Propensa monstras. Deinde quo membris modo
Generata, corpus ipsa vitale induat.
Altrixque fiat, Nilque subiecto afferat
Penitus alumno, seminis vitam actuet
Vt vulua fœtum. Mundus ut & Homo simul
Conueniat. Altas luminis lati faces.
Par Liliorum Maius, & Minus, cui
Natura præses: anima nec prona expetit
Mortale physicè corpus. Vt Phœbi soror
Deliquia patiens, dumque germano coit,
Abstrusa niteat, & subobscura face.
Non otiosum Spiritum, at agentem tuis
Nouere chartis. Lumen. Artemque, & Physin.
Et circulares retegis ad centrum ambitus.
Solamque centrum circuli, & motus Humum.
Motumque redigis, quem Polo ensiferi secant
Alto Cometæ, qui fatiscentes vices
Sensim reuoluunt. quod Cometarum sequax
Sit attributum. Siderum exortus nouos,
Erroneosque. deinde quæ primùm mouens
Natura. ventre quem materno statum
Acquirat Infans. tum diu expertes cibo
Vixisse multos pandis, & Viuentia
In lumen orta sponte. permixtam indolem
Chimæricorum corporum. vel si uspiam
Sunt visa Medicis placita, vel ab alto Sophis
Deambulacro. Lapidi Felsinio insitum
Lumen. resoluis & Quæsita Epistolis.

Εἰδ'

1 *De immortalitate Animorum, Lib. 4.*
2 *De Animarum coextensione corpori, Lib. 2.*
3 *De rationalis Animæ varia propensione ad corpus, Lib. 2.*
4 *De ortu Animæ humanæ, Lib. 3.*
5 *De feriis altricis Animæ, Disputationes.*
6 *De Anima subiecto corpori nil tribuente, deque Seminis vita, & efficientia primaria in constitutione fœtus.*
7 *De Mundi, & Hominis Analogia, Lib. 1.*
8 *De lucidis in sublimi, Disputationes.*
9 *Lilium maius, siue de Natura assistente.*
10 *Lilium minus, siue de Anima ad corpus physicè non propensa.*
11 *De Lunæ subobscura luce prope coniunctiones, & in deliquiis obseruata, Lib. 3.*
12 *De Intellectu agente, Lib. 5.*
13 *De natura, & efficientia Luminis, Lib. 3.*
14 *De Natura, & Arte, Lib. 2.*
15 *De Centro, & Circumferentia, Lib. 2.*
16 *De Terra unico centro motus singularum Cæli particularium, Disputationes.*
17 *De regulari motu, ac minima parallaxi Cometarum cælestium, Disputationes.*
18 *De Cometarum attributis, Controuersiæ.*
19 *De nouis Astris, & Cometis, Lib. 6.*
20 *De Natura primò mouente, Lib. 2.*
21 *De perfecta constitutione Hominis in utero, Lib. 1.*
22 *De his, qui diu viuunt sine alimento, Lib. 4.*
23 *De spontaneo Viuentium ortu, Lib. 4.*
24 *De vita, Lib. 3.*
25 *De Monstrorum causis, natura, & differentiis, Lib. 2.*
26 *Peripatetica, Medicaque placita.*
27 *De lapide Bononiensi lucem in se conceptam ab ambiente claro, mox in tenebris mirè conseruante.*
28 *De Quæsitis per Epistolas à C. Viris Responsa.*

Digitized by Google

Εἰδ' αὖ μελιχρὸν ἦτορ, ἤπιόντ' ἔθος
Θερμουργὸς ἀνὴρ κέρτομον σείσας ἔλος,
Τρέψῃ πρὸς ὀργὴν, καὶ παλαμναῖον χόλον,
Εὐθὺς Νέμεσιν κάλεσε, καὶ δίκλῳ γραφῇ,
Δύσκλειαν ἄπλων εἰσαεὶ κακορρόθοις.
Ὤρυξεν 29 Ἄθω. 30 πρὸς δ' τ' Ἀκαίλῳ χθόνα,
Κίρκῳ τ' ἐς αὐτὴν ἦκε Λαρτίης γόνον.
Ἔωσε 31 Πέλλῃ ἔμπλεον λύκνῳ γλάσσης.
Καὶ 32 προμφόλυγ' ἐς Κάμηλον ἐλθέρως ὁμεῖ.
Καὶ ταῦτα μύθοι κένος ἐξεσκεμμένως,
Σιώπης τε δέλτοις ἐγχαράττῃ. εἰδέπω
Ῥίπας μερίμνας θυμὸν ἐνδώσει γάνει,
Πρὸς θ' ἱλαρὸν ξένιση, λῦσ' ἔχῃ φρένα,
Λύχνους 33 παλαιῶν μέχρι τῶν κεκρυμμένων.
Θεόν 34 τε πρὸς καὶ Φῶτας ἔυτονον σέβας
Ἀριστέλους, 35 Ἰδίων τε δέλτων ξυγγραφεὺς.
Αἴνους 36 ἀρίστων, 37 Κρίσπον 38 Ὡὸν Σιμμίου
Θεοκρίτου 39 Σύριγγα, 40 Ἰμέρου Πτερὰ,
Πέλεκυν 41 Ἔρωτος, 42 Δωσιάδου Θυτήριον,
Πορφυρίου 43 Πύθειον, ἠδὲ 44 Γηγενῶν,
Καὶ 45 Πυρραρχίαν, ἄλλα θ' ἁπλῶς μυρία,
Ὡς μὴ λέγωμι πάντα, συμπλέκων λόγους,
Αἰὲν πεσσόντα χερσὶν ἐν πυλυσόρων,
Οἷς πὴρ καθ' ὥραν ἦτορ ὁπλίζει σοφῶν,
Μήδεσι πάντας ἐμφρονεστέρους τελῶν.
Ἐγὼ δὲ πρὸς τοῖσδέσι θαυμαίνω φρόνιν,
Τὸν ΛΙΚΗΤΟΝ, καὶ μελίφθογγον λόγον.
Μάτην σεσαυδᾶς ὅστις ὢν κυρεῖς, φάτιν
Ψευδῆ πρὸς εἶναι, Ζῆνα, καὶ Μούσας ἑρατὰς
Φράζειν ἰωὴν ἔμπερ ἤθελον, μιᾷ
Πλάτωνος αὐδῇ θεῖον ἀρτύσαι λόγον.
Ἴσως δὲ μῦθος ἐχ ἑκὰς βάλλῃ σκοπὸν,
Πρίν πὲ ΛΙΚΗΤΟΝ ἐς φάος μολεῖν. ἐπεὶ
Δ' ἐπῆλθε μηδὲν τυκτίοις ἔρων σοφὰ
Φθόγγοισιν ἐμμελέσι, καὶ κεδνοῖς κρότοις,
ΛΙΚΗΤΟΣ αὐτόχρημα θέσπιος λόγος.
Τί μοι Πλάτωνος ἱερεῖς θνητῷ ὄπα,
Ἔνθ' ἔξὸν ἐνθέοισιν αὐδῆσαι θρόοις;

Mansuetа quòd si corda, suauemque indolem
Iniurioſum ſpiculum linguæ mouens,
Procax, feröxque vindicem calamum trahit;
Extemplò ſcripto Nemeſim ultricem vocas;
Opprobriumque Zoilo aternum calet.
Perfodit Athon. Aeao ad Circem ſolo
Genus Laertæ compulit. Mulctram impulit
Albo refertam lacte, liberior loquens
Bullam in Camelum: Quæ ſciens ille edidit
Conſideratè paginis. Aiſi abſtrahat
Lætitia mentem, derelinquatque obſitas
Labore curas, temporum abſtruſos Lychnos
Huc uſque veterum. quem Deambulantium
Princeps & erga Numen, atque Homines habet
Cultum, reuelat. ipſe propriarum venit
Memorator Operum. laudat Heroas viros.
Theocriti Syringa. Doſiadæ ſacras,
Optatiani Porphyri, & Nonarij
Aras. Vetuſtam Criſpin. Ouum Simmiæ,
Securim Epei. Pyronarchamque arduum.
Alas Amoris. operaque innumeris noua
Mandata chartis, ne recenſendis vacem
Sermone vario ſingulis, docta terunt
Quæ ſæpè dextræ, cum quibus ſapiens Virum
Cor ſemper armat, cogitatiſque optimis
Prudentiores reddit. Hæc præter mei
Miror LICETI *prouidam mentem, ſtupens*
Melliflua laudo verba. Mendacem aſſeris
Famam locutus, quiſquis es, Iouem, & Deos
Studio loquendi voce mortali, unico
Platonis ore verba diuina eloqui.
Hæc forte fama non ſtat à vero procul,
Lucem priusquam cerneret: at ubi meus
Venit LICETVS, *grauia proponens ſuis*
Concepta labris, ipſaque ſonoris modis
Nec non verendis reſonat, Aetherea utique
Germana linguæ imago, mortali expetis
Loqui Platonis voce, cum liceat Dei?

29 *Athos perfoſſus, ſiue, Rudens eruditus de Alimento.*
30 *Vlyſſes apud Circem, ſiue de quadruplici Transformatione.*
31 *Mulctra, ſiue de duplici Calore.*
32 *Scholium de Camello Bulla.*
33 *De Lucernis antiquorum reconditis, Lib. 4.*
34 *De Pictate Ariſtotelis erga Deum, et homines, Lib. 2.*
35 *De Hiſtoria propriorum Operum, Lib. 2.*
36 *Elogia Clarorum Virorum.*
37 *Allegoriæ Peripat. ad Aenigma, Ælia Lælia Criſpis, Lib. 2.*
38 *Imitationes figurati metri à Simmia Rhodio inuenti.*
39 *Encyclopædia ad Syringam Theocriti.*
40 *Encyclop. ad Alas diuini Amoris.*
41 *Encyclop. ad Epei Securim.*
42 *Encyclop. ad Aram Lemniam Doſiadæ.*
43 *Encyclop. ad Aram Pythiam Publii Optatiani Porphyrii.*
44 *Encyclop. ad Aram Nonarii Terrigenæ.*
45 *Pyronarcha, ſiue de fulminum natura, deq; Febrium origine, Lib. 2.*

Digitized by Google

INDEX TITVLORVM ET CAPITVM OPERIS.

Præfatio. pag. 1.
De priſcis Annularium Gemmarum Schematibus explicandis. Cap. I. 2
Liceti Reſponſio de Veterum Gemmarum explicatione adeunda. cap. II. 2

Trium Cupidinum, Voluptuoſum tyrannidem in geminos Amores probos paſſim exercere.

Schema primæ Gemmæ.

Amoris differentiæ tres explicatæ. cap. III. 3
Amoris origo mirabilis, a Platone poſita, declaratur. cap. IV. 5
Amor voluptuoſus vt erga bellicum, & literarium imperioſam tyrannidem exerceat. cap. V. 9
Animæ facultas concupiſcibilis vt in anima vincat iraſcibilem, & rationalem. cap. VI. 12
Amor cur a veteribus Diuinitate donatus. cap. VII. 13
Cur Amores ætate pueri fingantur a veteribus omnibus. cap. VIII. 16
Amores cur Alati fingantur. cap. IX. 20
Cur Amores Nudi fingantur. cap. X. 23
De Amoris tergemini pulchritudine. cap. xi. 24
Amor cur non cæcus in Schemate fictus. cap. XII. 28
Schematis Amorum trium explicatio Medica. cap. XIII. 32
Explicatio Schematis ab incerto propoſita conſideratur. cap. XIV. 36
Amoris Emblema noſtro perſimile, propoſitum ab Alciato, conſideratur. cap. XV. 37

Sapientiam apprehendi ab Animo Doctrinæ ſedula lectione, ac intenta Auſcultatione.

Schema II. Gemmæ. 38

Humanus animus erga ſapientiam cur ſe habeat vt Amor puſio, corpore puſillo. cap. xvi. 39
Amor ſapientiæ cur effictus in gemma puellus innocens, atq; moribus ſimplex. cap. xvij. 40.
Amor ſapientiæ cur in gemma fictus eſt effigie puſionis, ac infantis. cap. xviii. 40
Amor ſapiẽtiæ cur nudus effictus. cap. xix. 41.
Amor ſapientiæ cur alatus, & quænam ſint eius Alæ. cap. xx. 43
Amor ſapientiæ cur, præter alas, adhibeat etiam brachia manuſque gemmas, quibus funiculo duplici ſe tollat in altum. cap. xxi. 43
De magno conatu, ingentique labore, quo ſapientia comparatur. cap. xxii. 43
Quomodo ſapientiæ ſymbolum ſit arbor annoſa, gerens in cacumine volucrem, & caueam ſeiunctas. xxiii. 48
De arboris in Schemate pictæ comparatione ad arborem ſcientiæ boni & mali, dudum a Deo in Paradiſo creatam. cap. xxiv. 57
De frondibus, & floribus humanæ ſapientiæ. cap. xxv. 62
De fructu arboris ſcientiæ boni & mali, primæuæ in Paradiſo. xxvi. 65
De fructu arboris ſapientiæ, noſtro in Schemate delineatæ. cap. xxvii. 73

Inter viros alta ſapientia præſtantes, eſſe qui non voce docere ſint apti, ſed tantummodo ſcriptis.

Schema III. Gemmæ.

Sapientium, ſciendi cupidos edocere valentium, tres eſſe claſſes. cap. xxviii. 77
Corui cum viro ſapientiæ ſcriptore detegitur analogia. xxix. 78
De volumine Muſices, in vnguibus Corui myſtici canentis, repræſentato. cap. xxx. 83

Inter viros doctos inueniri, qui non ſcriptis, at voce tantumodo docere valeant.

Schema IV. Gemmæ.

Explicatio viri eruditi de Amore nocturnas cantilenas ad amicam perſonante perpenditur. cap. xxxi. 85
Propria proponitur explicatio de viro ſapiente, ſermone vocali diſcendi cupidos erudiente: primumque de biformis inferna parte gallum referente. cap. xxxii. 86
Suprema monſtri pars humana declaratur. cap. xxxiii. 88
De Barbito, ſeu lyra digitis humanis pulſata cap. xxxiv. 89
De tergemina ſignificatione ſtellæ præluentis in Schemate poni caput viri pſallentis. cap. xxxv. 90

✠✠ Pro-

Digitized by Google

Index Titulorum,

Proposito Schemati comparatur aliud Fabij cunctatoris. cap. xxxvj. 94

Amorem Heroicum militia magis in conseruatione Ducis, & Exercitus oportune celeris, & cunctantis, quam in hostium exterminatione consistere.
Schema V. Gemmæ.

Opinio, dicens hoc esse hieroglyphicum Amoris concupiscibilis per vitam negocioſam exarmati, penditur. cap. xxxvii. 95
Proptia sententia proponitur, quæ est, ob oculos poni Schemate nostro proprietates Amoris Irascibilis, siue militaris: primumque de corpore militis generatim. cap. xxxviij. 97
De Amoris bellici vultu sæuo, seuero, ac tantum non toruo, minacique. cap. xxxix. 99
De Amoris bellici celeritate, per Alas indicata. cap. xl. 102
De Cunctatione bellica per Amorem stantem indicata. cap. xli. 105
De propria significatione Galeæ in capite Amoris bellici. cap. xlii. 107
De Amoris bellici clypeo hieroglyphicum. cap. xliii. 109
De Armis offendentibus, Heroico Amori bellico datis in Schemate. cap. xliv. 111
Cur Amor iste bellicus Pedes, non Eques effictus in Schemate nostræ Gemmulæ. cap. xlv. 111

Amicus vsque ad Aram Amico illicita postulantis: & Amicum verum in aduersitate dignosces.
Schema VI. Gemmæ.

De Amore ciuili, qui vocatur Amicitia, vt a tribus antea declaratis, Concupiscibili, Rationali, & Irascibili contradistinguitur. cap. xlvi. 114
Opinio ponens hoc esse symbolum Amoris voluptuosi, expenditur. cap. xlvij. 115
Propria declaratio prima de Amico vsque ad Aras.. cap. xlviii. 118
Secunda Schematis explicatio, de Amico vero, qui dignoscitur in aduersa fortuna. cap. xlix. 121

Amici defuncti memoria semper in corde conseruanda; & Amantem non redamatum, indignabundum extinguere suam affectionem.
Schema VII. Gemmæ.

Aliena Viri cl. explicatio, de Amore monstrante cunctas humanas res esse vanas, proponitur, & explicatur primo sensu. cap. L. 123
Sententiam Viri cl. hoc sensu sumptam, nõ conuenire Schematis imaginibus, ostenditur. cap. li. 129
Secundus eruditi viri sensus explicatur, & expenditur. cap. lij. 129
Propria Schematis explicatio prior est, de Amico vero mœstam Amati & defuncti memoriam conseruante. cap. liij. 139
Secunda Schematis explicatio, de Amante non redamato, suum Amorem extinguente per indignationem. cap. liv. 131

Coniugalis Amor armis offendentibus expoliatur a pudica Matre-familias.
Schema VIII. Gemmæ.

Explicatio Schematis a cl. Viro proposita, de Cupidine indigne ferente sibi spicula negari a Venere, proponitur, & expenditur. cap. lv. 133
Proponitur expositio propria de Amore Coniugali, exarmato spiculis offensionis per pudicitiam Matris-familias. cap. lvi. 134

Pulchra mulier, per mare vitæ vagans ad arbitrium, vel impudica est, vel impudica facile fit: vel Tethydis, aut Veneris Amores: vel Ægyptus ludens super incrementa Nili.
Schema IX. Gemmæ.

Smithiana explicatio de Nereide per salum equo marino vecta, proponitur, & expenditur. cap. lvii. 139
Prima explicatio nostra moralis, de formosa muliere, quæ nimium extra domum vagans ad arbitrium, vel est, vel euadit impudica. cap. lviii. 140
Secunda explicatio fabulosa, vel Tethydis ad Peleum, vel Veneris ad Anchisen delatione. cap. lix. 141
Tertia explicatio physica de Ægypto lasciuiente super incrementa Nili. cap. lx. 141

Rapinæ puellas & alias res pulchras exponit formositas, & occasio.
Schema X. Gemmæ.

Sententia viri eruditi de puella vere a Tritone rapta proponitur, & ad historicam fidem redigitur. cap. lxi. 143
Propria explicatio Gemmæ proponitur, de Tritone pulchram Nympham marinam volentem atq; lubentem complectente, perq; maria ferente. cap. lxii. 146
Secunda explicatio, de Tritone raptã puellam nostratẽ sub vndas asportãte. cap. lxii. 146

Tertia

Digitized by Google

Tertia moralis est explicatio, de piratis, ac prædatoribus, aliisque maritima classe rapientibus res alienas. cap. lxiv.

HEROVM FILII NOXÆ.
Schema xi. Gemmæ.

Sententia Cl. viri, de primo quadrigarum inuentore proponitur, ac expenditur. cap. lxv. 153
Propria sententia proponitur, & confirmatur, de Ericthonio a Pallade, ceu filio spurio, & impuro proiecto. cap. lxvi. 158

Humana vita est mors vndique miseriis obsessa.
Schema xij. Gemmæ.

Aliena declaratio proponitur, & explicatur. cap. lxvii. 158
Propria sententia proponitur: primumque calvariæ symbolum medium explicatur de vita mortali. cap. lxviii. 159
De Papilione, significante breuitatem humanæ vitæ. cap. lxix. 163
De Papauere, simulachro somni, a quo prima sumit exordia, & in quo dimidium suæ durationis habet humana vita. cap lxx. 165
De Rota, signante humanarum actionum, in vigilia patratarum, perennem inconstantiam. cap. lxxi. 166
De Vrna sepulchrali, ad quam terminantur actiones omnes humanæ vitæ mortalis. cap. lxxii. 168

ASTVS DELVDITVR ASTV.
Schema xiij. Gemmæ.

De Canopo, Deo Aepytiorum, superante Deum Chaldæorum Ignem, victorem omnium aliorum Numinum Gentilitatis. cap. lxxiij. 170

Oratio Vocalis atque Mentalis vna conspirantes Deum flectunt, & efficaciter exorant.
Schema xiv. Gemmæ.

De viribus & proprietatibus orationis Vocalis, atque Mentalis, Deo flectendo porrigendæ. cap. lxxiv. 174
De tribus orandi modis antiquis: statario, adgeniculato, & sedentario. cap. lxxv. 175
De oratione Vocali, signata per mulierem lemniamictam, quæ dextera laciniam tenet, sinistra serpentem porrigit. cap. lxxvj. 177
De oratione Mentali sub hieroglyphico nudæ mulieris genuflexæ, sedentis, & vtcumque decore stantis, ambabus manibus Deo cor offerentis. Deque antiquo more tenendi Aras ab orantibus. cap. lxxvij. 179
De oratione Mentali veteres profanos egisse. cap. lxxviij. 180

Oraculorum Diuinorum proprium est, hominibus euentus futuros demonstrare tanquam præsentes.
Schema xv. Gemmæ.

Incogniti viri explicatio indicata ex senis autoribus proponitur, & expenditur. cap. lxxix. 185
Propria Schematis explicatio, declarans speciatim arborem in latus propendentem, & hominis cõsulentis oraculum tum pallij partem, & faciem in terga versam, tum ligneum scipionem. cap. lxxx. 189
De forma templi Delphici in Schemate. cap. lxxxj. 189
De Simulachro in templo Delphico. cap. lxxxij. 190
De rupe templo Delphico subiecta. cap. lxxxiij. 191
De consulentis Delphicum oraculum baculo. cap. lxxxiv. 191
Pallij motus in terga declaratur. c. lxxxv. 192
Faciei mira versio in tergus explicata. cap. lxxxvj. 193.

Mundi Systema, partesque vniuersum integrantes, explicantur.
Schema xvi. Gemmæ.

Explicatio nostra de Mundi Systemate, partibusque integrantibus, proponitur; primumque Zodiaci declaratur imago, pro toto Cælo. cap. lxxxvij. 196
Iouis figura vt sit aptum Terræ hieroglyphicũ. cap. lxxxviij. 197
Pallas nuda vt signet Ignis Elementum. lxxxix. 200
De Mercurij signo, Elementum Aeris repræsentante. cap. xc. 200
De Neptuno, repræsentante totum Elementum Aquæ. cap. xcj. 202

Beneficij, vel a brutis accepti, Deum esse gratum remuneratorem.
Schema xvij. Gemmæ.

Explicatio Viri Cl. recta proponitur, & latius corroboratur. cap. xcij. 205

Digitized by Google

Index Titulorum,

Poeta bonus, ad Lyram canere nescius: vel absolute, Frustra laborans.

Schema xviij. Gemmæ.

Explicatio viri docti de Cicada, citharæ chordam fractam supplente, affertur, & expenditur. cap. xciij. 207

Propria Schematis explicatio proponitur, de Hesiodo poeta bono carmina sua ad lyram canere nescio. cap. xciv. 209

Secunda Schematis explicatio depromitur ex adagio vetusto de viro frustra laborante. cap. xcv. 210

PRINCIPATVS ANIMALIVM,
&
Ducis exercituum proprietates:
&
Amoris genitalis imperiosa potestas,
&
Amoris tres differentiæ,
&
Elementa vitalia.

Schema xix. Gemmæ.

Explicatio viri Cl. de Principatu animalium. cap. xcvj. 211

Nostra explicatio de Ducis exercituum triplici proprietate. cap. xcvii. 212

Tertia declaratio nostra de Amoris genitabilis imperiosa potestate. cap. xcviii. 212

Amoris tres differentias, Irascibilis, Concupiscibilis, & Rationalis, explicari Schemate. cap. xcix. 213

Elementa viuentium feracia, & altricia, terna produntur in Schemate. cap. c. 216

Astrorum Lunarium motuum, & phasium obseruatoris hieroglyphicum.

Schema xx Gemmæ.

Explicatio fabulosa, seu poetica viri docti de Endymione a Diana adamato. cap. ci. 219

Propria Schematis explicatio proponitur de Astronomo Lunæ, siderumque phases obseruante. cap. cij. 220

Aurora nectens Æthera terris, prouehit oria diem.

Schema xxi. Gemmæ.

Aurora diei nuncia, celeriter orbem terrarum circuit. cap. ciij. 224

Pulchra fœcunditas, a terræ calore rapta, sex menses latet intra terræ viscera, totidemque supra terram in aere degit.

Schema xxij. Gemmæ.

De Cereris filia Proserpina, sex menses intra terram cum Plutone raptore manente, totidem supra terrã apud matrem degente, mythologia cõmunis explicata. cap. civ. 227

Propria explicatio de vegetabilium, seu stirpium natura generica, Proserpinæ Schemate, fabulisque repræsentata. cap. cv. 229

Sapientia, & fortitudine, sagacique prudentia regna bene gubernantur.

Schema xxiij Gemmæ.

De Mercurio Canicipite, Regnum Aegyptium optime gubernante. cap. cvj. 233

Sapientia, & Eloquentia litigantes, atque pugnantes animos apte facileq; componit.

Schema xxiv. Gemmæ.

De viribus Sapientiæ, ac Eloquentiæ in componendis apte facileque dissidijs tum animorum disceptantium, tum corporea violentia belligerantur. cap. cvii. 235

Sacrilegus Brennus ad Altare templi Delphici mortem sibimetipsi sponte consciscere debuit.
vel
Aiax furens, ob Achillis arma sibi negata, se transuerberat.

Schema xxv Gemmæ.

Anonymi sententia de Decio proponitur, & expenditur. cap. cviii. 241

De Catone Vticense, semetipsum cõfodiente, num Schema possit intelligi. cap. cix. 242

De Bruto, se pariter pugione confodiente, num possit imago Schematis interpretari. cap. cx. 244

Proponitur explicatio propria, de Brenno, Gallorum Duce sacrilego, qui semetipsum confecerit ad Aram Apollinis in templo Delphico. cap. cxi. 245

De Aiace semetipsum interficiente, gladio dudum ab Hectore sibi donato. cap. cxii. 247

Proditorem nunquam placere viro forti, etiam cui sit utilis proditio necati hostis.

Schema xxvi Gemmæ.

De affectu Cæsaris accipientis caput Pompeij Magni a proditore, qui virum interfecerat. cap. cxiii. 248

Ampli

Digitized by Google

Ampli Dominij splendor non offuscat sidera virtutum in bono Principe, Magnoque Ministro, quem taciturnitas atque celeritas maximopere decet.

Schema xxvij. Gemma.

De Quadriga in Anulo signatorio Plinij Secundi Iuniors, & Rana signatoria Mecænatis. cap. cxiv. 251

Virorum insignium imagines Anulis insculpi solitas, ad eorum memoriam, cultum, & imitationem.

Schema xxviij. Gemma.

Gemmis Anulorum insculpi consueuisse vultus insignium virorum, ad illorum memoriam, cultum, & imitationem. cap. cxv. 253

Libidinis atque Magiæ praua potestas ingens.

Schema xxix. Gemmæ.

De Hominis in Asinum transformatione per maleficã libidine abutentem. cap. cxvi. 255

Veterum saltatio ludicra super vtres plenos, & extrinsecus unctos explicata.

Schema xxx. Gemma.

De veterum ludicra saltatione super vtrem vino vel flatu plenum, & extrinsecus oleo lixiuioue perunctum. cap. cxvii. 258

Larua, siue persona Dramaticum Poetam ostendit.

Schema xxxi. Gemma.

Personam non attribui Poetæ Lyrico, vel Epico, sed esse proprium symbolum Dramatici. cap. cxviii. 260

Sue prisci sacrificabant vbiq; singulis fere Dijs ad omnia: sed præcipue Veneri ad puritatem coniugij, & fœcunditatem prolis in Nuptijs.

Schema xxxii. Gemma.

De Sacrificio Suis apud antiquos. c. cxix. 261

De Marsya geminatæ tibiæ inuentore fabulamento latius explicato. 267

Fraudulenti pari fraude capiuntur:
&
Gaudium & Mœror vicissim sibi succedunt.

Schema xxxiii. Gemma.

Lætari neminem oportere fraude; quum & ipse consimili capi valeat. cap. cxx. 275

Virum ingenio, probitate, fortitudineque pollentem emergere de sæuientis fortunæ difficultatibus incolumem.

Schema xxxiv. Gemma.

Virtute fortunam superari. cap. cxxi. 278

Martiales viri mulierum raptores primi, passimque diffamati.

Schema xxxv. Gemmæ.

Mulierum raptores primos, & passim fuisse viros bellicosos. cxxii. 281

Humani Sermonis, & humanæ vitæ natura gemina, fugax, & procax, mystice repræsentata cæleſti Sagittario.

Schema xxxvi. Gemma.

Centauri cuerentis, & sagittantis tergeminum mysterium explicatur, primumque de Sermonis humani differentia, & velocitate. cap. cxxiii. 284

Eodem Hieroglyphico denotari humanæ vitæ naturam fugacem, geminaque differentia virtutis, & vitij distinctam, maximeque libidinosam. cxxiv. 286

Generosas indoles educari debere ab Heroibus in actuosa pariter & in contemplatrice vita præcellentibus.

Schema xxxvii. Gemma.

Chiron Centaurus, vt virum actuosæ simul & contemplatiuæ vitæ peritum indicet aptum educare generosæ indolis adolescentes. cap. cxxv. 288

Furacis rapacitatis typus, & instrumenta vetusta.

Schema xxxviii. Gemma.

Furum ex rapto viuentium antiquitus conditiones explicatæ. cap. cxxvi. 292

Vitæ contemplatricis verum ac genuinum hieroglyphicum.

Schema xxxix. Gemma.

Anonymi sententia perpenditur de Psyche Pyralidis alas habente, an sit Animæ symbolum absolute. cap. cxxvii. 298

Propriæ sententiæ declaratio, de vitæ contemplatricis intimis attributis. cap. cxxviii. 299

Actuo-

Digitized by Google

Index Titulorum,

Actuosæ vitæ prima species Bigis in ludorum Circensium Schemate currentibus hieroglyphice interpretata. Schema xl. Gemma.

Bigarum cursus in stadio vt indicet Artificum vitam effectricem. cap. cxxxix. 302

Actuosæ vitæ secunda species, Moralis & Actiua nuncupata, Quadrigarum spectaculo mystice repræsentata. Schema xli. Gemma.

Quadrigarum cursu signari vitam Actiuam, præcipueque Militarem. cap. cxxx. 305

Hostium dona suspecta semper esse debere. namque Aduersus hostes in bello iusto, dolis æque ac viribus vtendum. Schema xlij. Gemma.

Poetarum & historicorum communis opinio de Equo Troiano proposita, & expensa: primumque Daretis Phrygij narratio. cap. cxxxi. 310

Dictys Cretensis Ephemeridum inuentio, & communis receptio. cap. cxxxii. 312

Tertia sententia Plinij, Pausaniæque de Troiano Equo proponitur, & allatis antea comparatur, ac de singulis tribus censura promulgatur. cap. cxxxiii. 320

Propria Schematis explicatio proponitur de Troiano Equo secundum sensa poetarum veterum. cap. cxxxiv. 321

Virorum Heroica virtute præstantium vultus apud antiquos memoriæ ac imitationis ergo passim effigiatos haberi. Schema xliij. Gemma. 325

Achillis imago qualis, & cur in Schemate. cap. cxxxv. 326

Persei simulacro cur signauerit Alexander, & cur vsi veteres in Numis. Schema xliv. Gemma.

De Anulis, quos ad signandum habebat Magnus Alexander. cap. cxxxvi. 327

Panos Hieroglyphica, de Sermone, deque Vniuerso declarata. Schema xlv. Gemma.

Platonica Panos explicatio, de conditionibus, & propria natura Sermonis humani proponitur. cap. cxxxvii. 328

Alia Panos explicatio de vniuerso proponitur. cap. cxxxviii. 329

De Schemate nostri Mercurij Pana fugientem cõprehendere satagientis. cap. cxxxix. 331

Responsio Liceti de fine ac forma sui symboli literarij. cap. cxl. 332

Iusta Zelotypæ mulieris indignatio, sanissima est: & Sophista perimit indoctus, a doctis interficitur in literario mundo. & Naturalis cupido sciendi quærit latentes rerum causas, quibus inuentis cessat, non inuentis ingenia macerat. Schema xlvi. Gemma.

Aliorum opiniones de Sphinge referuntur, & expenduntur. cap. cxli. 338

Veriores sententiæ de Sphinge proponuntur ex alijs. cap. cxlii. 340

Propria Schematis explicatio de Naturali cupiditate sciendi. cap. cxliii. 342

Auctarium. 400.

Arcana Numinis, & edicta Principum non intelligentem, ac non obseruantem manet interitus. Schema xlvij. Gemma.

Sphinx cur interimat non obseruantes edicta Principum, & non intelligentes oracula. cap. cxliv. 343

Potentiorum præda opulenti: Telluris occupatio a fortioribus: Agraria Legis occasio, & vis: Agriculturæ typus: Ægyptus: & Amicitia cogens ad iustam vltionem. Schema xlviij. Gemma.

Multiplex ænigmatis explicatio: & prima de potentioribus diripientibus aliorum opes. cap. cxlv. 345

Secunda Schematis explicatio nostra est, de robustioribus, terræ dominium, ac possessionem sibi occupantibus. cap. cxlvi. 346

Tertia explicatio politica nostra Schematis, de terræ distributione militibus victoribus, per Legem Agrariam, affertur. cap. cxlvii. 348

Quarta Schematis explicatio nostra est physica, de typo Agriculturæ. cap. cxlviii. 351

Quinta nostri Schematis explicatio, de regione Ægypti. cap. cxlix. 353

Postre-

Digitized by Google

Postrema Schematis explicatio est, de Amicitiæ, ad vindictam iniuriarum exercitum cogentis, hieroglyphico. cap. cl. 355

Viros sapientes publicis monumentis esse colendos

Schema XL. Numismatis.

Chiorum antiqua in Homerum obseruantia publica. cli. 357
Affertur genuina declaratio Numi Comitis Illustris, Ioannis de Lazara. cap. clii. 359
De sepulchrorum differentijs, & Homeri tumulo. cap. cliii. 364
Comparantur Numismati de Lazara duo alij Numi ab Augustino propositi. cap. cliv. 369

Comica lascina gaudet sermone Thalia:
vel
Poeta Comici, Lyriciue lasciuioris affus.

Schema L. Gemma.

Explicatio viri eruditi de Venere, Ioco, & Cupidine proponitur. cap. clv. 373
Expenduntur allati Schematis imagines, & sensa Viri cl. cap. clvi. 374
Propria Schematis explicatio de Musa Thalia proponitur, & comprobatur. cap. clvii. 376
Secunda nostra Schematis affertur explicatio de Poeta seu Comico, seu lyrico lasciua carmina pangente. cap. clviii. 377

Animo pacato sacrificandum, & supplicandum.

Schema LI. Gemma.

Cur antiqui sacerdotes offerrent aliquando sacrificia Numini sedentes. cap. clix. 379

Fructuum atque frugum vbertatem concordia gentium comparari.

Schema LII. Gemma.

Concordia, & fide data, seruataque mirificam apud homines promoueri bonorum omnium vbertatem. cap. clx. 384

Fortitudinis audax facinus, pro Patriæ salute patratum.

Schema LIII. Gemmæ.

Mutij Scæuolæ Romani grande facinus, & insignis erga Patriam Pietas atque fortitudo detegitur in Gemma. cap. clxi. 387

Crucifixi Prædicatores, Piscatores hominum:
Vniuersalis Iudicij typus:
Mirabile conuiuium in Deserto:
& Eucharistiæ Symbolum.

Schema LIV. Gemmæ.

De Smithiana gemma. cap. clxii. 390
Explicatio prima Smethiæ Gemmæ de Crucifixi prædicatoribus hominum piscatoribus. cap. clxiii. 391
Secunda explicatio Gemmæ, finale Iudicium mystice referentis. cap. clxiv. 392
Tertia explicatio Gemmæ, de saturata innumera turba in deserto quinque panibus & duobus piscibus mirifice. cap. clxv. 394
Quarta explicatio Gemmæ, de Sacrosancto Eucharistiæ Sacramento. cap. clxvi. 395

Cælestium obseruationi vacandum animo curis vacuo, quiescenteque corpore prorsus ad veritatis imaginem.

Schema LV. Gemma.

Astronomi obseruata, & Astrologi iudicia, vt ex arte fieri debeant. cap. clxvii. 398
Explicatio primæ Gemmæ Rhodianæ, referentis obseruatores cælestium luminum. cap. clxviii. 399

Cupido Mariæ, Terras, & Aerem fœcundans:
Felicis hominis, seu fortunati typus,
Nauigans cum ventis in Vtre conclusis.
Schema LVI. Gemma.

De Amore fœcundante tria infera elementa. cap. clxix. 402
Secunda explicatio Gemmæ, de homine fortunato mare humanæ vitæ nauigante vento secundo ad arbitrium, sine rationis gubernaculo. cap. clxx. 406

Miles atroci bello superstes in arumnosam incidit inopiam sæpissime.
Schema LVII. Gemma. 408

Belisarij, & Horatij poetæ paupertas, ex infelici bello Cæsaris Augusti nata, Belisarianæ calamitatis fere compar, exprimitur. cap. clxxi. 409
Digressio de Cicutæ medicamentis, & veneno. cap. clxxii. 411
Responsio Liceti de Cicutæ viribus: & primum, cur non habeat vim expurgandi corpora cicutæ planta: deque duplici genere Cicutarum. cap. clxxiii. 413

Sale-

Digitized by Google

Index Tit. & Cap. Operis.

Salebrosus Horatij locus explanatur. cap. clxciv. 414.

De Veneno veterum Cicuta temperato, quodnam fuerit. cap. clxxv. 419

De viribus Antimonij, eiusque vsu in Medicina. cap. clxxvi. 421

De Cicutæ facultate molliente, Quæsitum. cap. clxxvii. 423

Resp. Liceti, declarans vnde Cicuta vim habeat molliendi. cap. clxxviii. 423

Animum mariti nudum intueri studens vxor etiam proba, plerumque multum nocet sibi, & viro coniugi. Schema lviij Gemmæ.

Cupido auolans a Psyche sibi non morigera, siue Psyche Cupidinem auolantem ad se trahere satagens. cap. clxxix. 425

Amaritudo munus cœlitus datum humanæ naturæ ad procreandas multas bonas actiones. Schema lix. Gemmæ.

Doridis natura explicata. cap. clxxx. 428

Meditatio frequens & intensa quatuor nouissimorum retrahit homines a vitijs ad virtutes & veram pietatem. Schema lx. Gemmæ.

Quatuor Nouissimorum explicatio in Gemmæ hieroglyphicis: & primum, quod Anulus sit symbolum memoriæ rerum. cap. clxxxi. 431

De Mortis memoria, per Anulum Schematis indicata. cap. clxxxii. 433

De secundo nouissimo, quod est Iudicium Dei post obitum hominum, perperdentis eorum opera iustissimo Statere. cap. clxxxiii. 434

De tertio Nouissimo, nempe sontium pœnis post Iudicium luendis a vita defunctis per ignem & aram indicatis. cap. clxxxiv. 436

De quarto Nouissimo, scilicet iustorum gloria perenni post obitum, aut purgationem in cœlis possidenda, per Stellam, Lunam, & Cicadam hieroglyphice signata. cap. clxxxv. 436

Peroratio totius Operis, Caput vltimum. 440

FOR-

Digitized by Google

FORTVNII LICETI
AD SVA RESPONSA
DE GEMMARVM ANVLARIVM
SCHEMATIBVS ANTIQVIS
PRÆFATIO.

Gemmas Anulares ab antiquo symbolicis iconibus omnigenis insculptas haberi, nemo non nouit, qui vetustatis & eruditionis cultor agit in orbe Musarum. At vero qui primi mortalium lapillos emblematibus insculpserint, non ita constat apud literarum alumnos. Obseruatu quidem Camilli Leonardi [a] *Thebit, autor antiquissimus, in opusculo suo de Lapidibus ait, Israelitas ab Ægypto fugientes, in deserto moliminis huius autores extitisse. Verum eos mihi potius hanc artem ab Ægyptijs didicisse probatur, apud quos omnia hieroglyphica lapidibus incisa suos habuere natales. Lapidum autem imagines emblematicæ posterius ad Græcos, Romanosque maxime propagatæ; quadruplicique fine donatæ videntur a priscis; aliæ ad opera mirabilia perpetranda per artem Magicam, &, vt inquit M. Albertus* [b] *Necromanticam: aliæ vero ad Astrologicas & prædictiones, & actiones quasalutares, qua maleficas etiam, vt asserit vetustissimus ille Thebit, qui signaturas eiusmodi virtutem actuosam induere monet a cælestibus influentijs dominantibus eo tempore, quo sub asterismis proprijs figurantur: aliæ autem ad indicandos vtcunque mentium humanarum conceptus abditiores, veterumque ritus nobiliores, ignauo vulgo minime prostituendos, ast excellentioribus ingenijs ad meditandum proponendos: aliæ demum ad repræsentandos Heroum vultus, quos imitari, venerarique debeat omnis posteritas. Quare non immerito Schemata prisca Gemmarum Albertus agnoscit esse difficilioris explicationis. Equidem in hoc opere, non Magicas, nec Astrologicas Gemmarum icones, quas & Apollonius Tyanæus olim vsurpauit, & nos agentes de* Anulis Antiquorum [c] *non leuiter attigimus, at Morales tantum, & Historicas, Naturalesque de propositis Interpretationes habere lubet. Anulares nimirum Antiquorum Gemmæ, passim varijs, atque diuersis imaginibus rerum omnigenarum, etiam monstrosis insignitæ, qua priscus ritus, qua gestantium animi sensus, qua rerum naturalium abditiores preprietates, qua vultus etiam Heroum, alta sapientia, bellica fortitudine, prudentiaque regia mire pollentium, referentibus, Condus promus existunt omnium eruditionum. Ad quas quidem icones explicandas non exiguum laborem impendere mihi necesse fuit; maxime vero quum earum Gemmarum pleræque Schemata referant ænigmatica prorsus, & omnino monstrosis figuris artificio miro cælatæ sint. Insignium virorum & amicorum Quæsitis de hoc argumento mihi propositis, pro virili satisfacere debui, qui me vere non mihi solum, sed amicis etiam, & omnibus studiosis natum agnosco natura sociabilem. Cui quidem muneri feriatas horas a publicis prælectionibus assignauimus. Vtinam veritatis lumen, quod in hoc antro Platonico* [d] *tenebricoso semper inquirimus, nobis affulserit; ne bonas horas, diu laborantes incassum, male perdiderimus; verum & nobis, & Lectoribus nostris vtilia pariter & iucunda perscripserimus, ad salutem nostrum, & summi Dei gloriam. Spiritus Sancti gratia illuminet sensus & corda nostra.*

[a] lib. 2. de Lapid. c. 2.

[b] lib. de Mineral.

[c] cap. 18. 19.

[d] 7. de Rep.

De priſcis Anularium Gemmarum Schematibus explicandis. Cap. I.

Eruditiſſimo & cl. Viro FORTVNIO LICETO Scriptorum noſtri ſeculi principi

IACOB. PHILIPPVS TOMASINVS
Epiſcopus Æmonienſis Salutem.

GAudeo, cl. Vir, quod ſeneſcente ætate, maior ſemper vigor in tuo calamo efflorescat, & quod incredibile pleriſque videtur, noua ingenij portenta e tuo intellectu prodeant. Perlegi in ſolitudine Æmonienſi erudita, & omni ſcientiarum & diſciplinarum genere plena volumina V. & VI. Epiſtolarum, vbi Quæſitis ſubtiliſſimis a cl. Viris excogitatis plene, ac dilucide ſatisfaciſti. Id que ex voto factum fatentur omnes, tuis conatibus applaudente toto orbe, & acclamantibus Academijs, vere nunc Te nouum Delphicum Apollinem eſſe, Te Scriptorum Principem, Teque omnes Veterum & Neotericorum Anteſignanum iure merito ſalutant. Tam ſcientias omnes humanas & diuinas Commentarijs vberrimis illuſtracti. Si Martialis operibus a T. Liuio conſcriptis totam ſe ſuam bibliothecam impleuiſſe cecinit, quid dicemus de tot tantiſque voluminibus tuis vulgatis, quibus eruditorum ac Principum bibliothecæ exornantur? Gratias ago immortali Deo, & gaudeo me hac ætate vixiſſe, Teque ſummum virum nouiſſe, quem e ſuggeſtu iam ab hinc annos XXX. in hoc celeberrimo Lyceo legentem audiui: cuius cõſortio etiam quotidie perfruor. Scio cunctis eruditorum ordinibus Te iam ſatisfeciſſe de plurimorum abditorum explicatione. Reliquum eſt, vt poſt nouas de Antiquorum Lucernis elucubrationes, iam ſub prælo gementes, ad Gemmas Veterum, a Cl. Stephanonio non ita pridem collectas & inuulgatas, cum aliquot aliquando breuiculis Anonymi notis, illuſtrandas libenter accedas; quo Poetarum & Numiſmatum cultoribus, curioſiſque omnibus, meoque deſiderio potiſſimum, ſi lubet, tuam luculentiſſimam operam præbeas. Sic tamen velim Te in perennibus ſtudijs contineas, vt etiam rationem valetudinis habeas, meque, vt ſoles, conſtanter ames. Patauij. Calendis Junij. 1649.

Liceti Reſponſio de veterum Gemmarum explicatione adeunda. Cap. II.

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. IAC. PHILIPPO TOMASINO Epiſcopo Æmonienſi.

Fortunius Licetus B. A.


QVi tenebricoſiſſimum peruetuſti Cecropij Cl. Viri votum, compluribus hieroglyphicis, lin abdita vetuſtatis maieſtate proxſus & omnino deliteſcentibus, donarium antiquæ Manus Ænææ perornantibus, an peronerantibus, incertum, adeo dilucide nuper explicare literario mundo ſciuiſti, Vir eruditiſſime, quid me vocas ad ea Schemata Gemmarum antiquarum nunc enucleanda, quorum in profunditate ſenſus abſtruſos expiſcaturus vel Delius natator facile ſuffocari valeat immerſus? Equidem Sepuagenario tertium iam addeus annum, ea non forte polleo memoriæ viuida vetuſtatis eruditione, quam poſtulare videntur tot atque tantarum Gemmarum vetuſtiorum Schemata diuerſiformia, tetrica, laſciuiam plerumque redolentia, & pluſquam nimium ænigmatica: proindeque potius ad iuueniles, quam ad ſeniles interpretationes attinentia. Verum enim vero, quia ſub imagine laſciui Sileni Veteres etiam Numinum ſacra conſueuerunt occulere; ratus id quoque potuiſſe contingere propoſitis abſte mihi Gemmularum Stephanoniarum Stemmatibus, vt iuſſioni Tuæ morem pro virili geram, huiuſcemodi Spantam ornare iam aggredior, Cui totam æſtatem, feriatus a publicis Lectionibus, impendere valeo. Vale, me ama, ſummoque Deo Tuis precibus commendare ſæpe ne dedigneris non parum ætate grauiore preſſum.

Dabam Patauij e meo Scalumnæ Muſeo, Pridie Idus Junij. M, DC. IL.

Digitized by Google

A *Trium Cupidinum, Voluptuosum tyrannidem in geminos Amores probos passim exercere.*

Schema primæ Gemmæ.



B

En gemini Bigam Thitonia ducit Amoris;
Biga docet Venerem, Flammaque clara Diem.
Apud Petrum Stefanonium in gemma.

C *Amoris differentiæ tres explicatæ. Cap. III.*

ANtiquitatem plures, tanquam deos, coluisse Cupidines: quos omnes atque singulos Amoris nomine donauerit, euidentissimum est. Etenim Plato duos, tresue celebrat Amores; duos quidem in symposio, cælestem vnum; vulgarem alterum, inquiens ibi sub persona Pausaniæ: *Neminem profecto latet, absque Amore Venerem nunquam esse. Quoniam vero duæ sunt Veneres, geminum quoque Amorem esse necesse est. Geminam autem deam hanc esse quis neget? Nonne vna quædam antiquior est, & sine matre Venus, Cælo nata, quam Cælestem Venerem nuncupamus? Altera vero iunior, e Ioue & Dione progenita, quam vulgarem communemque vocamus. Necessarium itaque Amorem Veneris illius comitem, cælestem vocari, huius vero vulgarem.* Sed & in Phædro Socrates duos Amores celebrat aiens: *Quod igitur Cupiditas quædam sit Amor, omnibus manifestum,* & mox: *scire oportet in vnoquoque nostrum duas ideas esse dominantes atque ducentes, quas sequimur quocunque ducunt. Altera quidem est innata nobis voluptatum cupiditas: Altera vero acquisita opinio*
D *optimi affectatrix. Hæ autem in nobis quandoque consentiunt, quandoque in seditione & discordia sunt: & modo hæc, modo altera pernincit. Quando igitur opinio ad id, quod optimum est ratione ducit ac superat, hæc ipsa viuendi potestas Temperantia nominatur. Quando vero Cupiditas absque ratione ad voluptates trahit, nobisque imperat, imperium hoc Libido vocatur.* Duos igitur Amores ponit esso Plato, Voluptuosum vnum, quem nobis connaturalem ajt: Rationalem alterum, optimi desiderium. Alibi vero Plato [a] tres Amores esse scribit, inquiens: *Qui corpus amat, eiusque formam, quasi fructum quendam esuriens petit, is satiari duntaxat quærit, nullumque animæ amati præbet honorem. Sed qui minus de corpore curat, & animo considerat potius quam desiderat; quum ipsum, vt decet, animum diligat, corporis vsum petulantiam & contumeliam arbitratur: quumque temperantiam, fortitudinem, magnificentiam, & prudentiam vereatur, & colat cum casto amico viuere volet.*

[a] 8. do legib

Digitized by Google

Amor autem ex vtrisque his compositus, ipse est quem modo loco tertio ponebamus. Quum ergo tres sint Amores &c. Sic itaque tres Amores Platoni sunt, Amor corporis vnius pulchritudine frui desiderans, animi pulchritudine neglecta; qui Amor est intemperata Libido: Amor, qui potius animi cultum quam corporis in amato desiderat; quem Amorem probum appellat: & Amor, tum animi, tum corporis pulchritudinem in amato cupiens; quem Amorem tertium appellat mistum ex vtrisque prioribus. Huic Amorum numero Cicero subscribens infit: [b] *Cupido primus Mercurio & Diana prima natus dicitur: Secundus Mercurio & Venere secunda: tertius quidem est Anteros Marte & Venere tertia.* Quos Quidem Tullianos Amores tres esse censeo, qui describuntur in gemma nostra; namque tertius est Amor vulgaris, terrenus, & voluptuosus, a patre Marte, furibundo Deorum, facem, & per fas & nefas tyrannidem in alios duos exercens, vrget probos Amores in sui famulatum; facemque loco flagelli gestans & vibrans; & ad sui bigam trahendam habenis vinctos optimos Amores adigens. Is autem Amor est in anima nostra facultas concupiscibilis appellata, vel eius operatio: cuius Appetentiæ, siue concupiscentiæ domicilium in Timæo Plato voluit esse Iecur: qua ratione Tityum, qui Latonam, siue Dianam libidinis oestro percitus constuprare tentauerit, antiqui poetæ fingunt apud inferos iacere vinctum, cui vultur Iecur immortale corrodit: [c]

Hic Tityum vidi terræ omniparentis alumnum
Prostratum: tenet ille nouem nam iugera terræ.
Hinc atque hinc vultur iecur immortale vorabat
Omentum ingressus, manibus non ille repellit.

Nam ibi fontes æternam pænam luunt, quam euitare nequeunt. Quæ ferme repetit [d] Virgilius. At verò secundus, atque primus Amores a Cicerone celebrati, gemini simul omni vitio vacantes probi sunt, palmis vtrique gestantes lauri ramum; quum laurus æque virtute bellica præstantibus Imperatoribus in triumpho daretur, & viris alta sapientia præcellentibus inter insulas Doctoreas exhiberi consueuerit. Est autem primus Amor, ex Mercurio & Diana prima natus Cupido, probus, insignis virtute fortitudinis, belloque præpotens; etenim Diana venatrix, animo forti, corporeque robusta, bellum in agrestes feras agit; hoc est homo fortis in ferinos & vitiosos homines, vel animus fortis in vitiorum monstra, vt Hercules, qui propterea monstra domuisse, prorsumque confeciisse dicitur. A patre verò Mercurio primus hic Amor fallacias militares, quæ stratagemata nuncupantur, edoctus est. At verò secundus Amor, ex Mercurio & Venere secunda prognatus, est Cupido studiosus itidem, atque probus, non armis & fortitudine, sed literis, & sapientia clarus; etenim Mercurius est literarum numen: & Venustas, atque lepor in sermone doctorum maxime valet ad addiscentium eruditionem. Hìc datum sibi laureum sceptrum à Musis concinens Hesiodus, laborem & diligentiam scribentis indicat, vt obseruat in suis Hieroglyphicis [e] Pierius; propterea quod veluti sunt amara lauri folia, sempiternique viroris; ita sudor virtutis laboriosus est, perennemque gloriam parit: vnde chartas Cornelij laboriosas Catullus pro magna laude celebrat. Qui quidem etiam labor, & viror gloriæ non minus manet Amorem præstantem in bello virtute fortitudinis. Quoniam verò virtutes omnes, ad intellectuales, quæ mentem [f] perficiunt: & ad morales, quæ sunt habitus humanæ [g] voluntatis, rediguntur, [h] vt luculenter edocet nos Aristoteles [h] in Ethicis: propterea probus Amor geminus effingitur, Bellicus, qui sedem habet in corde; vnde fortitudine militari pollentes, Italico nomine *Coraggiosi* nuncupantur: & literarius; etsi namque Virgilio, [i]

Nisus ait: Dine hunc ardorem mentibus addunt
Euryale? an sua cuique Deus fit dira Cupido?
Aut pugnam, aut aliquid iamdudum inuadere magnum
Mens agitat mihi, nec placida contenta quiete est.

Vbi dira cupido sumitur pro magno vehementique desiderio, & affectu, tam voluntatis in habitibus moralibus, quam humanæ mentis in intellectualibus: Attamen, quod actuosarum moralium nempe, virtutum omnium fere princeps, atque pulcherrima sit Aristoteli [k] fortitudo bellica: & intellectualium [l] Platoni Poetica; proinde gemini Cupidines probi priores,

[b] de nat. Deor.
[c] Homer. lib. 11. Odyss. v. 585.
[d] lib. 6. Aen.
[e] lib. 50.
[f] 6. Eth. c. 3. & seqq.
[g] 3. Eth. c. 4. & seqq.
[h] 2. Eth. c. 1.
[i] 9. Aeneid.
[k] 3. Ethic. cap. 6.
[l] in Ione.

A res, in Schemate noſtro lauri ramis inſigniti, potiſſimum Poetarum, & fortium Heroum ſtudia, ſiue mentem, & animum generoſum indicant; ſiue quoque Rationalem Appetitum animæ, quẽ Plato [m] collocat in Cerebro: & Iraſcibilem, cui domicilium eſſe dicit in corde. [m] in Timæo.

Amoris origo mirabilis à Platone poſita, declaratur. Cap. IV.

HVius autem triplicis Amoris, tanquam vnius Cupidinis, in ſuo Sympoſio Plato mirabilem ex Diotima, muliere fatidica, magiſtra Socratis, originem proponit verbis ipſiſſimis: *Quinam parentes Amoris, quamuis dictu prolixum ſit, exponam tamen. Quando natus eſt Venus, parato conuiuio diſcubuerunt Dij cateri, & Metidis, ideſt Conſilij filius Porus, ideſt affluentia Deus. Quum cœnati eſſent, Penia, ideſt Paupertas, mendicatura cibum, vtpote epulis illic abundantibus, venit: & circa fores obuerſabatur. Porus quidem nectare ebrius, vinum namque nondum erat, Iouis hortum ingreſſus eſt, & ſomno grauatus dormiebat. Penia verò inopia compulſa, quo pacto filium quaſi quibuſdam inſidijs ex Poro conciperet, excogitauit. Quare iuxta illum accubuit, Amoremque concepit. Vnde natus eſt* B *Amor, ſectator cultorque Veneris, propterea quod in Veneris natalibus eſt prognatus. Quin etiam natura pulchri deſiderio capitur, quum Venus ipſa ſit pulchra.* Cuius quidem fabulæ myſterium aperire ſtuduit Euſebius in ſua Præparatione [n] Euangelica ſcribens: *Quum Moſes ineffabili quadam ratione in principio creationis Mundi, paradiſum quendam a Deo plantatum dixerit: hominemque ibi a ſerpente per mulierem deceptum narrauerit, aperte Plato commutatis nominibus, in Sympoſio allegorice ſimilia poſuit: Pro paradiſo enim Dei, hortos Iouis appellauit, pro ſerpente deceptioneque ipſius, Paupertatem inſidiantem poſuit: pro viro autem primo, quem Dei conſilium, atque prouidentia quaſi nuperrime natum filium produxit, Conſilij filium Porum nomine poſuit. Quumque Moſes in ipſa conſtitutione mundi factum hoc dixerit; quum Venus facta eſſet, id accidiſſe Plato narrauit: Verùm allegorice propter pulchritudinem mundum appellans. Sed verba eius hæc ſunt:* Quum, *inquit*, facta eſſet Venus, ,, & alij Dij, & Conſilij filius Porus, in conuiuium conuenerunt: & poſt cœnam Inopia, ,, tanquam mendica, ad ianuam domus, vbi conuiuabant, acceſſit. Porus autem nectare C ,, ſuperatus (nondum enim vini vſus inuentus erat) in hortos Iouis ingreſſus, grauiter ,, dormiebat. Inopia verò propter indigentiam ad inſidiandum parata, vt ab eo liberos ,, ſuſciperet, apud eum accubuit; & hoc dolo Cupidinem a Poro concepit. His Plato ,, allegorice illa Moſaica voluit ſignificare. Quæ quidem explicatio nobilis eſt, & Amoris nomine, dolo concepti a Penia ex Poro dormiente, ſatis innuitur Appetitus inordinatus euadendi ſicuti Deus per ſcientiã boni & mali, cõceptus à mulieris perſuaſa fraude ſerpẽtis, falſa promittentis, virum cæcutientem, ac veluti dormientem in obliuione diuini præcepti, circumueniente, pellenteque ſimul in Appetitum euadendi, ſicuti Deus, per ſcientiam boni & mali. Cæterum, quam in præſentia nobis exhibet Euſebius enarrandi explicandi luculentius & aliter huiuſmodi myſticum Platonis fabulamentum e ſacra pagina, lubet arripere. Dubio procul in Sympoſio Plato deſcribit originem Amoris humani, quem [p] alibi tripli- D cem Appetitum eſſe monet, & nos antea, nempe Concupiſcibilem: Iraſcibilem, qui fortitudinem & magnificentiam excolit: nec non Rationalem, qui pro fine prudentiam habet atque ſapientiam; quitres Appetitus ſunt potentiæ facultateſque operatrices, locum habentes in eſſentia animæ humanæ. Deus verò facultates iſtas vnà cum animæ ſubſtantia, cum qua penitus identificantur, de ſententia [q] Ariſtotelis, & Græcorum omnium Interpretum: vel in qua eſſentialiter ineſt, ab interna ſubſtantia animæ profluens, atque dependens; vt cum D. Thoma plerique Latinorum exiſtimant: Deus inquam huiuſmodi tres potentias animæ Appetitrices, à Platone ſub Amoris nomine ſignificatas, vnà cum animæ natura produxit primũ, quando formato corpore primi hominis de limo terræ, [r] *inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ: & factus eſt homo in animam viuentem*: nimirum in prima mundi totius creatione; quam Plato dicit *Nuptias Veneris*; etenim Mundus apte Venus appellatur, vel Euſebio; quia Venus pulchritudinis dea pro pulchritudine ponitur; & Vniuerſum hoc à pulchritudine Græce dicitur κόσμος, & Latine *Mundus*; de cuius pulchritudine ſuauiſſime Boethius & altiſſime ſud in Conſolatione Philoſophica ſecinit ita:

[n] lib. 12 c. 6. Explicatio Euſebiana.

1. Explicatio noſtra myſtica.

[p] 3. de Legib.

[q] 2. de an. t. 21. 24. 27. 33. & ſeqq. 3. de an. t. 10. & ſeqq.

[r] Geneſ. 2. 7.

[ſ] lib. 3. metr. 9.

O qui

O qui perpetua Mundum ratione gubernas
Terrarum calique ſator: qui tempus ab æuo
Ire iubes, ſtabiliſque manens das cuncta moueri:
Quem non externa pepulerunt fingere cauſa
Materiæ fluitantis opus; verum inſita ſummi
Forma boni, liuore carens: Tu cuncta ſuperno
Ducis ab exemplo: pulchrum pulcherrimus ipſe
Mundum mente gerens, ſimilique in imagine formans,
Perfectaſque iubens perfectum abſoluere parteis.
Tu numeris elementa ligas, vt frigora flammis,
Arida conueniant liquidis, ne purior ignis
Euolet, aut merſas deducant pondera terras.
Tu triplicis mediam naturæ cuncta mouentem
Connectens animam per conſona membra reſoluis;
Quæ quum ſecta duos motum glomeretur in orbes,
In ſemet reditura meat: mentemque profundam
Circuit, & ſimili conuertit imagine cælum.
Tu cauſis animas paribus, vitaſque minores
Prouehis: & leuibus ſublimeis curribus aptans
In cælum terramque ſeris: quas lege benigna
Ad te conuerſas reduci facis igne reuerti.
Da Pater auguſtam menti conſcendere ſedem:
Da fontem luſtrare boni: da, luce reperta,
In te conſpicuos animi defigere viſus:
Atque tuo ſplendore mica: Tu namque ſerenum,
Tu requies tranquilla piis: Te cernere finis,
Principium, vector, dux, ſemita, terminus, idem.

Ab iſta mundi corporei pulchritudine, ſummaque venuſtate, ſcitiſſime Plato mundi creationem appellare potuit *Natales Veneris*. Igitur in mundi creatione, *parato conuiuio diſcubuerunt Dij cæteri, & Meditis, ideſt Conſilij filius Porus, ideſt affluentia Deus*, addit Plato; quia mundi creatio, quum ſit operatio Dei ad extra (vt loquar lingua Theologorum) communis eſt & indiuiſa tribus diuinis perſonis, quibus Deorum nomen aſſignat Plato (vel ex Moſe, [t] ac Iſaia [u]) non reſpiciens vnitatem naturæ, ſed pluralitatem trinitatemque perſonarum: quæ conuiuæ dicuntur, quia vere conuiuunt ſibi inuicem coæternæ, ſemper ſimul in æternitate viuentes. Quarum ſane perſonarum ſecunda, Verbum eſt Conſilij filius; quia genitus eſt a Patre per actum intellectus, & in ſacris literis habetur [x] Sapientia Patris, & magni Concilij Angelus appellatur: eſtque Deus affluentiæ, quia per ipſum [y] omnia facta ſunt. Diſcubuerunt autem parato conuiuio Dij cæteri, Pater, & Spiritus Sanctus, & filius, quando creaturus hominem die ſexta creationis mundi, *dixit Deus*, [z] *faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*; quæ quidem imago ſimilitudoque Dei, maxime conſiſtit in anima hominis. Quum vero cœnati eſſent, nimirum creatis omnibus alijs rebus mundanis; etenim primo, ex doctrina D. Gregorij, comedere abſolute pertinet ad exercentes vitam [a] actiuam. Creatio vero mundi pertinet ad vitam actiuam Dei; quum creare ſit agere. Deinde vero, D. Bernardo: [b] *Comedit etiam Chriſtus butyrum, quum aſſumpſit naturam humanam ſine peccato*: tunc autem Deus creauit animam Chriſti, & eius humanitatem; vt latius [d] alibi probauimus. Deinceps autem Dominus ait: [e] *Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me, vt perficiam opus eius*: Creatio vero rerum omnium, per Verbum [f] facta, eſt purum putum opus voluntatis Dei; qui [g] *omnia quæcunque voluit, fecit: quia ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe* [h] *mandauit, & creata ſunt*. Denique comedere labores manuum ſuarum, eſt inſiſtere bonis [i] operibus: ac creatio rerum mundanarum dicitur opus [K] manuum Dei. Quare creatio mundi rectiſſime dicitur allegorice, Cœna trium Perſonarum diuinarum, adeoque cœna Deorum a Platone. Poſt huiuſmodi cœnam igitur, iam creatis magni mundi rebus omnibus, creatoque microcoſmi corpore

de

t Gen. 1. 1. 26. 2. 19. 3. 22. 11. 7.
u cap. 6. 8.
x Sap. 24. 5. Prou. 8. 22. & ſeqq. Coloſſ. 2. 2. 3.
y Ioan. 1. 3.
z Gen. 26.
a D. Greg. ſu. Cant. 5.
b Serm. 2. de Aduent.
c Iſai. 7. 15.
d de ſept. Quæſt. cap. 8.
e Ioa. 4. 34.
f Ioa. 1. 3.
g Pſal. 134. 6.
h Pſal. 32. 9. & 148. 5.
i Hilar. in Pſ. 127. 2.
K Pſalm 8. 7. 18. 2. 91. 5. 101. 26.

Digitized by Google

A de luto terræ, in creatione animæ humanæ *Penia*, *siue Inopia*, hoc est ipsum Nihil, omnisque prorsus entitatis carentia, *mendicatura cibum* entitatis (*vt pote epulis illic* omnium creaturarum ac entitatum *abundantibus*) *venit*: namque Deus, vt ait [l] Apostolus, vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt: *circa fores obuersabatur*; etenim extra mundum creatum & Deum, Nihil est. *Porus quidem nectare ebrius*, nempe tum Dei filius; ebrietas etenim, apud [m] Areopagitam Dionysium, in Deo est plenissima bonorum omnium immensitas & affluentia, quam per actum creationis extra communicat omnibus creaturis, excessusque scientiæ, qua mundum condidit; quin & iucunditas sapientiæ, & excessus Amoris diuini, seipsum ad extra diffundere gestientis: Quum enim bonitatis proprium sit se se communicare; filius, in quo sunt omnes thesauri scientiæ [n] sapientiæque absconditi, & immensa bonitas, ac excessus Amoris erga naturam humanam, aptissime dicitur ebrius. At audiamus eximia Dionysij verba: *Hæc enim*, ait, *sapientia diuina, accedentibus ipsis præstat affluentiam, indeficientium dapum inundantiam largiens, superemanans, atque superefundens. Istud nempe veraciter epulari est; atque ideo viuificans simul, & parvulos nutriens, & renouans, atque perficiens celebratur. Iuxta hanc nempe sacram Conuiuij expositionem,* B *& ipse bonorum omnium autor Deus inebriari perhibetur, propter plenissimam, & quæ omnem intelligentiam superet diuinæ epulationis, siue (vt verius eloquar) bonitatis perfectissimam atque ineffabilem immensitatem. Sicut enim nostro more in deteriorem partem ebrietas capitur; estque repletio immodica, per quam sensu & mente excidimus; ita & in Deo meliorem in partem accipiendo, ebrietas nihil aliud est quam plenissima bonorum omnium immensitas, quæ in ipso secundum causam præexistit, intelligenda est. Sed & illum, qui ebrietatem comitatur, excessum sensu, atque sciendi, Dei excellentiam, quæ omnem refugit intellectum, accipi oportet, per quam excipitur ab intelligendi ratione; quum ea sit excellentia, vt intelligere atque intelligi, ipsumque esse transcendat, ac omnia simpliciter quæcunque sunt bona: inebriatus esse, atque excedere dicitur Deus, quippe qui eis omnibus atque immensitatis totius eminentia & plenissimus est, & rursus extra omnia, & vltra omnia segregatus.* Ita Dei filius in actu creationis rerum mundanarum, per immensitatem summæ bonitatis, quam ad extra diffundit, ebrius mystice dicitur *nectare* sapientiæ, bonitatisque. Quo sensu mystico Nectaris & Ambrosiæ solum ad Deos attinentium vsos olim fuisse Theologos antiquiores, ob- C seruat etiam Aristoteles inquiens: [o] *Quicunque igitur circa tempora Hesiodi fuerunt, & cuncti Theologi, solum quoad sibi persuaderent, curæ habuerunt; nos autem contempserunt. Quum enim principia Deos facerent: & ex Dijs fuisse dicerent; quæcunque non gustarunt Nectar & Ambrosiam, mortalia dicunt fuisse. Manifestum autem est, quod sibi ipsis hæc nomina cognita dicentes, taleſque afferentes causas, supra vires nostras dixerunt.* (quem locum alibi satis explicat Aristoteles, aiens: [p] *Forte igitur de quibusdam enunciare aliquid tentare, & de omnibus, & prætermittere nihil, videbitur vtique esse signum aut multæ amentiæ, aut multæ promptitudinis: non tamen iustum est omnes similiter increpare; sed videre oportet causam dicendi, quænam sit. Præterea quo pacto se habeat in credendo, vtrum humano modo, an validius. Certiores igitur necessitates quando quis fuerit assecutus, tunc gratiam habere oportet inuenientibus: nunc autem id, quod videtur, dicendum est.* Quæ pariter elucidant immediate sequentia metaphysicalia de Nectare & Ambrosia, sic) [q] *Nam si voluptatis gratia ea attigerunt, nequaquam sunt ipsius esse causa Nectar & Ambrosia. Quod si ipsius* D *esse gratia, quomodo essent sempiterni, quum alimento indigerent? Sed de his, quæ fabuloſe, & suphistice dicuntur; non est dignum accurate considerare. Ab illis vero, qui per demonstrationem dicunt, petere oportet, ac interrogare, Cur quum ex eisdem sint, hæc quidem entium sempiterna natura sunt, hæc vero corrumpuntur?* vbi scientificum per demonstrationem humano more philosophantem, segregat Aristoteles tum a sophistice loquente, tum a fabuloſe sermocinante; quem dicit esse Theologum aui sui, qui de rebus altissimis, sub fabularum tegmine loquebantur; quas Philosophus etsi non debet intra suos limites ageas accurate considerare, nō eas tamen negligit, sed vtcunque contemplatur, & diligit; quod antea dixerat Aristoteles his notis. [r] *Qui vero dubitat, & admiratur, putat se ignorare; quare, Philosophus amator fabularum quodammodo est, eo quod fabula ex mirandis constat.* Quo loci dicit [s] Alexander Aphrodiseus, *Quapropter fabularum amator Philosophus quodammo-*

[l] Rom. 4. 17.
[m] Epist 9.
[n] Coloss. 2. 3.
Ebrietas & in malam, & in bonam partem vt assumatur.
[o] 3. Meta. t. 15.
[p] 2. Cæl. t. 34.
[q] 3. Meta. t. 15.
[r] 1. Met. su. 1. cap. 2.
[s] 1. Meta. com. 15.

dammodo esse videtur, qui studet ea discere, quæ ob ignorantiam sui sunt admiranda, propterea quod fabulæ ex admirandis, & fidem non capientibus constituuntur (nimirum ex non capientibus fidem a demonstratione, quæ de illis haberi non potest.) *Qui autem propter admirationem aliquarum rerum conantur intelligere, ij Philosophi sunt.* At iam redeamus ad nostra; mystice dicitur ergo recte Dei filius in actu creationis animæ humanæ, prorsum ebrius nectare, scilicet diuina sapientia & bonitate, gliscente se se ad extra communicare: *nondum enim*, ait Plato, *vinum erat*, efficiens ebrietatem vulgarem, & corporalem, cuius Deus non est capax, vti fuit postea Noe: [f] qui vir agricola primum plantauit vineam, bibensque vinum inebriatus est, & nudatus in tabernaculo suo: vel nondum Verbum caro factum erat, cuius sanguis in vinum transubstantiari debebat; quia creatio mundi & hominis multum præcessit incarnationem filij Dei. Qui Dei filius, *Iouis hortum ingressus est*, dum Paradisum voluptatis hominem formaturus intrauit, in quo post meridiem ad auram erat ambulaturus; [g] qui locus ideo proprie dicitur Hortus Jouis, quoniam a Deo cõditus, & consitus, [h] Dei ambulationibus, ac veluti delicijs & voluptatibus institutus erat. *Et somno grauatus Porus dormiebat*: ex Areopagita, Dormire Deo conuenit mystice; ait enim: [i] *Pergens autem inquirere non fallor: si & laudatissimum illum Dei somnum, & euigilationem explicare pergimus, dicendo Diuinum somnum esse Dei illam excellentiam, exceptam a creaturis omnibus, & nulli communicabilem ex ijs, quæ prouidentia ratione gubernantur*: etenim homo, & anima rationalis eius, condita est a Deo per excessum sapientiæ suæ, veluti consultantis, quum in solius animæ creatione, non item vllius alterius rei, conuocatum sit Concilium Sanctissimæ Triadis, velut ad consultationem operis omnium maximi: [k] *Faciamus*, ait, *hominem ad imaginem & similitudinem nostram: & præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestijs, vniuersæque terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra*. Subdit autem rectissime Plato: *Penia vero inopia compulsa* (quum ipsum Nihil esset omni carens entitate) *quomodo ex Poro conciperet filium, quasi ex insidijs excogitauit*. Filius quidem Peniæ dicitur Amor, siue Anima rationalis, & eius facultas Appetens, quæ sensui prope Nihil est, ac ipsi Nihilo, ex quo creatur, valde similis, nempe quoad sensum anima nullius quantitatis est, inuisibilis, ac impalpabilis, intangibilis, inodora, ingustabilis. Deceptio vero, quam Eusebius ad serpentis dolum retulit, mihi referenda videtur, velut Episodium nobile fabulæ Platonicæ. *Penia* inquam, idest, entitatis carentia, & ipsum Nihil, *accubuit dormienti Poro*, excessum bonitatis ac sapientiæ habenti Dei filio, per quem omnia [a] facta sunt ex nihilo, *& concepit Amorem*, dum Deus creauit animam rationalem, Appetitu præditam, ex Nihilo. Quas insidias Plato mutuatus videtur e sacra pagina, dicente, tum filias Loti, patrem inebriasse [b], cum eoque decepto dormientes concubuisse, concepisseque filios: tum etiam Thamarem [c] cum socero suo Iuda per dolum coiuisse, concepisseque de illo filium. Sed & exortus *Amor* ex Penia, & Poro, *est Veneris cultor, & sectator*, quia in Veneris natalibus est productus; nam Appetitus animæ humanæ, adeoque homo per creationem animæ suæ a Deo de Nihilo factus est in animam viuentem, dum crearetur [d] Mundus, cuius est cultor, atque sectator; etenim Deus hominem posuit in Paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret [e] illum: Qui Paradisus etiam nomine Veneris, vt & Mundus, intelligi potuit a Platone; quum a [f] Lucretio dicatur

. . . . . *hominum, diuumque voluptas*
Alma Venus . . . . . .

Et Orbi quoque vniuerso Deus hominem [g] præfecit, vt præesset omnibus animantibus, & repleret, subijceretque sibi terram. Quare congruenti fabulamento Plato texit Animæ nostræ, facultate Appetitrice præditæ, creationem ex Nihilo a Deo in primordijs Mundi corporalis. Verum enimuero, quoniam Plato, de sententia veterum Theologorum, constituit Amorem ortum fuisse tum primum ante omnes Deos alios, vt ait Hesiodus; tum etiam nouissimum post Deos alios omnes: iam vidimus Amorem ortum fuisse post omnes alias creaturas in productione animæ rationalis primorum hominum die postrema Mundanæ Geneseos. At quia viderat in sacra pagina non semel Animam Christi, qui dicitur Amor, & pulchra dilectio, poni ante secula creatam, esse primogenitam ante omnem creaturam, genitam ante Luciferum, in Hodie permanentis æternitatis oraculis ipsissimis: [h] *Ego mater pul-*

Amor vt sit primus, & nouissimus Deorum.

f Gen. 9. 21. 20.
g Gen. 3. 8.
h Gen. 2. 8.
i Epist. 9. 1.
k Gen. 1. 26.
a Ioan. 1.
b Gen. 19.
c Gen. 38.
d Gen. 2. 7.
e Gen. 2. 15.
f lib. 1. init.
g Gen. 1. 26. 27. 28.
h Eccli. 24.

Digitized by Google

A pulchræ dilectionis: hoc enim Paterna Mens ait, se filium suum ex vtero, matris ad instar, genuisse per actum intellectionis ante Luciferum: [i] *Ex vtero ante Luciferum genui te.* Quin & ipse Christus de se proferet: [K] *Dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te.* Et alibi: [l] *Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret a principio. Ab aterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram: nec dum fontes aquarum eruperant, nec dum montes graui mole constiterant: ante colles ego parturiebar. Adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ:* & alio loco: [m] *Ego ex ore Altissimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam:* Quæ loca quum vidisset Plato, & ante illum Parmenides ac Hesiodus, vna cum eis in Conuiuio scite Phædrum introduxit asserentem, Amoris, Deorum pulcherrimi, generationem esse antiquissimam, antiquiorem videlicet Origine Deorum omnium; etenim & D. Thomas istam primogenituram humanitati, proindeque animæ Christi assignauit; dum Ecclesiastici sententiam explicans infit: [n] *Potest referri ad naturam creatam, assumptam a filio, vt sit sensus: Ab initio, & ante secula creata sum, id est, prauisa sum creaturæ vniri.* Sed & ante creationem omnium rerum corporearum, ortum fuisse Amorem, aperte docet ex [o] Au

B gustino Scotus [p] asserens: *Et hoc est, quod dicit Augustinus 14. de Ciu. Dei, quod duo Amores fecerunt duas ciuitates, ciuitatem Dei Amor Dei vsque ad contemptum sui, & ciuitatem Diaboli Amor sui vsque ad contemptum Dei. Prima igitur radix ciuitatis diaboli fuit inordinatus Amor amicitiæ sui, quæ radix germinauit vsque ad contemptum Dei, in quo est consummata ista malitia; sic patet de inordinatione simpliciter primæ, quæ fuit simpliciter in primo velle inordinato. Restat nunc videre de inordinato ipsius velle concupiscentiæ. Et videtur ibi dicendum, quod primo concupierunt sibi immoderate beatitudinem: quod probatur primo sic, &c.* Cæterum quia fabularum, præter mysticam, siue Theologicam, & physicam, tertia datur interpretatio moralis, quam maxime videtur Plato respexisse; propterea possumus breuiter ita Cupidinis originem Platonicam explicare: Quod Amor, quem Plato definit esse desiderium pulchritudinis, vel Appetitum generandi in pulchro: conceptus fuerit in horto Iouis, hoc est, in Anima; in qua Deus deliciari se [q] fatetur: natus ex matre Penia, siue Inopia; nimirum ex facultate Appetente bonum, ac pulchrum, quo caret, ac indiget: nec non ex patre Poro, consilij filio; scilicet ex Intellectu cognoscente pulchrum, & bonum;

C quod offert Appetitui; facultas enim Appetens fertur in appetibile præcognitum. Hæc autem est origo simplicior Amoris omnis, quem apte Schematis Author in gemma distinxit in tres Cupidines, vt antea fuit explicatum, quorum vnus Voluptuosus, alius Heroicus est bellicus, ac tertius Rationalis intellectiuus.

Explicatio moralis.

Amor voluptuosus vt erga bellicum, & literarium imperiosam tyrannidem exerceat. Cap. V.

POrro duos Amores celestes, & heroicos, ab Amore tertio terreno, vulgari, & vesano plerumque domitos, tyrannice cogi ad eius obsequia turpia, trahendamque bigam, quocunque furor, & ardor illius impetuose vergat, aperte satis insinuat Hesiodus, & experientia frequens ostendit: Ille quidem de Amore voluptario sic in Theogonia cecinit:

Primo omnium quidem Chaos fuit, ac deinde
D *Tellus lato pectore prædita, omnium fundamentum solidum semper*
Immortalium, qui tenent iuga niuosi Olympi,
Tartaraque tenebrosa in recessu terræ spatiosæ:
Atque Amor, qui pulcherrimus inter immortales Deos
m *Dehat in pectoribus Animum, & Prudens consilium.*

Ita siquidem Animum fortissimi simul, & sapientissimi Herculis domuit Omphale, vel (ut alijs placet) Iole: de quo sic habemus apud Boccatium in Genealogia Deorum: [r] *Hercules quum cetera superasset monstra, Amori muliebri succubuit. Dicit enim Seruius, quod quum Eurytus rex Oechaliæ ei spopondisset in coniugem Iolem filiam, dissuasione filij, eo quod Megaram occidisset, petenti denegauit. Quamobrem capta ciuitate, & Eurytо occiso, Iolam obtinuit. Huius enim Amore ardens, ea iubente, leonis spolium & clauam deposuit: sertis, &*

r l. 13. cap. 8.

Digitized by Google

unguentis, & purpura, annulis que vsus est: Et, quod turpius, inter pedissequas amata inuenis sedens penso suscepto venit. Vnde in Thebaide dicit Statius: A

,, ... sic Lydia coniunx
,, Amphitrioniaden exutum horrentia terga
,, Perdere Sydonios humeris ridebat amictus,
,, Et turbare colos, & tympana rumpere dextra.

Veruntamen Ouidius in maiore volumine, & hic Statius, non Iolem Oetholam, sed Omphalem Lydiam fuisse, quæ illum colo nere insserit. Sane possibile est vtrumque verum; quum multi fuerint Hercules; & sic varijs apud varias mulieres potuit contigisse. Veteres enim a primo Hercule postea viros fortes alios multos eodem nomine vocauere. Sed & Petronius hanc Amoris concupiscibilis tyrannidem in viros bellica fortitudine claros apte nobis in fragmento sui Satyrici significauit, hoc disticho:

,, Militis in galea nidum fecere columbæ;
,, Adparet Marti quam sit amica Venus.

s 2. polit. cap. 7. At euidentius Aristoteles, vbi de Lacedæmoniorum Republica loquitur ita: *s Præsertim quum viri sint mulieribus obnoxij: quod accidit omnibus ferme militaribus bellicosissq; gentibus; præterquam Celtis, aut si qui alij coitum masculorum palam receperunt. Videtur autem qui primus fabulatus est, non irrationabiliter Venerem Marti coniunxisse: quoniam omnes huiuscemodi homines proni sunt ad Venerem, aut masculorum, aut mulierum, illisq; obnoxij. Itaque apud Lacedæmonios hoc fuit, multaq; in eorum principatu a mulieribus administrabantur. Etenim quid refert, vtrum mulieres ipsę gubernent; an eos, qui gubernant, a mulieribus gubernari? idem enim accidit.* Huc attinent a Plutarcho relata in opere suo de Curiositate: *Diogenes quum videret Dioxippum, Olympico certamine victorem curru inuehentem, a muliercula formosa, quæ pompam spectabat, oculos non posse auellere, sed reiecto retro vultu eam intueri. Videte, inquit, athletam, cui puella cervicem intorquet.* His plurimos adiecit in Amoris Venerei Triumpho Petrarcha vates Italus, tum priscos, tum recentiores, & armis potentes, & literis excellentes, pueri cupidinis tyrannidi seruientes; quos nimis longum esset hic numerare. Cęterum neque desunt rei huius exempla in sacra pagina: quis enim Samsone *f* fortior? quis ipso Salomone *t* sapientior? at ille Dalidæ, ac vxoris blanditijs resistere nequiuit: iste vero sic audit ab Origene: *u Salomon quum esset Sapientissimus, multis mulieribus inclinauit latera; ideo deceptus est.* Licet alibi * mulieres interpretetur doctrinas alienigenas; attamen historia sacra sensu literali, a quo non licet omnino recedere, testatur Salomonem adamasse mulieres multas, & filiam Pharaonis præcipue; ait enim: *y Rex autem Salomon adamauit mulieres alienigenas multas, filiam quoque Pharaonis, & Moabitidas, & Ammonitidas, Idumæas, & Sidonias; & Cetheas de gentibus: super quibus dixit Dominus filijs Israel: Non ingrediemini ad eas; neque de illis ingredientur ad vestras; certissime enim auertent corda vestra, vt sequamini deos earum. His itaq; copulatus est rex ardentissimo amore. Fuerunt q; ei vxores quasi regina septingentæ, & concubinæ trecentæ, & auerterunt mulieres cor eius: Quumq; iam esset senex, depranatum est cor eius per mulieres vt sequeretur Deos alienos: nec erat cor eius perfectum cum Domino Deo suo, sicut cor Dauid patris eius: sed coluit Salomon Astarthen Deum Sidoniorum, & Chamos Deum Moabitarum, & Moloch idolũ Ammonitarum. Fecitq; Salomon quod non placuerat coram Domino: & non adimpleuit vt sequeretur Dominum, sicut Dauid pater eius* (qui nunquam adeo mulierum amoribus exarsit, vt earum intuitu, suasuque coleret idola genitũ, sed cõstans assidue permansit in vera fide) *Tunc ædificauit Salomon phanũ Chamos idolo Moab in monte, qui est contra Hierusalem, & Moloch idolo filiorum Ammon. Atq; in hunc modum fecit vniuersis vxoribus suis alienigenis, quæ adolebant thura, & immolabant dijs suis, &c:* Quem locum literali sensu D. Augustinus excipiens infit: *z Nam ipse Salomon mulierũ amator fuit, & reprehensus est a Deo; & vsque adeo laqueus illi fuit illa cupiditas, vt a mulieribus etiã idolis sacrificare cogeretur, sicuti de illo scriptura testis est.* At vero Salomoni supparem Aristot. in orbe literario domitũ ab Amore voluptuoso (mea quidẽ sententia per calumniã a detractoribus) refert eius hostis acerrimus Patricius in suis Discussionibus Peripateticis aiens: *a Namq; Hermiã illũ Eunuchum pro amasio habuit, Æschrionem etiã, & Palephatũ Abydenũ, vt autor est Suidas, & Pythiadis amore iã prouecta* D

t 3. Reg. 3.
u Glos. ord. ibi.
* Num. Ho. 20.
f Iudic. 13. et seqq.
y 3. Reg. 11.
z to. 8. in Psal. 126.
a to. 1. lib. 1. Aristotelis accusatio.

ætate

Digitized by Google

A *ætate exarſit. Poſt cuius obitum Herpylidam Stagiritem in concubinam accepit; quam, quoad vixit, ſecum habuit; ex eaque Nicomachum filium ſuſcepit. Pueros etiam habuit in deliciis ea ipſa ætate, qua e vinis deceſſit: eos teſtamento vetuit vendi; & adultos, liberos honorifice dimitti.* Quæ facile diluas: etenim Suidas ait Hermiam illum Eunuchum fuiſſe principem Atarnei: quis credat Ariſtotelem hominem priuatum abuſum fuiſſe concubitu Principis? quin & viri ſenis, cuius filiam Pythiadem duxit vxorem? ſed neque ſibi conſtare videtur Suidas, qui Hermiam aſſerit, modo Principem Atarnei, modo ſeruum Eubuli Bithyni? verba Suidæ ſunt: *Filiam vero habuit* Ariſtoteles *ex Pythiade, filia Hermiæ Eunuchi, qui quamuis teſticulos contuſos haberet, tamen eam ſeruit, & genuit. Habuit & filium Nicomachum ex Herpyllide concubina, quam poſt Bythiadem ab Hermia Eunucho abduxit. qui Atarnei* Princeps *erat (eamque duxit vxorem) hac autem regio Troadis eſt. Quum autem Eubuli Bithyni ſeruus fuiſſet Hermias, Ariſtoteles Herpyllidem etiam ipſius Hermiæ, qui fuerat Ariſtotelis amaſius, cepit, vxoremque duxit.* Certe nomen amaſij commune ad amantem, & ad amatum eſt; & non ſemper in malum ſenſum accipitur, vt in Noctibus [b] Atticis; at aliquando etiam in bonum. Hermiam cenſeas amaſſe Ariſtotelem, cui filiam vxorem dedit; B at amore non impudico. Sane pueros ob indolem, ex phyſiognomia ſibi perſpectam, amore probo dilexit Ariſtoteles; quos natura & origine ſeruos, ideo vendi vetuit, ſed adultos honorifice dimitti, teſtamento mandauit, vt ingenuos; quod ipſe feciſſet etiam ſuperſtes, vbi mentes eorum ſapientia repleuiſſet. Pythiadem amore coniugali dilexit; & poſt eius obitum duxit Herpyllidem itidem vxorem; quam veteres paſſim appellant etiam nomine concubinæ, vt e Suida colligitur, & e Sacra pagina, [c] quæ viri Leuitæ coniugem [d] eandem promiſcue modo vocat vxorem, modo concubinam. [e] Sed Ariſtoteli non defuerunt inimici, qui de fama viri boni detraherent; de quibus in eius vita Laertius. At vero ſine controuerſia primus hominum Adam, & Salomone pariter & Ariſtotele ſapientior, vt pote rerum omnium a ſui conditore Deo ſcientiam [f] infuſam habens; ob quam primum & ſtatim ab ſe viſis animantibus potuit imponere [g] nomina congruentia naturis & proprietatibus vniuſcuiuſque; nam in Cratylo recte conſtituit vel ipſa Plato, ex iſto ſcripturæ loco, eum, qui primus omnium mortalium nomina rebus impoſuit, ſapientiſſimum fuiſſe: quod etiam ſenſit, & demonſtrauit Caietanus in explicatione huius oraculi. Sapientiſſimus itaque C mortalium Adam, cui Deus inhibuerat eſum fructus arboris ſcientiæ boni & mali ſub pœna mortis: [h] *Et præcipit Dominus Deus Adam, dicens: Ex omni ligno, quod eſt in paradiſo, comedes. De ligno autem ſcientiæ boni, & mali ne comedas: in quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris*: talis igitur Adam coniugi, porrigenti vetitum pomum ad comedendum, aſſenſit: & iuſſu Dei neglecto, comedit in ſuam & omnium noſtrum perniciem; ne contriſtaret vxorem, irritum faciens mandatum Dei, totamque perdens humanam progeniem, cadens ipſe ab innocentiæ ſtatu; nam ipſum obiurganti domino de crimine inobedientiæ, prætendit obſequium vxori præſtitum, ad ſui excuſationem: *Quis [i] enim indicauit tibi quod nudus eſſes, niſi quod de ligno, de quo præceperam tibi ne comederes, comediſti? Dixitque Adam: mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi.* Sic ergo vere cecinit Heſiodus Amorem concupiſcentiæ domare viros bellica fortitudine pollentes, & alta ſapientia præcellentes:

D *Atque Amor, qui pulcherrimus inter immortales Deos*
Domat in pectoribus Animum, & Prudens conſilium:

adeoque tyrannidem agit in Amorem Iraſcibilem, & Rationalem. Quod & [k] Virgilius aperte ſatis innuit; dum canit

Omnia vincit Amor: & nos cedamus Amori.

Protulit Alciatus [l] aliam gemmam huic noſtræ valde ſimilem in qua ſculptus Amor, bigam ſuam trahere cogit frænatos leones; quod emblema deduxit, in quam Græculus Epigramma fecit, ita Latio verſum:

Quid video in gemma hac? Amor eſt, auriga leoni
Inſidet, & frenis ora ſuperba regit.
Vna manus flagro cadit, moderatur habenas
Altera: nulla magis ſigna placere queunt.

Defenſio.

[b] A. Gell. 18. c. 2.

[c] Iudic. 19.
[d] ver. 1. 2. 3.
[e] ver. 10 24. 25. 27.

[f] Eccli. 17.
[g] Gen. 2. 19. 20.

[h] Gen. 2. 16. 17.

[i] Gen. 3. 11. 12.

[k] Ecl. 10.

[l] Embl. 106.

Sed metuo immitem puerum: mortalibus agris
Quid faciet, qui sic corda ferina domat?

Ceterum nostrum schema multo venustius aspectu, multoque significantius est Amoris violentiæ, roborisque; nam leo vt vt symbolum est viri fortis, virum tamen insignem doctrina non indicat: quum Amor vtrumque genus hominum ad suum impellat obsequium; vt vidimus non solum militari fortitudine pollentes, vt apud Plutarchum Amor Cleopatræ Marcum Antonium, capuanæ mulieris Annibalem, Alexandrinæ mulierculæ Cæsarem & id genesis alios. At in Schemate nostro duo cupidines lauri ramum gestantes, duo virorum genera demonstrant, Imperatorum, & Doctorum, qui passim Amoris concupiscibilis iugum trahere coguntur. Et Amor aptius face vice flagelli, quam vulgari flagello ponitur uti.

Animæ facultas concupiscibilis vt in anima vincat irascibilem, & rationalem.
Cap. VI.

CEterum omnino detracto iam cortice fabulæ Tullianæ [m] de tribus Amoribus, amoroque mysterij velamine, Gemmula est anima nostra rationalis, qua nihil in mundo pretiosius; dicente Domino: [n] *Quid enim prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, anima vero suæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?* recte proinde gemmæ pretiosæ comparatur anima in schemate nostro: rectissimeque gemmulæ paruæ, quod hominis anima (ad brutalis, & plantalis, differentiam, quæ magnam habentes amplitudinem in plurimas diuiduntur species) est atomæ speciei, atque penitus indiuisibilis; quam ideo minimam, [o] & vltimam aliquando nuncupat Aristoteles. Qui tres agnoscit in anima nostra facultates Appetitrices, adeoque tres Cupidines, & Amores; etenim Amor est appetitus boni, seu pulchri generatim: quos tres Appetitus appellat, cum præceptore Platone, [p] Concupiscibilem, Irascibilem, & Rationalem, seu Voluntatem; ait enim primo, dum tractat de potentijs animæ: [q] *Appetitus enim Concupiscentia est, & ira, & voluntas.* Dein alibi: [r] *Atqui tres sunt Appetitus species, Cupiditas, Furor, Voluntas*, furoris nomine facultatem Irascibilem designans. Deinceps alio loco: [s] *Habet autem dubitationem mox, quomodo vporteat partes animæ dicere, & quot. Quodam enim modo infinitæ videntur, & non ea solum quæ dicunt quidam determinantes Ratiocinatiuam, & Irascitiuam, & Concupiscitiuam*, & mox: [t] *cui autem harum eadem, vel alia sit, habet multam dubitationem, si quis ponat separatas partes animæ. Ad hæc autem Appetitiua, qua & ratione, & potentia alia videbitur vtique esse ab omnibus. Et incommeniens vtique est hanc diuellere; in ratiocinatiua enim Voluntas fit, & in irrationabili Concupiscentia, & Ira. Si autem tria sit anima, in vnoquoque erit Appetitus.* Etiamsi vero Voluntas, quæ rationalis est appetitus, natura debeat imperare Concupiscentiæ, ac Iræ, quæ sunt appetitus irrationales; vt ait Aristoteles; [u] & id contingat in homine probo: [x] Nihilominus in homine incontinente Concupiscibilis Appetitus absque ratione mouet violenter impellens Voluntatem, & Appetitum Irascibilem; qui potest esse quoquo pacto rationalis, Aristoteli, ut in uiro forti: quo sensu diuinus ille Psaltes ait [y] *Irascimini, & nolite peccare.* Siquidem Appetitus iste concupiscibilis in anima incontinentis adeo procax est, ut effrænis & indomitus alios Appetitus duos uiolenter rapiat, & impellat quocunque libuerit; quod in Schemate nostræ gemmæ pulcherrimæ signatur; & Aristoteles innuit aliquando scribens: [z] *Si magna vehementesque fuerint cupiditates, rationem extrudunt.* Est autem in Schemate Concupiscibilis Amor urgens uehementer ardente face geminos Amores probos, Irascibilem, & Rationalem. Et Plato pariter Amorem istum Voluptuosum apprime describens, ait esse [a] tyrannum, adolescentem, alatum, animo imperantem, furibundum, dementia feruentem, expellentem omnes frugales & uerecundas cupiditates, quousque temperantiam omnem animo eijciat, seque noua repleat insania; propter quam causam antiquitus Amor tyrannus dictus est. Ita colligas e Platone. Quam ueritatem confirmauit experimento fortissimus Imperator Romanorum M. Antonius, qui fugiente cum nauibus suis ad pugnam paratis amasia Cleopatra, referente Plutarcho, *Ratus est se nec ducis, nec viri, nec omnino sui ducis consilio; sed quod ludens quispiam dixit, Amantis animam in alieno viuere corpore, rap-*

tus

m 3. de na. Deor. explicatio 3. physica.
n Matth. 16. 26.
o 9. de an. t. 27.
p in Tim.
q 1. de an. t. 27.
r 1. mag. mor. cap. 11.
s 3. de ani. t. 41.
t 3. de an. t. 42.
u 1. rhet. cap. 10. 3. de an. t. 50.
x 3. Ethic. cap. 12.
y 2. ead. c. 2. Ps. 4. 6.
z 3. Eth. cap. 12.
a 9 de rep. prin.
b

Digitized by Google

A *ius a femina est, vt si conglutinatus ei foret, vnaque moueretur cum ea. Nam simul atque nauem contemplatus est illius vela facientem; omnium oblitus, proditis & desertis illis, qui pro ipso certabant, atque animam profundebant, conscendit quinqueremem Alexandro Syro & Scellio solis comitibus, secutusque est perditam iam, & perdituram insuper ipsum. Illa percipiens eum venire, signum sustulit e naui. Ita ad eam Antonius delatus & acceptus naui neque aspexit illam, neque aspectus ab illa est. Solitarius transyit in proram, atque ibi tacitus, cogitabundusque consedit, ambabus manibus caput tenens.* Quæ maior atque sæuior, obsecro, tyrannis concupiscibilis Amoris in virum fortitudine bellica præstantem, ac Romanum Imperatorem? De fortissimo pariter hoste Romanorum Annibale sæuum Tyrannum Amorem triumphasse sic admonet[c] Valerius Maximus, Liuio[d] consentiens: *At Campana luxuria, perquam vtilis ciuitati nostræ fuit. Inuictum enim armis Annibalem illecebris suis complexa, vincendum Romano militi tribuit. Illa vigilanti ſſimum ducem illa exercitum acerrimum dapibus largis, abundanti vino, vnguentorum fragrantia, Veneris vsu lasciuiore, ad somnum & delitias euocauit. Ac tum demum fracta & contusa punica feritas est, quum Seplasia ei, & Albana castra esse caperunt. Quid ergo his vitijs fœdius? quid etiam damnosius?*

B *quibus virtus atteritur, victoria languescunt: sopita gloria in infamiam conuertitur: animique pariter & corporis vires expugnantur: adeo vt nescias ab hostibus ne, an ab illis capi perniciosius sit.* Hos igitur, & alios multos feroces leones mysticos domare videtur Amor voluptuosus in Alcicati gemmula flagro compulsos ad obsequia Cupidinis, intactis Heroibus alta sapientia claris. At in nostra sæuus idem Amor luxuriosus face ardenti significantius vrget viros & armis, & sapientia clarissimos, lauri ramis Amore geminæ virtutis insignito repræsentatos, & impellit ad sui iugum. Nisi quod errato fabrili, culpaque scalptoris, data fax est manui sinistræ, frænum vero dexteræ, secus ac in gemma conspiciatur. Vincit ergo frequenter in anima facultas concupiscibilis Irascibilem, & Rationalem, vt auctor Schematis in gemma signauit apte.

[c] lib. 9. cap. 2
[d] lib. 23.

Amor cur a veteribus diuinitate donatus. Cap. VII.

C VEteres omnes fere Cupidinem inter Deos posuere; sed non omnes ob eandem rationem; etenim alij dicunt, vt Amantes excusarent se se a turpibus facinoribus, quæ refunderent in diuinitatem aliquam, qua incitati patrarent inhonesta! pulchre Marulus in Epigrammate de Amore;

Quis cæcum prait? Ebrietas, Sopor, Otia, Luxus:
Qui comites? Rixæ, Bella, Odium, Opprobrium:
Qui cælo dignati? Homines: qua causa coegit?
Mitior autem est credita culpa Deo.

Ceterum diuinitas non magis Amori Vulgari, & concupiscibili data fuit a veteribus, quam pudico, & cælesti gemino; quod satis innuit Virgilius; apud quem, vt vidimus, celebrantur Nisus, & Eurialus:[e]

His amor vnus erat, pariterque in bella ruebant:
Tunc quoque communi portam statione tenebant:
Nisus ait: Dine hunc ardorem mentibus addunt
D *Euryale? an sua cuique Deus fit dira Cupido?*
Aut pugnam, aut aliquid iamdudum inuadere magnum
Mens agitat mihi, nec placida contenta quiete est.
Cernis quæ Rutulos habeat fiducia rerum.
Lumina rara micant: somno vinoque sepulti
Procubuere: silent late loca. percipe porro
Quid dubitem, & qua nunc animo sententia surgat.
Æneam acciri omnes, populusque patresque
Exposcunt: mittique vires, qui certa reportent.
Si tibi, quæ posco, promittunt (nam mihi facti
Fama sat est) tumulo videor reperire sub illo

[e] 9. Æneid. ver. 182. & seqq.

Posse

Posse viam ad muros, & mœnia Pallantea.
Obstupit magno laudum perculsus Amore
Euryalus: simul his ardentem affatur amicum:
Me ne igitur socium summis adiungere rebus
Nisi fugis? solum te in tanta pericula mittam?
Non ita me genitor bellis assuetus Opheltes
Argolicum terrorem inter Troiaque labores
Sublatum erudijt: nec tecum talia gessi,
Magnanimum Æneam, & fata extrema secutus.
Est hic, est animus lucis contemptor: & istum
Qui vita bene credat emi, quo tendis honorem.
Nisus ad hæc: equidem de te nil tale verebar:
Nec fas: non: ita me referat tibi magnus ouantem
Iupiter, aut quicunque oculis hæc aspicit aquis.
Sed si quis (quæ multa vides discrimine tali)
Si quis in aduersum rapiat casusue deusue,
Te superesse velim: tua vita dignior ætas.

Quibus apparet Virgilium Dei nomine nuncupare facultatem irascibilem animi generosi, cupidinemque ferocem in bello facinora grandia nimis Appetentem, quæ non vulgaris & concupiscibilis est Amor, sed Heroicus; & Irascibilis; cui si Diuinitas conceditur ab antiquis, quanto magis Appetitui rationali, Amorique sapientiæ, qui mentem respicit? etenim animum, & Appetitum istum sapientiæ vel Aristoteles esse Deo summo congeneissimum, maximeque cognatum asserit, inquiens: [f] *Nam perfectam fælicitatem contemplatiuam quandam operationem esse, constare vel inde posset, quod Deos maxime beatos & fælices esse existimamus*, & mox: *Quare Dei operatio quum beatitudine excellat; & ex humanis ea erit fælicissima, qua huic maxime est cognata. Argumento illud est, quod cetera animalia, quæ tali operatione penitus carent, expertia fælicitatis quoque sunt: Dijs enim beata tota vita est; hominibus autem eatenus, quatenus similitudo quadam eiusmodi operationis in ipsis inest: at cæterorum animalium nullum est fælix, propterea quòd contemplationis particeps nullo modo est. Quousque igitur protenditur contemplatio, eousque etiam fælicitas se se extendit: & quibuscunque magis inest contemplatio, ijs magis quoque inesse fælicitatem constat: atque illam quidem non ex accidenti, sed ex ipsa contemplatione; ipsa enim per seipsam est pretiosa. Quare fælicitas contemplatio quædam est.* & adhuc infra: *At qui ex intellectu operatur, hunc que excolit, atque Deo optime afficit: is esse Deo carissimus videtur; nam si aliquam humanarum rerum curam Dij habent, sicut videtur; consentaneum est ipsos re illa, qua optima est, atque ipsis maxime cognata, delectari, qui est intellectus: eosque, qui eam maxime amant, & honorant, remunerari, vt pote qui eorum, quæ ipsis sunt amica, curam habeant, rectèque & honestè agunt. Hæc autem omnia sapienti maxime inesse obscurum non est: is igitur Deo carissimus: eundemque esse etiam fælicissimum verisimile est. Quare ita quoque efficitur, vt sapiens maxime quoque fælix sit.* Vnde constat humanæ animæ facultatem Rationalem Deo maxime cognatam esse, de Philosophi sententia; non minusque diuinitatis participem, quam sit facultas eiusdem animæ tum Irascibilis, tum etiam Concupiscibilis; adeoque non vnum tantum, sed tres Amores a priscis poni Deos. Immo cum veteribus Aristoteles asserit, [g] vt in animalibus, ita in natura tota Intellectum diuinum inesse causam mundi, totiusque ordinis: quem intellectum mox cum Parmenide ac Hesiodo nuncupat Amorem. Et alibi ex semetipso: [h] *Patet autem sic esse, quemadmodum in vniuerso est Deus, & vicissim cuncta in illo; mouentur enim omnia ab inexistente in nobis numine.* Sane facultas motrix in nobis ab Aristotele ponitur Appetitus [i] omnis, tam concupiscibilis, quam irascibilis, & rationalis, quem appellat Intellectū actiuum: quare tribus Amoribus istis diuinitatē affignat, nomenq; Numinis. Ratio vero, cur istæ tres facultates Appetitrices in anima donentur a priscis diuinitate, potissimum est illa, quia facultates animæ sunt ab eius essentia; cum qua vel identificantur omnino; quapropter ab Aristotele frequentissime [K] dicuntur partes animæ, vt obseruant omnes Interpretes Græci: vel in genere facultatis incorporeæ sunt potentiæ

f 10. Eth. cap. 9.

g 1. Meta. sul. 2. c. 2.

h 7. Eadem. cap. 18.

i 3. de an. t. 42. & seqq.

K 2. de ani. t. 19. 27. & 3. de an. t. 2. 40. 41. & seqq.

natu-

Digitized by Google

A naturales immediate conſequentes eſſentiam animæ, in eaque permanentes, & ab ipſa penitus inſeparabiles, proindeque, ſicut anima, perennes, immortales, ac incorruptibiles: Modo paſſim ab Ariſtotele Dei nomen, atque diuinitas attribuitur entibus æternis quibuſque, corruptionis expertibus; qui conſtituit tum identificari [l] diuinum cum ipſo ſemper eſſe, ac æterna duratione ſpeciei cuiuſcunque viuentis: tum cælestia corpora diuina [m] eſſe: tum cælum ipſum appellari Deum; ait enim: [n] *Eorum vnumquodque, quorum eſt opus, eſt gratia operis: Dei autem operatio immortalitas eſt; hoc autem* (vt alibi [o] quoque repetit) *eſt vita ſempiterna: itaque neceſſe eſt motum ſempiternum Deo ineſſe. Quoniam autem cælum tale eſt* (*corpus enim quoddam diuinum eſt*) *ob hoc habet circulare corpus, quod natura circulariter monetur ſemper*. tum alibi ſcribit in eandem ſententiam: [p] *Tria enim ſunt, & quod monetur; vt homo, aut Deus: & quando, vt tempus: & tertium eſt, in quo; hoc autem eſt aut paſſio, aut forma, aut locus, aut magnitudo*. Vbi certum eſt apud omnes Interpretes, Ariſtotelem nomine Dei ſignificare nobis corpus cæleſte, Quum itaque tres facultates Appetitrices in anima ſitæ, quæ dicuntur tres Cupidines & & Amores, immortales omnino ſint, vt & B animæ noſtræ ſubſtantia, tum a qua dependent eſſentialiter, tum in qua ſemper inſunt immediate, vel potius cum qua reipſa prorſus identificantur; ideo tres huiuſmodi Cupidines Dij dicuntur a veteribus. Appetitus autem iſtos tergeminos immortales eſſe, permanereque ſemper in anima, difficile probatu non eſt; etenim de rationali Appetitu, qui dicitur Voluntas, [q] vt primum agamus; aperte ſatis oſtendit eius immortalitatem ipſius operatio, nimirum electio, quam edit voluntas abſque miniſterio corporalis inſtrumenti, nihilominus quam ſuam Intellectionem [r] humana mens; nam Ariſtoteles animam eſſe ſeparabilem a corpore, proindeque prorſus immortalem, deducit [s] ex eo, quod habeat aliquam ſui functionem ita propriam, vt in ea promouenda non vtatur vllo penitus inſtrumento corporeo. Deinde voluntas in ſenibus viuida manet, nihilque labefactatur; vt vnicuique conſtat, vel ex Ariſtotele ſcribente: [t] *ſenes nullum ſupernacaneum, ſed quæ ad vitam neceſſaria ſunt. Ad modeſtiam quoque apti grandes natu videntur; viuuntque magis ratione quam moribus*. Et quis ignorat in extremo ſenio maxime vigere deſiderium vlterius viuendi? Quis non videt omnibus innatum [u] ſciendi deſiderium, ſenes etiam maxime tenere? nonne Socrates ipſe C ſenex in Cratylo, & alibi paſſim ait ſe cupere ab alijs edoceri quæ neſcit? Quæ ergo ratione probat Ariſtoteles [x] intellectum non corrumpi, quia non labefactatur a ſenectute (quod & in Sympoſio Plato quoque fatetur, aſſerens *ſunc ſene mentis oculos incipit cernere, quum primum corporis oculus deflore ſcit*, in ſenio nimirum) & Voluntatem item in ſenio vigentem, incorruptibilem eſſe neceſſe eſt. Inſuper humana voluntas immortalitatis eſt, vt ait Ariſtoteles: [y] naturalis autem quum ſit iſte voluntatis Appetitus in anima, fruſtra non poteſt eſſe; quia Deus & Natura nihil fruſtra [z] faciunt. Denique Theologi ponunt vnanimes, Animam a corpore ſeparatam in Empyreo, licet fidem non habeat, quæ non apparentium eſt; neque ſpem, quæ futurorum bonorum eſt; habere tamen Amorem Charitatis, quæ functio eſt voluntatis beatitudine fruentis. De Appetitu quoque Iraſcibili ſuppetunt eædem rationes; enim vero ſenes eſſe pluſquam nimium iracundos, atque morioſos, quis non experitur quotidie! Philoſophus in ſenum moribus agnoſcit acutam iram, [a] licet infirmam, ob ſanguinis defectum. Cæterum Amorem bellicum, & Appetitum Iraſcibilem D in corde ſeniorum habere locum, ratio dictat, & experientia comprobat; nam Amor iſte nititur fortitudine prudentis Herois potius, quam robore corporis iuuenilis; quod apte nos edocet Homerus, [b] dum inducit Agamenonem aſſerentem, ſi decem tales haberet conſultores in bello, qualis eſt Neſtor ſenex, cito ſe ciuitatem Priami capturum, atque direpturum. Confirmat experientia Iuuenis Minutij ferocioris, quem circumuentum ab Annibale, planeque deuictum cum exercitu Romano, ſaluauit Fabius Maximus valde ſenex, hoſte Pæno fortiſſimo iam victore fortiter cæſo, ſicuti teſtantur Plutarchus, [c] & Liuius. [d] Ariſtoteles id aperte docet, inquiens: [e] *Quod poteſt mente proſpicere, natura imperat, ac dominatur: quod autem poteſt corpore hoc facere, paret natura & ſeruit*; quare ſenio non marceſcens Appetitus Iraſcibilis, immortalis eſt. Quin & Amor iſte, licet ad exequendos motus corporis vtatur inſtrumento materiali, tamen ad eligendum bonum arduum, ſuumque ſibi proprium præcognitum, nullo corporali organo vtitur; aſt illico deſiderat eligitq;

bonum

l 2. de an. t. 34. 35.
m 1. cæl. t. 13. 22.
n 2. cæl. t. 17.
o 8. phyſ. t. 1.
p 8. phyſ. t. 64.
q 3. de an. t. 42. et 59. Appetitus rationalis vt ſit immortalis.
r 3. de an. t. 6. 7.
s 1. de an. t. 12. 13.
t 2. rhet. cap. 13.
u meta. t.
x 1. de an. t. 65.
y 3. ethic. cap. 2.
z 1. cæl. t. 32.
Appetitum Iraſcibilem eſſe immortalem.
a 3. rhet. cap. 2.
b 2. Illiad.
c in Fabio.
d liu. ab V. C.
e 1. polit. c. 1.

Digitized by Google

bonum sibi consentaneum; quare propriam obtinens operationem aliquam in homine, separabilis est a corpore ac immortalis. Insuper & Apperitus iste pariter immortalitatis est; quis enim est hominum, qui non cupiat semper ac in æternum vincere, ac dominari? sane sicut omnis homo natura scire desiderat, Aristotelis obseruatu; sic omnis homo natura vincere, præesseque cæteris desiderat, cum rebus, erga quas a summo Deo sortitus est imperium, dominiumque *f* naturale; tum etiam hominibus; quum *homines* singuli, Xenophontis *g* obseruatu in Cyri Pœdia, *in neminem magis quam in illos insurgunt, quos imperium senserint moliri aduersus se se: eaque esse hominem natura, vt facilius alijs omnibus animantibus imperitet, quam hominibus.* Verum & sacri Theologi docent, tum animas damnatorum a corpore separatas in inferno semper iracunde contra Deum, & homines blasphemare, desiderareque semper omnium destructionem: tum animas piorum in Purgatorio pœnas atrocissimas mira fortitudine tolerare; quapropter Appetitus Irascibilis, in anima separata remanens, cum ea permanet immortalis: Qua de re latius in opere nostro de Resurrectione. *b* Verum & idem omnino sentiendum est de Appetitu concupiscibili; siquidem inprimis eius aliqua functio sine corporis organo perficitur, nimirum assensus, & electio boni iucundi præcogniti; licet ad electum consequendum alia functione, posterius vtatur instrumenti materialis ministerio: proindeque separabilis a corpore censendus est, ex *i* Aristotelis doctrina. Præterea passim animaduertere licet eiuscemodi Cupidinem in marcidis artubus decrepiti senis luxurioſi gliscentem; pluresque videas capulores atque deponentanos, qui silicernium agentes, in ætate decrepita mulierculas palpant libidinose, cum illis cubant, atque coeunt vel irrito conatu veneris omnino languidæ: Qui ergo non labefactatur in senio concupiscibilis Amor, quantum ad appetitum, ac desiderium obiecti iucundi, morte non extinguitur, sed immortalis perseuerat in anima superstite, secundum Aristoteleam *k* regulam. Deinceps Amoris etiam concupiscibilis appetitus est immortalis, perpetuumque ac constans desiderium iucunditatis; etenim ea ratione potissimum Deus æterno supplicio libidinosos iuste punit in inferno; quia noscit in eorum obitu constantem atque perennem illorum cupidinem semper luxurioſe viuendi, si semper in corpore manere possent; quare infinitum illorum appetitum peccandi multat iuste perpetuis ardoribus. Denique vero semper in anima damnatorum vigere concupiscibilem Appetitum; Amoremque libidinosum, iam ex Plutarcho *l* late demonstrauimus. *m* agentes de Resurrectione multiplici. Sic igitur Antiqui tres facultates Appetitrices, in anima nostra residentes, æternæ quum sint, vt & ipsamet animæ substantia (veteribus omni rei æternæ diuini nomen assignantibus, & hos Appetitus Amoris nomine donantibus) apte satis Amorem omnem, tergeminumque Cupidinem, in Schemate gemmulæ nostræ formatum, Deos inter enumerare voluerunt.

f Gen. 1, 28.
g l. 1. init.
b de sexto. Quæs. c. 3. & 4.
i 2. de ani. & 13. 14.
k 1. de ani. t. 65.
l de ser. num. vind.
m de sexto. Quæs. c. 4.

Amorem concupiscentiæ immortalé esse.
Peccatorum vt iusta sit æterna pena.

A B C D

Cur Amores ætate puerili fingantur a veteribus omnibus. Cap. VIII.

AMorem omnes antiqui pingunt ætate puerili: cuius rei variæ rationes afferuntur a classicis. Plato quidem in Sympoſio sub Agathonis persona scribit Amorem ideo puellum effingi, tum quod omnium Deorum nouissimus, cunctisque iunior sit: tum quod senectutem fugiat & oderit, in iuuenibus tantummodo locum habens. Quarum quidem rationum prima veritatem habet, a qua procul abesse secunda videtur: sed aurea Platonis verba iam audiamus, a Cornano Latinitate donata: *Proinde assero ego, quum omnes Dij beati sint, Amorem si fas est dicere, & absit inuidia verbo, beatissimum omnium esse, vt qui inter ipsos pulcherrimus sit, & optimus. Quum autem pulcherrimus sit, talis est: Primum quidem maxime Iuuenis est; & recentissimus est Deorum, o Phædre; atque huic sermoni magnum testimonium ipse præbet, dum fugit senectutem, quæ velox nimirum existit, atque ideo citius quam oportet nobis aduenit. Hanc itaque ex natura Amor odio habet: &, si multa sit, ne prope quidem accedit: cū Iuuenibus autem versatur, ipsisq; adest. Nam vetus illud verbum recte habet, quod simile semper ad simile accedit. Ego vero quum multa alia Phædro concedam, in hoc non assentior, quod Amor Saturno, & Iapeto sit antiquior. Sed recentissimum*

Platonis opinio de Amoris ætate puerili.
Senectus vt velox sit.

Deorum

Digitized by Google

A *Deorum ipsum esse censeo, & semper Iuuenem. Verum prisca illa facta circa Deos, quæ Hesiodus & Parmenides produnt, ex Necessitate, non ex Amore facta esse iudico, si modo illi vera retulerunt. Non enim castrationes, neque vincula inter ipsos facta essent, aliaque multa ac violenta, si Amor inter ipsos fuisset: sed amicitia & pax, quemadmodum nunc ab eo tempore sunt, quo Amor regnum in Deos exercet. Iuuenis itaque est, & ad hoc etiam tenellus. Opus autem habet poeta, qualis erat Homerus, ad teneritudinem Dei declarandam. Homerus enim Aten Deam esse dicit, eamque teneram; pedes saltem ipsius teneros esse asserens his versibus.*

,, *Huic tenerique pedes, neque enim vestigia firmat*
,, *Ad terram; per summa means capita ipsa virorum.*

Recte igitur teneritudinem eius declarare mihi videtur, quod non per dura incedit, sed per mollia. Eodem itaque signo etiam nos vtemur circa Amorem, quod tenellus sit: Non enim per terram incedit, neque per calnarias, quæ non sunt ita valde molles, sed in mollissimis rebus vadit, & habitat. Nam in moribus & animis Deorum ac hominum habitationem firmat: & nec in his rursus omnibus; sed si in aliquem inciderit duris moribus præditum, discedit: si vero in mollem, inhabitat. Quum itaque semper & pedibus, & toto contingat
B *mollissimas mollissimarum rerum partes, tenerrimum esse necesse est. Recentissimus igitur & maxime Iuuenis, & tenerrimus est.* Ita sane Platonicus Agatho. Cui consentiendum est in eo, quod Amorem facit omnium Deorum nouissimum; quia si de Amore diuino ad intra loquendum sit, tres diuinæ tantum personæ sunt, quarum prima notione Pater est æternus ingenitus, increatus, a nullo procedens: at Secunda filius est, æternus quidem pariter & increatus, est a Patre genitus: Tertia Spiritus-Sanctus est, increatus, & coæternus alijs diuinis personis, ast ab vtrisque procedens Amor illorum mutuus, ipsum æterna spiratione producentibus: Quare sapienter hoc sensu Plato dicere potuit Amorem esse nouissimum, recentissimumque Deorum. Sin autem de Amore humano sermo sit, qui est animæ Cupiditas & Appetitus, vt visum est antea; recentissimus & iste Deorum est; etenim animam hominis ab initio Mundi post omnes creaturas condidit Deus, quando [n] *Formauit Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem*; in qua seuit Deus Amorem, triplicem scilicet Cupidinem,
C Appetitum Concupiscibilem, Irascibilem, & Rationalem. Verum & ante creationem hominis, in prima creaturarum omnium, quæ fuit Angelica natura, & in animantibus ac elementis (quibus antiqui Gentilium Theologi Deorum [o] nomen attribuunt, & Amorem Plato) fuit Amor connaturalis, tum Concupiscibilis, quo malus Angelus inordinata concupiscentia, sicut ait subtilium Doctor, [p] primo concupiuit immoderate beatitudinem; qua de re supra latius: tum etiam Irascibilis, quo [q] *Factum est prælium magnum in cælo. Michael & Angeli eius præliabantur cum Dracone; & draco pugnabat & angeli eius: & non valuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in cælo. Et proiectus est Draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur Diabolus & Satanas: qui seducit vniuersum orbem. Et proiectus est in terram, & angeli eius cum illo missi sunt.* Quod antea multo dixerat [r] Isaias: *Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris? corruisti in terram, qui vulnerabas gentes? Qui dicebas in corde tuo, in cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Verumtamen ad infernum detraheris in profundum laci.* Quam
D pugnam Homerus, [s] & alij veterum theologi Gentiles haustam e sacra pagina prophetarum nostrorum descripserunt sub fabulamentis, paulo mutato nomine Satan, Ate deæ, & gigantum, affectantium Dei summi sedem altissimam occupare, sub tartara de cælo proiectorum a Dijs: tum denique Rationalis, qua in Deum [t] *desiderant Angeli prospicere*, contemplantes in filio Dei diuinam essentiam, humanitati hypostatice vnitam, qua beati reddantur. Verum enim vero quia Plato potissimum agere videtur de Amore humano, & concupiscentiæ; non ita dare possumus illi Amorem hunc fugere, ac odio prorsus habere senectutem, hominesque morum agrestium, atque duriorum; etenim antea vidimus, in depontanis etiam obseruari talem Cupidinem, etsi penitus irritos conatus potiundi finis habentem; at nunc id experimento clariore demonstremus. Sophocles iam grãdæuus Theotida meretricem deperijt: & senex admodum Archippen nobile scortum adamauit: quam

Amor diuinus, vt sit recentissimus Deorum.

Amor humanus vt sit recentissimus Deorum.

[n] Gen. 2. 7.

Angelus prima creatura.

[o] Cic. de nat. Deor.

[p] 2. sc. d. 6. q. 2.

[q] Apoc. 12.

[r] cap. 14. 12 & seqq.

[s] Odys. 11. & Cointh. smyrn. l. 11. Paral.

[t] Petr. Epicath. 1. 12.

etiam hæredem reliquit; ita sane scribit Athenæus [1] *Sophocles vero tragicus, quum esset senior, Theotidem amicam amauit, atque Venerem orans ita inquit:* A

[1] lib. 13. c. 22

Senes amantes.

„ O nutrix iuuenum exaudi, mihi da mulierem
„ Abnuere hanc iuuenum lectum, contemnere amorem.
„ Atque senum quærat albentia tempora canis:
„ Quorum vis cecidit, mens est diuina superstes.

(scilicet in sene robur corporis pro lucta venerea non amplius adest; appetitus venereus immortalis adest) *Quum in occasu esset vitæ Sophocles, vt ait Hegesander, Archippen amicam amauit, ipsamque hæredem reliquit.* Neminem latet antiqua Græcorum fabula, de mutatis armis Ameris cum Morte; quam ita Bellaius expressit aptissime, suauissimeque:

„ Mutarunt arma inter se Mors, atque Cupido:
„ Hic falcem gestat, gestat at illa facem.
„ Afficit hæc animum, corpus sed conficit ille:
„ Sic moritur iuuenis, sic moribundus amat.
„ Vt secat hic iugulos, oculos excæcat & illa: B
„ Illa vt amare docet, sic iubet iste mori.
„ Disce hinc, humanæ quæ sint ludibria vitæ,
„ Mors thalamum sternit, sternit Amor tumulum.
„ Tu quoque disce tuas, Natura, inuertere leges,
„ Si pereunt iuuenes, depereunt que senes.

Quis etiam, obsecro, non audit Anacreontem senem, de semetipso canentem huiusmodi?

„ Dicunt mihi puellæ, „ Defluxerint an omnes,
„ Anacreon senex es: „ Hoc nescio: sed illud
„ Speculum cape, intuere „ Certe scio, decere
„ Nullæ vt comæ supersint, „ Senem hoc, magis vacare
„ Tibique glabra sit frons. „ Amoribus, iocisque.
„ At an comæ supersint, „ Quo mors magis propinquat.

Quam sententiam mox etiam professus est Anacreon, alio carmine scribens.

„ Ne conspicata canos „ Spernas meos amores: C
„ Me fugeris puella: „ En aspice in corollis
„ Nec quod tibi color sit „ Rosis decenter alba
„ Rosæ prior colore, „ Vt lilia implicentur.

Duros & agrestes amare.

Sed & in historia sacra [a] legimus, duos senes capulares arsisse nimis in concupiscentiam castissimæ Susannæ; quam circumuentam licet, recusantem tamen ipsorum libidini consentire, falsis accusatam testimonijs & inde morti damnatam, Daniel prophetico spiritu calumniam detegens a morte liberauit; libidinosos q; seniores iustæ dedit internecioni. Quare nō vere dicebat Agatho Platonicus, Amorem concupiscentiæ cum senibus non habitare. Quinimmo neq; recte statuere videtur, Amorem itidem concupiscentiæ fugere prorsus ab homine duris & agrestibus moribus prædito: ne Cimonis huc afferam amorem, quo, Beccatij relatu [x] brutus homo fere, cōspecta solum Ephigenia pulcherrima dormiente, statim accensus est, atq; mutatus in huminem frugi. Neq; Petrarchæ amantium Coryphei dictum

[a] Daniel. 13.

[x] Boc. decam. 5. n. 1 & par. 2. tom. 1.

„ Ohime, il bel viso; ohime, il soaue sguardo; D
„ Ohime, il leggiadro portamento altero:
„ Ohime il parlar, ch'ogn'aspro ingegno, e fero
„ Faceua humile, ed'ogni huom vil, gagliardo.

Quis vnquā agrestior, ac duriorib⁹ moribus Polyphemo Cyclope, quē Homerus ita describit? [z]

[z] Odyss. 9.

„ Hic in extrema parte speluncam vidimus prope mare:
„ Hic vir habitabat ingens, qui certe pecora
„ Solus pascebat longe: neque cum alijs
„ Versabatur, sed seorsum existens infanda sciebat.
„ Etenim monstrum erat horrendum, neque simili
„ Homini humano, sed cacuminis siluesi
„ Excelsorum montium, quando apparebat solum ab alijs.

Hunc

Hunc autem ferum & agreſtem, duriſque moribus, Galateæ puellæ Amor mire cæpit, vt ait
A Theocritus[a] a Idyll.

„ Ille antiquus Polyphemus quum amaret Galateam,
„ Iam primum pubeſcens circa os temporaque:
„ Amabat autem non roſis, non pomis, non cincinnis,
„ Sed perniciosis furijs: ducebat autem omnia ſecunda.
„ Sæpe oues ad ſtabulum ipſæ abierunt
„ Viridi ex herba: ille autem Galateam cantans,
„ In ipſo littore tabeſcebat algoſo
„ Ab ortu Solis vſque acerbiſſimum gerens in pectore vulnus
„ Cupidinis potentis, qui in hepate infixerat ſagittam.
„ Attamen remedium inuenit: ſedens autem in rupe
„ Alta, in pontum proſpectans, talia cantabat:
„ O candida Galatea, cur amantem reſpuis!
„ Candidior lacte coacto aſpectu, tenerior autem agna,
B „ Vitula laſciuior, acerbior vua immatura:
„ Venis autem huc, quum dulcis ſomnus tenet me:
„ Proripis autem te ſtatim, quum dulcis ſomnus dimittit me:
„ Fugis autem quemadmodum ouis canum lupum conſpicata.
„ Amare cæpi ego, puella, te quum primum
„ Veniſti mea cum matre, volens hyacinthia folia
„ Ex monte decerpere: ego autem viæ dux eram.
„ Quieſcere autem, & quum te vidi, & poſtea, & ad hunc vſque diem,
„ Ex eo tempore non poſſum: tu autem non curas, nihil per Iouem curas.
„ Intelligo, venuſta puella, cuius rei gratia fugis,
„ Quia mihi hirſutum ſupercilium per totam frontem
„ Ex altera ad alteram panditur aurem, quaſi vnica linea:
„ Vnus autem ſubeſt oculus: latus autem naſus labris imminet.
„ Ego tamen, quanquam talis ſim, oues mille paſco, &c.

C Non igitur fugit, & odio perſequitur Amor homines agreſtes, & duris moribus præditos, vbi ſermo ſit de Amore concupiſcentiæ. De Amore vero ſapientiæ quid opus eſt olim prædictis adiungere? Socrates ſenex amabat alumnos ſapientiæ iuuenes diſcipulos ſuos, Alcibiadem, Phædrum, & alios plures. At etiam quis durioribus moribus vnquam extitit inter philoſophantes illo tetrico Xenocrate, cui Plato Præceptor iubebat frequens, vt Gratijs ſacrificaret? is tamen, qui Phrinem, Laidemue, nobile ſcortum, pulcherrimam æui ſui mulierem, vna ſecum in lectulo cubantem non tetigit, & laſciuientem puellam blanditijs meretricijs ad coitum incitantem, omnino neglexit, Laertij teſtimonio, licet ingenij tardioris, calcaribus indignus, amore tamen ſapientiæ plurimum flagrauit, vti Suidas autor eſt. Sed quia Plato in conuiuio tractat de Amore concupiſcibili, vt obſeruat Ficinus nonne apud gentes etiam duriſſimis moribus & agreſtibus, planeque ferinis, Amor connubia iungit ad prolem? & qui feras agreſtiores, tigres, leones, dracones, aliaſque manſueſcere neſcias animantes, in dulcem aſſociat cupidinis coitum, quomodo ferum vllum hominem fu-
D giat, feris quibuſque minus ferum, Amor? quid ferius, & agreſtius Libyæ feris in ſolitudine? ab illis tamen, etiam diuerſi generis, non aufugit Amor voluptuoſus concupiſcentiæ; ſed in ipſis etiam immanibus habitat, prolemque ſerit, etſi plerumque monſtroſam, quam prouerbio nobilitatem refert Ariſtoteles inquiens:[b] *Adhæc, quod de Africa in prouerbio eſt, ſemper aliquid noui Africam afferre, propterea dicitur, quod diuerſa etiam genera coeant; nam ob aquæ penuriam terræ illius, vel alienigena libidine copulantur; quum in loca pauciſſima rigua congregentur.* Plinius id in leonibus & pardis obſeruat, feritate maxime agreſtibus, & immanibus, aiens: *Leoni præcipua generoſitas, tunc quum colla annoſque veſtiunt iubæ. Idenim ætate contingit a leone conceptis. Quos vero pardi generauere, ſemper inſigni hoc carent; ſimili modo feminæ. Magna ijs libido coitus, & ob hoc maribus ira. Africa hæc maxime ſpectat inopia aquarum ad paucos omnes congregantibus ſe feris. Ideo multiformes*

Amor agreſtes, & feroces nõ fugit animantes.

b 2. de gen. an. cap. 5

Leoni generoſitas, & zelotypia.

Leænæ magna libido coitus.

Digitized by Google

ibi animalium partus varie' feminis cuiusque generis mares aut vi, aut voluptate miscentur. Vnde etiam vulgare Gracia dictum, semper aliquid noui Africam afferre. Odore pardi coeuntem sentit in adultera leo, totaque vi consurgit in pœnam. Idcirco aut culpa flumina abluitur, aut longius comitatur adulterũ pardũ leæna nocens. Quomodo nunc assentiamur Agathoni, dicenti, Cõcupiscibilem Amorem fugere, ac odio habere senes, & feros moribus homines & agrestes? id certe non consentit Aristoteles, vt antea notauimus. [c] De Amore quoque Martiali, qui bellicus & irascibilis appetitus est, falso dicitur, eum fugere senes homines, & agrestibus moribus affectos, Virgilio senes agrestes, & prædones ita fantes introducente: [d]

c cap. 3.
d Aen. 9.

,, Durum a stirpe genus: natos ad flumina primum
,, Deferimus: sæuoque gelu duramus & vndis.
,, Venatu inuigilant pueri, siluasque fatigant;
,, Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu.
,, At patiens operum, paruoque assueta iuuentus,
,, Aut rostris terram domat, aut quatit oppida bello:
,, Omne æuum ferro teritur, versaque iuuencum
,, Terga fatigamus hasta: nec tarda senectus
,, Debilitat vires animi, mutatque vigorem:
,, Canitiem galea premimus; semperque recentes
,, Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.

Amor omnis cur puer fingatur.

Quid ergo Platonicus Agatho Amorem ideo puerum fingi, tenerrimumque, quia senes fugiat, & oderit feris moribus præditos homines, & in iuuenibus tantũ habiter? Ego vero potius arbitror Amorem omnem, præter primam causam originis post omnes alios Deos a Platone propositam, & a nobis olim explicatam, alia duplici ratione puellam effingi; quarum vna sit, quoniam Amor, vt antea [e] satis ostensum fuit, immortalis est, atque diuinam obtinet naturam; diuina vero ac immortalia cuncta senij sunt expertia; quod & Aristoteles ponit, asserens quod *ea tempus f non facit senescere*; qui vero senium non admittit Amor, iuuenis aptissime dicitur, atque fingitur. Alia causa est, quoniam Amor omnis est Cupiditas, & Appetitus, atque desiderium, scilicet Appetitus pulchritudinis, atque desiderium generandi in pulchro, sicuti docet in symposio Plato. Modo quum Aristotelis obseruatus [g] Iuuenes ex affectu vitam traducant; & ex cupiditate, [h] ac omnino secundum [i] cõcupiscentiam pueri viuant maxime; propterea sapienter Antiqui finxerũt Amorem omnem ætatem puerili.

e cap. 5.
f 1. cael. t. 110.
g 8. Ethic. cap. 3.
h rhet. c. 12.
i Eth. c. 12.

Amores cur Alati fingantur. Cap. IX.

Aristophanes cur Alatum esse posuerit Amorem.

ALia proprietas Amorum trium in gemma nostra spectatur, quod Alas habeant. Orpheus, & Aristophanes Amori natiuas inesse posuerunt Alas, quod ex Quo natus fuerit Amor: Orphei carmina sunt a Natali Mythologo proposita, [a]

a l. 4. c. 14.

,, Qui prior est natus, qui ex Quo, qui nitet aureis
,, Alis lætatus, per quam superumque virumque
,, Est genus exortum tenues in luminis auras.

Explicatur Orphei locus e sacris literis exceptus.

Quibus, e sacra pagina detractis, & velamine fabulæ tectis, describit Orpheus Amoris originem in productione animæ nostræ, cuius omnis Amor est facultas, & affectio tergemina, superius [b] explicata fusius. *Æthere labentem* ponit Amorem Orpheus, quoniam anima humana condita fuit primum a Spiritu Domini, qui ferebatur [c] super aquas: *ex Quo*, nimirum Deus quo comparatur, tum ob fecunditatem, qua cuncta produxit; tum etiam ob figuram circularem, qua Deus & a Trismegisto definitur esse circulus, cuius centrum vbique est, & circumferentia nullibi, propter eius infinitatem; circumferentia namque finis ac terminus est circuli, & ab Aristotele [d] dicitur Deus tenere principium, & finem, & media rerum omnium: qui statuerat alibi, [e] in circulo vbique simul reperiri principium, & finem, & medium: & sacra pagina scribente, [f] *Ego sum Alpha & Omega, principium & finis, dicit Dominus Deus, qui est, & qui erat & qui venturus est omnipotens*, & infra, [g] *Ego sum Alpha & Omega, primus & nouissimus, principium & finis*; & alibi: [h] *Ego Dominus, primus & nouissimus ego sum*, & inferius: [i] *Ego primus, & ego nouissimus, & absque me non est Deus.*

b c. 1. & seq.
c Gen. & 2. 7
Deus vt ouo & circulo cõparatus.
d de mundo c. 7. t.
e 8. phy. t. 76
f Apoc. 1. 8.
g Apo. 22. 12
h Isa. 41. 4.
i cap. 44. 6.

Et

A Et denique: [k] *Ego ipſe, ego primus, & ego nouiſſimus. Manus quoque mea fundauit terram & dextera mea menſa eſt cælos.* Vnde recte Ficinus etiam inſit, agens de Immortalitate Animorum in ſua Theologia Platonica: [l] *Deus circulus vnus eſt; quoniam a ſe eſt circuli inſtar, & in ſeipſum; prout non habet extra ſe principium ſui, vel finem: ſed in ſe incipiens deſinit in ſeipſum.* Ariſtoteles etiam Deum ouo comparare videtur, & circulo, dum ait: [m] *Patet autem ſic eſſe, quemadmodum in Vniuerſo eſt Deus, & vicißim cuncta in illo: mouentur enim omnia ab inexiſtente in nobis numine*: quum Vniuerſi ſymbolum ſit Ouum, in quo eſt animal, & viciſſim ipſum ſit in animali. Duinque ſcribit idem Philoſophus, [n] cum Ocello Lucano, [o] Deum complere totum mundum, qui circularis eſt figuræ, ad inſtar ouj: & continuam facere generationem; quam admonet identidem eſſe circulatem. Ex hoc igitur Ouo myſtico, qui Deus eſt, natus eſt Amor, quando Deus inſpirauit [p] in faciem humanæ, ſtatuæ de luto formatæ, ſpeculũ vitæ, creans animam rationalẽ, & in ea humanũ Appetitum: & quando creauit Angelicam naturam, & eius volũtatem: qui propterea geminus Amor, & magnus ab Orpheo nuncupatur; quoniam vtraque Voluntas, Angelica & Humana, eſt Appetitus infinitus, vt edocet Ariſtoteles, [q] potiſſimum rationem finis optati. Quoniam B vero Deus creauit Angelicam & Humanam Voluntatem in gratia; per quam in ſtatu innocentiæ ferri poterat ad ſublimem gloriæ beatitudinem; propterea nitere, lætarique dicit Orpheus geminum & Magnum hunc Amorem Alis aureis; gloriæ ſiquidem beatitudo lumini comparatur & auro ab Areopagita [r] paſſim. Per Amorem autem hunc geminum magnum ait Orpheus exortum fuiſſe genus omne Superorum, & virorum; tum quia Chriſtus homo Deus eſt, per quem omnia [s] facta ſunt: & in cuius gratiam creati ſunt Angeli & Homines, vt illum adorarent, [t] eidemque ſeruirent, ac obedirent: tum quia Deus homini dedit imperium atque dominium [u] in omnes creaturas corporeas; quarum cæleſtes Orpheus appellat Deorum nomine, propter ſui perennitatem: tum quia vel Ariſtoteli [x] Nos ſumus finis omnium, propter quorum vtilitatem omnia condita ſunt. His Orphicis ita declaratis conſentientia cecinit Ariſtophanes in Auibus, a Mythologo citatus, aſſerens Noctem Zephyrium Ouum peperiſſe; de quo Cupido ſit exortus: allatis verſiculis:

Chaos erat, & Nox, Erebuſque niger primum, tum Tartarus altus,
Tellus, nec Aer, nec Cælum erat: Erebique in finibus amplis
C *Primi prius Zephyrum Nox alis nigrantibus Ouum*
Ex hoc labentibus horis, pullulauit deinde Cupido
Splendens tergum aureis alis.

Nempe *Chaos erat*, potentia obedientialis, a Theologis appellata; in qua vel ipſum Nihil erat vtcumque, cum omnibus venturis vna confuſis, apud Deum, qui vocat ea quæ [y] non ſunt, tanquam ea quæ ſunt. *Et Nox, Erebuſque niger primum* ab initio creationis mundi, quando *tenebræ* [z] *erant ſuper faciem abyſſi*. Quem locum animaduertens Ariſtoteles ait, Theologos ex Nocte [a] cuncta generare. *tum Tartarus altus*, nimirum abyſſus aquarum ante lucem conditam. *Terræque nec erat* in illis tenebris, *nec aer, nec cælum* patens, atque ſtellis ornatum. *Erebique*, ſeu Nihiliſ, ſeu naturæ corporalis ante lucem conditam inuiſæ, *in finibus amplis Nox alis nigrantibus*, Deus abſconditus, [b] qui ferebatur [c] ſuper aquas, parit prius Ouum Zephyrium, abſque concurſu alterius [d] vllius cauſæ peculiaris agentis, ouum inquam actus determinati ſuæ facultatis creatricis: *Ex quo* actu Dei creatoris *labentibus* D *horis* hebdomadæ primæ, *pullulauit deinde* ſexta [e] die poſt omnes creaturas *Cupido* Voluntatis, & Appetitus animæ rationalis, quando Deus inſpirauit ſpiraculum vitæ in faciem hominis abſe de luto formatis, cuius ante lapſum, in ſtatu innocentiæ atque gratiæ, motrices alæ Cupiditatum, ſenſus & intellectus, eximie ſplendebant aurea gratia diuina, gratis humano Appetitui a Deo creatore data. Licet autem non ex omni ouo pullulet alatum animal; etenim ex ouo piſces, & alia non alata naſcuntur; nihilominus ouа piſcium imperfecta dicuntur, auium autem perfecta, [f] Ariſtoteli; Amor autem ex ouo perfectioris naturæ naſci ponitur ab Ariſtophane; quare ſcite poſuit Amorem alatum, qui ex ouo pullularit. Alij vero dederunt alas Amori propter alias cauſas; nimirum ob leuitatem amantium, & [g] inconſtantiam nimiam; de qua non ſemel ante Gyraldum [h] Ouidius & in Arte, [i]

,, Magna paro, quas poſſit Amor remanere per artes

,, Di-

[k] cap. 48. 12. 13.
[l] lib. 4. cap. 1
[m] eadem cap. 18.
[n] 2. de gen. t. 59.
[o] lib. de Vniu. nat.
[p] Gen. 2. 7.
[q] 3. Ethic. cap. 2.
[r] de cel. hier. & de diu. nom.
[s] Ioa. c. 3.
[t] Matth. 2. 4. 8. & 4. 7.
[u] Pau. Heb. 1. 6 Philip. 2. 10.
[x] Gen. 1. 28. 1. 14. & ſeq.
[y] 2 phy. t. 14
[z] Gen. 1. 2.
[a] 12. meta. t. 30.
[b] Iſai. 45. 15.
[c] Gen. 1. 2.
[d] 2. de gen. an. c. 4.
[e] Gen. 1. 27. 2. 7.
[f] 1. de gen.
[g] ſynt. 13.
[h] lib. 2.

Alatum animal ex pullulet ouo.

,, Dicere, tam vasto peruagus orbe puer.
,, Et leuis est, & habet geminas, quibus euolet, alas:
,, Difficile est illis imposuisse modum.

A

[g] lib. 2. eleg. 9 & in Elogijs Amorem [g] refert alas Amoris in affectuum vicissitudines.

,, Tu leuis es, multoque tuis ventosior alis:
,, Gaudiaque ambigua dasque negasque fide.

Sed tamen exempla non desunt, quæ primam inconstantiæ, leuitatisque rationem eluant; etenim constantissimos amores celebratos habemus Orphei erga coniugem Euridicen: Alcestis erga maritum Admetum, pro cuius salute mortem sibi elegit; & aliorum plurium. Quare causa prior alarum Amoris recipienda non est ab inconstantia, leuitateue ab Ouidio prolata: quin etiam neque posterior vicissitudinis affectio tum ab eodem, tum a Propertio

[K] lib. 2. eleg. 13. proposita lepidis hisce versiculis: [K]

,, Quicumque ille fuit, puerum qui pinxit Amorem,
,, Non ne putas miras hunc habuisse manus?
,, Hic primum vidit sine sensu viuere amantes,
,, Et leuibus curis magna perire bona.

B

,, Idem non frustra ventosas addidit alas,
,, Fecit & humano corde volare deum.
,, Scilicet alterna quoniam iactamur in vnda,
,, Nostraque non vllis permanet aura locis.

Enimuero non Amori soli, sed etiam Neptuno darentur alæ, quum perpetua sit vicissitudo fluxus & refluxus, tempestatis & maliciæ in mari; nec vlla res humana sit, quæ vicissitudines mutationum in se non sentiat assidue. Quin & alæ non solum Amori concupiscibili, ac improbo, sed Amori quoque studioso sapientiæ conceduntur, in qua nullam inconstantiam, leuitatem, aut vicissitudinem permutationis habeas, at miram constantiam, & impermutabilitatem, vt ait Aristoteles; [l] cui tum sapiens est impermutabilis a sua credulitate: tum virtus omnis moralis, adeoque fortitudo, [m] quæ nititur Amore bellico, & irascibilis Appetitu, constanti ac immutabili a suo fine voluntate firmatur: est enim virtus in habitu mediocritatis posita, quam transilire non debet: omnisque habitus difficile [n] mobilis est.

[l] 2. post. t. 17.
[m] 2. Ethic. cap. 3. & seqq.
[n] Prad. Qual.

C

Amor cur alatus fingatur proprie.

Quam ob rem nos aliam causam physicam & veram alarum Amoris cuiusque censemus assignandam: nempe celeritatem actionis propriæ; hoc etenim discrimine seiungitur in anima facultas cognitrix ab Appetitrice, quod cognitrix tarde nimium operatur, occupata diu multumque circa veri cognitionem adipiscendam, ipsum & multis & operosis valde functionibus perquirens; vnde diu versatur homo in erroribus & ignorantiæ tenebris, vt obseruat [o] Aristoteles. Verum Appetitus e contra pernicissimus ac velocissimus est omnis ad operandum; quum enim eius operatio propria sit eligere, desiderareque bonum cognitum; statim ac illi proponitur aliquid sub ratione boni, vel veri, vel apparentis, siue vtilis, siue honesti, siue delectabilis: illico, nulla prorsus interposita mora, Cupido ipsum appetit, ac desiderat, eligitque præceteris. Cuius actionis velocitas in appetitu quolibet omnibus est in propatulo, siue de Concupiscibili, siue de Irascibili, siue de Rationali Appetitu sermo sit. Qua ergo ratione sacra pagina tribuit Angelis alas (vt post Ezechielem, & Danielem, [p] ait Areopagita Dionysius [q] in sua cælesti Hierarchia) solum ad indicandum illorum celeritatem in operando, & ad ostendendum carentiam materiæ corporalis; ita scribente Dionysio: *Pedes autem mobilitatem, celeritatem, atque cursum insinuant sempiterni motus ad diuina tendentis. Quocirca & sanctorum spirituum pennatos Theologia pedes effinxit. Quippe Alis signatur celeritas alta conscendens, & cælestis vitæ cursus in anteriora semper ac celsiora conspicuus, & quod ad superiora feratur, mortalibus atque infimis omnibus exceptus. Sed enim alarum leuitas id in sanctis Angelis indicat, quod terreni corporis sarcinas liberi, toti absque vlla admistione vel pondere ad celsa ferantur.* Ita prorsus Amoribus, facultatibusque Appetitricibus animæ nostræ rectissime tribuuntur Alæ ad indicandum Appetitus humani cuiuslibet, Concupiscibilis, nimirum, Irascibilis, & Rationalis, velocitatem, & carentiam organi materialis in eligendo, & appetendo bono suo præcognito. Nam etsi Cupiditas in consequendo bono iam electo plerumque ministerio corporis vtatur, in eo tamen

[o] 2. de an. t. 151.
[p] Dani. 9. 21. Ezech. 1.
[q] cap. 15.

D

A men eligendo nullis omnino corporeis instrumentis vtitur. Cæterum in Alis huiusmodi trium Amorum obseruare licet in gemmula nostra differentiam: quod Amor in rhœda stans, facemque gerens, humeris Alas habet papilionis; ambo reliqui currum trahentes Amores, auium Alas obtinent; cuius rei ratio est, quod papiliones non alte volant ad sublimia, sed a terra se vix attollentes, prope solum semper aguntur, in aere volitantes infimo, terræ conteamino; sed aues altius attolluntur in aerem excelsiorem; quapropter vel a sacra pagina sæpissime[r] nuncupantur Aues cæli, & volatilia cæli: Discrimen autem Alarum hoc Amoribus attributum indicat Amorem lasciuæ Veneris, terrenæ corporeæque pulchritudinis, esse Cupidinem inferioris conditionis, nec in altum extollere se se, verum humi semper fere serpere. Quo pridem Amore prosequens Adamus Euam, eius exhortatione vetitum pomum comedens, diuinumque præceptum transgrediens, innocentiam amisit; vnde terræ fodiendæ condemnatus est. Contra vero constat, Veneris cælestis Amorem geminum altius a terrenis & humilibus ad gloriam & immortalitatem æthereamper bellicas virtutes, aut per contemplationes sapientiæ volare volucribus Alis ad cælum honoris & admirationis. Cæterum de Alis Amoris nobile carmen sub Alarum effigie pepigit Simmias Rhodius, ad quod nos olim Encyclopædiam edidimus integro [t] volumine.

[r] Gen. 1. 26. & seqq. Matth. 6. 26. 8. 20. 12. 13. Marc. 4. 32. Luc. 8. 5. 9. 58. 13. 19. & passim.

[s] Gen. 3. 12. & seqq.

[t] Encyclopædia ad Alas diuini Amoris.

B

Cur Amores nudi fingantur. Cap. X.

INsuper alia nostrorum Amorum in gemmula proprietas est, quod singuli nudi sunt. Et sane Cupido terrenus atque vulgaris ea potissimum ratione nudus effingitur, quod Venerea voluptas & coniunctio corporum fit maxime, ac optatur a denudatis amantibus; apud Theocritum[a] enim, puellam compressurus Daphnis ille bubulcus expoliat ad nuditatem; nam ait ipsa;

,, Amiculum mihi lacerum fecisti; fumque nuda.

Amor concupiscētiæ, cur nudus.

[a] colloq. amator.

Et in historia sacra: [b] *Alienigena, qui violatores extiterunt in coinquinatione sua, & denudauerunt femur virginis in confusione.* Mythologus etiam non inepte scribit. [c] Amor *nudus fingebatur, ad explicandam turpitudinem libidinosorum.* Quin & impudici mortales

[b] Iudith. 9.

[c] Natali l. 4. cap. 14. f.

C nudare sua solent membra pudēda, quo pelliciant in libidinem quascunque: sic & mulieres vltro papillas denudare solent, ad excitandam libidinem in viris. Hinc Amor Carnalis, nudus effingitur, quia deposita veste pudoris inuerecundus est; & quia deposita veste suum opus exercet. Hinc nuditas in sacra pagina est detectio turpitudinis: [d] *Filia Babylonis denuda turpitudinem tuam: discooperi humeros, reuela crura, transi flumina. Reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum. Vltionem capiam, & non resistet mihi homo.* Sed & ad literalem hunc sensum intelligi potest Hieremiæ dictum de filia Edom; [e] *Ad te quoque perueniet calix: inebriaberis, atque denudaberis.* Mulieres enim, alioqui pudicæ, vino concalefactæ facile descendunt in luxuriam, neque verentur se nudare coram hominibus, & eorum complexus excipere feruidas oestro Bacchi pariter atque Veneris. Quod apte nobis describit in suo Decamerone [†] Boccatius de filia Sultani. In administratione quippe operis, præsertim Amoris concupiscibilis, turpido denudatur; vt in alio quoque sensu [f] D. Gregorius animaduertit. At nudus etiam pingitur Amor iste concupiscentiæ, quia cælari non potest, vt est in prouerbio, ex his Antiphanis versibus originem habente:

[d] Isai. 47.

[e] Thren. 4. f.

[†] gior. 2. nou. 7.

[f] 6. moral. cap. 11.

D ,, ... occultare, Phidia,
,, Omnia alia posset aliquis, præter duos:
,, Aut quum vinum bibit, aut quum in amorem incidit.

Ex his, vt obseruat etiam Monosinius, viri docti & consentiunt, originem traxisse versiculum illum prouerbialem:

[g] Petr. Vict. var. lect. l. 18. c. 22.

,, Amore, e tossa non si può celare.

Effertur etiam Italice paroemia vulgi:

,, Amor, rogna, e tossa, & ,, Amore, e tossa, e rogna
,, Non si può tener nascosta. ,, Celar non ti bisogna.

Nuditas in Amore studioso quid indicet.

Ob id Amor atque Bacchus, nudi pingi consueuerunt a veteribus. Verum & ad alios duos Amores istam rationem nuditatis extendere videtur Alexander, autor ille problema-

tum,

tum asserens: [b] *Amor nudus praterea fingitur, quod & palam sit animus amantis, & sine vllo interuentu rei prodit cupiditas; haud enim per alium amare quis potest; neque ita occulte, vt intelligi a nemine possit. Vnde statuarum quoque artifices, Deos ac Reges nudos sæpenumero causa honoris, & laudis effingunt: scilicet vt perspicua eorum potestas, & animo synceri nulloque vitio protecti per corporis nuditatem indicentur. Plures Cupidines faeimus, vel quia varia libido est (aliudenim alius cupit: vnde Plato Cupidinem multorum capitum belnam appellat) vel quia sæpius euenit, vt idem pluribus se cupiditatibus dedat. Matrem omnes Venerem habere vnam dicuntur, ideſt Libidinem; Venus enim libidinis effigies est. Ferunt Cupidinem furiam arsisse infernam; quoniam sunt, qui in amores turpes, detestandos, illicitos ruant, vt libro secundo Allegoriarum de Dijs abunde docuimus.* Cupido vero, qui facultas & Appetitus est Irascibilis in anima, speciatimque viget in militiam amantibus ac exercentibus, ideo nudus apte fingitur, quia militum proprium est diripere, denudareque armas hostiles, cunctisque fortunæ bonis, & armis expoliare. Amor etiam voluntatis rationalis nudus est, quia studium est Veritatis, quæ sine fuco, sine vestibus omnino nuda semper est. Denique vero statuendum censeo, tres istos Cupidines in gemmula delineatos, esse tres facultates Appetitiuas animæ nostræ, de se penitus incorporeas, vt luculenter ostendimus antea, [i] proindeque nudas; quia corpus est animæ velamentum, vt ait Eusebius apertissime sua in Euangelica Præparatione scribens: [K] *Quum autem non contemnendam totius partem hominem esse viderunt; partem eius præcipuam, animam videlicet, verum hominem; corpus vero quasi hominis indumentum esse, affirmarunt.* In quam sententiam prius etiam iuisse videtur Areopagita, de spiritibus Angelicis, qui similiter ac Amores, nudi pinguntur, asserens: [l] *Quod autem nudi ac discalceati describantur Angeli, hoc signat, quod liberi, & absoluti, & expediti, atque exterioris omnis adiectionis labe sunt puri, & ad diuina simplicitatis similitudinem pro viribus tendunt.* Quæ quidem animæ, facultatumq; suarum nuditas, Diuinæ naturæ penitus incorporeæ similitudinem ac imaginem referens, in sacra pagina celebratur, dicente Deo: [m] *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: & creauit Deus hominem ad imaginem suam: ad imaginem Dei creauit illum.* Fecit autem & creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, dum creauit illius animam incorpoream, præditam facultatibus incorporeis, atque speciatim tribus Appetitibus & Cupiditatibus, tres diuinas Personas vtcumque representantibus, dum formato iam hominis corpore de limo terræ, Dominus Deus [n] *inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ: & factus est homo in animam viuentem*; etenim Verbum, ac Filium, qui est Sapientia Patris æterni, per actionem intellectus Paterni productus, representatur ab Amore, seu Appetitu Rationali: Pater, qui est Deus exercituum, [o] & vltionum, [p] ab Appetitu Irascibili; cuius iræ [q] fit in sacra pagina frequentissima mentio: Spiritus-Sanctus, quo conceptus [r] est Christus Dei Filius in vtero Virginis Mariæ Matris, ab Appetitu Sanctæ diuinæque Concupiscentiæ, de qua Psalmista [s] clarissime. *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. Et concupiscet Rex decorem tuum: quoniam ipse est Dominus Deus tuus: & adorabunt eum.* Qui tres Amores, Diuinis personis vtcunque correspondentes, atque similes, in vna essentia rationalis animæ, de se incorporeæ, recte pinguntur sub imagine trium Cupidinum nudorum: diuinæ namque personæ nudæ sunt, quia puri sunt actus primi, omnino sine materia, corporis expertes.

Deos & Reges cur nudus effingant sæpe statuarij prisci.

Amor bellicus cur nudus pingatur.

Amor sapientiæ cur nudus pingitur.

Homo vt sit creatus ad imaginem Dei

[b] lib. 1. pr. 87

[i] cap. 15. & 17.

[K] l. 7. cap. 2.

[l] de cel. hier.

[m] Gen. 1. 26. 27.

[n] Gen. 2. 7.

[o] Amos 4. 13

[p] Psal. 93. 1.

[q] Exod. 15. 7 Psal. 16. 2. & passim.

[r] Matth. 1. 18

[s] Psal. 44.

De Amoris tergemini pulchritudine. Cap. XI.

COnnumeratur autem inter Amoris proprietates præcipue mira Pulchritudo; de qua pridem Hesiodus in Theagonia, & ex Hesiodo Philosophus Aristotoles in Metaphysica sua; carmina sunt Hesiodi, vel a Natali [a] celebrata,

„ Ante Chaos natum: Superum firmissima sedes
„ Inde solum terræ late: tum tartara nigra
„ Intra adytum terræ, & feralia claustra barathri.
„ Inde ortus Superos inter pulcherrimus omnes
„ Dulce Deum pariterque virum gratumque Cupido

„ Sola-

[a] l. 4. myth. p. 14.

Digitized by Google

A ,, Solamen, qui corda domat, menteſque feroces.

Ariſtotelis verba ſunt: [b] *Suſpicatur autem aliquis, Heſiodum primum hoc quæſiuiſſe, & ſi quis alius Amorem, aut Deſiderium in entibus, vt principium poſuit, ſicut Parmenides: etenim is Vniuerſi generationem moſtrando:* [b] 1 meta. ſu. 2. cap. 2.

,, *Primum quidem inter omnes Deos Amorem, ait, produxit.*

Heſiodus vero:

,, *Ante omnia fuiſſe Chaos:*

,, *Deinde terram ſpatioſam, atque Amorem,*

,, *Qui inter omnes immortales elucet.*

Et ab omnibus paſſim, vt in gemmulæ noſtræ Schemate, pingitur Amor pulcherrima ſpecie; cuius ea ratio eſt; quia quum iuſtum ſit a fine omnia denominare, vt ait [c] Ariſtoteles: Amor omnis, qui Platone teſte, conſentientibus omnibus, deſiderium eſt [d] pulchritudinis, & Appetitus in pulchro [e] generandi; iure pulcherrimus eſſe dicendus eſt; atuero cum eo diſcrimine, quod Amor Concupiſcentiæ voluptatis eſt deſiderium pulchritudinis corporeæ in amato fruendæ, non curans de pulchritudine animi: contra probus Amor, ſiue Iraſcibilis in viro forti, ſiue Rationalis in ſapiente, reſpicit, & intendit, appetitque pulchritudinem animi, quæ virtus eſt in amato; quod egregie nos edocet in Sympoſio Platonico Pauſanias hiſce dictis: *Vulgaris cõmuniſque Veneris Amor reuera eſt & ipſe vulgaris, & quodcunque contingit, peragit: atque is eſt, quo praui abiectique homines amant. Amant porro feminas non minus quam maſculos, & corpora magis quam animos, & ſine mente homines potius quam prudentes. Ad explendum ſane deſiderium inhiant; honeſte vero, nec ne expleant, non curant. Quo fit, vt quodcunque ſors illis offert, exequantur, & bonum ſimiliter & malum. Affectus enim huiuſmodi a Venere illa iuniore, & vtriuſque ſexus in generatione participe profluit. Amor autem, qui cæleſtem ſequitur Venerem, quæ non femina, ſed maſculi tantum ſexus in generatione eſt particeps, ipſe quoque genus reſpicit maſculum. Deinde quoniam antiquioris Veneris pudicaque eſt comes, & ipſe petulantiæ omnis eſt expers. Quocirca quicunque Amore hoc inſpirati ſunt, genus maſculum natura robuſtius, & generoſius, & mentis maxime particeps diligit. Et qui amore hoc ſincere perfecteque ſunt rapti, ex* C *hoc perſpicue dignoſcuntur, quod pueros non amant, ſed adoleſcentes quum mente valere iam cæperint. Huiuſmodi vero genus exercendæ menti propinquius eſt, ad eamque exercendam familiaritas inter illos initur. Parati enim ſunt, arbitror, qui ſic amare incipiunt, per omnem vitam ſimul & communiter viuere; neque amatum decipere, neque ab vno in alterum abire; neque enim pueros adhuc mentis expertes amant, quos deinde exoletos irrideant, & relinquant. Oportet autem legibus inſtitutum eſſe, ne quis pueros amet, ne in re ambigua fruſtra tantum ſtudium* (Amoris) *poneretur. Incertum enim eſt, quo aut corpus* (in bellica fortitudine) *aut anima puerorum* (in diſciplinarum ſtudio) *tam ſecundum virtutem, quam ſecundum vitium poſtremo euadat. Probi quidem viri legem hanc ſibi ipſis ſponte proponunt. Oportet quoque eidem legi vulgares illos amatores adhibita neceſſitate ſubijcere, quemadmodum illos ipſos pro viribus amare mulieres liberas prohibemus. Nam hi ſunt, qui occaſionem conuicijs, & quorundam ſententiæ præbuerunt, qui amatori obſequi turpe dicunt: qui quidem de vulgaribus amatoribus iſta loquuntur, quia importunitatem iniuſtitiamque illorum agnoſcunt & improbant. Nihil autem quod modeſte & legitime fit, vituperare decet.* Lex Amoris qualis eſſe debeat.

D Itaque pulcherrimus eſt Amor omnis, quia eſt deſiderium pulchritudinis; at Amor vulgaris eſt Appetitus pulchritudinis materialis in corpore amatæ rei: Amor autem pudicus eſt deſiderium pulchritudinis in animo vel fortis, vel eruditi iuuenis aut Viri. Sunt qui cum Saphone poetria dicant, [f] Amorem ideo pingi pulchrum, quia cenſet omnis amator amatum obiectum eſſe pulchrum, etiamſi reuera turpe ſit in ſe ſe; propterea ſic aluci-natum Amorem cæcum eſſe dicunt, vel tænia velatos oculos habere; prætenduntque vulgare prouerbium: *Non è bello quel, che è bello, ma quel che piace*: deſumptum e Theocriti Bubulcis. [g] [f] Natal. Com. myth. c. 14. [g] Idyll. 6.

,, Quæ minime ſunt pulchra, ea pulchra videntur amanti.

ſiue ad verbum:

D ,, . . cer-

,, ... certe enim amore
,, Sæpe, o Polypheme, non pulchra, pulchra videntur.

A

Verum hoc non admittit noſtrum Schema, quod Amores omnes oculis viuidis & patentibus oſtentat: neque rei naturæ conuenit; quoniam Amor omnis eſt Appetitus Platoni, [b] & omnibus recte ſentientibus: Appetitus autem fertur in prægnitum ſemper. Quare non ſunt audiendi, quos memorat Natalis [i] fabulatos, *In huius Dei facultate ſitum fuiſſe, vt ea quæ turpia eſſent ac deformia, faceret videri honeſta, & decora: & illos beatos arbitrarentur amantes, qui amata re potirentur, & omnes ſenſus denique obſtupeſcere faceret.* Enimuero pulchritudo corporis etiam ſecundum ſe bona eſt; quum, vt ait [k] Ariſtoteles, *nulla res ſit Natura, in qua non mirandum aliquid inditum habeatur*: Quare corporalis etiam pulchritudinis Amor eſt deſiderium; aſt improbus Amor eius abuſum promouet; qui propterea culpandus eſt: probus autem Amor pulchritudine bene vtitur, tanquam medium eam ſumens, quo extollitur ad contemplationem atque venerationem eius effectoris Dei, ſupremæque Naturæ; ſicut explicat ibidem Ariſtoteles: *Abſurdum enim*, ait, *nullaque ratione probandum eſt, ſi imagines quidem rerum naturalium non ſine delectatione proterea inſpectamus, quod ingenium vna contemplemur, quod illas condiderit, id eſt artem pingendi aut fingendi; rerum autem ipſarum Naturæ ingenio, miraque ſolertia conditarum contemplationem non magis perſequamur, atque exoſculemur, modo cauſas perſpicere valeamus. Quamobrem viliorum animalium diſputationem, perpenſionemque faſtidio puerili quodam ſprenuiſſe, moleſteque tuliſſe, dignum nequaquam eſt; quum nulla reſit Naturæ, in qua non mirandum aliquid inditum habeatur. Et quod Heraclitum dixiſſe ferunt ad eos, qui quum alloqui eum vellent, quod forte in caſa furnaria quadam caloris gratia ſedentem vidiſſent, accedere temperarunt: ingredi enim eos fidenter iuſſit; quoniam, inquit, ne huic quidem loco Dij deſunt immortales: Hoc idem in indaganda natura animantium faciendum eſt. Aggredi enim quæque ſine vllo pudore debemus; quum in omnibus Naturæ numen, pulchrumque inſit ingenium: Quippe quum Naturæ operibus iunctum illud præcipue ſit, vbi nihil temere, vtique fortuita committatur, ſed alicuius gratia omnia agantur: Finis autem, cuius gratia quicquam vel conſtat, vel conditum eſt, boni honeſtique obtinet rationem.* Ita ſane pulchritudinem corporis etiam probus Amor appetit in amata re, quia per illam pulchritudinem attollitur ad contemplationem & cultum Numinis, eius formæ conditoris; nam, vt ait Apoſtolus, [l] *Inuiſibilia Dei, a creatura mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur.* Et Euſebius in Euangelica ſua Præparatione ſcribit his conſentanea dicens: [m] *Quum animalibus, rationalibus atque irrationalibus, & ſubſtantijs animatis atque inanimatis plenum hunc mundum viderent, non abſque ſapientia Dei hæc omnia facta putantes, a magnitudine atque pulchritudine creaturarum, puritate mentis, creatorem omnium immortalem cognouerunt,* & Poeta noſter Petrarcha: [n]

B

C

,, Gentil mia Donna i veggio
,, Dal mouer de voſtr'occhi vn dolce lume,
,, Che mi moſtra la via che al Ciel conduce,
,, Et per lungo coſtume
,, Dentro la, doue ſol con Amor ſeggio,
,, Quaſi viſibilmente il cor traluce.
,, Queſt'è la viſta, ch'a ben far m'induce,
,, Et che mi ſcorge al glorioſo fine:
,, Queſta ſola dal volgo m'allontana;
,, Ne giamai lingua humana
,, Cantar poria quel, che le due diuine
,, Luci ſentir mi fanno,
,, Et quando'l verno ſparge le pruine,
,, Et quando poi ringioueniſce l'anno,
,, Qual era al tempo del mio primo affanno.

D

,, Io

[b] in Sympoſio.
[i] 4. mythol. cap. 14.
[k] 1. de pare. cap. 5.
[l] Rom. 1. 20.
[m] lib. 7. c. 2.
[n] part. 1. Canz. 18. ſtan. 1. 2.

Digitized by Google

A ,, Io penſo, ſe la ſuſo,
,, Onde'l motor eterno de le ſtelle
,, Degnò moſtrar del ſuo lauoro in terra,
,, Son l'altr'opre ſi belle,
,, Apraſi la pregion, ou'io ſon chiuſo,
,, Et che'l camino a tal vita mi ſerra.

& adhuc infra [e] de Amore poetam coarguente in hanc ſententiam: [e] part. 2. Canz. 45. ſtan. 10.

,, Ancor, (& queſto è quel, che tutto auanza)
,, Da volar ſopra'l Ciel gli hauea dat'ali
,, Per le coſe mortali,
,, Che ſon ſcala al Fattor, chi ben l'eſtima,
,, Che mirando ei ben fiſo quante & quali
,, Eran virtuti in quella ſua ſperanza,
,, D'vna in altra ſembianza
B ,, Potea leuarſi a l'alta cagion prima:
,, Et ei l'ha detto alcuna volta in rima.

Quod etiam nobis indicauit Ariſtoteles, [f] aſſerens Naturaliſſimum eſſe viuentibus perfectis, generare ſibi ſimile, vt ipſo ſemper & diuino participent per propagationem indiuiduorum ad æternitatem ſpeciei conſeruandam. Iccircoque Deus pulcherrimo corpore mulierem efformauit; cuius pulchritudine coniux alliceretur ad ſobolis propagandæ cupiditatem: Hinc omnium primus homo ſtatim adſpectu pulcherrimæ mulieris, relictis omnibus alijs, vni mulieri adhærere concupiuit; nam [g] *ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam, in mulierem: & adduxit eam ad Adam. Dixitque Adam: Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea. Hæc vocabitur Virago, quoniam de viro ſumpta eſt. Quamobrem relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ: & erunt duo in carne vna.* Quem locum Philo ſic explicauit in opere ſuo De Mundi Opificio: [f] 2. de anim. t. 34. 35. [g] Gen. 2. 22. & ſeqq.

,, Verum quia nihil eſt in rebus genitis firmum, ſed omnia mortalia neceſſarias mutationes Philonis ſententia pulcherrima.
,, admittunt; oportebat & primum hominem experiri aliquam infelicitatem: vt autem
C ,, obnoxius viueret, occaſio fuit mulier. Donec enim ſolus erat, ſimilitudine referebat
,, creatum mundum, & Deum, geſtans vtriuſque naturæ formas expreſſas in anima: non
,, omnes, ſed quotquot earum mortalis ipſa capere poterat. Vbi vero formata eſt & mu-
,, lier, conſpicatus germanam ſpeciem & cognatam formam, gauiſus eo ſpectaculo, &
,, accedens eam complexus eſt. At illa quum nullum animal videret ſibi ſimilius, liben-
,, ter eum reſalutauit, & reuerenter. Deinde ſuperueniens Amor, tanquam vnius ani-
,, malis duo dimidia prius diſtantia, collecta tunc in vnum coaptauit: indita vtrique Cupi-
,, dine gignendi ſimilem prolem per mutuam conſuetudinem. Ea Cupido etiam corpo-
,, rum voluptatem peperit. Vnde eſt origo iniquitatum, præuaricationumque omnium,
,, quando talis Voluptas mutauit mortalem & infelicem vitam bona immortalique. Sic
igitur a primo iam homine didicerunt omnes poſteri pulchras mulieres amare Amore concupiſcentiæ; namque mox etiam teſtatur ſacra pagina: [r] *Quum cœpiſſent homines multiplicari ſuper terram, & filias procreaſſent: Videntes filij Dei filias hominum quod eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus, quas elegerant.* Nec obeſt, quod aliquando tur- [r] Gen. 6. 1. 2.
D pes atque deformes amentur, quoniam in illis aliqua ſemper eſt pulchritudo, quam Amans deſiderat, eaque frui peroptat; quum enim pulchritudo ſimpliciter in corpore ſit proportio debita partium & totius, cum venuſtate colorum; fieri non poteſt, vt in deformibus nõ inſit aliqua pulchritudo, vel in colore, vel in proportione magnitudinis, aut partis alicuius, aut totius. Verum & diuina ſponſa formoſam animam ſe dicit in corpore nigro: [ſ] *Nigra ſum, ſed formoſa, filiæ Hieruſalem: ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis.* In corpore deformi plerumque deliteſcit anima pulchra, ſicut in Silenis antiquis; quos æmulatum eſſe Socratem, admonet in Sympoſio Platonicus Alcibiades ita: *Socratem aſſero perſimilem Silenis illis, qui ſedentes inter alias imagines a ſculptoribus figurantur ita, vt fiſtulas tibiarum teneant. Qui ſi bifariam diuidantur, reperiuntur intus imaginem habere Deorum. Satyro quoque Marſyæ ſimilem eſſe dico. Etiqued aſpectu quidem his es perſimilis, ne tu qui-* Amor vt ſit pulchritudinis in amata turpi. [ſ] Cant. 1. 4.

dem, o Socrates, negabis, &c. Quin & in omni amata, ſiue corpore turpi, ſiue pulchro ſit, ineſt voluptas, quæ bonum eſt delectabile, proindeque pulchrum; etenim conuertuntur ad inuicem, bonum & pulchrum; vnde Græcis eodem nomine καλὸς appellantur. Et Lucretius Venerem (quæ dea pulchritudinis eſt, a qua Venuſtas denominatur, non autem, vt ait [t] M. Tullius, a Venuſtate Venus) appellat nomine voluptatis, eam inuocans in operis exordio ſibi auxiliarem: [*]

Bonum & pulchrũ conuertuntur.

t Cic. 2. de nat. Deor.

* lib. 1. init.

,, Æneadum genetrix, hominum diuumque Voluptas
,, Alma Venus.

Quod a Platone didicerat, ſic in Phileba ſcribente: [*] *Conemur ab ipſa dea exordientes, quam hic Venerem, ſed veriſſimũ ei nomen eſſe Voluptatis, inquit.* Erga Voluptatem autẽ Amor varie ſe habet; etenim Amor improbus iſtam voluptatem corporis, pulchritudinemque materialem, ſibi proponit vltimum finem, ſcopumque præcipuum: Amor autem probus eam ſibi ſumit medium, ac inſtrumentum ad conſequendum finem meliorem, æternitatem nempe ſpeciei, cultumque diuinum, vt antea vidimus. Verum enim vero nec omittitur in ſacra pagina Pulchritudinis Epitheton proprium Amoris: [y] *Ego mater pulchræ dilectionis.* Igitur omnis Amor aptiſſime pingitur pulcher, quoniam eſt deſiderium pulchri, vel in pulchro generandi. Denique vero quum Amoris nomine, tripliciſque ſignati noſtro ſchemate, vere ſignificetur tum animæ noſtræ facultas omnis Appetens, & Concupiſcibilis, & Iraſcibilis, & Rationalis: tum etiam vniuſcuiuſque facultatum iſtarum affectio, functioque propria; non ſecus ac Intellectus nomen eſt commune tum ad facultatem intellectricem, tum ad actum intelligendi, tum etiam ad habitum cognitionemque primorũ principiorum [z] Ariſtoteli: ſicuti ſumptus Amor pro functione, ac operatione, Appetitus eſt pulcher, quia pro fine pulchitudinem habet [a], a quo iuſtum eſt omnia denominare, ſicuti nuper oſtendimus ex [a] Ariſtotele: ita ſumptus Amor pro facultate animæ; quum iſta de ſe ſit in eſſentia ſua ſine materia, a qua ſolum omnis deformitas atque turpitudo [b] rebus ineſt, ob adnexam ſibi priuationem, neceſſario formoſus & pulcher eſt: immo ipſamet hominis forma, & pulchritudo eſſentialis eſt Amor omnis iſte; quum reipſa coincidat cum animæ ſubſtantia, cuius eſt intima facultas.

* Eccli. 24. 24.

z 1. poſt. t. 195.

a 2. de an. t. 49.

b 1. phyſ. t. 81.

A

B

Amor cur non cæcus in ſchemate fictus. Cap. XII.

C

VUlgaris opigio eſt, Amorem eſſe cæcum, vel oculis tænia velatum; qua de re Natalis ita: [c] *Tunc cæcum Cupidinem dixerunt ob turpidines, quas ab hominibus dignitatis ſuæ oblitis committuntur; quum illud potius ad diuinorum conſiliorum mirabilitatem ſpectet, ad quæ cognoſcenda cæcum eſt, & infans prorſus humanum genus; quum nulla vis humani ingenij poſſit rationem diuinæ adminiſtrationis percipere. Si cæcitas illa ad libidines hominum transferatur, quo pacto non rectiſſime excogitata eſt? aut quo pacto non paruus infans eſt exiſtimandus, qui neglecto conſilio ratioque, & gloriæ ſplendore, omnium iniquitatum, & turpidinum autorem ſectetur? aut qui omiſſis rebus diuinis, & legibus naturæ poſthabitis ad impuras voluptates ſtulte feratur, quæ viſum debilitant, non ne & ſtultus & cæcus & infans eſt exiſtimandus?* Theocriti Battus amator Miloni dicebat, excuſans propriam inſaniam: [d]

c l. 4. myth. cap. 14.

Amor cur cæcus dicatur.

d Idyll. 10.

,, Capere me incipis tu: cæcus autem non ſolus Plutus,
,, Verum etiam curarum autor Cupido: nihil ſuperbe dixeris;

D

Scholiaſtes ait: Amantibus pulchra cenſeri, quæ pulchra non ſunt; quod Amor cæcus ſit. Apud Ouidium Phædra ſui culpam Hippolyto pariter excuſat, [e]

e Epiſt. 4.

,, Victa precor, genibuſque tuis regalia tendo
,, Brachia: quid deceat, non videt vllus amans.

Propertius item potitus amica dicit, [f]

f lib. 2.

,, Ante pedes cæcos lucebat ſemita nobis,
,, Scilicet inſano nemo in Amore videt.

Plutarchus in libello de captanda vtilitate ab inimico ſcribit a Platone Amorem cæcum dictum, quod amantes in re amata cæcutiant. Maxime vero demonſtrat Amorem, quod

ſæpiſ-

Digitized by Google

A sæpissime deformes amantur, quæ pulcherrimæ censentur; qua de re bellissime poëta, † Quam sibi fingit amans, facies lectissima: spernit
,, Naturæ errores, inuidiæque minas.
,, Quid mihi non faustæ species formosa Lacænæ,
,, Si grata ingenio non videare meo?
,, Noui ego Loripedem, noui qui flagrat Egentem:
,, Vidi, qui solas durus amabat anus.
,, Quisquis amat quod vult, sub amico iudice totus
,, Militat, & votis imperat ipse suis.
,, Turba suis famuletur heris: mihi fingo puellam
,, Et Dominus Dominæ nuncupor ipse meæ.
,, Quæ soli placet, illa placet; nempe omnibus vna
,, Quæ placuit, nulli præstitit illa fidem.

† Carm. embl. amat.

Quis cæcior illo iuuene, qui Fortunæ marmoream statuam adamauit perdite?

B ,, Quod Pandioniæ vel adhuc mirentur Athenæ,
,, Et stupeant tanti rudera sparsa loci.
,, Quod duro cernis decisum marmore saxum,
,, Attica Fortunæ fertur imago Deæ.
,, Deperit hanc iuuenis fatuo lymphatus Amore.
,, Molliaque in frigida basia rupe terit.
,, Et statuam cingunt mollissima vellera Serum,
,, Circuit & duras tænia multa comas:
,, Dumque animum rigidæ cupit inspirare figuræ,
,, Expirat vitam flebilis vmbra suam.
,, Et moriens, inquit, non me mors lædit, at illud
,, Quod desit vitæ copia, vita, tibi.
,, Improba quid duræ fors te damnauit Amicæ,
,, Exemplum propriæ, Pontice, mortis habes.

C Hæc fere de cæcitate Amoris Concupiscibilis. Sed & hoc ipsum dici posse de Amore probo tum Irascibili bellico, tum etiam Rationali Sapientiæ, certum est: etenim præcipua militis, ac Imperatoris conditio & virtus est, dissimulatio tum eorum, quæ fiunt frequenter ab hostibus, quo valeat illos adoriri non opinantes; tum etiam eorum, quæ contra se milites proprij conuiciantur, ne illos exasperet: cuius rei non desunt apud summos Imperatores exempla. Aristoteles etiam aperte fatetur, * Intellectum animæ nostræ se habere ad ea quæ manifestissima omnium sunt natura sua, propter absentiam materiæ, quemadmodum oculi vespertilionum se habent ad lumen diei, ad quod plane cæcutiunt. Huc ea pertinent, quæ Ptolemæus in Centiloquio fatur: *Amor, & odium corrumpunt iudicium: augent enim minima, minuunt maxima.* Ita quidē plurimi nō inepte cæcū Amorem esse cōstituunt. E contra tamen in gemmula nostra, & in alijs plerisque veterum, Amores oculati sunt, & perspicaces; quam rem plurimi classicorum ponunt, & ratio confirmat. Sane Moschus in Amore fugitiuo Venerem introducit ei tribuentem oculos acres his versiculis: f

* 2. meta. t. 1.

f Idyll. 1.

D ,, Venus Amorem filium quærens alta voce inclamans dicebat:
,, Si quis in triuijs vagantem vidit Amorem,
,, Fugitiuus mens est: index munus habebis:
,, Merces tibi erit suauium Veneris: si vero adduxeris ipsum,
,, Non nudum suauium, sed tu hospes plus etiam habebis.
,, Insunt autem plurima signa puero: inter viginti alios cognoueris ipsum,
,, Corpore non albus, verum igni similis: oculi ipsius
,, Acres & flammei: mala mens, dulcia verba, &c.

Quem locum mirifice Tassus imitatus est, & amplificauit in Aminтæ suo prologo, fugitiuum Amorem introducens ita loquentem:

,, Chiercderia, che sotto humane forme,
,, Et sotto queste pastorali spoglie

,, Fosse nascosto vn Dio? non mica vn Dio
,, Seluaggio, o de la plebe degli Dei:
,, Ma tra grandi, e celesti il più potente,
,, Che fa spesso cader di mano a Marte
,, La sanguinosa spada, & a Nettuno
,, Scotitor de la terra, il gran tridente,
,, Et i folgori eterni al sommo Gioue:
,, In questo aspetto certo, o in questi panni
,, Non riconoscerà si di leggiero
,, Venere madre me suo figlio Amore:
,, Io da lei son costretto di fuggire,
,, E celarmi da lei, perch'ella vuole
,, Ch'io di me stesso, e delle mie saette
,, Faccia a suo senno; e qual femina, e quale
,, Vana, & ambitiosa, mi rispinge
,, Pur tra le Cotti, e tra Corone e Scettri,
,, E quiui vuol ch'impieghi ogni mia proua:
,, E solo al volgo de'ministri miei,
,, Miei minori fratelli, ella consente
,, L'albergar tra le selue, & oprar l'armi
,, Ne' rozi petti. Io che non son fanciullo,
,, Se ben ho volto fancilleſco, & atti,
,, Voglio dispor di me come a me piace:
,, Ch'a me fu, non a lei, concessa in dono
,, La face onnipotente, e l'arco d'oro.
,, Però spesso celandomi, e fuggendo,
,, L'imperio nò, che in me non ha, ma i preghi,
,, Ch'han forza, porti da importuna madre,
,, Ricouero ne'boschi, e ne le case
,, De le genti minute: ella mi segue,
,, Dar promettendo a chi m'insegna a lei
,, O dolci baci, o cosa altra più cara.
,, Quasi io di dare in cambio non sia buono
,, A chi mi tace, a chi mi asconde a lei,
,, O dolci baci; o cosa altra più cara.
,, Questo so certo al men, che i baci miei
,, Saran sempre più cari a le fanciulle,
,, (Se io, che son l'Amor, d'Amor m'intendo:)
,, Onde souente ella mi cerca in vano:
,, Che riuelarmi altri non vuole, e tace.
,, Ma per istarne anche più occulto, ond'ella
,, Ritrouar non mi possa a i contrasegni
,, Deposto ho l'ali, la faretra, e l'arco.
,, Non però disarmato io qui me vengo,
,, Che questa, che par verga, e la mia face:
,, (Così l'hò trasformata) e tutta spira
,, D'inuisibili fiamme: e questo dardo,
,, (Se bene egli non ha la punta d'oro)
,, E di tempre diuine, e imprime Amore,
,, Douunque fiede. Io voglio hoggi con questo
,, Far cupa, e immedicabile ferita
,, Nel duro cor de la più cruda Ninfa,
,, Che mai seguisse il choro di Diana:

A B C D

Digitized by Google

A „ Nè la piaga di Siluia fia minore
„ (Che questo è il nome de l'alpestre Ninfa)
„ Che fosse quella, che pur feci io stesso
„ Nel molle sen d'Aminta, hor son molt'anni,
„ Quando lei tenerella, ei tenerello
„ Seguiua ne le caccie, e ne i diporti.
„ E perche il colpo mio più in lei s'interni,
„ Aspetterò che la pietà mollisca
„ Quel duro gelo, che d'intorno al core
„ L'ha ristretto il rigor de l'honestate;
„ E del virginal fasto: & in quel punto,
„ Ch'ei fia ben molle, lancerogli il dardo.
„ E per far si bell'opra a mio grand'agio,
„ Io ne vò a mescolarmi infra la turba
B „ De' pastori festanti, e coronati,
„ Che già qui s'è inuiata, oue a diporto
„ Si stà ne' di solenni, esser fingendo
„ Vno di loro schiera: e in questo luogo,
„ In questo luogo a punto io farò il colpo,
„ Che veder non potrallo occhio mortale.
„ Queste selue hoggi ragionar d'Amore
„ Vdranssi in nuoua guisa: e ben parrassi,
„ Che la mia Deità sia qui presente
„ In se medesma, e non ne' miei ministri:
„ Spirerò nobil sensi a i rozi petti,
„ Raddolcirò de le lor lingue il suono:
„ Perche ouunque i mi sia, io sono Amore,
„ Ne i pastori non men, che ne gli Heroi:
C „ E la disuguaglianza de' soggetti,
„ Come a me piace, agguaglio: e questa è pure
„ Soprema gloria, e gran miracol mio:
„ Render simili a le più dotte cetre
„ Le rustiche sampogne: e se mia madre,
„ Che si sdegna vedermi errar fra boschi,
„ Ciò non intende, è cieca ella, e non io,
„ Cui cieco a torto il cieco volgo appella.

Amor cur Eros dictus.

Plato quidem, & Phurnutus, ait Amorem ἔρωτα dictum, ab inquisitione àmati; ἐρᾶν enim pro ζητεῖν, id est, inquirere, capitur: Ita Gyraldus: certe quidem Phurnutus ait: *Ad hæc consentaneum est, Amorem appellatum esse ἔρωτα, id est Cupidinem, ab inquisitione; siquidem ab inquirendo dicitur ἐρᾶν, vt dictum est ἰὼ δὴ τὰ ἴχνη ἐρῶν: Abi eius quæsiturus equos.* At Plato nuncupat Amorem ἔρωτα non ab inquisitione, sed a robore, vehementiaque cupiditatis; en eius verba in Phædro per Cornarum versa: *Nam cupiditas absque ratione, quæ opinionem ad rectum tendentem superat, ad pulchritudinis voluptatem perducta, & rursus a suis cognatis cupiditatibus circa corporum pulchritudinem vehementer corroborata victrix vita, ab ipso robore, quæ ῥώμη est, cognomen accepit, & ἔρως, id est Amor appellata est.* In hanc sententiam conuenit etiam versio Ficini. Gyraldo quoque, Plotinus tamen etymon ab aspectu & visione deducit: ἔρως, ait, quasi ὄρασις: Profecto verba Plotini sunt. ε *Quod quidem tanquam suum bonum spectat gaudetque videns: atque ipsum visum tale est, vt quod intuetur non negligenter intueatur, adeo in ipsa velut voluptate intentioneque ad ipsum visionisque vehementia aliquid generetur ab ipsa, tum ea, tum spectaculo dignum: quamobrem tum ex eo, quod intentissime agit circa spectaculum; tum ex eo, quod quasi ab ipso spectaculo defluit, imbutus oculus velut visio quædam cum simulachro natus est Amor; qui forte ob hoc dictus est Eros, quoniam ab oraseos, id est visione substantiam habet.* Itaque Plotinus non

ε En. 3. lib. 5. cap. 3.

a sola

a ſola viſione, ſed ab intenſione viſionis eum Platone deduxit Amoris nomen Eros. Ad hanc rem perbelle quidem deducit illud Propertij: A

,, Si neſcis, oculi ſunt in Amore duces.

† par. 1. co. 3. & illud Petrarchæ †

,, Trouommi Amor del tutto diſarmato,
,, Et aperta la via per li occhi al core.

Sed & Petrarcha, noſtratium poetarum iubar, Amoris alumnus & cultor nulli ſecundus, in Triumpho Cupidinis nullam omnino cæcitatem memorat, nullamque tæniam oculorum velamen, exacte ſic Amorem deſcribens:

,, Vidi vn vittorioſo e ſommo Duce
,, Pur come vn di color, che'n Campidoglio
,, Trionfal carro a gran gloria conduce.
,, Io che gioir di tal viſta non ſoglio
,, Per lo ſecol noioſo, in ch'io mi trouo,
,, Voto d'ogni valor, pien d'ogni orgoglio,
,, L'habito alteró, inuſitato, e nouo B
,, Mirai, alzando gli occhi graui e ſtanchi,
,, Ch'altro diletto, ch'imparar, non prouo.
,, Quattro deſtrier, via più che neue bianchi,
,, Sopra vn carro di foco vn garzon crudo,
,, Con arco in mano, e con ſaette a'fianchi,
,, Contro le qual non val elmo, nè ſcudo:
,, Sopra gli homeri hauea ſol due grand'Ali
,, Di color mille, e tutto'l reſto ignudo.
,, D'intorno innumerabili mortali,
,, Parte preſi in battaglia, e parte vccíſi,
,, Parte ferriti da pungenti ſtrali.

Scribit etiam Heſychius, quod ideo Cupido ὀμμάτιος, ideſt oculeus vocatus ſit, quod ex aſpectu Amor concipitur, & in Achillis Amoribus ὀματοπάλογχα dicta ſunt. Quin & ſacra pagina videtur Amorem oculatum fateri, dum ipſum agnitionis nomine deſignans, ait: [b] *Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei.* Etenim Amor eſt pulchritudinis agnitæ cupiditas plena timoris atque ſpei. Sed & ratio ducta ex rei natura ſatis oſtendit Amorem oculatum eſſe, non autem cæcum, aut oculis velatum: etenim quum eſſentia ſua ſit deſiderium, & voluntas; voluntas autem ac deſiderium ſemper feratur in præcognitum; & obiectum ac finis Amoris pulchritudo ſit, ſiue pulchritudinis poſſeſſio, fruitioque; pulchritudo vero, vt quæ conſiſtat in proportione, coloreque decenti partium atque totius; iudexque coloris, proportionis, atque pulchritudinis, vnus oculus ſit inter omnes ſenſus; iam Amorem oculatum eſſe, non cæcum, aut velatum, neceſſe eſt. Quid ergo dicendum in tanta controuerſia? Sane duo poſſunt in Amore conſiderari attributorum genera; eſſentialia, & accidentalia. Si ſpectemus eſſentialia, dubio procul Amor oculatus eſt, mireque perſpicax vt nuper oſtendimus apertiſſime. Sin autem accidentalia conſideremus, potiſſimumque peruerſas functiones Amoris vulgaris, vtcumque in his Amor cæcus appellari poſſe videtur. At vero ſimpliciter oculatus & mire perſpicax eſt, etiam dum deformem amat; quia qui poteſt exiguam pulchritudinem multis obrutam deformitatibus, ac pene inuiſibilem aſpicere, is acute videt, vt oſtendit Ariſtoteles, [c] aſſerens viſum, qui minoris eſt obiecti, excedere facultate cognitrice. Sic igitur optima ratione Schematis Autor in gemmula poſuit Amores omnes oculis apertis, & perſpicacibus, nullum autem cæcum, nullum obuelatum. His ex communiori diſciplinarum ordine ſchematis explicatio deducta fuit non vnica.

Eccli. 24. b

Soluto difficultatis. D

1. 1. Cæl. 4. 117. c

Schematis Amorum trium explicatio Medica. Cap. XIII.

[a] 2. de plac. c. 2. & ſeqq. CÆterum nec ex Medica facultate deſunt, quæ ſchema gemmulæ trium Amorum apte declarent; etenim tres Amores iſti Galeno [a] ſunt tres facultates Appetitrices in ani-

ma,

Digitized by Google

A ma, Concupiſcibilis, Iraſcibilis, & Rationalis: quarum vnam illam primam Concupiſcibilem cum Platone [b] ponit in Hepate: ſecundam Iraſcibilem in Corde: tertiam Rationalem, quæ Voluntas appellatur, in Cerebro. Reſidet autem Concupiſcibilis in Hepate, concauæ rhedæ figuram habente, duabus rotis innixæ; quod Hepatis temperies eſt calida & humida, Galeno, [c] & Auicennæ; [d] quum caliditas, & humiditas qualitates ſint maxime mobiles, atque fluidæ, rotarum inſtar. Hinc iure Tityum, qui concupiſcentiæ flagrans ardore Latonam, ſiue Dianam auſus de ſtupto compellare, ſagittis ab Apolline Diauaque transfixus, apud inferos catenis vinctus aſſidue Iecore nunquam deficiente, ſed in dies ſuccreſcente dilaniantem vulturem paſcit, immortalem pœnam eo viſcere ſuſtinens, quod illi ſedes extitit adeo nephariæ Concupiſcentiæ; de quo poſt Homerum in Odyſſea, † Virgilius ita cecinit:

[b] in Timeo.

[c] 1. de temp. cap. 8.

[d] lib. 1. f. 1. d. 3. c. 1.

† Aeneï. 6.

„ Nec non & Tityum terræ omniparentis alumnum
„ Cernere erat, per tota nouem cui iugera corpus
„ Porrigitur, roſtroque immanis vultur adunco
B „ Immortale Iecur tundens, fecundaque pœnis
„ Viſcera, rimatnrque epulis: habitatque ſub alto
„ Pectore: nec fibris requies datur vlla renatis.

Facem autem gerit Amor concupiſcibilis in gemmula, quoniam Hepar eſt prima natiui caloris origo, primuſque fons innati calidi: quum ſit officina ſanguinis, & viſcus, in quo primum ſanguis, naturalis caliditatis fundamentum & ſedes, generatur. Duabus habenis veluti gubernat Cor, atque Cerebruum; quia venæ magnæ, Cauæ nuncupatæ, de Iecore naſcentis, alterum ramum breuiorem Hepar mittit ad † Cor, Iraſcibilis Appetentiæ domicilium, eo deferentem ſanguinem tum pro Cordis alimento, tum etiam pro generatione ſpirituum vitalium in eius ventriculo ſiniſtro: Alterum vero longiorem ramum venæ magnæ multiplicatum per caroridas venas appellatas Iecur mittit ad Cerebrum, Rationalis Appetitus habitaculum, eo ſimiliter afferentem ſanguinem tum ad alendum Cerebrum, tum etiam ad ſpirituum animalium generationem, ſecundum partem; etenim magna pars materiæ pro ſpirituum animalium generatione ſpiritus eſt vitalis tranſmiſſus a corde per arC terias carotidus in rete mirabile terminatas ad baſim cerebri. Iſti vero duo Cupidines trahere ponuntur Concupiſcibilis Appetentiæ rhedam, quia trahunt ad ſe ſanguinem & calorem ex Hepate; quem vtrumque perferunt poſtea per arterias, atque neruos ab ſe naſcentes, attenuatum in ſubſtantiam animalium, vitaliumque ſpirituum appellatorum, in vniuerſas corporis partes. Aptiſſime vero ponuntur hi duo Cupidines, Iraſcibilis, atque Rationalis, in manibus geſtare lauri ramulos, quod apud Cor, & Cerebrum reuera manent [e] autoritas, imperium, atque triumphalis honos erga Iecur; omnibus ad vnum conſentientibus & Philoſophis & Medicis, Hepar dignitate cedere Cerebro pariter, atque Cordi; penes quod eorum duum ſit locandus principatus., lis adhuc eſt ſub iudice; quum [f] Galenus, & ante illum Plato [g] primatum Cerebro tribuant; multi cum [h] Ariſtotele Cor ſupra Cerebrum extollere videantur. Nihilominus Ariſtoteles aliquando manifeſte Cor, & Cerebrum videtur æqualia feciſſe in primatu, dum verba pronunciat ipſiſſima: [i] *Quædam vero partes ſunt ſimul, quæcunque principales, & in quæ prima ratio, & ſubſtantia: vt puta ſi hæc Cor, aut Cerebrum eſt; nihil enim differt vtra talis ſit.* Cuius difD ficillimi loci forte fuerit explicatio non diſcedens e Peripato, ſi dixerimus, Hominem, qui definitur Animal rationale, ſi conſideretur vt animal & omnino viuens, in eo principale membrum non eſſe Cerebrum, ſed Cor, quod eſt primum viuens, ac vltimum moriens in homine, principiumque vitæ, vitæque terminus in animali. Si vero conſideretur homo vt ratione præditus, ac vtens; quum hæc a miniſterio ſenſuum ſuas omnes operationes auſpicetur, vel Ariſtotele doctore non vno in loco; primo namque ſcribit: [K] *Apparet autem hoc vtique omnibus inexiſtens animalibus; habent enim congenitam potentiam iudicatiuam, quam vocant ſenſum: inexiſtente autem ſenſu, in alijs quidem animalium fit permanſio ſenſati, in alijs vero non fit; in quotcunque igitur non fit, aut omnino, aut circa ea quæ non fit, non eſt his cognitio extra ipſum ſentire; in quibus vero ineſt ſentientibus, ha-*

[e] Pier. Hieroſo.

[f] 6. de plac. Hyp. & paſſim.

[g] in Timeo.

[h] de Iu. & ſen. cap. 2. 3. de part. cap. 4.

[i] 7. meta. t. 35.

Difficilimi loci Ariſtotelici explicatio.

[K] 2. poſt. t. 103. & ſeqq.

E *bere*

bere vnum quiddam in anima, quum multa talia fiant, iam differentia quædam sit; vt his quidem fiat ratio ex talium permansione, his vero non. Ex sensu quidem igitur fit memoria, quemadmodum diximus: ex memoria vero, quæ plerumque eiusdem fit, experientia; multæ namque memoriæ numero experientia vna est: experientia autem aut ex omni quiescente vniuersali in anima, aut vno præter multa, quod vtique in omnibus vnum sit illis idem, est artis principium, & scientiæ; si circa generationem quidem, artis: si vero circa ens, scientiæ. Neque itaque insunt determinati habitus, neque ab alijs habitibus fiunt notioribus; sed a sensu, vt in pugna versione facta vno stante, alter stetit, postea alter quousque ad principium venit: anima vero est talis vt possit pati hoc &c. Alibi vero scribit in eandem sententiam: [l] *Omnes homines natura scire desiderant. Signum autem est sensuum dilectio nam & absq; vsu propter seipsos amantur, præ ceteris autem, qui per oculos fit; non enim vt agamus solum, verum etiam nil acturi, ipsum videre præ omnibus alijs, vt ita dicam, eligimus: causa autem est, quod sensuum hic vel maxime nos cognoscere quicquam facit, multasque differentias manifestat. Natura itaque animalia sensum habentia fiunt: a sensu vero quibusdam eorum non innascitur memoria, quibusdam vero innascitur; & ob hoc alia prudentia, alia disciplinarum capaciora sunt, quam illa quæ memorare non possunt. Prudentia quidem absque eo quod discant, quæcunque scilicet audire sonos non possunt, vt apes, & si quid aliud animalium genus simile est. Discunt autem, quæcunque vna cum memoria hunc quoque sensum habent. Cætera igitur imaginationibus ac memorijs viuunt, experientia vero parum participant: humanum autem genus arte etiam ac ratiocinationibus. Fit autem ex memoria experientia hominibus; multæ etenim eiusdem rei memoriæ vnius experientiæ vim efficiunt. Quare experientia pene simile quid scientiæ ac arti esse videtur. Per experientiam autem ars, & scientia hominibus efficitur; experientia enim, vt recte ait Polus, artem efficit, inexperientia vero fortunam, &c.* Quibus apparet euidenter Aristotelem constituere cognitionem omnem humanam, siue sit actiua, vt ars, & prudentia; siue sit contemplatiua, vt est ipsa scientia, niti cognitione sensuum, ab eaque prorsus ortum habere. Quo nomine scribit [m] alibi Philosophus, *tum sensum habere virtutem scientiæ*: [n] tum auditum maxime facere ad intellectum. Quum autem sensus omnes in capite sint, vnus tantum tactus extendatur in vniuersum corpus; iam principium rationis, humanæque cognitionis omnis in capite, cerebroque maxime ponendum est, in quo solo sunt omnes ipsi sensus, visus, auditus, olfactus, gustatus, atque tactus; quin & sensus communis, ad quem attinet agnoscere discrimen inter album & dulce, ac omnino sensibilia diuersi generis: [o] nec non & animaduertere functiones omnium & singulorum sensuum aliorum; quæ quidem animaduersio non habet locum in somno; quia somnus est ligamentum [p] primi sensorij; quod est instrumentum sensus communis, qui solum operatur in vigilia; nam vigilantes tantum animaduertunt [q] se sentire, non item dormientes: somnus autem vel Aristoteli maxime fit in cerebro: dicit etenim ipsissima. [r] [Fit enim somnus, quemadmodum dictum est, dum corpulentum sursum fertur a caliditate per venas ad caput; quum vero amplius non potest, sed multitudine excedit, quod eleuatum est, iterum repellitur, & deorsum fluit; ideo cadunt homines subtracto calore, qui sursum ferebat; solum enim animalium rectum & incidens quidem desipientiam facit, postmodum vero imaginationem. An dictæ quidem nunc solutiones contingentes quidem sunt vt fiat infrigidatio. Verum enim vero dominus est locus, qui circa cerebrum, quemadmodum dictum est in alijs; omnium enim, quæ in corpore frigidissimum: non habentibus vero, quod proportionale. Quemadmodum igitur humidum, quod euaporat a Solis caliditate, quum venerit ad supremum locum, propter frigiditatem ipsius infrigidatur; & quum constiterit, deorsum fertur factum rursus aquæ: sic in euacuatione calidi ad cerebrum excrementitia quidem euaporatio in pituitam consistit (ideo & destillationes videntur ex capite fieri) nutritiua vero, & non morbosa deorsum fertur consistens, & refrigerat calidum. Ad infrigidandum vero, & non facile suscipiendum euaporationem confert renuitas, & angustia venarum, quæ circa cerebrum. Infrigidationis igitur hæc est causa, quanquam euaporatio exuperet caliditate.*]

[l] 1. meta. cap. 1.

[m] 1. de gen. t. 89.

[n] de sen. & sen. c. 1.

[o] 2. de an. t. 136. & seq. & 149.

[p] de somn. & vig. cap. 1. & 2.

[q] de somn. & vig. cap. 3.

[r] de gen. an. cap. 1. de somn. & vig. c. 5. Somnus in cerebrum fit ex tium Aristoteli.

Dum

A Dum igitur Aristoteles asserit somnum esse ligamentum sensuum, primique sensorij; fieri-
que propter infrigidationem euaporationis calidæ per excedentem frigiditatem cerebri;
quod ideo ponit esse somni dominum; aperte constituit cerebrum, in quo sensus omnes
agnoscit, obtinere principatum in humano corpore; si spectetur homo vt rationalis, ac
vtens ratione sensuum operationibus innixa, & ab eis præcedētibus ortum habente, quod
alibi [f] dixerat omnem doctrinam & disciplinam intellectiuam fieri ex præexistenti cogni-
tione sensitiua: vt multis Classicorum placet. Immo vero scribens Aristoteles: [g] *Caput*
cerebri gratia potissimum est: hanc enim partem genus omne sanguineum habeat necesse est:
& quidem loco obiecto Cordi, ob eas, quas exposuimus causas. Sed natura sensuum etiam non-
nullos in eo collocauit, quoniam sanguis eius membri temperatus modice sit, & idoneus tum ad
cerebrum tepefaciendum, tum ad sensuum tranquillitatem, atque integritatem. Qua quidem
sensuum tranquillitate, atque integritate maxime niti functiones intellectus humani, sapien
tiæ, seu scientiæ, prudentiæque habitum in homine procreantes, alibi constituit Aristote-
les, tum asserens: [h] *Intellectio assimilatur cuidam quieti & statui magis quam motui.* tum
B maxime dicens: [i] *At vero neque in intellectiua parte animæ est alteratio: sciens enim maxi-*
me eorum, quæ ad aliquid dicitur. Hoc autem manifestum est. Secundum enim nullam po-
tentiam motis fit in nobis scientia: sed, quum extiterit aliquid. Ex ea enim, quæ est secundum
partem experientia, vniuersalem accipimus scientiam. Neque itaque actus generatio est nisi
quis & respectionem, & tactum generationes dicat: tale enim est actus. Quæ autem a princi-
pio acceptio scientiæ, nec est generatio, nec alteratio; nam, quia quietæ est, residetque animæ,
sciens fit, & prudens. Vt igitur neque dormiens excitatus est aliquis, aut ebrius esse desijt,
aut ægrotans reualuit, factus est sciens, quamuis prius non poterat vti, & secundū scientiam
agere, sed abeunte perturbatione, & ad tranquillitatem veniente mente inerat potentia ad
scientiæ vsum; sic vtique huiusmodi aliquid fit id, quod est a principio, in scientiæ existentia:
perturbationis enim quies quædam est, & tranquillitas. Neque igitur pueri possunt quid di-
scere, neque indicare sensibus, similiter atque seniores; multa enim perturbatio fit, & mo-
tus. Sedantur autem, & desinunt perturbari, aliquādo quidem a natura, aliquando verò ab alijs;
in vtriusque autem his alterari aliquid accidit, sicuti quum excitatur, & fit vigilia ad actum.
C *Manifestum est igitur quod alteratio in sensibilibus est, & in sensibili parte animæ; in alia*
autem nulla, nisi secundum accidens. Ex habitis apertissime constat, ad mentem Aristote-
lis, intellectricis animæ functiones in intellectu scientiam, & artem, prudentiamque produ-
centes, præsupponere quidem operationes sensuum, experientiam, & memoriam promo-
uentes; at sensuum tranquillitatem habentium, non autem perturbationem, quæ prorsus
impedit scientiæ generationem; quum autem sensus in Corde perturbationem ingerat iræ,
pariter in Hepate Concupiscentiæ perturbationem promoueat; in quibus viscеribus calor
exundat; & iræ perturbatio non minus quam Concupiscentiæ passio vehemens impediat
veri cognitionem, & adeptionem scientiæ, cæterorumque habituum intelligibilium; in ce-
rebro vero mitis & blandus calor faciat, vt ait Aristoteles, [k] ad sensuum plurium, in capite
degentium tranquillitatem, & integritatem; profecto cerebrum in Peripato primatum ob-
tinet, si referatur ad hominem quatenus est rationis particeps, atque scientiæ capax, ex
precedenti sensuum tranquillorum operatione sine perturbationis vlla vehementia. Cor
autem in Peripato primatum obtinet alia ratione, si referatur ad hominem prout animal vi-
D uens est; etenim Cor in eo est principium Vitæ, viscusque quod omnium humani corporis
partium primum viuit, & vltimum moritur, ex Aristotelis [l] decreto: Quapropter hanc
vtramque rationem primatus, quarum altera Cordi conuenit, altera Cerebro congruit in
humano corpore, considerans Aristoteles, in Metaphysica tractans de partium habitudine
ad totum, & inter se simpliciter, enunciauit aptissime, [m] nihil differre vtra pars principalis
in humano corpore dicatur, Cerebrum, aut Cor. At in libris de Historia Animalium, de
partibus Animalium, de Generatione Animalium considerans animal & hominem sub ra-
tione viuentis, non autem sub ratione rationalis, & intellectiui, semper Cordi primatum
dedit, non autem Cersbro; quod non animaduertentes plerique Medici, cum Galeno,
contradicunt Aristoteli sine ratione. Primatum huiusmodi geminum Cordis, & Cerebri
forte respiciens autor nostri Schematis in gemmula, dedit vtriquæ Cupidini, tam Irascibili

[f] 1. post. t. 1.
[g] 4. de part. cap. 10.
[h] 1. de an. t. 48.
[i] 7. phy. t. 20.
[k] 2. de part. cap. 10.
[l] 3. de part. cap. 4. 2. de gen. an. cap. 4.
[m] 7. meta. tex. 35.

Digitized by Google

sedem in Corde habenti, quam Rationali domicilium in Cerebro obtinenti, ramulum lau- A
[b] lib. 50. hierogl. ri; quod apud Antiquos, obseruatu Valeriani, [b] hieroglyphicum est, quo signatur *Autoritas Imperatoria, & Triumphalis honos. Esse vero*, inquit, *Laurum insigne triumphantium, non ex eo tantum, quod apud Ouidium legitur.*

,, Tu ducibus lætis aderis, quum læta triumphum
,, Vox canet, & longas visent Capitolia pompas.

quantum ex multis veterum monumentis innotescit. Illud quoque satis constat, Imperatores triumphi Lauream ad Iouem Capitolinum ferre solitos, atque eam in eius gremio relinquere. Laureata vero Imperatorum capita in numis passim habentur. Atque his nō incongruum fuerit ea quæ de Laureto, vnde triumphaturi laureas sibi decerpere consuouerant, memoria prodita sunt, repetere. Liuiam quippe olim post Augusti statim nuptias Veientanum suum reuisisse, ibique tum illi gallinam albam, qua ramulum Lauri rostro tenebat, a præteruolanti aquila, qua illam rapuerat, in gremium demissam; quumque nutriri alitem, pangique ramulum placuisset, tantam pullorum sobolem prouenisse, vt Tranquillus ad sua vsque tempora villam eam Ad Gallinas vocitatam atteſtetur. Tale vero Lauretum fuit, vt triumphaturi Cæsares inde B
Laureas boni ominis gratia decerperent. Fuitque mos triumphantibus, alias confestim eodem loco pangere. Adeo vero Laurus triumphantium propria fuisse videtur, vt obseruatum sit in huiusmodi Laureto sub cuiusque obitum arborem ab ipso institutam elanguisse. Ex quo etiam prodigij causam intelligas, quod Iulij Cæsaris cædem præmonstrauit, quum pridie Idas Martias auis Regaliolus cum laureę ramulo Pompeianæ Curiæ se inferens, a varij generis volucribus ex proximo nemore persequentibus ibidem discerpta est. Nouissimo vero Neronis anno, in quo Cæsarum progenies defecit, sylua illa Veientana radicitus omnis exaruit, & quicquid ibi gallinarum erat, interijt. Tali portento fuit Alexandro Seuero Laurus alia ingens & antiqua, quæ in palatio cuiusdam ciuitatis, a qua proficiscebatur ad bellum quod contra Germanos parauerat, subito collapsa, mortis itidem eius indicium habita. Contra non temere boni ominis Lauri folia, quæ circa Pompeij fasces illigata fuerant, quum longo itinere per arida & inculta loca iam exaruissent, eo tempore quo in vico quodam Galatiæ cum Lucullo in colloquium descendit, de tsacta, & a Lucullianis lictoribus recentia & viridia, quæ penes eos plurima erat, liberaliter suffecta: quod summam gloriæ, rerum a Lucullo gestarum ad Pompeium transituram interpretatum est, vt paulo post subsecutum. Et Romæ lamentabunda Luculli vox audita, Pompeius res meas in Asia gestas eleuauit. Laurus itaque triumphalem honorem, & autoritatem Imperatoriam designat. Cuius arboris rami dum manibus Amorum Irascibilis, & Rationalis trahentium rhedam impotentis Cupidinis Concupibilis, geruntur, aperte signant viros alta sapientia, bellicaq; fortitudine cluentes, etsi domiti quandoq; fuerint ab ardore Cōcupiscentiæ Venereæ, retinere tamen in hominū memoria gloriam excellæ virtutis immortalem, immortali virore lauri signatam: ita cordis, & cerebri primatus dignitatis est semper in humano corpore, licet aliquando Iecur vniuersi corporis temperaturam regat; vt
[c] cap. 29. & seqq. obseruat [c] Galenus in Arte Medicinali. Hactenus explicatū sit a nobis imperium tyrannicū Amoris improbi Concupiscibilis erga probos Irascibilem bellicū, & Rationalem sapientiæ. C

Explicatio Schematis ab incerto proposita considerata. Cap. XIV.

CEterum ommittenda non est explicatio Schematis ab incognito nobis autore propo- D
sita, duobus versiculis appositis huiusce modi:

,, En gemini bigam Thitonia ducit Amoris:
,, Biga docet Venerem, flammaque clara diem.

Videtur hic autor indicare velle Tithonis amicam Aurorā, quæ facem diei præfert Orienti Soli; & capta gemino pridem Amore rapuisse dicitur duos amasios, Tithonem & Cephalum, vt aiunt fabulæ priscæ: quum ipsamet amans tertius Amor sit biga stans, qua rapuit amasios. Verum in Schemate duo Cupidines bigam ad se trahentes, potius ad se rapiunt Amorem tertium, quam ab eo rapiantur. Biga docere Venerem vtcunque potest, quia Veneris actus est duorum amantiū coniunctio: totaeq; duæ in biga forte Venereus idem actus, consistens in sensu, & fruitione voluptatis, præcellentis vna facultatem sensitiuam tum cognitri-

A gnitricem, tum etiam appetitricem pulchritudinis ceu boni delectabilis. At vero nimis longe petita videtur ista commentatio, quæ nil fere Schemati congruere videtur, minime declarans cur Amor in biga papilonis alas habet, alij duo bigam trahentes obtineant alas auiũ: neque cur isti gemini ramusculos Lauri manibus gestent. Neque fax in manu Cupidinis diem docet, aſt ardorem perennem, quo medullitus incenduntur amantes. Apte Pierio, [a] Ægyptij ſacerdotes, qui odium per aquas intelligunt, ſub hoc tamen nomine mare ipſum accipientes, per ignem Amorem exprimi voluerunt; ideoque faces paſſim Cupidini dedicarunt; notum enim illud de amore captis, vri eos intimis medullis: & apud Maronem; [b] *Regina cæco carpitur igni*, alibi: *eſt mollis flamma medullas*: Atque eadem *vritur infelix Dido*: *ardet amans Dido*. Cyrus apud Xenophontem, [c] ignem ait vrere homines, qui eum tangant: Amorem vero non præſentes tantum, verum etiam longe abſentes inflammare. Meritoque Portius Licinius dixit, hominem ob Amorem non eſſe ignitum, ſed ipſum ignem, quum ait: *Quæritis ignem? ite huc: quæritis ignis homo eſt*. Vulgatum & Iſidori dictum, autoris Græci de Amore loquentis, ea de cauſa cum facibus & alis Amorem pingi

B ſolitum, quod nonnunquam cupiditate impatientius exurat, nonnunquam vero præ ſatietate abuolet, & Lucretius: [d]

„ Sed leuiter pœnas frangit Venus inter Amorem,
„ Blandaque refrænat morſum admiſta voluptas:
„ Namque in eo ſpes eſt, vnde eſt ardoris origo,
„ Reſtingui quoque poſſe ab eodem corpore flammam.

Sic igitur in Schemate puellus alatus facem gerens, & alios binos alatos, & laureatos vrgens ad rhedam ſuam trahendam, non eſt Aurora quæ face diem prouehat, Tithonis, & Cephali amatrix; at ipſe Cupido Venereus face concupiſcentiæ ſimul adigens Amores alios, bellicæ fortitudinis, & altæ ſapientiæ, nonnunquam ad mulierculas colendas.

[a] lib. 46. Hidr.

[b] Aen. 4.

[c] lib. 5. pæd. Cyr.

[d] lib. 4.

Amoris Emblema noſtro perſimile, propoſitum ab Alciato conſideratur. Cap. XV.

C ANtequam vero de tabula manum, lubet Alciati conſimile Schema cum noſtro comparare. Notatur a Cl. Viro, [a] *Potentiſſimus affectus Amor*: pictumque nobis ob oculos ponit alatum Cupidinem e biga frænatos leones duos vrgentem vulgari aurigarum flagello, verſiculis appoſitis:

„ Aſpice vt inuictus vires auriga leonis,
„ Expreſſus gemma puſio vincat Amor?
„ Vtque manu hac ſcuticam tenet, hac vt flectit habenas!
„ Vtque eſt in pueri plurimus ore decor!
„ Dira lues procul eſto: feram qui vincere talem
„ Eſt potis, a nobis temperet an ne manus?

Profecto Schematis huius autor in gemma ſignificare voluit Amoris vim eſſe vehementiſſimam, quæ ſi poteſt ferociſſimos Leones domare, manſuefacereque ad connubia venerea, vel cum pardali, fera diuerſæ ſpeciei, nec minus truculenta, ſicuti ſupra [b] notauimus ex Plinio; [c] multo facilius poſſe nos homines, quantumuis duris, & agreſtibus moribus præditos, immo quamuis inſignium virtutum robore munitos, vincere, domareque penitus. At

D autor noſtri Schematis, abſque comparatione, mirabilius oſtendit Amorem concupiſcibilem domare viros maſcula virtute tum bellicæ fortitudinis, tum altæ ſapientiæ pollentes, ac ad ſui obſequium impellere, non ſcutica vulgi, ſed face caloris innati feruidioris. Et Amori Concupiſcentiæ non alas volucrum cæli, ſed terreni papilionis, a terrenis extollere ſe nequeuntis aſſignauit myſtica teſſera. Neque neceſſaria probatione nititur argumentum viri præcelſi; quia belluæ, quantumuis feræ, ſenſu [d] viuunt, & appetitui concupiſcentiæ facile, neceſſarioque parent, atque ſubijciuntur: homines vero rationem obtinent, ac liberam voluntatem, quæ poteſt Appetitui Concupiſcibili reſiſtere, violentiamque Cupidinis exſuperare, domareque penitus, vt in nonnullis obſeruatum eſt: quis ignorat Xenocratem philoſophum Platonicum violentiæ Cupidinis obſtitiſſe fortiſſime? Conſtat enim, quum Phryne, nobile ſcortum, dedita opera a quibuſdam intra eius cellam miſſa eſſet, atque ab eo or-

[a] Emb. 106.

[b] cap. 6.

[c] lib. 8. c. 16.

[d] 2. de an. t. 16. 149. & 162.

Zenocratis continentia mira.

Digitized by Google

eo orans lecti partem accepiſſet, demumque nullis illecebris virum ad concubitum allicere potuiſſet, ſed imperfecto opere diſceſſiſſet, dixit ſe non a viro, ſed a ſtatua veniſſe. Quis ignorat Lucretiæ, Penelopes, Virginiæ pudicitiam? A

e Peor. in triumph. Caſtitatis.

,, Poi e le tedeſche, che con aſpra morte
,, Seruar la lor barbarica honeſtate?

Plenæ ſunt hiſtoriæ Virginum, & aliorum, qui Cupidinis violentias omnes animo caſto ſuperarunt, etiam violentæ mortis neglectis minis atque terroribus. Quare nulla neceſſitas eſt, vt Amor concupiſcentiæ, qui feras irrationales vincit, etſi ferociſſimas, rationalem hominem vincere debeat.

Humus Vrſatius.

f pag. 119.

Hæc iam exaraueram, quum ad manus meas peruenit Numus argenteus, a nobiliſſimo Patricio Patauino Sertorio Vrſato monſtratus, de quo Fuluius Vrſinus, in opere ſuo Familiarum Romanarum in antiquis Numiſmatibus repertarum, hæc habentur f *Tertius denarius cuſus eſt, vt opinor, a L. Tulio, ſuperioris Iulij filio, qui in Africa Catoni Pro Quæſtore fuit bello Cæſariano: Eius meminit Cæſar lib. I. & II. de bello Ciuili, Cicero ad Atticum lib. VII. Hirtius lib. V. de bello Africo, & Dio lib. XLII. Ad eundem vero generis originem indicandam, Venus curru Cupidinum vecta in hoc quoque denario expreſſa eſt.* Sed aliud eſt hoc a noſtro Schemate; in quo, non Venus, at Cupide vehitur Concupiſcibilis in curru a Cupidinibus Iraſcibili, & Rationali rhedam trahentibus. Quod autem ſubſit Amoribus in altum volantibus lyra vetus in Vrſini numo, forſan hoc iudicare poteſt Iuliæ gentis originem, a Virgilio poeta principes partes inter Latinos Vates obtinente, celebratam fuiſſe. Hactenus de primo Schemate dicta ſufficiant. B

Venus curru Cupidinum Vecta.

Sapientiam apprehendi ab Animo Doctrina ſedula lectione, ac intenta Auſcultatione.

Schema II. Gemma.



C

D

A

Humanus animus erga sapientiam cur se habeat vt Amor pulcro corpore pusillo. Cap. XVI.

QVum Amor nihil aliud sit, quam desiderium pulchritudinis possidendæ, vt in Phædro Symposioque Plato demonstrauit, quumque pulchritudo cum bonitate coincidens maxime resideat in sapientia: vt fatetur Aristoteles: [a] ponens scientiam inter honorabilia bona primarem: iam si omnes homines natura scire desiderant, [b] & scientia proprius est habitus animæ [c] humanæ; quis non videt Animum humanum sciendi cupidum aptissime per Cupidinem in gemmula nostra representari? Verum enimuero quum infantium erga adultiores tergemina sit differentia, quod & corpore minore sint, & animo simpliciore, ac rudiore; penes hæc tria Rationalis Amor Sapientiæ mirifice fingitur in gemmis, & ab Amore tum concupiscentiæ, tum bellico Irascibili contradistinguitur, qui maiores corpore finguntur in alijs gemmis, & actionis minus rudis ad aspectum promotores. Quod quidem ad corporis exiguitatem attinet, eius vna ratio est, quam protulit Aristoteles, & comprobat experientia; quum enim humanus intellectus ad intelligendum non vtatur vllo corporis [d] organo; quin & anima rationalis gubernet atque regat ceteras inferiores facultates matrices, sensitrices, & altrices; quo factum est, vt mente penitus occupata circa vehementis cuiuspiam intelligibilis obiecti contemplationem, aut etiam voluntate circa vehementis obiecti desiderabilis amorem, homines ideo in ecstasim rapti non moueantur, nec admota sensibilia vehementissima percipere valeant, nec etiam alantur; vt olim fuse probauimus, [e] agentes *De his qui diu viuunt sine alimento*: nec non tractantes *De ortu animæ humanæ*: [f] iam plane constat corporis molem maiorem obesse contemplationi, sapientiæque conquisitioni, comparationique; quod plane nos edocuit Aristoteles inquiens: [g] Homo *solus animalium omnium erectus est, quoniam eius natura atq; substantia diuina est: officium autem diuini est intelligere, atque sapere: quod non facile esset, si vasta corporis moles assideret; pondus enim tardiorem reddit & mentem & sensum communem*. In hanc sententiam Galenus, D. Hieronymus, & veteres omnes, vasta corporis mole compactos homines parum mente pollere, nihil ingenio valere dicunt; vt etiam hac ratione Philo, [h] Iudæorum

B

C

doctissimus, distinguere potuerit animam athletæ ab anima Philosophi: *Quapropter*, inquit, *athletæ anima differt ab anima Philosophi; nam athleta omnia refert ad bonam corporis habitudinem, cui vel animam ipsam impenderet, vt pote amator corporis. At Philosophus quum sit honestatis amator* (adeoque sapientiæ, quæ bonum est omnium honestissimum, honorabilissimumque) *curam gerit eius, quæ in se viuit animæ, neglecto mortuo corpore, non aliud spectans, quam ne quid optima anima patiatur a colligato sibi malo cadauere*. Quin etiam semper homines vasto corpore male audiunt apud omnes, tanquam socordes ac inertes; vnde in prouerbium abijt, *Caliga Maximini*: scilicet Imperator is fuit vt corpore vastus, ita animo prorsum insulsus; vt in eius vita refert Iulius Capitolinus, in hæc verba: *Nam quum esset Maximinus pedum, vt diximus, octo prope semis; calceamentum eius, ideſt campagium regium, quidam in luco, qui est inter Aquileiam & Arziam posuerunt, quod constat pedem maius fuisse hominis vestigio atque mensura. Vnde etiam vulgo tractum est, quum de longis atque ineptis hominibus diceretur, Caliga Maximini*. Sed & Sacra pagina Gigantes vasto corpore bellatores quidem fortes [k] asserit, at nusquam sapientiæ studiosos agnoscit. Quam veritatem etiam ex intimo Peripato deducere possumus; quoniam anima intellectiua, cuius adsensitiuæ differentiam, sapientia proprius est habitus, ad hunc habitum comparandum corpori nō miscetur; nec ad inuendam sapientiam, quæ rerum omnium, altissimarumque præsertim cognitio est, vllo prorsus vtitur organi corporei ministerio, nec omnino corporis vllius actus est. *Quapropter*, inquit Aristoteles, [l] *Exactissimam scientiam esse sapientiam manifestum est. Sapientem igitur non solum ea quæ ex principijs sunt cognoscere, sed etiam circa principia ipsa verum dicere oportet. Quare sapientia erit intellectus & scientia, ac quasi habens caput scientia rerum præstantissimarum*, & mox: *Constat igitur ex ijs quæ dicta sunt, sapientiam esse rerum præstantissimarum naturam scientiam & intellectum. Vnde Anaxagoram & Thalem atque huiusmodi homines, quum ignorare ea quæ sibi vtilia sunt, viderint; non prudentes*, (cuiusmodi non pueros, at senes esse solum, infra notabit) *sed sapientes esse dicunt:*

[a] 1. de anim. t. 1.
[b] 1. Meta. t. 1.
[c] 6. Ethic. c. 3.
[d] 3. de anim. t. 6. 7.
[e] lib. 2. cap. 19. 22. & lib. 4. cap. 69. 66.
[f] lib. 3. cap. 4. 5.
[g] 4. de part. cap. 10.
[h] de leg. alleg.
[k] Gen. 6. Deut. 2. 3. Num. 13. 2. Reg. 21.
[l] 6. Ethic. cap. 7.

Corporis magnitudinem obesse vitæ contemplatiuæ.

Alimentum animæ quid.

Prouerbium, Caliga Maximini.

Digitized by Google

dicunt: ac supervacua quidem (vt pueri) & admiranda, & difficilia, & diuina cognoscere ipsos asserunt, sed inutilia tamen, puerorum instar. Ceterum quasdam partes animæ, cuiſmodi sunt intellectus, & voluntas, nullius corporis actus esse, statuit [n] alibi Philosophus. Cuius rei de Intellectu postea rationem reddit inquiens: [o] *Necesse est itaque, quoniam omnia intelligit, immistum esse, sicut dicit Anaxagoras, vt dominetur; hoc autem est, vt cognoscat; nam alienum, iuxta apparens, prohibet, & obstruit*, & adhuc infra: [p] *Vnde neque rationabile est ipsum* intellectum humanum *mistum esse cum corpore: Qualis quidam enim vtique fieret, calidus, aut frigidus; & ei instrumentum aliquod esset, sicut sensitiuo; nunc autem nullum est*. Ad indicandum autem Amorem sapientiæ, qui residet in anima intellectiua, non vtente corpore ad induendum habitum sapientiæ; quum ob oculos poni nequeant incorporea penitus: Autor nostri Schematis in gemma finxit Amorem exilimo corpore pusionem optima ratione.

n 2. de anim. t. 11.
o 3. de anim. t. 4.
p tex. 6.

A

Amor Sapientiæ cur effictus in gemma puellus innocens, atque moribus simplex. Cap. XVII.

B

AD aliam infantium proprietatem quod attinet, quæ dicitur Animi simplicitas, atque puritas; hæc optimo iure quoque datur homini sapientiæ amatori; *quoniam*, vt nos edocet Sacra Scriptura, [a] *in animam maleuolam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus enim Sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se a cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, & corripietur a superueniente iniquitate. Benignus enim Spiritus Sapientiæ, & non liberabit* effundens *maledictum a labijs suis*, & alibi, [b] *Initium Sapientiæ timor Domini*: & alio loco: [c] *Confiteor tibi Pater, Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc* mysteria vere sapientiæ *a sapientibus & prudentibus* viris mundanis superbia tumentibus, *& reuelasti ea paruulis*, hoc est hominibus in simplicitate cordis, ac sine malitia, Deum timentibus filiali timore. Cuius & ea ratio physica reddi potest, quia sapientia totum sibi postulat hominem, animamque totam; quæ si distrahatur ad cupiditates, & ad alienas cogitationes, locum in se sapientiæ dare non poterit; quoniam & Aristotele doctore, vt vidimus, [d] *alienum* in anima *iuxta apparens* menti, *prohibet, & obstruit* aditum & ingressum accedenti veræ sapientiæ; & sacra pagina Magistra, [e] *nullam esse participationem iustitiæ cum iniquitate, nullamque societatem lucis ad tenebras*, luci veræ sapientiæ ad tenebras errorum, & vitiorum. Itaque scitissime noster Autor Amorem Sapientiæ merito finxit infantem simplicis innocentiæ.

a Sap. 1. 4. & seqq.
b Pl. 110. 10. c Matth. 11. 26.
d 3. de anim. t. 4.
e 2. Corinth. 6. 14.

C

Amor Sapientiæ cur in gemma fictus effigie pusionis ignari, ac infantis. Cap. XVIII.

CEterum tertia, eaque postrema ratio potior, cur Amor Sapientiæ pusio fictus est, habetur ex infantium cõditione, qui scientiæ, quam percupiunt, & exquirunt, expertes omnino sunt; Amor enim est appetitus boni absentis; appetere nanq; non [a] possumus ea, quæ possidemus. Amatores ergo Sapientiæ sunt ignari, puellorũ instar, etsi prouecta sunt ætate; quo nomine Socrates (quem vel Aristophanes præclaræ sapientiæ Amatorẽ hominẽ vocat) grandæuus, cõsiderans multo plura esse; quæ sibi supererant addiscẽda, quã ea quæ nouerat, oraculo vere philosophico, purus Amator-Sapientiæ, dictitabat: [b] *Hoc vnũ scio, quod nihil scio*; namq; finita, quæ callebat, vnde Sapiens, ab oraculo Pythiæ Chærephonti renunciatus est, cõparata ad infinita, quæ sibi discenda manebant, pro nihilo ducebantur; quod [d] finiti ad infinitũ nulla sit omnino proportio. Secundũ hanc rationem intelligi posse videtur effatum Platonis, [e] *Bis pueri senes*: Quod senes Amore sapientiæ capti, secunda vice, si non corpore, saltem animo pueri sint, inscitiam puerilem induentes, erga ea quorum scientiam desiderant, & affectant: etenim eorum anima tanquam rasa [f] tabella, in qua nihil depictum sit, vt anima puellorum, habenda fuerit. Huc etiam pertinet quinquennale Pythagoræorum discipulorum silentium; [g] nam illi, tanquam infantes in literario mundo nihil omnino scientes, nec eloqui valentes, inhiabant integro lustro Sapientiæ Pythagoricæ sibi comparandæ,

f Infantium habitudo erga sapientiã. a 1. phy. t. 81
b Laert. in vita Soc. b Idem Laer. d 1. Cæl. t. 52. & 63. e 1. de legib.
f 3. de anim. t. 14.
g Diog. Laer. in vita Pyth.

D

Digitized by Google

A dæ, qua tandem adepta viri ſapientes effecti, ſapienter eloqui valerent. Illud autem obſeruandum hic, Amorem ſapientiæ, proindeque Philoſophum poni puellum, non ætate, ſed moribus, cum Ariſtotele dicente, [b] *Nihil intereſſe, puer ætate, an moribus puerilibus aliquis ſit*. Iure merito itaquen unc in Schemate noſtro Amor Sapientiæ tanquam infans puſio fictus eſt. [b] 1. Ethic. cap. 3.

Amor Sapientiæ cur nudus effictus. Cap. XIX.

NVdus autem aptiſſime fingitur Amor ſapientiæ, non ſolum tum quia nondum induit habitum ſapientiæ, qui eam appetit & inquirit: vnde Pythagoras omnium primus appellari noluit Sophus hoc eſt ſapiens; aſt Philoſophus, hoc eſt Amator ſapientiæ; Cupiditas enim eſt cum priuatione boni, quod appetit: tum quia multi diuitias abiecerunt, nudatiq; bonis fortunæ ſe ad ſapientiam ſibi comparandam accinxerunt: Crates ille Thebanus, homo quondam ditiſſimus, quum ad philoſophandum Athenas pergeret, magnum auri pondus abiecit, neque purauit ſe poſſe & virtutes, & diuitias ſimul poſſidere. Fecit hoc ipſum Antiſthenes, & alij plures. Vere Seneca: [a] *Quum volueris veram hominis æſtimationem videre, & ſcire qualis ſit, nudum inſpice; deponat patrimonium, deponat & honores, & alia fortunæ* [a] Epiſt. 29.
B *mendacia. Corpus ipſum exuat; & animum intuere, qualis quantuſque ſit, alieno, an ſuo magnus.* Apud Laertium interrogatus Pythagoras, anne cupiret eſſe diues? reſpondit, Diuitias habere contemno, quæ liberalitate perduntur, parcitate putreſcunt. Plato [b] cenſet fieri non poſſe vt quis vna diues valde ſit atque probus, proindeque ſapiens; alludens [b] 5. de Legib.
ad illud, quod non viderat, oraculum: [c] *Facilius eſt Camelum per foramen acus tranſire, quam diuitem intrare in regnum cælorum.* Quod ingrediuntur ſolũ homines Deo chariſſimi, quos [c] Matt. 19. 24
inter numerat maxime ſapientiam excolentes, & amantes, Ariſtoteles, [d] tum etiam quia neceſſe omnino eſt, Animum, qui ſapientiam inquirit & appetit, exutum eſſe, denudatumque [d] 10. Ethic. cap. 8.
eunctis alijs affectibus, & paſſionibus: de quibus & Lucianus Ludicro dialogo Charontis, & Boethius ſerio carmine philoſophico: Lucianus quidem ita Charontem vociferantem introducens: Cha. *Audite quo loco ſint res veſtræ Equidem parua eſt nobis, quemadmodum videtis, & carioſa nauicula, & quæ vndiq; perfluit; quod ſi in alterã partem ſe inclinarit, plane ſubmerſa peribit: atq; veſtrũ id multi ſimul cõſtuunt & ſinguli plurimas ſarcinas adferũt. Quod ſi cũ his nauiculã cõſcenderitis, vereor ne poſtea vos facti peniteat: maxime vero eos, qui nandi*
C *ſunt imperiti.* Mom. *Quid igitur faciendum erit, vt ſine periculo nauigemus? CHA. Ego volus dicam. vos nudos ingredi oportet, atque iſta omnia, quæ ſuperflua ſunt, in litore relinquere; nam ſic etiam vix capiet vos nauicula. Tibi vero, Mercuri, deinceps curæ erit, neminem ex illis recipere, niſi nudus ſit & ſupellectilem abiecerit. Itaque ad ipſas ſcalas te ſtatuas, ipſoſq; cognoſcito, & ſuſcipito nudo; que ingredi cogito. MERC Recte dicis, atq; ſic faciemus. Quis eſt ille primus? MEN. Ego Menippus ſum. Ecce autem peram, & baculum in paludem abieci: verũ recte feci, qui pallium non acceperim.* Mer. *Ingredere, o Menippe, vir optime: primumque apud gubernatorem nauis locum accipe, in ipſa ſummitate, quo omnes poſſis intueri. Verum quis ille formoſus eſt? CHA. Charmolens ſum Megarenſis ille amator, cui oſculum vnum duobus talentis conſtitit. MERC. Exue igitur iſtam pulchritudinem, & labia vna cũ oſculis, iſtam etiã denſam comam, & genarum ruborem, adeoq; totam cutem. Bene ſe res habet, expeditus es, ingredere*
D *nunc. Quis vero ille eſt purpuratus, & diademate præcinctus, grauitatem quandam præſeferens? Quis es tu? LAM. Lampichus ſum, Geloum tyrannus. MER. Quid igitur cum tot ſarcinis veniſti? LAM. An ne nudum aduentare conueniebat tyrannum? MER. Nequaquam tyrannum, ſed mortuum: itaq; depone iſta. LAM. Ecce abieci diuitias. MER. Sed ſuperbiam, o Lampiche, & faſtum etiam abiice; nam iſta ſi in nauiculam coincidant, vehementer grauabunt eam. LAM. Igitur ſine vt diadema habeam ſaltem, & ſtragulum. MER. Nequaquam: immo & hæc relinquito. LAM. Sit ita: quid præterea vis? Nam omnia, vt vides, abieci. MER. Crudelitatem etiam, & amentiam, & violentiam, & iracundiam, atq; his ſimilia depone. LAM. Ecce nudus ſum. MER. Ingredere nunc, &c.* Quoniam vero philoſophari ad ſapientiæ conquiſitionem, eſt per ſapientiam mori, vt ait aliquando [e] Plinius, & antea Plato, [f] perperam ab [e] lib. 3. c. 5. [f] in Phædon.
Ambraciota intellectus, oſtendit; & luculenter Ammonius in ſuo illo ad Porphyrij Prædicabilia commentario tractans de Philoſophiæ definitione, qua dicitur Philoſophia eſſe meditatio mortis: *Quemadmodum*, ait, *in meditatione Philoſophi anima etſi a corpore ſeiungi-*

Digitized by Google

tur; tamen corpus ab anima non separatur; quum vivat: ita in obitu corpus etsi ab anima dissociatur, anima tamen suum corpus non omnino deserit, sed circa illud manet in sepulchro, vel prope. Sciendum autem non omnino quum corpus separatur ab anima, & animam separari a corpore; ita namque corporum amatrices sunt animæ, vt post mortem tamen adhuc eodem amore teneantur, atq; ob eam causam fieri autumant, quæ circa mortuorum tumulos videri solent, vmbrarum apparitiones. Verum neque, quum anima separatur a corpore, corpus omnino separatur ab anima; Philosophi enim etsi per nimiam contemplationem vehementius sese a corporibus auocent, viuunt tamen, nec prorsus commoriuntur; & luculentius ipse Macrobius in somnio Scipionis inquiens: *& Plato duas mortes hominis nouit: nec hoc nunc repeto, quod superius dictum est, duas esse mortes; vnam animæ, animalis alteram; sed ipsius quoque animalis, hoc est hominis duas asserit mortes; quarū vnam natura, virtutes alteram præstant; homo enim moritur, quum anima corpus relinquit solutum lege naturæ! Mori etiam dicitur, quum anima adhuc in corpore constituta corporeas illecebras philosophia docente contemnit, & cupiditatum dulces insidias, reliquasq; omnes exuitur passiones: & hoc est, quod superius ex secundo virtutum ordine, quæ solis philosophantibus aptæ sunt, euenire signauimus. Hanc ergo mortem dixit Plato sapientibus appetendam;* propterea debet quicumque sapientiam sibi comparare contendit, & veritatis omnis agnitionem acquirere, cunctas animi passiones alienas exuere. Quod senio tum Lactantius † insit: *Qui veritati studet, abijciat inimicas ac anxias voluptates, quæ animum sibi vinciunt*; tum etiam Boetius ‖ in Consolatione Philosophiæ, *vt dimotis fallacium affectionum tenebris, splendorem veræ lucis possis agnoscere.*

,, Nubibus atris
,, Condita nullum
,, Fundere possunt
,, Sidera lumen.
,, Si mare voluens
,, Turbidus Auster
,, Miscear æstum,
,, Vitrea dudum,
,, Parque serenis
,, Vnda diebus,
,, Mox resoluto
,, Sordida cœno
,, Visibus obstat.
,, Quique vagatur
,, Defluens amnis,
,, Sæpe resistit
,, Rupe soluti
,, Obijce saxi.
,, Tu quoque si vis
,, Lumine claro
,, Cernere verum:
,, Tramite recto
,, Carpere callem:
,, Gaudia pelle,
,, Pelle timorem,
,, Spemque fugato,
,, Nec dolor adsit:
,, Nubila mens est,
,, Vinctaque frænis,
,, Hæc vbi regnant.

Amor itaq; qui Cupiditas est sapientiæ conquirendæ, nudus ideo fingitur in gemma, quia Philosophus veritatis cognitionem inquirens, omnes debet animi passiones, veritatis agnitionē impedientes, exuere. Sed & alia ratio nuditatis in Amore Sapientiæ videtur illa; quoniam Amor sapientiā affectans, eam sibi comparat per vnam intellectus contemplationem; quæ functio est animæ propria, nullis vtens corporis instrumentis ad eam obeundam; vt sæpe docuit ‖ Aristoteles; corpus autem esse quasi vestimentum animæ, iam vidimus apud ᴷ Eusebium de sententia doctissimorū hominum. Postrema vero ac potissima ratio, cur Amor Sapientiæ nudus effingitur est, quia quum iustū sit omnia denominare a fine; ‖ finisq; Philosophiæ, quæ nihil aliud est quā Amor Sapientiæ, nullus sit alius quā Veritas; dicente Magistro; ‖ *Recte se habet Philosophiā scientiæ veritatis cōtemplatricem appellasse; speculatiuæ etenim finis veritas;* quumq; Veritatis propria cōditio apud omnes sit nuditas, & simplicitas orationis, Euripidi, Senecæ, Horatioque sententia, ‖

,, ... cui pudor, & iustitiæ soror
,, Incorrupta fides, nudaque Veritas,
,, Quando vllum inueniet parem?

Et Valerianus in Hieroglyphicis agens de Sole scribit: ‖ *Et qua ratione Sol vnus est, eadē est Veritatis hieroglyphicū; duplicia enim, & multiplicia sunt veritati contraria. Simplex igitur sit necesse est quod verū censeri debet. Hinc nudū effingitur ipsius Veritatis signū; & quia omnia habet in conspectu, ex eo præcipue veritas est.* Amor itaq; sapiētiæ, qui veritatis est Appetitus,

Cupi-

a lib. 1. c. 11. 13.
† lib. 6. diu. inst.
‖ lib. 1. metr. 7.
i 1. de an. t. 2. 3. de an. t. 4. 6.
ᴷ 7. de præp. Euang. c. 2.
‖ de an. t. 49.
m 2. Meta. t. 3.
n Euripides in Phœnissis.
o Epist. 10.
p 1. Carm. ode. 24.
q lib. 44.

A Cupidoque cognoscendæ Veritatis, hac ratione potissima Nudus effingitur in Schemate; quod Humanus Intellectus ab Aristotele dicatur fieri id quod intelligit: [r] & amans est in amato potius quam in seipso; iam nudæ Veritatis Amor contemplatiuus aptissime nudus effingitur in gemmula.

[r] 3. de an. t. 8 18. & 37.

Amor Sapientiæ cur Alatus, & quænam sint eius Alæ. Cap. XX.

PRæter ea, quæ de Alis Amoris generatim antea [a] dicta sunt, in præsentia considerandæ veniunt peculiari quadam ratione Alæ Amoris Rationalis, quem dicimus Amorem Sapientiæ. Profecto quum sapientia sit exacta cognitio rerum præstantissimarum, [b] maximeque sublimium, & admirabilium: [c] Humanus Intellectus in terreno corpore degens, apprehendere non potest illam, quam Deo contubernalem [d] ponit sacra pagina, nisi Alas habeat, quibus extollatur ad sublimia; quod optime Plotinus edocuit asserens: [e] *Amor itaq; superna anima talis existit, suspiciens ipse quoque sublimia, tanquã anima illius pedissequus,*
B *atque ex illa penesque illam genitus, deorumque contemplatione contentus.* Alæ vero Rationalis huius Amoris sapientiæ, quas & Plato dedit Animæ in Phædro, quibus attollitur sursum ad pulchri & boni apprehensionem, duæ sunt, Intellectus, atque Voluntas; voluntas enim semper intellectui iuncta est; quum nihil appetat nisi bonum pulchrumque cognitum. Nisi velimus etiam Amoris Sapientiæ geminas Alas esse duplicem intellectum, Agentem, atque Possibilem; quorum Agens quidem est Ala dextera, Possibilis autem sinistra. Verum enimuero quoniam Amor potissimum in Voluntate residet, quæ facultas est Appetens; & Amor essentia sua Appetitus est; propterea Amor Sapientiæ, quatenus est Amor, ad Voluntatem, facultatemque refertur Appetitricem; quatenus est Sapientiæ, refertur ad Intellectum, cuius proprie Sapientia est habitus, [f] vt edocet Aristoteles. Vnde iam Amoris Sapientiæ, qui rationalis est Amor, alæ duæ sunt, Voluntas, & Mens: illa quidem dextera, ista vero sinistra.

[a] cap. 7. Schem. 1.

[b] 6. Eth. c. 7.

[c] 1. Rhet. cap. 11.

[d] 1. Meta. fun. 1 cap. 1. Sap. 8.

[e] En. 3. lib. 5. cap. 3.

Amoris Sapientiæ Alæ quæ sint.

[f] 6. Eth. c. 7.

Amor Sapientiæ cur præter Alas, adhibeat etiam brachia, manusque geminas, quibus funiculo duplici se tollat in altum. Cap. XXI.

G

POrro non Alis tantummodo, sed etiam brachijs & manibus, duplici funiculo comprehenso satagit Amor ad Sapientiæ possessionem ascendere, sursumque tolli, contra naturam corporis, grauitate sua deorsum animam assidue trahentis, & eius elationem, contemplationemque impedientis; etenim Animus in corpore demersus vniri nequit immediate rerum essentijs intelligibilibus; at opus habet famulitio sensuum, qui rerum simulachra, tales essentias apta representare, perferant in animum eas intellecturum, comprehensurumque. Qui quidem sensus rerum cognitioni scientificæ, sapientiæque adeptioni necessarij, perutilesque, duo maxime sunt, Visus & Auditus, vt ait Aristoteles non vno [a] in loco, sed præsertim vbi scribit: [b] *Sensus autem, qui per exteriora, gradientibus ipsorum insunt: quemadmodum odoratus, Auditus, Visus, omnibus quidem habentibus causas salutis insunt, vt*
D *præsentientia prosequantur alimentum, mala autem & corruptiua fugiant: Habentibus autem & prudentiam, eius, quod boni gratia: multas enim annuntiant differentias, ex quibus contemplabilium aduenit prudentia, & agibilium. Horum autem ipsorum ad necessaria quidem vita, melior est Visus & secundum se; ad intellectum autem secundum accidens Auditus. Multas enim differentias & omnimodas Visus annuntiat potentia, quia omnia corpora colore participant ista vt & communia maxime per hunc sentiantur: dico autem communia, figuram, magnitudinem, motum, quietem, numerum; Auditus autem soni tantum differentias, paucis autem & eas, quæ vocis. Secundum vero accidens ad prudentiam Auditus plurimam confert partem; sermo enim audibilis existens, causa est disciplinæ non secundum se, sed secundum accidens; ex omnibus enim constat; nominum enim vnumquodque nota est. Quare a natiuitate priuatorum vtroque sensu, prudentiores sunt cæci mutis & surdis.* Vnde colligas Visum per se magis ad sapientiam comparandam facere, quam Auditus; hunc vero per accidens ad scientiam acquirendam conferre magis, quam Visus. Absolute tamen vtrumque sen-

[a] 2. post. cap. vlt. 1. Meta. c. 1.

[b] de Sens. & sens. cap.

Sensus qui maxime cõferant ad adeptionẽ sapientiæ.

Digitized by Google

sum maxime necessarium esse nobis ad habitum sapientiæ induendum; quod nomina sunt A
[e] 1. phy. 6. notæ significantes essentiam rerum; etenim Aristoteli [e] nomen rei cuiusliber illud idem indistincte significat, quod explicat distincte definitio; qua definiti rationem intimam, & essentiam rei explicari certum est. Nomina vero tum Auditu percipiuntur eloquutæ; tum
[d] 1. de Interpr. cap. 1. Visu noscuntur in libro scripta: quod aperte satis prodidit Aristoteles [d] ita: *Sunt ergo ea quæ sunt in voce, earum quæ sunt in anima passionum notæ: & ea quæ scribuntur, eorum quæ sunt in voce. Et quemadmodum nec literæ omnibus eædem, sic nec eædem voces. Quorum tamen hæc primum nota sunt, eædem omnibus passiones animæ sunt: & quarum hæ similitudines, res etiam eædem.* Quum itaque sapientia sit cognitio rerum extra animam; quarum notiones intus conceptus in animo doctorum hominum eas agnoscentium; qui suos conceptus istos alijs communicare possunt tum præsentibus, quos alloquuntur, per auditum; tum absentibus, quibus scribunt, per visum; propterea duo sensus hi discentibus inseruiunt ad habitum sapientiæ, quam expetunt, induendum. Quoniam vero sensus ad intellectum & voluntatem relati, sunt faculates corporales, materialesque magis; idcirco recte Mens atque Voluntas per Alas in Sobemate significantur, Visus autem & Auditus per manus atque B
brachia; namque manus & brachia substantiam obtinent Alis longe materialiorem, corpulentioremque. Ceterum Manibus cum Visu & Auditu pro comparanda prudentia prospectio satis est; etenim licet diuersa ratione, Manus homini datas ob prudentiam, asseruerunt Anaxagoras, & Aristoteles hoc asseuerante: [e] *Homo animalium unus erectus est; vtique erectus suapte natura, non desiderantem curam priorem, sed pro ijs brachia & manus a natura recepit. Anaxagoras igitur hominem prudentissimum omnium animalium esse ait, quoniam unus omnium manus obtinet. Sed recta ratio exigit, vt quoniam prudentissimus omnium est, ideo manus receperit; manus enim instrumentum sunt. Natura autem, vt homo prudens, ita tribuere solet cuique rem, qua uti possit; rectius enim tibia datur perito tibia, quam tibiam habenti peritia tibiæ addetur; rem enim minorem maiori, potiorique natura addidit: non maiorem, nobilioremque minori. Quod si ita melius est; natura autem ex ijs, quæ fieri possunt, facere solet quod melius sit; homo non propter manus prudentissimus est; sed quia prudentissimus omnium animalium est; ideo manus obtinet; qui enim prudentissimus est, recte plurimis uti instrumentis potest: Manus autem esse videtur non vnum instrumentum, sed multa; est enim, vt ita loquar instrumentum ante instrumenta. Natura igitur ei, qui artes plurimas exercere potest, manum reddidit, quæ ad plura instrumenta utilis est.* Ceterum non ita facile quis ob hæc, Anaxagoræ relicto, sententiam Aristotelis acceperit; quia ratio militare videtur ad Anaxa- C
goræ fauorem; enimuero constat, hominem habere manus ab ortu suo prius quam prudens euaserit; quin & homines omnes habere manus, quorum multi prudentia semper expertes viuunt; causas vero semper effectum præcedere, notum est, in Aristotelis etiam doctrinam. Verum enim vero lis ita dirimitur inter summos Philosophos, vbi dicamus, Anaxagoram inspexisse prudentiæ habitum actuosum, siue actus suos operationes exercentes, quarum plurimas edit ministerio manuum; adeo manus homini causæ sunt, quibus exercere valet opera prudentiæ, siue artis, ac omnino habitus intellectus practici. Sed Aristoteles Finalem causam respexit, atque prudentiam, quatenus homo capax eius est; namque Natura dedit homini manus, quibus vti posset ad operationes intellectus practici promouendas, vbi tales habitus induerit, est enim homo ab origine sua, vt corpore manibus insigneus, ita mente rationalis, & habituum omnium recta cum ratione actiuorum, factiuorumque susceptiuus; quibus ad operandum necessario dedit instrumenta corporea, quales manus præcipua sunt, quæ recte dicuntur instrumenta instrumentorum; instrumenta naturalia, instrumentorum artificialium effectiua, & ijs apte vti valentia. Deus etenim & Natura, quæ causæ sunt nihil frustra facientes, & vt non abundantes in superfluis, ita non deficientes in necessarijs, condentes hominem rationis participem, atque prudentiæ, artiumque capacem, eidem dedere manus, quarum ministerio posset vti ad opera prudentiæ promouenda, vbi talem habitum sibi comparauerit. Vtcunque sit igitur, manus ad prudentiam necessario referetur; quo nomine Cupido Sapientiæ manibus apte ponitur vti ad prudentiam sibi comparandam, nempe sensibus duobus præcipuis, visu & auditu; quorum vnus dexteræ, sinistræ comparatur alter. Verum enim vero aures atque manus esse hiero- D

gly-

Homo cur solus animalium manus obtineat.

Manuum ad prudentiam comparatio, controuersia inter Anaxagoram, & Aristotelem.

A glyphicum sapientiæ Pierius autor est, cui [f] *Quatuor Aures, Manusque totidem, quibus Lacedæmonij simulachrum Apollinis præditum esse voluerunt, vero nimirum hieroglyphico nihil aliud significabant, nisi Sapientiam, cuius Deus ille symbolum esset. Eam autem & multarum rerum auscultatione, & operibus idemtidem agendis comparari.* Sed & manus oculata ponitur inter antiqua hieroglyphica. Alciatus apte posuit inter Emblemata [†] manum oculatam, tanquam instrumentum animi, temere non credentis audita; hoc nobili symbolo:

[f] lib. 13.

[†] Emb. 16.

,, Ne credas, ne (Epicharmus ait) non sobrius esto:
,, Hi nervi humanæ, membraque mentis erunt.
,, Ecce oculata manus, credens id, quod videt: ecce
,, Pulegium antiquæ sobrietatis olus:
,, Quo turbam ostenso sedaverit Heraclitus,
,, Mulserit & tumida seditione gravem.

Verum alio sensu noster Autor in Schemate manus ambas apposuit, ad indicandum robur intensum, quo viribus omnibus inniti debet homo sapientiam sibi comparaturus. Manu quoque sermonem indicari, qui pertinet ad auditum, & Sapientiam serit in animo, Pierius ostendit ex Artemidoro: *Manus vero, inquit, unumquemque sermonem per seipsa significat, quod una cum sermone manuum etiam motum expetimus, ut ait Artemidorus. Histriones enim vel celebres inscenias solacismi redarguuntur, quod gestu manuum aliquando peccaverint.* Oculo quoque sermonem indicari hieroglyphice, monuerat antea Valerianus. Ut in duo sensus, Visus, & Auditus, quibus percipitur Sermo scriptus, & ex ore docentis effluens, ad sapientiam comparandam maxime facientes, mystice signentur in Schemate per Amoris manus in altum sublatas ad auiculam canoram, & caueam apprehendendas. Duo vero funiculi, quibus Amor Sapientiam hauriens attrahere studet ad se cacumen arboris, in quo persistat auis, & de quo cauea dependet, sunt actiones duum istorum sensuum, seu manus species audibiles, & visiles, quibus Amor Visu, & Auditu dogmata sapientiæ scripta in cauea, tanquam in libro, vt inferius [i] apparebit, & effluentia ex ore docentis, apprehendere satagit.

[a] lib. 26.

Solœcismus vt manu fiat.

[b] lib. 35.

[i] cap. 12.

C

De magno conatu, ingentique labore, quo sapientia comparatur. Cap. XXII.

PRofecto magnum conatum, & laborem ingentem adhibere ponitur Amor hic ad sapientiam sibi comparandam; atque scire nimium indicatur per puellum curuare conantem ad se cacumen altæ nimis arboris & annosæ, in quo stat aniculæ; quod, vnà [a] Gyraldus ex Philostrato, Amores, Dei pueri sint, & libenter cum auibus ludant. Laboriosam vero valde nobis esse Sapientiæ comparationem, apertissime constat, non solum è profanis autoribus, quibus:

[a] Synt. 13.

,, Virtutem posuere Dij sudore parandam:

& vt ait Horatius, [†] in studio sapientiæ,

[†] in Arte.

,, Qui cupit optatam cursu contingere metam,
,, Multa tulit, fecitque puer, sudauit, & alsit:

& a Laertio ponitur hymnus ab Aristotele conscriptus; cuius initium erat,

D ,, Virtus laboriosa generi mortalium
,, Honestissimum vitæ humanæ incitamentum:
,, Pro tua siquidem forma, o Virgo
,, Expetenda est in Græcia mortis conditio.
,, Et grauium assiduorumque laborum tolerantia, &c.

Verum etiam ex ipsomet hominum sapientissimo Salomone, de se sic in sacra pagina scribente: [b] *Ego Ecclesiastes fui rex Israel in Hierusalem: & proposui in animo meo quærere, & investigare sapienter de omnibus, quæ fiunt sub Sole: Hanc occupationem pessimam dedit Deus filijs hominum, vt occuparentur in ea.* Quæ quidem vita contemplativa dicitur occupatio pessima, quæ laboriosa sit, & magni detrimenti bonæ corporis valetudini; vt communis est interpretatio. Nisi potius dicendum sit, ob intensionem, & assiduitatem, non obimprobitatem, vitam contemplativam Philosophi nuncupari pessimam occupationem ab Ecclesiaste;

[b] Eccl. 1. 12. 13.

Vita contemplativa cur sit occupatio pessima.

Digitized by Google

fraſte ; quemadmodum labor improbus dicitur , non quia malus exiſtat , ſed quia ſit intenſus & aſſiduus , ac pertinax ; quam proprietatem eſſe vitæ contemplatiuæ, Amoriſque ſapientiæ , conſtituunt Ariſtoteles , atque Plotinus ; Ariſtoteles quidem de contemplationis præſtantia , & aſſiduitate ſcribens in hæc verba: [c] *Si vero felicitas eſt ex virtute operatio ; conſentaneum eſt , eam ex illa eſſe , quæ præſtantiſſima eſt : hæc autem eius erit, quod eſt optimum . Siue igitur id intellectus ſit , ſiue aliud quippiam; quod ſane ſecundum naturam videtur principatum obtinere , & præſidere , notionemque habere de honeſtis , & diuinis rebus : ſiue diuinum quoddam , & ipſum ſit ; ſiue ex ijs , quæ in nobis ſunt , diuiniſſimum : huius ſecundum propriam virtutem operatio , perfecta felicitas eſſet ; quam eſſe contemplatiuam dictum iam eſt . Atque hoc tum cum ſuperiùs dictis , tum etiam cum veritate conſentiens eſſe videretur ; nam & præſtantiſſima eſt hæc operatio ; quippe quum & ijs , quæ in nobis ſunt , intellectus huiuſmodi ſit : & ex ijs , quæ in cognitionem cadunt , illa circa quæ intellectus verſatur : & præterea aſſiduiſſima ; contemplari ſiquidem aſſidue magis, quam operari quippiam poſſumus .* Plotinus autem de Amoris contemplatiui viſione, operatione que aſſidua, intenſa, vehementique dicens: [d] *Sequens igitur continuo Saturnum , ac ſi velis patrem etiam Saturni Cælum , actum ſuum reflexit ad ipſum , ſe que illi conciliauit ; & Amorem amando progenuit ; cumque hoc ipſo Amore ſuſpicit ipſum ; atque huius anima actus ſubſtantiam eſſentiamque producit . Tam vero vtrumque illuc intuetur , tum ipſa genitrix , tum genitus pulcher Amor , ſubſtantia quidem ad aliud pulchrum ſemper intenta , habenſque eſſe hoc ipſo in medio ſcilicet inter deſiderantem , atque deſideratum . Et profecto deſiderantis eſt oculus præbens quidem amanti , vt per ipſum cernat amatum : præcurrens autem ipſe , & antequam illi præbeat facultatem videndi per inſtrumentum , ipſe iam ſpectaculo ; ſiue ſpectamine plenus ; prior quidem , inquam , non tamen ſimiliter contemplatur , ex eo quod ſiſtit quidem illi ſpectamen , ipſe vero velut fructu veſcitur viſione pulchri ipſi mirifice circumfuſa. Eſſe vero ſubſtantiam eſſentiamque ab eſſentia emanantem minorem quidem generante , exiſtentem vero ſimul , negare non licet . Etenim anima illa eſſentia eſt nata ex actu , qui ſuper ipſam eſt , eſſentia inquam viuens , & ab ipſa entium eſſentia pendens , illudque ſuſpiciens , quod prima eſſentia eſt , vehementerque ſuſpiciens . Atqui & primum ipſius ſpectaculum , vel ſpectamen id ipſum eſt . Quod quidem tanquam ſuum bonum ſpectat gaudetque videns ; atque ipſum viſum tale eſt , vt quod intuetur non negligenter intueatur , adeo vt ipſa velut voluptate intentioneque ad ipſum viſionisque vehementia aliquid generetur ab ipſa , tum ea tum ſpectaculo dignum . Quamobrem tum ex eo , quod intenſiſſime agit circa ſpectaculum ; tum ex eo , quod quaſi ab ipſo ſpectaculo deſinit , imbutus oculus velut viſo quodam cum ſimulachro natus eſt Amor .* Quam aſſiduitatem, intenſionem , vehementiamque contemplationis in Amore Sapientiæ mirifice nobis expreſſit autor Schematis, ponens Cupidinem intentis bra, hijs & ambabus manibus vehementiſſimo niſu conari præcelſam & annoſam arborem incuruare, cacumenque ſublimem, in quo ſtat auis optata, caueaque pulchra, ad ſe trahere : cuius vehementiæ , pertinacis aſſiduitatis ratione vita contemplatiua dicitur ab Eccleſiaſte Occupatio peſſimà . Verum enim vero , ſi liceat altius hac in re theologizare, cenſeo vitam contemplatiuam hominibus a Deo datam eſſe peſſimam occupationem , quia data fuit in pœnam patrati criminis a primo parente, trauſuſam in omnes illius poſteros . Nimirum vt primus Angelus ab initio creatus a Deo [e] perfectiſſimus, perfectioni ſuæ , non Deo creatori , male tribuens lucem & nobilitatem propriæ naturæ ; temereque volens æquiparari Deo , iuſte priuatus eſt luce mirabili, & ex Lucifero principeque Angelorum lucis , factus eſt princeps [f] tenebrarum , obſcurato illius intellectu prius illuſtriſſimo ; quod aperte Patres orthodoxi fatentur vnanimes , Euſebius Pamphilus , Diuique Thomas , & Bonauenturas ; Pamphilus quidem in Euangelica Præparatione ſcribens de Lucifero labente : [g] *In monte Dei natus es interigneos lapides immaculatus in diebus tuis , ex quo die creatus es donec iniuſtitia inuenta in te ſunt . Exaltatum eſt cor tuum in pulchritudine tua : Corrupta eſt ſcientia tua cum pulchritudine tua : propter multitudinem delictorum tuorum in terram deieci te.* D. Thomas autem diſtinctius ait, cognitionem [h] Veritatis in Angelis , quæ habetur per gratiam , duplicem eſſe , quarum altera diminuta eſt , altera totaliter ablata per peccatum ; licet ab his diuerſa , cognitio naturalis intacta remanſerit : *Dupiex* , inquit , in Angelis

[eſt

c 10. Ethic. cap. 7.

d Enn. 5. lib. 5. cap. 2. & 3.

Amoris intenſa operatio.

Vehementia cõtemplationis in Amore ſapientiæ.

Theologica explicatio dicti Salomonis de occupatione peſſima.

e Iſai. 4. 13. & ſeqq.

f Corinth. 6. 14. 15. Colo. 1. 13

g lib. 7. c. 6.

h 1. p. q. 64. ar. 1.

Digitized by Google

A [est cognitio veritatis: vna, quæ habetur per gratiam; alia, quæ habetur per naturam. Et ista, quæ habetur per gratiam, est duplex: vna, quæ est speculatiua tantum, sicut quum alicui aliqua secreta diuinorum reuelantur: alia vero, quæ est affectiua producens Amorem Dei. Et hæc proprie pertinet ad donum sapientiæ. Harum autem trium cognitionum prima in Dæmonibus non est ablata, nec diminuta; consequitur enim ipsam naturam Angeli, qui secundum suam naturam est quidam Intellectus, vel Mens. Propter simplicitatem autem suæ substantiæ aliquid subtrahi non potest, vt sic per subtractionem naturalium puniatur, sicut homo punitur per subtractionem manus, aut pedis, aut alicuius huiusmodi. Et ideo dicit Dionysius quod dona naturalia in eis integra manent; vnde naturalis cognitio in eis integra manet. Vnde naturalis cognitio in eis non est diminuta. Secunda autem cognitio, quæ est per gratiam, in speculatione consistens, non est in eis totaliter ablata, sed diminuta; quia de huiusmodi secretis diuinis tantum reuelatur eis quantum oportet, vel mediantibus Angelis, vel per aliqua temporalia diuinæ virtutis effecta, vt dicit Augustinus q. de ciuit. Dei: [k] Non autem sicut ipsis Sanctis Angelis, quibus plura, & clarius reuelantur in ipso Verbo. A tertia vero cognitione sunt totaliter priuati, sicut & a Charitate.] Iuxta secundum istam doctrinam in Homine primo fuit duplex cognitio veritatis; vna quidem naturalis, cognitio inquam potentialis, quæ facultas est cognoscendi; nam cognitio actualis non est naturalis humano intellectui, sed illi aduentitia, qui naturaliter est velut tabula rasa, in qua nihil est descriptum: & ipsius nulla est natura, nisi hæc quod possibilis, omninoque vt ait [l] Arist. potentia intelligibilis, actu nullum, antequam intelligat. Alia vero cognitio est per gratiam, & vt ait Aristoteles alibi, validior humana; [m] *Forte igitur*, inquit, *de quibusdam enunciare aliquid tentare, & de omnibus, & pretermittere nihil, videbitur vtique esse signum aut multæ amentiæ, aut multæ promptitudinis: non tamen vsquequaque est omnes similiter increpare; sed videre oportet causam dicendi quænam sit. Præterea quo pacto se habeat in credendo, vtrum humano modo, an validius.* Qui quidem modus validior humano in anima primi parentis fuit geminus, vnus per infusionem scientiæ rerum omnium, ob quem imposuit animantibus a sese statim conspectis nomina congruentia naturæ, proprietatibusque singulorum; [n] *Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, & vniuersis volatilibus cæli, adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea; Omne enim quod vocauit Adam anima viuentis, ipsum est nomen eius. Appellauitque Adam nominibus suis cuncta & vniuersa volatilia cæli, & omnes bestias terræ.* Alter vero modus humano validior fuit per peculiarem reuelationem Verbi diuini de suo semine carnem assumpturi. Profecto per peccatum Adam non amisit naturalem potentiam intelligendi, sed eam sibi labefactauit vtcumque; retinuit attamen integram cognitionem incarnationis Verbi sibi reuelati, sed amisisse videtur infusam scientiam de naturis, & proprietatibus rerum aliarum; vt inferius apparebit suo loco fusius. D. Bonauentura vero de proposito scribit: [o] *Auersionem dicimus peccatum Luciferi præcessit; nam ipse prius superbiuit, & superbiam illam omnibus indicauit; & ex tunc quidam adhæserunt sibi; alij vero resipiscentes, & adhæserunt Deo, & simul ipsi lux, illi tenebræ facti sunt.* & infra clarissime dicens: [p] *Iudicium speculatiuum est manens integrum quantũ ad substantiã potentiæ, nihilominus per culpam est in Angelis aliquo modo obnubilatũ, qui errant frequenter in iudicando de multis, & in multis decipiuntur, maxime quum iudicant de contingentibus. Aliud iudicium est in eis omnino subuersum & quantum ad hoc* D *excæcati sunt Angeli mali, sicut quantum ad affectum obstinati: & propter illius iudicij subuersionem dicuntur facti tenebræ, & dati in reprobum sensum.* Quin & in Compendio Theologicæ Veritatis idem S. Doctor agens de Natura Dei scribit: [q] *Casus Diaboli duplex fuit, scilicet spiritualis, & localis: Spiritualis quia cecidit de naturæ puritate, de flexibilitate liberi arbitrij ad bonum, de luce in tenebras, de scientia in ignorantiam, de innocentia in culpam, de felicitate in pœnam, de dilectione in odium. Post casum enim factus est impœnitens, & obstinatus in malo, & excæcatus a vero, & disordinatus in bono, & infirmatus in virtute, & exclusus a Dei contemplatione.* Si ergo Mens Angeli naturæ præstantioris quam sit humanus intellectus, ob peccatum obtenebrata fuit, ac omnino de scientia in ignorantiam lapsa; quid humanus intellectus itidem ob culpam non cecidit de scientia infusa rerum in ignorantiam? quid cum innocentia non amiserit gratuitam illam cognitionem? etenim gra-

Angeli per peccatũ non amiserũt donum naturalis cognitionis.

k cap. 21.

l 3. de an. t. 14.

m 2. Cæl. t. 34.

n Gen 1. 19. 20.

o 2. sc. di. 3. qu. 2. ad 3.

p 2. sc. di. 7. p. 2. q. 1. ad 4.

q to. 1. lib. 2. cap. 22.

tia cum peccati culpa manere minime poteſt. Puniuitergo Deus iuſte pariter Angelum, & primũ hominẽ peccantẽ; Angelũ, qui non contentus primatũ in cælis habere ſuper omnes creaturas infra Deũ ex Dei gratia; ſed præſumens ex propria dignitate ſibi arrogare æqualitatẽ Dei, depulſus eſt e ſublimi Cælo Empyreo in tenebras inferni, & in aerem caliginosũ, priuatus luce Veritatis, qui noluit in veritate ſtare. [r] *Diabulus enim*, ait Auguſt. agens de ſalutaribus documentis, *eſt Angelus per ſuperbiam ſeparatus a Deo; qui in veritate non ſtetit.* Iuſte Deus puniuit & Hominem, qui nõ contentus dono ſcientiæ infuſæ ſibi a Deo cõceſſæ, qua rerum omniũ naturas & proprietates agnoſcebat abſq; difficultate; ſed præſumens eſu poni ſcientiæ boni & mali, rerum omnium notitiam ſibi comparare virtute propria, neglecto Dei munere gratuito, mandatoque pœnali, fructum inhibitum comedit; vnde ſcientia infuſa deperdita magna ex parte, cecidit in ignorantiam; qui fieri de ſe volunt ſicuti Deus ſciens bonum & malum: cecidit in ignorantiam priuatus facilitate cognoſcendi res omnes, eaſque maxime quæ natura ſua ſunt intelligibiles valde propter abſentiam materiæ; de qua ignorantia, difficultateque cognoſcendi veritates omnes, ob originale peccatum ab Adamo transfuſum in omnes nos ab eo deſcendentes, egit etiam Ariſtoteles, tum aiens: [ſ] *Et tamen oportuit ſimul ipſos, & de deceptione dicere: magis propria enim eſt animalibus; & plus temporis in hac permanet anima*; tum inquiens: [t] *Cur autem non ſemper intelligat, cauſa conſideranda eſt. In habentibus autem materiam potentia ſolum vnumquodq; eſt intelligibilium. Quare illis quidem non inerit intellectus: ſine materia enim potentia eſt intellectus talium ille autem intelligibile erit*; tum demum aſſerens euidentius: [u] *Speculatio de veritate, partim difficilis, partim facilis eſt. Signum autem, quod neque ſatis eam aliquis conſequitur, neque aberrant omnes ab ea; ſed quiſque aliquid de natura dicit; & ſinguli quidem nil, aut parum ei addunt; ex omnibus vero collectis aliqua magnitudo fit. Quare, ſi ita ſe videtur habere, vt in prouerbio dicimus, Quis aberrabit a ianua? hoc modo profecto facilis eſſet: totum autem, & partem habere non poſſe, hoc eius difficultatem oſtendit. Quum vero difficultas duobus ſit modis, fortaſſis cauſa eius non rebus, ſed nobis ipſis ineſt; quemadmodum enim veſpertilionum oculi ad lumen diei ſe habent, ita & intellectus animæ noſtræ adea, quæ manifeſtiſſima omnium ſunt.* Quum igitur hæc ignorantia noſtra, difficultaſque cognoſcendi veritatẽs omnes, & acquirendi habitum ſapientiæ nobis contigerit, vt omnia mala quælibet alia, propter primi parentis culpam; cur non magis ipſe peccati proprij labe dicatur in conſimilem ignorantiam, difficultatemque ſciendi cecidiſſe? anne apud Deum, *quicquid deliraut reges, plectuntur Achiui* ſoli? Hanc itaque difficultatem agnoſcendi veritatem, comparandique nobis habitus veræ ſapientiæ, transfuſam in animas noſtras ab Adami culpa, recte Salomon appellauit occupationem peſſimam, quam dedit Deus filijs hominum, in pœnam criminis, quo primus homo præſumpſit omnia ſcire ſine auxilio Dei, ſolo eſu fructus arboris ſcientiæ boni, & mali; de quo fructu præceperat homini Deus ne comederet, ſed contentus eſſet infuſa ſibi ab ſe rerum omnium ſcientia gratuita. Quare iſte tanto dono priuatus, damnatus eſt inter alia ad perpetuam [x] cupiditatem ſciendi, perennamque difficultatem [y] adipiſcendi ſcientiam cum ingenti labore; quem vehementem appetitum, atque cõnatum laborioſum apte nobis in Schemate repreſentauit Autor, fingens Amorem cõtemplatiuum ambabus manibus omni ſuo robore conari ad ſe veteſtæ grandiſque nimium arboris ſapientiæ cacumen attrahere, curuareque propemodum inflexibilem.

r Ioa. 8. 44. Aug. to. 4. 386. K. cap. 60.

ſ 2. de anim. to. 151.

t 3. de anim. to. 16.

u 2. Meta. to. 1.

x 1. Meta. cap. 1.

y 2. Meta. to. 1.

Quomodo ſapientiæ ſymbolum ſit arbor annoſa, gerens in cacumine volucrem, & caueam ſeiunctas. Cap. XXIII.

ARborem Annoſam, ab Amore inclinatam, in cuius cacumine volucris extra caueam, & cauea ſine volucre ſit, eſſe ſymbolum humanæ ſapientiæ, multa declarant; in primis antiquum Prouerbium, quo dicuntur *Literarum radices amaræ, fructus autem dulces*: etenim radices, & fructus ad naturam ſtirpium ſolummodo pertinent. Amaræ quidem radices indicant aditum ad literas eſſe difficilem, multiſque laboribus, & vigilijs conſtare; ipſarum vero poſſeſſionem iucundam, & dulcem eſſe: vt explicabat Hieronymus. Deinde nuper [a] apud Plotinum [b] legimus quod *Ipſe Amor velut fructu veſcitur viſione pulchri, ipſi muri-*

a cap. ſup.
b En. 3 lib. 5. cap. 2. f.

Digitized by Google

A *mirifice circumfusa*: vt arbor annosa mirificecircumfusa Cupidini spectatur in Selemate. Deinceps autem Homerus, obseruatu quoque Spondani, & Natalis[e] eloquentiam, & sapientiam, quæ Dei munus est, cuius beneficio mortales omnia maleficarum causarum detrimenta vitare possunt, indicauit mystice per Moly plantam, a Mercurio Deo sapientiæ pariter & eloquentiæ donatam Vlyssi, veneficæ Circes incantamenta penitus eluturo; sic enim ait Homerus[d] in Vlyssis persona: [e] lib. 6. Myth. c. 6. [d] Odyss. l. 10

„ Ibi mihi Mercurius aurea virgula obuiam venit
„ Incedenti ad domum, adolescenti viro similis
Primum pubescenti, cuius gratiosissima est pubertas.
„ Manus mihi inhæsit, verbumque dixit, & prolocutus est:
„ Quorsum o felix per tesqua incedis solus
„ Locorum ignarus nimirum? socij autem tibi illi Circes ædibus
„ Clauduntur, qui vt sues bene munita latibula inhabitantes,
„ An hos liberaturus huc venis? neque te puto
B „ Ipsum rediturum esse: manebis autem tu vbi vtique alij.
„ Sed age certe te ex malis soluam atque seruabo:
„ Accipe hoc remedium bonum, quod habens ad ædes Circes
„ Vade, quod sane a capite auertet malum diem.
„ Omnia autem tibi dicam pernicioſa consilia Circes.
„ Apparabit tibi potionem, mittet vero venena in panem:
„ Sed neque sic incantare poterit; non enim permittit
„ Remedium eximium, quod tibi dabo: dicam vero singula:
„ Quando Circe te percutiet prælonga virga,
„ Tum sane tu gladio acuto extracto a femore,
„ In Circen irrue, perinde atque interficere cupiens:
„ Illa te subtimescens inuitabit ad concubitum:
„ Ibi tu neutiquam deinde abnue deæ cubile,
„ Vt tibi soluatque socios, ipsum teque benigne excipiat,
C „ Sed iube ipsam beatorum magnum iuramentum iurare,
„ Ne vllum tibi detrimentum malum paret aliud,
„ Ne te nudatum imbellem inuirilem faciat.
„ Sic certe locutus præbuit remedium Mercurius
„ Ex terra euulsum: & mihi naturam eius commonstrauit.
„ Radix quidem nigra erat: lacti quidem similis flos.
„ Moly ipsum vocant dij: difficile autem effossu
„ Viris vtique mortalibus; dij autem omnia possunt.

Quæ quidem contraxit, & Latinis pedibus apte vinciuit Ouidius[†] ita, [†] 4. Metam.

Nunc quoque setigeri, nec tanta cladis abillo
Certior ad Circen vltor veniſſet Vlyſſes:
Pacifer huic dederat florem Cyllenius album:
Moly vocant Superi, nigra radice tenetur.
Tutus eo, monitisque simul cæleſtibus intrat
D *Ille domum Circes; & ad insidiosa vocatus*
Pocula, conantem virga mulcere capillos
Reppulit, & ſtricto pauidam deterruit enſe.
Inde fides, dextræque datæ, thalamoque receptus
Coniugij dotem ſociorum corpora poſcit.

Profecto conditiones allatæ Moly, sunt sapientiæ: radix nigra signat principium Sapientiæ tenebricosam esse admirationem, & ignorantiam tetram, obscurumque timorem; de primis duabus Aristoteles[e] ita; *Propter admirationem enim & nunc, & primo caperunt homines philosophari. A principio quidem admirando ea, quæ de dubitandis faciliora erant: deinde paulatim vlterius procedentes, etiam de maioribus dubitando, vt de passionibus Lunæ, & eorum quæ circa Solem, & ſtellas ſunt, ac de generatione Vniuerſi. Qui vero dubitat, & admiratur, putat ſe ignorare; quare Philosophus amator fabularum quodammodo eſt, eo quod fabula ex* [e] 2. Meta. cap. 2.

G miran-

Digitized by Google

minus nobis constat. Quare si propter fugam ignorantiæ philosophati sunt, patet quod causa cognoscendi, & nullius vsus gratia ipsum scire prosequebantur. De tertio vero Diuinæ Phi- A
f Ps. 110.10 losophiæ arce f *Initium sapientiæ timor Domini.* Propter hæc apte planta Moly, symbolum humanæ sapientiæ, dicitur habere nigram radicem ab Homero. Dicitur autem habere florem album, lacti similem; tum quia sapientia Deos efficit verendos, cuius proprio conditio candor est, & æquiparatur luci; tum quia sapientia reddit homines illustres, & claræ famæ. Dicitur a Mercurio Deo data Vlyssi, tum quod Mercurius effingitur Deus eloquentiæ simul, & sapientiæ, qui mortalibus horoscopans in nativitate producit natos aptos, & promptos ad sapientiam, & eloquentiam: tum quod sapientia & eloquentia donum Dei præstantissimum &
g Iacob. 1. 17 optimum omnium est, iuxta sacra pagina legitur, g *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum.* Effoditur autem e terra Moly planta, quia sapientia comparatur experientia circa singula propinqua nos, terram incolentes, sita;
h 1. Eth. c. 1. 1. Meta. 1. 2. post. vlt. de sens. & sens. c. 1. i 1. Aph. 1. K 2. Eud. c. 1 6. Ethic. cap. 8. vt docet non semel Aristoteles. Difficile vero Moly effoditur; quoniam experimentum periculosum est; Hippocrati, & cum difficultate sapientia paritur, ob multas experimentorum repetitiones ad habitum sapientiæ comparandum necessarias; etenim habitus Aristoteli K non oritur nisi ex frequentatis actibus; *Prudentes*, inquit, etiam alibi, i *euadere non videntur, causa autem eius est, quod particulariu est prudentia, quæ ex experientia nobis innotescunt: iuuenis autem experimentum non est; experientia enim temporis affert longitudo. Nam illud etiam consideratione dignum videtur, quid sit, quod puer fieri mathematicus potest, sapiens, aut naturalis non potest. An quia illa per abstractionem sunt: horum autem principia ab experientia sumuntur: & hæc non credunt quidem iuuenes, sed dicunt; illorum vnumquodque quid sit, obscurum non est.* Dijs autem Moly ponitur effodi sine difficultate, quod intellectio diuina non differat ab eius essentia, quæ prima causa est omnium; vnde semetipsum intelligibilissimum Deus intelligens, eodem actu simplici cuncta comprehendit, & essentialiter sapiens est; quod docet m Aristoteles in metaphysicis, non vno in
m 12. Meta. t. 37. 39. 51 n lib. 1. c. 3. o 12. Meta. t. 37. loco luculenter; cuius oracula diligenter explicauimus in opere De Pietate Philosophi: sat esto nunc eius nuda verba proferre; quæ sunt: o *Intelligibile vero alterordo est, qui per seipsum est, & huius substantia prima: atq; hæc ipsa quæ simplex, & secundum actum est, &*
p Tex. 39. mox p *Degentia vero, qualis nobis pauca tempore optima illicet: siquidem ista semper illud est. Nobis autem profecto id impossibile est; quoniam & delectatio huius est. Et ob hoc vigilatio sensus, intellectio maxime delectabile est: spes autem, ac memoria, propter hæc. Ipsa vero intellectio secundum se eius est: quod secundum se optimum est: & quæ maxime est, eius quod maxime est. Seipsum vero intellectus intelligit assumptione intelligibilis. Intelligibilis namque fit attingens & intelligens, ita vt idem intellectus & intelligibile sit. Susceptiuum enim intelligibilis & substantia intellectus est; operatur autem habens. Quare istud magis, quam illud est id diuinum, quod intellectus videtur habere: & speculatio optimum & maxime delectabile est. Si igitur ita bene se habet Deus semper, vt nos aliquando, admirabile est, quod si magis, adhuc admirabilius est, ac ita se habet. Ceterum vita quoque profecto inexistit; si quidem intellectus operatio vita est: ille vero est actus: actus vero per se illius vita optima, & perpetua est. Dicimus ita q; Deum sempiternum, optimumq; viuentem esse. Quare vita & æuum*
q 1. Cæl. t. 100. *continuum, & æternum Deo inest; hoc enim Deus est.* Quod & alibi dixerat. Et infra r late
r 12. Meta. t. 51. decernit, atque demonstrat, Deum semper seipsum intelligere sine labore, intellectionemq; suam cum intelligente, ac intelligibili prorsus identificari, quam sic actus immaterialis; at intellectum humanum, quod in corpore materiali degat, non posse ita habere, facilemque speculationem, sed intellectionem interruptam, & laboriosam, nec difficilem obtinere. Quæ cuncta satis euincunt, Homeri dictum de Moly, sapientiæ symbolo, quod planta sit ab hominibus difficulter e terra fossilis, Dijs autem omnipotentibus facilem, quorum sapientia est iugis ipsorum intellectio, cum pari iucunditate, facilitateque maxima. Apte vero fingitur Mercurius Vlyssi Moly plantam attulisse, quod ea stirps copiam plurimam Arcadiæ montis Gyllenij, in quo quidem monte Mercurius enutritus, & dictus fuit, vt omnibus de Homericis Interpretibus grammaticis obtinuit. Gyraldus. Moly plantam Homericam effodi non difficulter, Homero consentiens ait ipse Theophrastus; s ac
Corrogenda de Moly. s 9. Hist. c. 15 t lib 25. c. 4. Homero consentiens Plinius affirmat cum difficultate effodi, nixus experimentis

Græcus

A Græcos tamen tit cum esse flore luteo, non candido: verba Plinij sunt: *Laudatissima herbarum est Homero, quam vocari a Dijs putat Moly, & inuentionem eius Mercurio assignat, contraque summa venefitia demonstrat. Nasci eam hodie circa Pheneum, & in Cyllene Arcadiæ tradunt, specie illa Homerica; radice rotunda, nigraque, magnitudine cæpæ; folio scyllæ: effodi autem difficulter. Graci autores florem eius luteum pinxere, quum Homerus candidum scripserit. Inueni e peritis herbarum Medicis, qui & in Italia nasci eam diceret; afferriqne Campania mihi aliquot diebus effossam inter difficultates saxeas, radicis triginta pedes longæ, ac ne sic quidem solidæ, sed abruptæ.* Porro controuersias istas ita forte dissoluues; circa difficultatem, ac facilitatem effessionis: Theophrastus pro radice solum bulbum intellexit, cœpæ bulbo similem, qui facile potest effodi: sed Plinius e bulbo nascentes prælongas radices veluti filamenta signauit, quæ tortuosis meandris inter lapidosæ telluris petras illabuntur; vnde cum maxima difficultate liberantur. Sin autem pluuijs nimijs irrigentur ea loca, facile fodiuntur illæ radices dilutæ; quare de terra solida, & sicca difficile possunt a mortalibus effodi, quod ait Homerus; vt pote delitescentes ac implicitas inter difficultates saxeas, non secus atque veritas addiscentibus inter errorum cautes: vbi vero pluuijs tellus irrigata rimas aperuerit, & lapides vteumque liberati, facile fodiuntur a Dijs; quod pluuiæ speciatim referantur in Deum autorem, non in hominis potestatem. De flore pariter, quum multi flores folijs candidis constent, intra quos lutea quædam corpora surgunt; cuiusmodi flos est lilij, sic a Mattheolo descriptus apte: * *E lilij ramulis oblonga prodeunt capitula, herbaceo colore; quæ tractu temporis lilia fiunt eximij candoris, calathi figura, extrinsecus striata, resupinis per ambitum labris: luteis aliquot ex calathi fundo sursum spectantibus apicibus pulueruleutis, & linguæ effigiem referentibus alterius quam flos coloris, e quorum medio longus producitur apex, rotundo in cacumine capitulo, herbarei coloris.* Quæ quidem lutea corpnscula floris nomine nuncupari, constat ex Dioscoride, qui nomen floris attribuit item consimilibus luteis e medio rosæ surgentibus, dum ait: * [Flos, qui in medijs rosis inuenitur, siccatus gingiuarum fluxionibus efficaciter inspergitur. Inter rosas aliquæ viliissimæ sunt albicantes, in quarum genere, ‡ *Mattheolus ait*, eæ odoratissimæ excipiuntur, quæ Hetruscis Damascenæ, & alijs Moschetæ vulgo dicuntur: siquidem non modo ceteras excellunt, quod odore admodum suaui fragrent, sed quod etiam aluum magis subducant, id quod indicat earum intensissimus odor, & *mox*: Partes in rosa sex antiqui adnotarunt, quæ omues sunt & scitu dignæ, & in medicina vtiles, etsi pauci habeantur seplasiarij, qui separatim eas reponant. Primum quidem duæ partes inueniuntur in folijs; quarum altera est, vbi calyci folia inseruntur, vnguium modo albicant; ob idque rosarum vngues hæ extremitates appellantur: altera vero foliorum reliquum. His aliæ duæ succedunt in ijs flosculis, qui veluti minuta semina tenuissimis capillis annexi flauescunt in rosarũ vmbilico; horũ enim partem faciunt granula, partem capilli. Postremo quæ reliquæ sunt, in ipso rosarum alabastro continentur, scilicet in cacumine, altera in fundo.] Quemadmodum ergo rosa Damascena ratione varia rum partium huiusmodi recte nuncupari potest flos tum candidus, tum etiam luteus, absque contradictione; sicut & Lilium; ita sane Moly florem Homerus apte candidum, lacti similem appellauit, & Græci Plinio notati luteum. Qua ratione colorem hunc vtrumque Moly plantæ flosculo dedit Alciatus eruditissimus in Emblemate suo concinens: ‖

Soluuntur controuersiæ

* in lib. 3. Dioscor. c. 99.

* lib. 1. c. 112.

‡ in 1. Dioscor. com. c. 113.

Rosæ partes.

‖ Embl. 182.

D ,, Antidotum Æææ medicata in pocula Circes
,, Mercurium hoc Ithaco fama dedisse fuit.
,, Moly vocant: id vix radice euellitur atra:
,, Pupureus sed flos, lactis & instar habet.
,, Eloquij candor, facundiaque allicit omnes:
,, Sed multi res est tanta laboris opus.

Nisi potius dicamus, florem Moly stirpis absolute luteum, seu purpureum esse; verum comparatum ad radicem nigram recte nuncupari candidum lacti similem; quod intermedij colores singuli relati ad alterum extremorum appellentur nomine contrarij; quæ mediorum omnium conditio proponitur ab Aristotele [a] scribente in hanc sententiam, de medijs ad extrema relatis: *Ex medio autem mutatur vt ex contrario; vtitur enim ipso, vt contra-*

[a] 5. Phy. t.

rio; ad vtrumque est enim quodammodo medium ipsum extrema: quapropter & hæc ad illa, & illa ad hæc quodammodo dicuntur contraria: vt media grauis ad vltimam, & acuta ad primam: atque fuscum album ad nigrum, & nigrum ad album. Sic Homerus Moly florem album dixit, comparans eum ad eius radicem nigram: Græci vero Autores Plinio pinxerunt Moly florem luteum, absolute spectatum, non ad nigram radicem collatione facta. Sapientiam ergo, quam Homerus per Moly plantam representauit apte, non inepte Schematis Autor in gemma representare potuit per arboris annosæ plantam. Insuper autem Philo, doctissimus ille Iudæorum, quem D. Hieronymus iure merito numerauit in Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum, apertissime ponit Arbores esse hieroglyphica, symbolaque sapientiæ, scribens Legis Allegorias: [b] [*Etenim Deus e terra omnem ARBOREM pulchram visu, & bonam ad cibum, & arborem vitæ in medio paradisi, & ARBOREM scientiæ boni malique.*] *ARBORES virtutis, quæ in anima nascuntur nunc describit: hæ sunt individua virtutes, harumque operationes, & rectæ factæ, & quæ dicuntur apud Philosophos officia. Hæ sunt STIRPES paradisi huius. Exprimit tamen has ipsas, docens quod bonum illud tum ad spectandum, tum ad fruendum sit præstantissimum. Quædam enim artes contemplatiuæ sunt, non item actiuæ; geometria, astronomia: quædam actiuæ, at non contemplatiuæ, macelleria, fabrilis, & illiberales cetera: at virtus contemplatiua simul & actiua est, habens enim contemplationem, quandoquidem ad hanc deducit nos Philosophia per tres suas partes, rationalem, moralem, naturalemque: habet item actiones. Est etiam virtus ars totius vitæ omnes actiones in se continentis. Et quamuis contemplationem & actionem habeat, tamen in vtraque est præstantissima. Est etiam contemplatio virtutis pulcherrima; vsus vero & actio fectanda omni conatu; ideoque dicit ARBOREM esse aspectu pulchram, quod contemplationem significat: & bonam ad cibum, quod vsus & actionis signum est.* (nam & [c] Aristoteles ipse sapientiam facit habitum communem ad omnes artes, tam actuosas, quam contemplatiuas.) *Cæterum ARBOR vitæ est illa generalissima virtus, quam quidam bonitatem vocant, a qua individua virtutes procedunt; quamobrem etiam media Paradisi locatur, habens regionem capacissimam, vt ab vtroque latere cum rex stipetur satellitio. Alij dicunt Deum intelligi, nomine ARBORIS vitæ, quia causa viuendi est, mediam corporis regionem sortitum, vt princeps secundum ipsorum opinionem: verum hi fallumtur, medicam sententiam affectantes pro physica. Nos autem, quemadmodum & antea dictum est, illam generalissimam virtutem dici ARBOREM vitæ affirmamus. Hæc vero diserte in media paradisi esse traditur: sed altera, scilicet scientiæ boni malique non declaratur intra paradisum sit, an extra.* (Aperte videtur huic dicto Philonis contradicere sacra pagina non semel ponens Arborem scientiæ boni & mali, sicut & arborem vitæ in medio Paradisi: legimus enim primo: † Produxitque Dominus Deus de humo terræ omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suauc: lignum etiam vitæ in medio paradisi, lignumque scientiæ boni & mali. & infra * clarissime mulier ad interrogationem serpentis respondit: De fructu vero ligni, quod est in medio paradisi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriemur. Lignum vero fructus inhibiti, fuit arbor scientiæ boni & mali; quare posuit illam Deus in medio paradisi simul cum arbore vitæ, contra placitum Philonis. Qui subdit immediate potius allegoricum sensum respiciens, quam literalem.) *Sed postquam dixit, & ARBOR scientiæ boni malique, mox desijt, nec declarauit vbi nam erat, ne alieno a physiologiæ mysterijs moueret admirationem scientiæ suæ. Quidergo dicendum est? esse eam & intra paradisum, & extra: essentia quidem intra, potentia vero extra: quomodo principalis vis nostra omnicapax est: & sicut cera omnes formas vel pulchras vel turpes recipit:* (quod ab Aristotele [d] mutuatur) *sicut & supplantator ille Iacob fatetur dicens, super me facta sunt hæc omnia: Nam vnica anima innumeras formationes rerum, quæ in natura sunt capit omnium: quæ quoties characterem perfectæ virtutis recipit, vertit in vitæ ARBOREM: quoties vitij, fit ARBOR scientiæ boni malique; at vitium a Diuino choro exulat. Ergo principalis illa vis, quæ hæc intra se admisit, in Paradiso est iuxta suam essentiam: inest enim ipsa vi character ille virtutis proprius, qui in paradiso est: at iuxta potentiam non est ibi, quia forma vitij alienæ est a præcepto Dei. Quo dico, vel sic potes discere: nunc in meo corpore principalis illa vis est iuxta essentiam, potentia vero in-*

[b] lib. 1. Philonis 1. opinio de Arbore hieroglyphica virtutis, & sapientiæ.

[c] 6. Eth. c. 7.

† Gen. 2. 9.

* Gen. 3. 3.

[d] 2. de an. t. 121.

Digitized by Google

A *Italia Siciliam, quoties de his regionibus cogitat: item in cælo quoties de cælestibus speculatur. Qua ratione interdum quidam in prophanis locis constituti iuxta essentiam, sunt in sacratissimis, imaginantes ea quæ ad virtutem pertinent. E contra constituti in sacris penetralibus, cogitatione profanantur, quod ea sit ad deteriores vilioresque formas mutabilis. Itaque nec inest paradiso vitium, nec abest; potest enim ibi esse iuxta essentiam, potentia vero non potest.* Itaque doctissime Philo demonstrat, ARBORES esse hieroglyphica virtutum, symbolaque scientiæ, sapientiæque; quod præstitit etiam † Origines, & ostendere contendimus, apertissimi Schematis imaginem. Idipsum paulo post edocet ipse Philo declarans aliud oraculum diuinæ scripturæ; Præcepta sunt hæc: [*Ex omni ARBORE paradisi comedens comede.*] *Hortatur animam ut fruatur non una quapiam ARBORE, nec una quapiam virtute, sed omnibus virtutibus: nam illud comesse, alimoniam animæ significat: aliter autem anima tractatione rerum honestarum, & actione bonorum operum. Conduplicauit autem rem, dicens, comedens comede, hoc est, commanducatum contritumque cibum, non ut quinis e vulgo, sed more athletarum ad parandum fortitudinem. Etenim athletis pædotribæ* Atheletarum mos in comedendo.

B *præcipiunt, ne cibos concidant dentibus sed per otium commolliant, quo ad vires proficiant; nam aliter ego, aliter athleta nutrimur: ego, tantum ut vivam: athleta, ut etiam crassescat, & robur acquirat; ideoque unum est ex præceptis ad virtutem se exercentium, cibum subigere: tale quiddam est, comedendo comesse. Et præsentemus tamen id etiam diligentius. Honorare parentes, cibum & alimentum est: hoc tamen aliter boni, aliter mali honorant. Alteri propter vulgarem consuetudinem, qui non comedenda comedunt, sed tantum comedunt. Quando igitur etiam comedendo? quum explicatis, perstrutisque causis, sic ultro indicant, esse hoc officium honestissimum; causæ autem sunt hæ: genuerunt nos illi, aluerunt, erudiuerunt, omnium bonorum nobis causa fuerunt. Item comesse est summum illud Ens colere: comedendo vero comesse, quando ad caput nostrum causamque respicimus, & ad referendam gratiam.* Quid sit comedendo comesse. Parentes dupliciter honorari.

[*Ex ARBORE autem scientiæ boni malique non comedetis.*] *Ergo non est in paradiso ARBOR hæc: quandoquidem hortatur ut edant ex omni paradisi ARBORE: idque naturaliter; est enim in eo per essentiam, ut dixi, noxa per potentiam. Sicut enim in cera per potentiam insunt sigilla omnia, actu vero solum id quod impressum est: ita & in anima, quæ est cera similis, omnes formæ continentur potentia: re vera autem unicus character præsens eam occupat, donec abolentur ab alio efficacius impresso atque manifestius. Deinceps illud quoque inquirendum esse videtur: Dum hortatur ut ex omni ARBORE paradisi comedat, unicum hortatur: dum vero interdicit usum ARBORIS eius, quæ boni malique causa dicitur, ut plures alloquitur. Illic enim inquit: ex omni comedere: hic, ne comedatis, & quocumque die comederitis, non comederis: &, morieminī, non morieris. Dicendum igitur primo: earum esse*

C *quod bonum est; malum contra multiplex. Ideo sapiente uno inuento, reperitur fatuorum multitudo innumera. Itaque meritò unum hortatur nutriri virtutibus: multos vero ut animia calliditate abstineant; hæc enim virtutum innumeri. Præterea ad virtutem percipiendam tractandamque una solum re, videlicet rationis opus est; corpus vero etiam impedit hanc, tantum abest ut adiuuet: hæc enim fere summa est sapientia, alienare se a corpore, atque eius concupiscentijs: ut autem quis fruatur vitio, non solum mente, sed & sensu & ratione & corpore opus est; his enim omnibus malus opus habet ad explendam suam malitiam. Alioqui quomodo proditurus est arcana, si instrumenta loquendi careat? quomodo autem voluptatibus fruetur absque ventre ceterisque sensibus? Recte igitur unam solam rationem de quærenda virtute alloquitur; sola enim hæc, ut dixi, ad eius acquisitionem opus est. Contra de vitio ad plures verba facit, animam, rationem, sensus corporis; nam hæc apparet in his omnibus.* Bonum est earum. Corpus impedit sapientiæ adeptionem.

Itaque Philo doctissime ponit, virtutis, atque sapientiæ symbolum, & hieroglyphicum esse Paradisi tum ARBORES omnes, tum speciatim ARBOREM vitæ sitam in medio paradisi. Sed ARBOREM scientiæ boni & mali, quæ per essentiam ab eo dicitur esse in paradiso, per potentiam extra, hieroglyphicum esse virtutis & vitij. Quæ sententia sicut autori nostri Schematis esse potuit occasio ponendi vetustam ARBOREM veluti symbolum sapientiæ, quod nos existimamus; ostendereque conamur: ita paulo diligentius, & altius est animaduertenda. Profecto, si sola ARBOR vitæ in medio paradisi locata, hieroglyphicum est perfectæ virtutis, & veræ sapientiæ: cur hominem culpa noxium eiecit Deus de paradiso, prohibuit-

D

† in Leuit. Homil. 16. Cant. Hom. 3

Philonis allata sententia expenditur.

hibuitque ne comederet amplius de fructu ligni vitæ? legimus enim: [a] *Nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & vivat in æternum. Et emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis, ut operaretur terram, de qua sumptus est. Ejecitque Adam, & collocavit ante paradisum voluptatis Cherubim, flammeum gladium atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ.* Num Deus vetuit homini peccatori virtutis, & sapientiæ conquisitionem? nihil minus. At Adam nonne peccavit in paradiso comedens de ligno scientiæ boni & mali contra præceptum Domini? cur ergo non dicatur in paradiso, sed extra esse Arborem scientiæ boni & mali, quatenus vitij causa fuit homini? Sed forte dicere possumus in præsentia mystice, ARBOREM vitæ, quam recte Philo scribit esse hieroglyphicum omnium virtutum, atque sapientiæ perfectissimæ, signare nobis omnium rerum cognitionem infusam: Hanc autem per peccatum amisit Adam, & in pœnam delicti Deus illum e paradiso pepulit, negavit omnium rerum scientiam infusam illi restituere, qui neglecto tantæ rei munere, voluit scientiam boni & mali suasu Dæmonis sibi comparare; nam Arbor scientiæ boni & mali est scientia viribus humanis comparabilis, qua non habebat opus homo, dum infusam a Deo cognitionem rerum omnium possidebat. Volebat enim Deus hominem contentum esse, nitique scientia sibi diuinitus infusa; nec vlterius propria virtute fidentem, atque superbientem, acquirere sibi cognitionem humanitus, erroribus commistam, & ignorantia circumseptam; virtutemque diminutam, vitijs coinquinatam; quæ per ARBOREM scientiæ boni & mali mystice significatur. Cæterum alibi tractans idem Philo *de Mundi Opificio* sentire videtur aliter de ARBORE scientiæ boni & mali, dum expressis verbis ait: [At Dei paradisus animatas omnes ARBORES habet, rationeque præditas; quarum fructus virtutes sunt, & incorruptus intellectus, atque sagacitas, quid turpe sit, quidque honestum dijudicans: ad hæc vita sana & incorruptibilitas, & quicquid est simile. Hæc autem philosophia per similitudines magis, quum proprie loqui videtur. ARBORES enim in terra nec vnquam prius natæ sunt, nec nascituras est credibile, vitæ aut intellectus feraces. Sed, vt puto, subindicatur, per paradisum quidem principalis vis animæ, quæ est plena ceu PLANTIS, innumeris opinionibus: per ARBOREM autem vitæ, Pietas inter omnes virtutes eminentissima, per quam immortalis redditur anima: sicut per dignotionem boni malique arbitra prudentia, quæ discernit res naturaliter contrarias. His ceu terminis in anima positis, Deus tanquam iudex considerabat vtro esset propensior: & postquam vidit eam vergere ad calliditatem, sanctitate pietateque posthabita, ex quibus immortalis vita provenit, merito eiecit pulsam e paradiso in exilium; præcisa omni spe reditus, propter eius erratum difficile sanatu & incurabile; quandoquidem etiam deceptionis occasio non mediocriter fuit culpabilis, non dissimulanda hoc loco per silentium. Fertur antiquum illum venificum & terrigenam serpentem humana voce vsum esse. Is olim conditi ante omnes viri vxorem aggressus, opprobravit ei stupiditatem & numinis reverentiam nimiam, quod cunctando procrastinaret carpere fructum aspectu spetiosissimum omnium, gustu vero suavissimum: ad hæc vtilissimum; quippe cui vis insit dignoscendi bona & mala. Ibi mulier propter mentis inconstantiam inconsiderate assentiens, gustatum pomum viro communicavit. Itaque ambo repente ex innocentia simplicitateque morum, in calliditatem mutati sunt. Id indigne ferens ille pater (merebatur enim iram facinus, quandoquidem neglecta vitæ immortalis ARBORE, hoc est virtute absolutissima, vnde longævam ac beatam vitam carpere poterant, brevem, mortalemque, nen dico vitam, sed tempus ærumnosum prætulerat) pœnæ meritæ sententiam eis intulit. Sunt autem hæc non figmenta fabulosa, qualibus poetæ ludunt & sophistæ; sed figurata documenta, ad allegoriæ scrutationem inuitantia per lateutes coniecturas; quas si quis sequatur, vt decet, &c.] Profecto, si conferatur cum antea proposito, recens allatum placitum Philonis de Arboribus mysticis Paradisi, consentaneam adhuc magis habet allegoriam nostro Schemati, nostræque sententiæ. Sed aliqua tamen vberius explicanda continet; primum quidem effatum, non esse credibile nasci plantas vnquam in terra proprie feraces vitæ, aut intellectus. Etenim Arbor illa vitæ in paradiso primum Dei iussu nata, licet allegorice signet vim a Deo menti primi hominis infusam, qua sine difficultate cunctas omnium rerum proprietates in innocentiæ statu cognouit; attamen proptie vim habuit prorogandi

vitam

[a] Gen. 3. 22. 23. 24.

Cur Deus vetuerit esum fructus arboris scientiæ boni & mali permiserit esum fructus arboris vitæ?

Secúda Philonis explicatio de arbor scientiæ boni & mali.

Expenditur hæc alia Philonis opinio

Arbores vitæ feraces vt sint, & intellectus.

Digitized by Google

A vitam corporalem in æternum, per iugem instaurationem caloris nostri primigenij prorsus æqualis: quod aperte nimium indicat scriptura facta dicens: *f Nunquid ergo ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & vivat in æternum?* Quod & aperte notat D. Thomas inquiens: † *Si Adam comedisset de ligno vitæ, non fuisset immortalis: immortalitatem autem consecutus, nisi frequenter sumendo.* Et D. Augustinus alicubi: † *Quicunque dicit Adam primum hominem mortalem factum, ita ut sive peccaret, sive non peccaret, moreretur in corpore hoc, id est de corpore exiret, non peccati merito, sed necessitate naturæ, anathema sit*; tum alibi: * *Vivebat itaque homo in paradiso sicut volebat, quandiu volebat, quod Deus iusserat: vivebat fruens Deo, ex quo bene erat ei: vivebat sine ullo egestate, ita semper vivere habens in potestate. Cibus aderat, ne esuriret: potus ne sitiret, lignum vitæ, ne illum senectus dissolveret: nihil corruptionis in corpore, nullæ corporis illius molestiæ ullis eius sensibus ingerebant.* Arbores etiam stirpesque generatim vitæ feraces ea fortè sunt, quæ mortalibus alimenta præstant, quibus vita diu conseruatur; alioquin sunt, nutrimento cito terminanda. Quo etiam nomine quædam stirpes contrariæ calido nativo, quod extinguunt, proprie mortiferæ sunt, aconitum, cicuta, napellus, & id genus alia: at quæ sanguinem eidem calori nativo, ipsum fouent, ac instaurant suis fructibus atque succis, vino, cruico, & huiusmodi, proprie sunt arbores atque stirpes feraces vitæ, sic etiam non æternæ. De Arboribus autem atque plantis feracibus intellectus & prudentiæ, vt allegorice sumi potest Arbor scientiæ boni & mali; sic absolute negandum non est, alimenta pura & plantis hausta, plurimum ad ingenij solertiam, & acumen facere; siquidem experimento compertum est, obseruatumque quotidie regionum alias alijs ingeniosiores, homines habere, tardioris ingenij alias, ob solam alimentorum diuersitatem: vbi namque vita generosiora sunt, & cibi puriores e stirpibus habentur; ibi sanguis purior generatur, ex quo tum spiritus, omnium operationum vitæ ministri, subtiliores ac puriores oriuntur, cum carnes molliores constituuntur; quas Aristoteles ait ad mentis perspicaciam maxime conducere: & *Signum autem*, inquit, *& in genere hominum, secundum sensorium hoc ingenia sortesse & non ingeniosos: secundum autem aliud nullum; duri animi carne ingenti mente; molles tenuem sensum hanc apti*, Non alium ob causam Boeotij stupiditate & crassi ingenij homines male apud priscos audierunt: Horatio canente,

„ Boeotum crasso iurares in aere natum

Et Adagiographo multa paremias colligente de rudibus hominibus, ex Pindaro, *Ignotica sus*: e Zenodoto, *Borotiorum ingenium*: e Diogeniano, *Bœotiæ aures*, & cætera, quibuscunque vina, & alimenta pura & preciosa sunt, audiunt ingeniosi. Verum de arbore scientiæ lacius † infra. Quod exinde Philo proponit, *Arborem vitæ symbolum esse pietatis, virtutis inter omnes eminentissimæ, nostra facile ea re possumus*; quia enim video Deum homines a pietate repellere, sed eos vero semper ad virtutem, pietatemque maxime vocare, simul & præmijs allicere, frequentissimis oraculis in sacra pagina. Verum *Arborem vitæ* repeto hieroglyphicum infusæ scientiæ rerum omnium, quæ Deus Adamum iure priuauit in pœnam patrati criminis inobedientiæ, contemptusque tanti muneris, quo neglecto, prætulit illi scientiam boni & mali sibi proficuam a conflugit, serpentique malo, contra Dei prohibitionem. At quod ait postea Philo crimen hoc Adami fuisse difficile sanatu & incurabile, caute nobis accipiendum est: Difficile sanatu fuit, & incurabile, quia nulla penitus facultate vel humana, vel Angelica malum id curari potuit, sed oportuit Filium Dei carnem humanam assumere, pretioque infinito sui sanguinis hominem e seruitute diaboli redimere, sanciamque incurabili malo mortis æternæ animam, diuino auxilio curare; quæ nullo prorsus alio præsidio vel humano, vel Angelico poterat ad salutem reparari. Verum enim vero, vt nostram opinionem de Arbore mystica, tum vitæ, tum scientiæ boni & mali, superius expressam recollegamus, & explicemus, atque comprobemus Sacra Scriptura, & ex natura rei: primum illud repeto, Primos parentes hos quasi simplices innocentiæ habuisse infusam a Deo cognitionem rerum omnium naturalium, & humanarum moralium, quæ bona & mala, siue virtutes & vitia respiciunt. Vnum in Ecclesiastico legimus de primis parentibus: ‡ *Deus creauit de terra hominem, quem secundum imaginem suam fecit illum. Et iterum induit illum virtutem illius, & secundum imaginem suam*

ginem

f Gen. 3. 22.

† 1. q. 97. 4. G. 1.

† To. 3. 66. c. De diuin. dogm. c. 33

* To. 9. 129. f. g. 14. de Ciu. c. 25.

2. de an. t. 94.

† cap. 22. Arbore vitæ non indicare pietatem, at infusam rerum scientiã

Adami lapsus quomodo dici possit inciuilis.

Opinio nostra de Arbore vitæ, & scientiæ boni malique.

Dupl. 17. & seqq.

Adami scientia infusa declaratur.

Digitized by Google

ginem sui quoad perfectionem cognitionum, *& secundum se vestiuit illum virtute*, scientia rerum in eius animam, antea rudem creatam, infusa; *secundum se*, inquit, quia Deus habet sibi coessentialem & consubstantialem scientiam rerum omnium; at Homo a Deo scientiæ habitum accidentalem habuit infusum in anima sua prius creata; quocirca dicit Ecclesiasticus, *& iterum conuertit illum in ipsam: & secundum se vestiuit illum virtute*. Quam virtutem mox ait communicatam fuisse Mulieri primæ: [i] *Creauit ex ipso adiutorium simile sibi: consilium, & linguam, & oculos, & aures, & cor dedit illis excogitandi: & disciplina intellectus repleuit illos. Creauit illis scientiam spiritus: sensu implenit cor illorum, & mala & bona ostendit illis. Posuit oculum suum super corda illorum, ostendit illis magnalia operum suorum, vt nomen sanctificationis collaudent, & gloriari in mirabilibus illius, vt magnalia enarrent operum eius. Addidit illis disciplinam, & legem vitæ hereditauit illos. Testamentum æternum constituit cum illis, & iustitiam & iudicia sua ostendit illis. Et magnalia honoris eius vidit oculus illorum.* Quas profecto notitias rerum omnium tam corporearum, quam incorporearum, non acquisiuerunt sibi primi parentes virtute naturæ propriæ cognitricis; quia scientia quælibet humano more modoque comparatur ex sensibilibus, memorijs, & experimentis, diuturnitatem temporis expostulantibus, vt obseruat Aristoteles [k] non vno in loco; quum paucis horis homines primi permanserint in innocentiæ statu, quo tempore breui non potuerunt experientias [†] habere, quibus principia tantarum cognitionum sibi compararent: verum illas omnes cognitiones gratuitas habuerunt a summo Deo per infusam scientiam rerum omnium; & speciatim, vt ait hic Ecclesiasticus, habuerunt infusam scientiam boni & mali; nam *bona & mala ostendit illis Deus*. Hæc scientia infusa boni & mali data est a Deo vt primis parentibus in statu innocentiæ, sic animæ Christi sui ab initio suæ conceptionis: qua de re satis euidenter Isaias: [l] *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum, & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum. Quia antequam sciat puer reprobare malum & eligere bonum*, nimirum ante mysterium Incarnationis, in quo creata fuit anima Christi, & illi data scientia infusa rerum omnium, qua nouit reprobare malum, & eligere bonum. Quæ quidem scientia boni eligendi & mali reprobandi primitus etiam infusa fuit a Deo mentibus primorum hominum, qui propterea comedisse dicuntur in statu innocentiæ butyrum & mel; etenim D. Gregorius [m] ait: *Et sciendum quia quum nos Spiritus Sancti gratia infundit, melle nos pariter & butyro replet. Mel enim desuper cadit, butyrum vero ex animalium lacte colligitur. Mel itaque ex aere, butyrum vero ex carne est. Summus autem Patris vnigenitus, quum sit Deus super omnia, homo est factus inter omnia. Qui quum nos dulcedine diuinitatis suæ, & mysterio Incarnationis repleuit, melle nos pariter & butyro sustinuit. Quia ergo Spiritus Christi mentem quam repleuerit, & diuinitatis eius dulcedine, & incarnationis fide latificat: isti riuuli torrentis fluminis mellis simul & butyri esse memorantur, quia & de cognitione Dei alta mentem suauitate reficiunt, & de incarnationis gratia charismatis hanc mysterio perungunt.* Quæ quidem infusa scientia boni & mali data fuit etiam animæ primorum hominum ab initio suæ creationis, vt ait Ecclesiasticus [n] nuper allatus: etenim illis reuelatum fuit inter cetera mysterium [†] incarnationis Domini. Quin & D. Bernardo, [o] Butyrum etiam significat naturam humanam sine peccato, sine corruptione, quales erant primi parentes hominum ante lapsum adhuc innocentes, in quorum animas ab alto Deus infudit mel sapientiæ. Mel quoque Georgio Veneto signat in Harmonia Mundi, gustum, & suauitatem, quæ habetur ex diuina sapientia delibata: [p] *Et hac docet*, inquit, *veram discretionem boni & mali, vt in Isaia de Christo dicitur: butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum. Nec enim in butyro vaccino sciet quispiam discretionem facere inter bonum & malum, sed de sapientia illa meliori, quæ desuper est, figurata per meliorem partem lactis, ex qua butyrum conficitur.* Sane butyrum, quod oleosæ naturæ sit, charitatem designat; mel autem ob dulcedinem index est suauitatis, voluptatis, atque delectationis; quæ sunt vel ab Aristotele cognitæ duæ proprietates veræ sapientiæ, quum afferuerit: [q] *Existimamusque oportere voluptatem felicitati esse admissam: iucundissima autem ex virtutis operationibus ea proculdubio est, quæ secundum sapientiam fit. Philosophia ergo mirabiles habere & puritate & nobilitate voluptates videtur*, quarum hieroglyphicum est mel, & inferius: [r] *At qui ex intellectu operatur, hunc que exec-*

lit,

i nu. 5. & seq.

Heuæ communicata scientia infusa.

k 2. post. vlt. 1 meta. c. 1. e. Ethic. c. 8. † D. Tho. 1. q. 94. 1. ad 3.

l cap. 7. 14. & seqq.

m 15. mor. cap. 9.

n cap. 17. † D. Tho. 22. q. 7. c. item 2. 9. 1. 3. ad 5 o Ser. 2. de Adu.

p Cant. 1. to. 7. c. 24.

q 10. Ethic. cap. 7.

r cap. 8.

Digitized by Google

A *lit, atque optime afficit, is esse Deo charissimus videtur. Nam si aliquam humanarum rerum curam Dij habent, sicut videtur: consentaneum est ipsos re illa quæ optima est, atque ipsis maxime cognata, delectari, qui est intellectus: eosque, qui eam maxime amant, & honorant remunerari; vt pote qui eorum, quæ ipsis sunt amica, curam habeant, rectèque & honestè agant. Hæc autem omnia sapienti maxime inesse, obscurum non est: is igitur est Deo carissimus: eundemque esse etiam felicissimum verisimile est. Quare ita quoque efficitur, vt sapiens maxime felix sit.* Quam sententiam hausisse plane videtur Aristoteles e sacra pagina, in qua legitur: *Apparuit autem Dominus Salomoni per somnium nocte, dicens: Postula quid vis, vt dem tibi. Et ait Salomon: tu fecisti cum seruo tuo Dauid patre meo misericordiam magnam, sicut ambulauit in conspectu tuo in veritate, & iustitia, & recto corde tecum: custodisti ei misericordiam tuam grandem, & dedisti ei filium sedentem super thronum eius, sicut est hodie. Et nunc Domine Deus tu regnare fecisti seruum tuum pro Dauid patre meo: ego autem sum puer parvulus, & ignorans egressum, & introitum meum. Et seruus tuus in medio est populi infiniti, qui numerari & supputari non potest præ multitudine. Dabis ergo seruo tuo cor docile, vt populum tuum*

B *iudicare possit, & discernere inter bonum & malum; quis enim poterit iudicare populum istum, populum tuum hunc multum? Placuit ergo sermo coram Domino, quod Salomon postulasset huiusce modi rem. Et dixit Dominus Salomoni: Quia postulasti verbum hoc, & non petisti tibi dies multos, nec diuitias, aut aurum inimicorum tuorum, sed postulasti tibi sapientiam ad discernendum iudicium: Ecce faci tibi secundum sermonem tuum, & dedi tibi cor sapiens, & intelligens, in tantum vt nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit. Sed & hæc, quæ non postulasti, dedi tibi: diuitias scilicet, & gloriam, vt nemo fuerit similis tui in regibus cunctis retro diebus. Si autem ambulaueris in vijs meis, & custodieris præcepta mea, & mandata mea, longos faciam dies tuos.* Ita Deus præ multitudine suæ bonitatis fecit Adamo & Euæ coniugi prorsus innocentibus cor intelligens, animæque illorum infudit scientiam boni † & mali, dedítque arborem vitæ, de qua comedentes fierent immortales, mortemque non subirent in æternum, si non aliunde sibi quærerent scientiam boni & mali, per esum pomi alterius arboris scientiæ boni & mali. Quam sententiam aperte protulit D. Thomas inquiens: † [Primus homo peccauit principaliter appetendo similitudinem Dei quan-

C tum ad scientiam boni & mali, sicut serpens ei suggessit, vt scilicet per virtutem propriæ naturæ determinaret sibi quid esset bonum & quid malum ad agendum: vel etiam vt per seipsum præcognosceret quid sibi boni vel mali esset futurum. Et secundario peccauit appetendo similitudinem Dei quantum ad propriam potentiam operandi, vt scilicet virtute propriæ naturæ operaretur, ad beatitudinem consequendam. Vnde Augustinus * dicit 11. sup. Gen. ad literam: quod menti mulieris inerat amor propriæ potestatis.] Ceterum non contenti scientia boni & mali sibi a Deo infusa, contra præceptum Dei prohibentis esum pomi scientiæ acquisitæ boni & mali, serpentis iniqui suggestionibus dolosis potius, quam optimi Dei salutaribus præceptis obtemperantes, priuati iure sunt infusa scientia diuinitus, qua facile sine labore cuncta dignoscebant intime; relictique sunt in propria facultate rerum notitias ex se sibi comparandi cum difficultate, quam elegerant suasore Dæmone. Hanc autem difficultatem cognoscendi res omnes, & habitum sapientiæ sibi comparandi, quin & nuditatem intellectus omni cognitione diuinitus infusa, transfuderunt in animas omnium & singulorum de se naturaliter nasciturorum. Id expressit Autor nostri Schematis hieroglyD phico Cupidinis conantis ingenti nisu ad se cacumen arboris annosæ prælatum incurvare; nam annosa nobis plusquam nimium est arbor scientiæ boni & mali, quam in origine mundi creauit de terra Deus die tertia ‖ temporis vniuersi.

† Ecclı. 17.

† 22. q. 163. 2. C.

* Tom. 3. 11. sup. Ge. c. 30 circa med.

‖ Gen. 1. 11. 12.

De Arboris in Schemate picti comparatione ad arborem scientiæ boni & mali, dudum a Deo in Paradiso creatam. Cap. XXIV.

TRia profecto sunt, vel quatuor, quibus arbor vna quælibet ad alteram comparari valet: caudex, siue stipes, corpusque solidum arboris, frondes, flores, atque fructus. In quorum primo satis euidens est analogia duas inter arbores istas, quæ scientiæ boni & mali dicuntur; etenim arbor illa prior in paradiso nobis est antiquissima, vt puta dudum ab exordio mundi condita: nostri vero Schematis arbor annosa nimium & veruſtiſſi-

De arboris sapientiæ caudice.

ma pingitur, ob antiquitatem amissis ramis, & vno speciatim magno, non ita procul ab radice sursum olim elato: qui representare potest ramum arboris antiquæ, quem gyris suis antiquus ille serpens insidiator, ei aduolutus, occuluit, & a quo bonitatem omnem naturæ venenodolipenitus infectæ sustulit, ac extinxit: etenim de basilisco serpente, præter Auicennam, [a] Isidorum, [b] Albertum, [c] Ælianum, [d] & alios plures, illius conspectum Plinius ait: [e] *Necdi frutices, non contactos modo, verum & afflatos: exuris herbas, rumpit saxa. Tanta vis mali est.* Huius serpentis formam induisse, seu corpus ingressum assumpsisse sibi cacodæmonem improbabile non est, tum quod non est potestas, [f] quæ comparetur ei super terram: tum quod humana voce [g] locutus sit ad primos parentes: nam & humano capite basilicum fingi Pierius [h] obseruauit in Ægyptica Bembi tabula. Quamuis etiam ferino capite; tum rursus domini locuta sit humanum sermonem asina [i] Balaami: tum hominis docentis industria sæpe sermonem humanum imitentur aues eloctæ, psittaci, picæ, corui; de qua re Plinius ita: [k] [Reddatur & Coruis sua gratia indignatione quoque populi Romani testata, non solum conscientia. Tiberio principe ex fœtu supra Castorum ædem genitus pullus in oppositam furtinam deuolauit, etiam religione commendatus officinæ Domino: Is mature sermoni assuefactus omnibus matutinis euolabat in rostra, in forum versus, Tiberium, dein Germanicum, & Drusum Cæsares nominatim, mox transeuntem populum Romanum salutabat, postea ad tabernam remeans, plurium annorum beneficio mirus.] Nihilominus tamen in antiquis omnibus picturis aspicere licet serpentem cum Eua colloquentem humano capite præditum. Rationique consentaneum est, cacodæmonem basilisci potius, quam alius serpentis vllius corpus ingressum, qui reguli proprietates adeo videtur habuisse; nam sibilo sermonis iniqui dolosique statim inserfecit spiritali morte peccati primos parentes, & in eis vniuersam progeniem hominum inde nascituram; quam mortem illis Dominus comminatus fuerat: [l] *De ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas: in quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris.* Contactuque suo serpens, omni naturali regulo nocentior, arboris ramum, cui adhæsit, arefecit: quod forte voluit indicare nostri Schematis autor, arborem humanæ sapientiæ pingens, cui ramus a caudice fractus, ac omnino desit arefactus. Ceterum ne talem ac tantam Basilisco vim inesse quispiam admiretur, easdem vires Harmenæ serpenti alij tribuit Auicennas, [m] quia & cuidam hominum nationi Didymus; de qua sit ait Valerianus in hieroglyphicis: [n] *Thebiorum natio pestifera adeo fuit, vt vel solus oris eorum halitus exceptus, interimendi vim habuerit, illorumque præsentia non animalibus tantum, verum etiam satis noxiam fuisse: de quibus & alia secundo Symposiorum Didymus.* Quam veritatem quotidiana nobis ostendit experientia mulierum cum veneficarum obtutu fascinantium & interficientium infantes: tum menstruatarum malo habitus, e quarum corporibus halantes venenati spiritus & fata corrumpunt, segetem omnem adurentes, & vina peruertunt intra dolia. Ne referam huc ex India regem Cambaiæ quem Ludouicus Barthemus [o] testis oculatus, Odoardus Barbosa Lusitanus testis etiam de visu, & alij scriptores asserunt, innutritum a pueritia veneno, mulieres, quibus cum dormit noctu, mane mortuas in lecto relinquere; viroſq; necare breui, si nudos inspuerit. Itaque Schematis arbor, trunca ramo, caudice satis annoso, delineata in Schemate, trunco suo satis indicat hieroglyphice primæuam arborem scientiæ boni & mali, cui serpens insedit homines primos decipiens. Quin & eo quoque nomine forsan æmulatur arborem illam; quia Deus condidit ipsam arborem scientiæ boni & mali; cui serpens arefecit ramum indicem boni, relicto ramo indice mali, de quo pomum vetitum homo sibi carpsit in suiperniciem; cuius esu nihil boni cognouit, sed experientia malum suæ nuditatis intellexit; etenim ante lapsum innocentes homines in sua nuditate nullam habebant labem incontinentiæ, nullum obtinebant fomitem libidinis: nullamque proinde cognoscebant petulantiæ turpitudinem; sed vt innocentium puellorum corpora sine turpitudine nudata gerebant, atque tractabant ad vsus vitæ necessarios, perinde ac manus, & faciem, reliqua membra sine rubore, pudereue malitiæ, prorsus eandem ob rationem, qua videmus innocentes pueros trimos, puellasque simplici mente non erubescere dum nudis corporibus incedunt, quia fomitem concupiscentiæ non habent adhuc vllum, libidinisue stimulum: qualem conditionem, ob ambientis frigiditatem bonam

[a] lib. 4. f. 6.
[b] lib. 12. c. 4.
[c] l. 15. de an.
[d] 2. de an. c. 5
[e] lib. 8. c. 21.
[f] Iob 44. 24.
[g] Gen. 3. 1.
[h] lib. 14. Hierogl.
[i] Num. 22. 30
[k] l. 10. c. 45.
[l] Gen. 2. 17.
[m] loc. cit. cap. 23.
[n] lib. 1.
[o] lib. 4. c. 2. lib. hist. Ind.

A B C D

Digitized by Google

A bonam educationem, & morum simplicitatem, in mulieribus oræ septemtrionalis obseruauit iam pridem ad eas plagas naufragus Petrus Quirinus Nobilis Venetus, asserens q *Quelli di detti scogli sono huomini purissimi & di bello aspetto, & cosi le donne sue, & santa è la loro semplicità, che non curano di chiuder alcuna sua roba: ne ancor delle donne loro hanno riguardo; & questo chiaramente comprendemmo, perche nelle camere medeme, dove dormiuano mariti & moglie, & le loro figliuole, alloggiauamo ancora noi; & nel cospetto nostro nudissime si spogliauano quando voleuano andar in letto: & hauendo per costume di stufarsi il giouedi, si spogliauano a casa, & nudissime per il trar d'vn balestro andauano a trouar la stufa, mescolandosi con gl'huomini. Sono (com'io predissi) deuotissimi Christiani: non perderiano la festa di veder Messa: & quando sono in Chiesa sempre stanno in oratione inginocchiati; mai mormorano, nè bestemmiano Santi, non nominano il Demonio. Quando muore alcun loro congiunto, le mogli per li mariti il giorno della sepoltura fanno vn gran conuito a tutti i vicini, quali apparecchianſi secondo il lor costume & potere con sontuose & ricche veste. La moglie del morto suo si veste de più belle & care veste che l'habbia, & serue delle brutie a conuitati, & ricordagli spesso, che facciano allegrezza per la requie del defunto. Digiunano continuamente li giorni* B *comandati, & quante feste che vengono all'anno, con Christiani ſsma fede l'hanno in veneratione.* De qua re totius eiusdem Christophorus Florauantinus idem naufragium referens inquit inferius: r *Gli habitatori di questo luoco & giouani & vecchi sono di tanta semplicità di cuore, & obedienti al diuino precetto, che non sanno, nè conoscono, nè pensano in guisa alcuna che cosa sia fornicatione, nè adulterio: ma vsano il matrimonio secondo il comandamento di Dio come proprio sacramento solo per osseruar il diuin precetto, & non per alcuna propria lussuria, nè alleuiamento del stimolo della carne; tanto è la region fredda & contraria alla libidine. Et per dar di ciò vero argomento, dico io Christoforo, ch'trouamo in casa del predetto nostro hostiero, & dormiuamo in vna medema capanna, doue ancora lui & la moglie dormiuano, & successiuamente v'erano in vn contiguo letto le sue figliuole & figliuoli d'ottima età insieme; appresso li quali letti dormiuamo ancor noi pur alli loro contigui; si che nell'andar loro a dormir ò leuarsi di dì, ò di notte, spogliati nudi, & noi similmente cosi indifferentemente ci vedeuamo insieme, & con quella purità, come se fussemo stati piccolini fanciulli. Anzi vi dirò di più, che quasi* C *di duo giorni l'vno, il predetto nostro hostiero con li figliuoli maggiori si leuauano per andar a pescare quasi nella più dilettenole hora del dormire, lasciando in letto la moglie & figliuole, con quella securità & purità, che se propriamente nelle braccia della madre l'hauesse lasciate, non tornando a casa per minor spatio che di hore otto. Gli habitanti in quest'Isola, massime i più vecchi, si trouano cosi uniti di volontà con Dio, che in ogni caso di morte natural che occorra al padre, madre, marito, moglie, figliuoli, ò qualunque altro parente, ouero amico, quando è apparita l'hora del passare all'altra vita, subito senza alcun ramarico s'vniscono insieme alla Cathedral Chiesa a ringratiar & lodar il sommo creatore, che ha concesso a quel tale di viuer tanti anni, & al presente come sua creatura l'ha voluto chiamar in gratia, et appresso di se, et ad hora debita farlo mondare per rihauerlo puro et netto come il nacque. Onde lieti et cõtenti della sua infallibil volontà li danno lode et gloria, non mostrando in parole, nè in gesti passione alcuna, come se proprio ei dormisse. Veramente possiamo dire che da dì 3. Febraio 1431. insino alli 14. di Maggio 1431. che sono giorni cento e vno, esser stati nel cerchio del paradiso, ad obbrobrio et confusione de' paesi d'Italia. Quini vedemmo all'entrar di Maggio grande varietà. Prima le lor* D *donne vsano d'andar ai bagni, li quali sono molto vicini et commodi: et per purità, et vsanza che tengono che sia la seconda natura, vsano di vscir dalle loro habitationi nude, come proprio vscirono dal ventre materno, andando senz'alcun riguardo al lor viaggio, solo in la man dritta portano vn mazzo d'herba in guisa di scopa, dicono per fregarsi il sudore da dosso, et la man manco tengono sul fianco, distendendola quasi per ombra di coprir le posterior parti, non però che s'appressi molto: doue noi vistole da due volte in suso, se ne passauamo cosi leggiermente come loro propry, tanto ne intimana la region fredda, et il continuo vederle, a non ne far conto alcuno. Dall'altra parte queste proprie Donne si vedeuan la Domenica entrar in Chiesa con lunghi & honestissimi panni: et per non esser viste per alcun modo nel viso, portano in testa a modo di vna compiuta celata da gorzarina, la qual ha vna visiera a punto in modo di vna cimiara da piffari, per la qual guardano per entro quella nõ meno lungi da gli occhi loro che si sia la cimiara*

q To. 2. Nauig. Ramus. coll. pag. 401. F.

r pag. 209. F.

larga, come proprio s'ella hauesse in bocca per sonare, & peggia, ch'ella non può vedere, nè parlare, se non si volge larga dall'vditore vn braccio, & più. Ha voluto notare queste due estreme varietà, come degne da esser intese. Verum enim uero vt istud capitis in Ecclesia velamen ab Apostolo f mulieribus præceptum est, & ex Apostolo datum a Parocho regionis istius mulieribus; & corporum mulierum denudatio simplicitatis est opus ac innocentiæ, similiter in hac mundi plaga septentrionali, cooperante frigore regionis ad arcendum procul æstum libidinis; ita primis parentibus ante lapsum, in innocentiæ statu, quando non minus eorum imperio subditæ fuerunt omnes bestiæ vel natura sua fetociſſimæ, quam ipsorum parti rationali concupiscibilis appetitus; vnde carentes omni fomite libidinis, non sentiebant sibi membra pudibunda inordinato motu ciri ad turpitudinem; quare nuditatem corporum deformem non habebant; ideoque g Gen. 2. 25. non erubescebant, quod ait Moses: g *Erat autem uterq; nudus, Adam scilicet & uxor eius, & non erubescebant*: quia nullo fomite libidinis eorum membra turpiter inconditis motibus agebantur; agnoscentes ea sibi data solum ad prolis propagationem absque crimine, iubente h Gen. 1. 28. Deo, h *Crescite & multiplicamini, & replete terram, & subijcite eam*: i *Quamobrem relinquet homo patrem suum & matrem suam, & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in carne una*, sine turpidine, sine erubescentia, quia sine peccato in statu simplicitatis & innocentiæ. Sed statim atque suasu serpentis antiqui, dæmonem in se habentis, qui corpore suo celauerat eis ramum scientiæ boni, venenoque partem illam bonam plantæ corruperat, & exinaniuerat, illisque porrexerat pomum scientiæ mali, primates ipsi mortalium contra Dei præceptum gustarunt de vetito fructu, protinus amissa innocentia senserunt concupiscentiæ fomitem in membris suis, & viderunt ea sibi turpiter agitari, deformiterque commoueri ad libidinem, nullo fine prolis; quorum deformitatem aspicientes, erubuerunt, eamque confutis foliis ficulnis obtegere celareque curauerunt, nec ante Dei conspectum cum stulta petulantia sistere se fuerunt ausi; quæ cuncta clarent in sacra pagina: j [Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus. Qui dixit ad mulierem: cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis ex omni ligno paradisi? Cui respondit mulier. De fructu lignorum, quæ sunt in paradiso vescimur; De fructu vero ligni, quod est in medio paradisi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur. Dixit autem serpens ad mulierem: Nequaquam morte moriemini. Scit enim Deus, quod in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri: & eritis sicut Dij, scientes bonum & malum. Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile: & tulit de fructu illius, & comedit: deditque viro suo, qui comedit. Et aperti sunt oculi amborum: quumque cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata. Et quum audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se Adam & uxor eius a facie Domini Dei in medio ligni paradisi. Vocauitque Dominus Deus Adam, & dixit ei: vbi es? Qui ait: vocem tuam audiui in paradiso: & timui, eo quod nudus essem, & abscondi me. Cui dixit Dominus: Quis enim indicauit tibi quod nudus esses, nisi quod ex ligno, de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti?] Ad quam nuditatem eum- k Gen. 3. 21. pem obtegendam melius postea: k *Fecit quoque Dominus Deus Adæ & uxori eius tunicas pelliceas, & induit eos*. Ceterum istam primorum hominum nuditatem extitisse, qualem diximus deformem in membris pudendis, ob peccatum sensitiua concupiscentia se a rationis im-

l 14. de Ciu. cap. 16. Libidinis nomen, & impetus explicatur.

,, perio subtrahente, pulcherrime docet D. Augustinus l inquiens: Quum igitur sint multarum libidines rerum, tamen quum libido dicitur, nec cuius rei libido sit additur, non ,, fere assolet animo occurrere, nisi illa quæ obscenæ partes corporis exeitantur. Hæc ,, autem sibi non solum totum corpus, nec solum extrinsecus, verum etiam intrinsecus vendicat, totumque commouet hominem, animi simul affectu cum carnis appetitu coniuncto atque permisto, vt ea voluptas sequatur, qua maior in corporis voluptatibus nulla ,, est: ita vt momento temporis quo ad eius peruenitur extremum, pene omnis acies, & ,, quasi vigilia cogitationis obruatur. Quis autem amicus sapientiæ sanctorumque gau- m 1. Corinth. ,, diorum, coniugalem agens vitam, sed sicut m Apostolus monuit, sciens vas suum possidere vt sanctificatione & honore, non in morbo desiderij, sicut & gentes quæ ignorant

,, Deum

,, Deum, non mallet, si posset, sine hac libidine filios procreare, vt etiam in hoc serendæ
,, prolis officio, sic eius menti ea quæ ad hoc opus creata sunt, quemadmodum cetera,
,, suis quæque operibus distributa membra seruirent, num voluntatis acta, non æstu libi-
,, dinis incrata? Sed neque ipsi amatores huius voluptatis, siue ad concubitus coniugales,
,, siue ad immunditias flagitiorum quum voluerint, commouentur; sed aliquando motus
,, ille importunus est nullo poscente: aliquando autem destituit inhiantem, & quum in
,, animo concupiscentia feruebat, friget in corpore: atque ita mirum in modum non solum
,, generandi voluntati, verum etiam lasciuiendi libidini libido non seruit; & quum tota ple
,, runque menti cohibenti aduersetur, nonnunquam & aduersus seipsam diuiditur, com
,, motoque animo in commouendo corpore se ipsa non sequitur. Merito huius libidinis
,, maxime pudet, merito & ipsa membra quæ suo quodam, vt ita dixerim, iure, non om
,, ni modo ad arbitrium nostrum mouent, aut non mouent, pudenda dicuntur; quod ante
,, peccatum hominis non fuerunt. Nam sicut scriptum est: [d] *Nudi erant, & non confun-*
,, *debantur*: non quod eis sua nuditas esset incognita, sed turpis nuditas nondum erat; quia
B ,, nondum libido præter arbitrium membra illa commouebat: nondum ad hominis inobe
,, dientiam redarguendam sua inobedientia caro quodammodo testimonium perhibebat.
,, Neque enim cæci creati erant, vt imperitum vulgus opinatur; quandoquidem & ille vi
,, dit animalia, quibus nomina [e] impoluit; & de illa legitur: [f] *Vidit mulier quia bonum est*
,, *lignum in escam, et quia placet oculis ad videndum*. Parebant ergo oculi eorum; sed ad
,, hoc non erant apti, hoc est, non attenti vt cognoscerent quod eis indumento gratiæ
,, præstaretur, quando membra eorum voluntati repugnare nesciebant. Qua gratia remo-
,, ta, vt pœna reciproca inobedientia plecteretur, extitit in motu corporis quædam im-
,, pudens nuditas, vnde esset indecens nuditas: & fecit attentos, reddiditque confusos.
,, Hinc est quod posteaquam mandatum Dei aperta transgressione violarunt, scriptum est
,, de illis: [g] *Et aperti sunt oculi amborum, et cognouerunt quia nudi erant: et consuerunt*
,, *folia fici, et fecerunt sibi campestria*. Aperti sunt, inquit, oculi amborum, non ad vi-
,, dendum; nam & ante videbant; sed ad discernendum inter bonum quod amiserant, & ma-
,, lum in quo ceciderant. Vnde & ipsum lignum eo quod istam faceret dinoscentium, si
C ,, ad vescendum contra vetitum tangeretur, ex ea re nomen accepit vt appellaretur li-
,, gnum scientiæ boni & mali. Experta enim morbi molestia, euidentior fit etiam iocun-
,, ditas sanitatis. Cognouerunt ergo quia nudi erant: nudati scilicet ea gratia, qua fiebat
,, vt nuditas corporis nulla eos lege peccati menti eorum repugnanti confunderet. Hoc
,, itaque cognouerunt, quod felicius ignorarent, si Deo credentes & obedientes non
,, committerent, quod eos cogeret experiri; infidelitas & inobedientia quid nocerent.
,, Proinde confusi inobedientia carnis suæ, consuerunt folia fici, & fecerunt sibi campe-
,, stria; id est succinctoria genitalium. Nam quidam interpretes [h] *succinctoria* posuerunt:
,, Porro autem *campestria* Latinum quidem verbum est, sed ex eo dictum, quod iuuenes qui
,, nudi exercebantur in campo, pudenda operiebant; vnde qui ita succincti sunt, campe-
,, stratos vulgus apellat. (Fortasse non tantum ad operienda pudenda, sed magis ad ea
firmanda comprimendaque, ne inter luctandum paterentur, neue luctantium motiones
validas pendula labefactarent, ac impedirent vtcunque, succingebant Athletæ sibi virilia.)
,, Quod itaque aduersus damnatam culpam inobedientiæ voluntatem libido inobedienter
D ,, mouebat, verecundia pudenter tegebat. Ex hoc omnes gentes quoniam ab illa stirpe
,, procreatæ sunt, vsque adeo tenent insitum pudenda velare, vt quidam barbari illas cor
,, poris partes nec in balneis nudas habeant, sed cum earum tegumentis lauant. Per opa-
,, cas quoque Indiæ solitudines, quum quidam nudi philosophentur, vnde gymnosophi-
,, stæ nominantur: adhibent tamen genitalibus tegumenta, quibus per cetera membrorum
,, carent. Hæc D. Augustinus. Quæ cum antedictis mirifice comprobant arborem sci-
entiæ boni & mali ante lapsum Adami, siue antequam illi serpens Adamum decepturus in-
sideret, ac aduolueretur, duos habuisse ramos præcipuos a bimo fere stipite surgentes; quo-
rum vnum, qui scientiam boni parere poterat, a resecerit anguis ille veneficus contactu suo;
alterum reliquerit intactum, qui tum primis parentibus malum ac lethiferum pomum porre-
xerit; tum omni posteritati pessimam insuper occupationem laboriosæ contemplationis

edide-

[c] cap. 17. De nuditate primorũ hominũ, quam post peccatũ turpem pudendamque viderunt.
[d] Gen. 2. 25. versio LXX.
[e] 2. Gen. 19. 20.
[f] 3. Gen. 6.
[g] Gen. 3. 7.
[h] LXX. Succinctoria quare dicta campestria.
Athletæ cur succincti virilia luctam agerent.

ediderit. Cuius quidem arboris altero ramo meliore carentis in Schemate noſtro priſcus Autor eximiam imaginem effinxerit. A

De frondibus, & floribus arboris humanæ Sapientiæ. Cap. XXV.

ETſi ſacra pagina nullam omnino mentionem habeat frondium arboris ſcientiæ boni & mali a ſummo Deo creatæ in Terreſtri Paradiſo; par eſt attamen eam folijs proprijs præditam fuiſſe, quia nulla penitus arbor eſt, quæ natura ſua folijs omnino careat: quemadmodum multæ floribus naturaliter deſtituuntur, ficus, laurus, vlmus, quercus, pinus & id generis. At quia nulla neceſſitas erat meminiſſe florum arborum ab ſe creatarum, ſed ſolum fructuum, ſiue pomorum, & ſeminum; & frondium herbarum quæ poterant eſſe tum ad eſum animalium, tum etiam ad propagationem ſtirpium iuxta genus vniuſcuiuſque, de quibus egerat Deus, non ſolum inquiens: [a] *Germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram. Et factum eſt ita. Et protulit terra herbam virentem, & facientem ſemen iuxta genus ſuum: lignumque faciens fructum, & habens vnumquodq; ſementem ſecundum ſpeciem ſuam.* Viriditas etenim herbarum eſt in folijs maxime. Sed etiam addens [b] hominibus recens ab ſe creatis: *Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa lignaqua habent in ſemetipſis ſementem generis sui, vt ſint vobis in escam*, & mox: [c] *Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis, vt operaretur & custodiret illum. Præcepitque ei dicens: Ex omni ligno paradiſi comede. De ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas: in quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris.* Coniectare tamen licet frondes arboris ſcientiæ boni & mali fuiſſe ſimiles lauri folijs, multiplici nomine; primum quod laureæ frondes igneæ naturæ ſunt, vt & vniuerſa laurus; qualem conditionem habuiſſe conſtat arborem ſcientiæ boni & mali; tum quod illi Dæmon inſederit ignitus anguis, ab igne tartari nunquam ſeparabilis: tum quod eius pomum edentibus hominibus mortem attuleris corporalem etiam, celeriori conſumptione radicalis humidi a calore. Deinde quod lauri folia deuſta crepitent, atque reſonent; vnde Lucretius: [d]

,, Nec res vlla magis quam Phœbi Delphica laurus C
,, Terribili ſonitu flamma crepitante crematur.

adeoque ſint hieroglyficum garrulitatis, & multiloquij; etenim & illi arbori ſerpens implicitus igne flagrans inuidiæ contra Deum, & hominem a Deo ad gloriam creatum, blaſphemans in veriloquum Deum, hominem mendaci lingua ſeduxit: & mulier æſtuans libidine ſciendi, & acquirendæ ſimilitudinis cum Deo in ſcientia boni & mali, garrula linguam ſoluit in colloquio cum ſerpente: Deinceps laurus apud Græcos iurgioſum indicat, eo quod, vt ait Valerianus, [e] Bebrycia laurus erat in Amyci portu, a qua ramum quicumque decerpſiſſet, tamdiu fieri iurgia ſolebant, quoad abijceretur; quod traditum eſt ab Apollodoro libro primo de Ponticis heroibus: At huic arbori ſerpens adhærens iurgioſus fuit in Deum; quem mendacem dicere fuit auſus: vt e ſacra pagina conſtat, vbi legas: [f] *De fructu vero ligni, quod eſt in medio paradiſi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur. Dixit autem ſerpens ad mulierem: Nequaquam moriemini: ſcit enim Deus, quod in quacunque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dij, ſcientes bonum & malum.* Quin & Adam tantum non iurgioſus fuit in Deum, & vxorem, in quos occaſionem, & cauſam ſuæ culpæ refundere videtur, inquiens: [g] *Mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi.* Similiter Eua contra ſerpentem iurgia dixit, dum ſe ſic excuſauit: [h] *Serpens decepit me, & comedi.* Præterea Laurus eſt victoriæ ſymbolum, quoniam ea coronabantur Imperatores triumphantes, & milites poſt victoriam. At certum eſt hac arbore ſcientiæ boni & mali Dæmonem vicisſe primos homines ſapientiſſimos inſuſa ſibi diuinitus omnium rerum alta cognitione, triumphaſſeque de tota progenie humana ex illis ortum habitura naturaliter: quare folia lauri, vel illis conſimilia obtinuit. Hanc igitur arborem arbor humanæ ſcientiæ, non a Deo nobis inditæ, ſed proprijs viribus humanitus acquiſitæ, delineata in Schemate pulchre referre videtur in frondibus, quas geſtat laureis perſimiles tum allatis rationibus vtcunque, tum alias ob cauſas: In primis quia lauri

Cur Deus in creatione plantarū non meminerit florum, ſed foliorū ſeminum & fructuum.

[a] Gen. 1. 11. 12.

[b] Gen. 1. 29.

[c] Gen 2. 15. 16. 17.

Lauri damna recenſentur.

[d] lib. 6.

[e] lib. 50. Hieroglı.

[f] Gen. 3. 2. 4.

[g] Gen. 3. 12.

[h] Gen. 3. 13.

Laurus cur ſcientiæ ſymbolum.

foli

Digitized by Google

A folia quod amara sint, indicant laboriosam, & difficultatibus esse plenam vitam contemplatiuam, & humanæ sapientiæ inuestigatricem; nam vt Pierius, item obseruat, quod datum sibi laureum sceptrum a Musis canit Hesiodus, [i] his metris Latio datis, & pede soluto,

i Theogon. init.

„ Quæ olim Hesiodum pulchrum docuerunt carmen,
„ Agnos pascentem Heliconè sub diuino.
„ Hoc autem me primum deæ sermone compellarunt,
„ Musæ Olympiades, filiæ Iouis Ægiochi:
„ Pastores in agris pernoctantes, mala probra, ventres veluti,
„ Scimus mendacia multa dicere veris similia:
„ Scimus etiam, si voluerimus, vera loqui.
„ Sic dixerunt filiæ Iouis magni veridicæ:
„ Et mihi sceptrum dederunt, lauri peruiridis ramum,
„ Decerpendum diuinum; inspirarunt insuper mihi vocem
„ Diuinam, ita vt audirem tam futura, quam preterita:
B „ Et me iubebant celebrare beatorum genus sempiternorum,
„ Se vero primo semper decantare.

Sane Musæ sceptrum lauri ramum Hesiodo dederunt decerpendum ex arbore, non autem decerptum illi dedere, quia laborandum est nimium poetæ, viroque scientifico, qui sibi parere vult imperium supra vulgus hominum, & fieri spectabilis altitudine sapientiæ. Deinde vero quod Laurus Apollini Musarum præsidi consecrata est; Musæ vero signant homines sapientia claros. Deinceps quod Aphthonius Laurum vaticinij symbolum esse dicit apte, quam ideo Diuinatricem arborem Dionysius in præceptis de Panegyricis scribendis appellat. Legimus etiam cum Valeriano apud Serapionem Ascalonitam, Lauro ad dormientium caput appositа, vera videri somnia. Id ipsum Antiphontem, Philetrum, & Artemonem, qui de somniorum interpretatione scripserunt, asseuerasse comperimus. Quum autem somnia sint effectus vnius phantasiæ, vt edocet Aristoteles; [k] cui phantasia [l] præparat atque præbet intellectui simulachra rerum omnium intelligendarum; profecto quæ vera somnia laurus efficere potest, phantasiam & mentem viri sapientis indicat apertissime, cu-
C ius habitus est nudæ veritatis † cognitio. Sed & Eustathio Daphnis, quæ laurus est, Etymologiam sumpsit ex particula δα, quæ sit intensionis nota, & verbo φαυειν, quod loqui & canere est; etenim *signum sapientis esse posse docere*, vt ait Aristoteles; [m] doctor autem suos conceptus exprimit addiscentibus vno sui sermone, siue voce prolato, siue scriptis exarato, eidem autori. [n] Quare laurus optime signat arborem humanæ sapientiæ, vitamque contemplatiuam. Deinceps Lauri folia fulmen non attingit; [o] eaque de causa Tiberius, qui fulmina coruscationesque supramodum expauescebat, cælo turbido Lauream sibi solitus est imponere; perinde ac eandem ob causam Augustus ex Vituli marini pelle cingulum gestare; sic insigni sapientia præditi fulsurcum fulmen inuidiæ non timent; altius enim degunt in literario mundo, quam vt ad eos pertingant atræ calumniarum ignitarum detractiones, at extra omnem inuidiæ aleam positi securam vitam agunt in cælo sapientiæ tamquam homines diuini, de quibus Homerus [p] inquit:

Lauri encomia.

k lib. de somnis, & de diu. per somn.
l 3. de an. t. 39.
† 2. Meta. t. 3.
m 1. Meta. cap. 1.
n 1. Perihor. cap. 1.
o Plutar. 4. sym. q. 3. & Pier. lib. 50.
Vituli marini pellis fulmine non icitur.
p 6. Odyss. vers. 41. & seqq.

„ Esse solum diuis subnixum semper Olympum
„ Fama est, haud ventis tremefactum, haud imbribus vdum,
D „ Ac procul a niuibus subductum: nubibus illic
„ Splendida summotis, candensque expanditur æthra.

Deniq; Laurus custodiæ symbolum est & incolumitatis, autore Proclo, qui scribit Antiquos Laurum Tutelæ consecrasse, & in sacrificijs, & in locis vbicunque vel fata, vel affixa fuerit, incolumitatem afferre. Quod agnoscens Ouidius Augusti foribus cum arborem affixam ita colebat: [q]

q 2. Metam.

„ Postibus Augusti eadem fidissima custos
„ Ante fores stabis mediamque tuebere quercum.

At sapientia prudentiaque custodiri mortales ab omnibus infortunijs, euidentissimum est; neque non referendum est Vlyssem hac virtute superasse difficultates innumeras, Herculem Musagetem non minus corporis robore, quam animi sapientia perdomuisse cuncta vitio-

rum

tum monstra. [r] Virgilius introducit Æneam hac fronde tutum ad inferos descendere, atq; incolumem inde redire, doctum nimirum a Sibylla, qua prudentia sapientiaque se gerere debeat. Nec omittendum est Lauri frondes habere figuram linguæ, quæ præcipuum est organum sermonis, vt ait Aristoteles, [s] inquiens linguam datam esse cunctis quidem animalibus, eam possidentibus, necessario ad sensum gustus; at hominibus ad locutionem, & interpretationem, ad bene esse: proindeque arborem humanæ sapientiæ, quæ per linguæ ministerium edocetur, apte satis insigniri foliis lauri, vel ijs consimilibus. A

Arbor sapientiæ cur sine floribus.

Nulla vero fit mentio florum in arbore scientiæ boni, & mali a sacra pagina; nec vlla visitur imago florum in arbore sapientiæ humanæ, delineata in Schemate nostro; quia flores ad ornatum sunt, & ad suauitatem lenociniumque olfactus. At humanæ sapientiæ finis est nuda veritas, nullis fucata leporibus, nullis velata lenocinijs; poesis sola, quæ non veritatem nudam, sed verisimilia pro scopo habet, admiscetque vtile dulci, posthabita plerumq; solida veritate, sicuti nuper apud Hesiodum [t] adspeximus, lepores, mellitosque sermones velut apis [u] carpere solet e varijs elocutionum floscul is; quod Plato monuit inquiens: *Aiunt enim nobis poeta, quod e fontibus quibus mel scaturit, haurientes: & a Musarum viridarijs collibusq; decerpentes carmina ad nos afferant, quemadmodum mel ex floribus apes, & instar apum volare se dicunt. Qua in re vera loquuntur: Res enim levis, volatilis, atque sacra poeta est.* Vnde poeta nedum lauro, sed floribus maxime coronatur; quod flosculos elocutionis in carmine præferat nudæ veritati, simplici doctrinæ, Musas anteponat Mineruæ tetricæ, solidæ sapientiæ deæ: sic aperte Lucretius: [x]

Sapientia vt a poesi differat.

[r] 6. Aen.

[s] 2. de an. t. 89.

[t] Theog. init.

[u] Plat. in Ione.

B

[x] lib. 1.

,, ... sed acri
,, Percussit thyrso laudis spes magna meum cor:
,, Et simul incussit suauem mi in pectus amorem
,, Musarum; quo nunc instinctus, mente vigenti
,, Auia Pieridum peragro loca, nullius ante
,, Trita solo: iuuatque integros accedere fonteis,
,, Atque haurire: iuuatque nouos decerpere flores,
,, Insignemque meo capiti petere inde coronam,
,, Vnde prius nulli velarint tempora Musæ.

C

& Anacreon sæpicule, primo quidem concinens:

,, Teneris superque myrtis,
,, Superque & virente loto
,, Recubans, bibam libenter
,, Religatus, at papyro
,, Tunicam Cupido collo
,, Mihi poculum ministret.
,, Rota nam velut curulis
,, Properat volucris ætas
,, Tenuis, iacebimusque
,, Cinis, ossibus solutis
,, Tumulum quid est quod rogos
,, Vel humo quod ebibenda
,, Peritura dona fundas?
,, Potius manente vita,
,, Roseas meo corollas
,, Capiti ferasque odores:
,, Mihi & euoces amicam.
,, Etenim priusquam ad Orci
,, Rapiar nigri choreas,
,, Volo dissipare curas.

Quæ sententia fuit impiorum a Salomone, mortaliū sapientissimo notata, sed ab Anacreonte vel non visa, vel omnino neglecta; quam antea quoque tactam sapientia legas in sacra pagina: [y] *Dixerunt enim impij cogitantes apud se non recte: exiguum, & cum tædio est tempus vitæ nostræ: & non est refrigerium in fine hominis: & non est qui agnitus sit reuersus ab inferis: quia ex nihilo nati sumus; & post hoc erimus tanquam si non fuerimus; quoniam fumus & flatus est in naribus nostris, & sermo scintilla ad commouendum cor nostrum. Quia extincto cinis erit corpus nostrum, & spiritus diffundetur tanquam mollis aer, & transibit vita nostra, tanquam vestigium nubis, & sicut nebula dissoluetur, quæ fugata est a radijs Solis, & a calore illius aggranata, & nomen nostrum oblivionem accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum nostrorum. Vmbræ enim transitus est tempus nostrum, & non est reuersio finis nostri: quoniam consignata est, & nemo reuertitur. Venite ergo, & fruamur bonis, quæ sunt: & utamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Vino pretioso & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis, antequam marcescant. Nullum pratum*

[y] Sap. 2. 1. & seqq.

D

Digitized by Google

A *tum sit, quod non pertranseat luxuria nostra. Nemo vestrum exors sit luxuriæ nostræ. Vbique relinquamus signa lætitiæ, quoniam hæc est pars nostra, hæc est sors nostra.* Sed & idem Anacreon se rosis coronatum canit,

„ Rosam amoribus dicatam
„ Sociemus ad Lyæum:
„ Foliis rosam decoram
„ Caput reuincientes,
„ Calices iocemur inter.
„ Rosa, honor decusque florum:
„ Rosa, cura amorque veris:
„ Rosa, cœlitum voluptas.
„ Roseis puer Cytheres
„ Caput impleas corollis,
„ Charitum choros frequentans.
„ Agedum ergo me corona
„ Pater o Lyæe, templis
„ Modulans vt adstem.
„ Roseis comasque sertis
„ Redimitus, atque pulchra
„ Comitante me puella,
„ Choreas & ipse ducam.

& infra de seipso.

„ Nil curo Sardiani
„ Regni Gygen potentem.
B „ Auri nec appetens sum,
„ Nec inuidens tyranni.
„ Sed curo delibutam
„ Vnguento habere barbam:
„ Sed implicare curo
„ Meos Rosis capillos.
„ Hodierna curo tantum:
„ Quis cras futura nouit?
„ Age ergo dum fauet sors,
„ Ludo vaca, & Lyæo;
„ Ne si quis opprimat te
„ Morbus repente, dicat:
„ Ohe satis bibisti.

Constat igitur floreas coronas poetis, & potantibus in Symposio conuenire, non autem sapientibus, & philosophiam affectantibus. Quare viris alta virtute præstantibus laurea debetur, ex frondibus, non ex floribus; adeoque tum arbor scientiæ boni & mali, tum arbor humanæ sapientiæ nostro Schemate descripta, sine floribus est, constans foliis lauri frondibus simillimis. Insuper eo magis Arbor sapientiæ non habet flores, quia flos omnis est hieroglyphicum iuuentutis Pierio: [z] iuuentus autem sapientiam habere non potest; vt antea nouimus ex † Aristotele.

[z] lib. 51. † 6. Ethic. cap. 8.

C

De fructu arboris scientiæ boni & mali, primæuæ in Paradiso. Cap. XXVI.

ARborem scientiæ boni & mali, primæuam in terrestri paradiso voluptatis, fructu [a] non caruisse, constat e Scriptura sacra. Quoniam autem illa fuit arbor vera, & realis, habuit etiam verum realemque fructum: De cuius natura specieque propria non constat inter autores. Certum tamen est e diuina pagina, [b] fuisse fructum esui aptum; namque *Vidit mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuq; delectabile: & tulit de fructu illius, & comedit: deditque viro suo, qui comedit.* Non conuenit autem inter autores de natura, specie, ac numero arboris istius. Profecto censeo cum docto [c] Bonfrerio, vnicam tantum eius generis arborem extitisse in paradiso, tum quod semper eius meminerit Moses tanquam vnicæ; tum quod vnica satis fuerit ad explorandam hominis obedientiam, qui fuit finis Dei in eius arboris creatione. De illius vero specie non conuenit inter D Doctores: Moyses Barcepha, [d] & ex eo Pererius, quorundam meminit, nemine tamen citato, qui vitem, vel frumentũ ausi sint asserere, quòd in his Christus ad reparandum primi hominis lapsum Eucharistiæ Sacramentum instituerit. Sed frumento nõ inest natura lignea, neq; fructus visui delectabilis, & adspectui comestibilis. Vitis etiam apte nón ponitur inter arbores, quæ de se humi serpens indiget vlmo, vel alia quapiam arbore, cui maritetur. Plures existimarunt arborem scientiæ boni & mali fuisse Ficum, Theodoretus, [e] Procopius, Barcepha, Philoxenus ab eo citatus, ad hoc inclinante Delrio: quod homines primi post esum vetiti fructus, turpem sui nuditatem operuerint foliis ficulnis; vt inde peterent sui ruboris remedium, vnde causam ruboris habuissent: & quod de proxima statim obuia arbore sibi folia grandia decerpere debuerint. Fructus autem ficus poma quædam esse, nemo nescit, asseren-

[a] Gen. 3. 2. 3

[b] Gen. 3. 6.

[c] com. in Gen. c. 11. Quæ fuerit arbor scientiæ boni, & mali.

[d] de parad. cap. 19. Frumentum quidam ab re dicunt. Alij non bene vitem.

[e] An ficus. qu. 28. in Gen.

[f] c. 13. Gen. qu. 164.

Digitized by Google

te Laertio † de Cynico ſuo cognomine : *Ex ficu quadam poma legebat : cuſtode dicente, huic ante paucos dies homo ſuſpenſus eſt : ego, inquit, illa purgabo.* Reuera quis non videt fici fructum in genere pomorum collocari? Et vbi maturuerit, diſrupta pelle mulleam ſubſtantiam commoſtrando, gemmeamque lacrymam ex apice floris inſtillando, præferre burſam quandam mellis, pulchram ſatis ad veſcendum. Toſtato Abulenſi tamen horum ſententia minime placet ; quod primi parentes horruiſſe non nequiuerint contactum illius arboris, per cuius fructum innocentiam amiſerunt, & in poenam mortis inciderunt. Adde quod Eua paulo prius aſſeruerat : ‖ *De fructu vero ligni, quod eſt in medio paradiſi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur.* Quomodo non horruerint contactum arboris & foliorum, qui fructus illius eſu nuperrime ceciderunt in miſerum e ſtatu felici? Multi Malum fuiſſe volunt, quibus non grauate conſentit cl. Bouifrerius, tum quod & pomum fructus ille ab Adamo comeſtus communiter appelletur in Eccleſia : tum maxime quod in Canticis [b] de hac arbore ſponſus agens : *Sub arbore malo ſuſcitaui te : ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua.* Dubium tamen eſt adhuc de certa ſpecie: quia mali, pomique nomen genericum eſt ad multas fructuum ,, ſpecies, vt obſeruat Macrobius [i] inquiens : Et quia mala videntur admiſſa bellarijs, poſt ,, nuces de malorum generibus differendum eſt. Sunt de agricultura ſcriptores qui nuces ,, & mala ſic diuidunt, vt nuces dicant omne pomum, quod foris duro tegatur, & intus habeat quod eſui eſt ; Malum vero, quod foris habeat quod eſui, & durum intus includat: ,, ſecundum hanc definitionem Perſicum, quod Sueuius poeta ſuperius inter nuces numerat, magis erit inter mala numerandum. His præmiſſis, malorum enumeranda ſunt genera; ,, quæ Cloatius in ordinatorum Græcorum libro quarto ita diligenter enumerat: *Sunt autem genera malorum, Amerinum, Cotoneum, Citreum, Coccymelum, Conditiuum, ἐπιμηλὶς, ,, Muſteum, Martianum, Orbiculatum, Ogratianum, Præcox, Pannuceum, Punicum, Perſicum, Quirianum, Proſiuum, Rubrum, Scandiancum, Silueſtre, Struthium, Scantianum, Tibur, Verianum.* Vides Perſicum a Cloatio inter mala numeratum : quod nomen originis ſuæ tenuit, licet iamdudum noſtri ſoli germen ſit. Quod autem ait idem ,, Cloatius, Citreum & ipſum Perſicum malum eſt ſecundum Vergilium : [K]

,, *Felicis mali, quo non præſtantius vllum.*

,, & reliqua : & vt nemo dubitet hæc de citreo dixiſſe Vergilium ; accipite quæ Oppius in ,, libro de Silueſtribus arboribus dicat. *Citrea item Malus & Perſica : altera generatur in ,, Italia, & in Media altera:* & paulo poſt de citro loquens ait : *Eſt autem odoratiſſimum, ,, ex quo interiectũ veſti tineas necat. Fertur etiam venenis contrariũ, quod tritum cum vino ,, purgatione virium ſuarum bibentes ſeruat. Generantur autem in Perſide omni tempore mala citrea ; alia enim præcarpuntur, alia interim matureſcunt.* Vides hic & citreum nominari, ,, & omnia ſigna poni, quæ de eo Virgilius dixit ; licet nomen citrei ille non dixerit ; nam ,, & Homerus, qui citreum μῆλον appellat (diuinum ſcilicet) oſtendit eſſe odoratũ pomum.

,, ... μῆλον δ' ἐπὶ πατὸν ὀδώδοι.

,, Et quod ait Oppius, inter veſtem poni citreum, idem ſignificat Homerus, quum dicit:

,, Εἵματα δ' ἀμφίεσσα θυώδεα σιγαλόεντα.

,, Hinc & Næuius poeta in bello punico ait *Citroſam veſtem.* Pira hæc quæ videmus ,, varietas nominum numeroſa diſcernit ; nam idem Cloatius ſic eorum vocabula deſcribit : *Anicianum, Cucurbitinum, Cirritum, Ceruiſca, calculoſum &c.* Ità fere Macrobius. Profecto Matthæolus cum vulgo pomum Adami ponit in citriorum genere ſcribens : *Non longe natura & viribus a citrijs diſtant mala Limonia, & Aurantia dicta, & illa quæ Adami poma vulgo vocantur, nos vero Lomia dicimus* (Genuenſes Limie :) *tametſi Limonia magis tum facie, tum facultate Citria referant.* Verum enimuero fructum arboris ſcientiæ boni & mali nõ fuiſſe de citriorum genere, ſatis aperte conſtat ex eo, quod omnes citriorum ſpecies amaræ ſunt, & acidæ guſtu, vt experientia docet, admonentq; fere omnes vnanimes; namq; Plinius : [m] *Quamobrem*, ait, *citreis odor acerrimus, ſapor aſperrimus*: Solinus [n] de arbore Medica, de qua Virgilius: *Geſtat malũ inimicũ venenis, ſapore aſpero, & amaritudinis mirę, meręq;*. Theoph. [o] de arbore Medica pariter, Pomũ eius non manditur, ſed odore præcellit.

† lib. 6.

g Gen. 3. 5.

An malus.

h cap. 2. 5.

i 3. Satur. cap. 19.

Primorum differentia.

Malorum genera.

k 2. Georg.

l In c. 131. lib. 1. Dioſc.

m lib. 13. c. 28

n cap. 59.

o lib. 4. hiſt. cap. 4.

Quod

Digitized by Google

A Quod & alibi Plinius: *p Malus Assyria, quam alij vocant Medicam, venenis medetur: Folium eius est Vnedonis, intercurrentibus spinis: Pomum ipsum alias non manditur, odore praecelit foliorum quoque, qui transit in vestes vna conditus, arcetque animalium noxia Arbor ipsa omnibus horis pomifera est*, & Virgilio. *q*

p lib. 12. c. 3.

q 2. Georg.

,, Media fert tristes succos, tardumque saporem
,, Felicis mali, quo non praesentius vllum
,, (Pocula si quando saeuae infecere nouercae
,, Miscueruntque herbas, & non innoxia verba)
,, Auxilium venit, ac membris agit atra venena.

Sed in sacra *r* pagina fructus arboris scientiae boni & mali dicitur bonum ad vescendum; quem quum comedisset Eua, dedit viro suo, qui comedit; cui sane saporis asperrimi, & acerrimi citrum experta, viro comedendum non dedisset. Non igitur e citriorum genere fuit fructus arboris scientiae boni & mali. Num Persicum malum illud extitit? Sane inter poma Persica, quaedam sunt qualia describitur a Mose, *s bonum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile.* Quin & arbor Persea (diligentiores Autores Plinium *t* docuere)

r Gen. 3. 6.

An persicus arbor, aut persea.

s loc. cit.

B venenata primam in Perside originem habuit, inde poenarum causa a regibus translata in Aegyptum, peregrino solo mitigata, reddita fuit salutifera: quod alij de Persico scribunt; etenim Columella *u* de vtraque arbore scribit in Hortorum cultu:

t lib. 15. c. 13

u lib. 10. f.

,, Armenijsque, & cereolis, pruniſque Damasci
,, Stipantur calathi, & pomis quae barbata Persis
,, Miserat (vt fama est) patrijs armata venenis
,, At nunc expositi paruo discrimine laeti
,, Ambrosios praebent succos oblita nocendi.
,, Quin etiam eiusdem gentis de nomine dicta
,, Exiguo properant mitescere Persica malo.

Plinius tamen a Persicis ad Persea venenum transtulit in Perside, scribens: *x Nam Persicae arbores sero, & cum difficultate transire, vt quae in Rhodo nihil ferant, quod primum ab Aegypto earum fuerat hospitium. Falsum est, venenata cum cruciatu in Perside gigni, & poenarum causa a regibus translata in Aegyptum, terra mitigata. Id enim de Persea diligentiores tradunt, quae in totum alia est, myxis rubentibus similis, nec extra Orientem nasci voluit. Eam quoque eruditiores negauerunt ex Perside propter supplicia translatam, sed a Perseo Memphi satam. Et ob id Alexandrum illa coronari victores ibi instituit, in honorem ataui sui. Semper autem folia habet & poma, subnascentibus alijs.* Caesalpinus Plinium audit, putatq; Persea diuersum pomum a Persico, nobis Anacardum esse Orientale: dicit enim: *y Persea apud Plinium arbor est in Perside venenata, translata in Aegyptum mitigata est: eius fructus myxis rubentibus similis est: nec extra Orientem nasci voluit*, & mox: *Ab Anacardo igitur non abhorrent conditiones traditae Perseae; nam similis est myxis rubentibus, vt Plinius testatur: depressus autem est, amygdalae modo, cui Theophrastus comparat: praeterea venenum continet, licet alicubi innoxie comedatur.* Ponit autem Myxa Plinius in prunorum genere, traditque nasci in monte Damasco. Theophrastus vere Persicum, & Perseam Aegypti arborem ponit inter eas, quae mutatione locorum miras mutationes in sui natura subeant. Dioscorides, a quo Plinius, infit de Persea: *c Arborem hanc prodiderunt aliqui in Perside exitiosam esse, translatamque in Aegyptum, mutata natura in cibos receptam.* Galenus *d* item, *Hanc etiam plantam* (ait de Persea) *vidi in Alexandria, quae & ipsa magnis arboribus est adnumeranda. Tradunt autem fructum huius apud Persas adeo noxium esse, vt edentes interimat: in Aegyptum vero translatam in esculentam mitescere; & pyrorum, malorumque modo, cum quibus & magnitudine contendit, aestimari.* Quod & alibi *e* repetit iisdem fere verbis Galenus. Ceterum vtcunque sit, siue Persica malus, siue Persea, siue vtraque arbos mutatione loci de mortifera mutata fuerit in salutarem, eximie refert conditiones arboris scientiae boni & mali, quae primum in paradiso creata fructum edidit hominibus *f* exitalem, deinde transplantata in monte Caluario prope Ierosolymam fructum tulit humano generi salutiferū: quod aperte satis in Canticis videtur exprimere Salomon, inquiens in persona Dei: *g Sub arbore malo suscitaui te: ibi corrupta est mater tua: ibi violata est genitrix tua:* siquidem sub arbore crucis, quae fuit forsan portio arboris scientiae boni & mali, transplan-

x lib. 15. c. 13

y lib. 2. de arb. c. 19.

z lib. 15. c. 5 & 3.

a 2. hist. c. 3. & 3. c. 5.

b 1. hist. c. 2.

c lib. 1. c. 146

d 1. de alim. fac.

e 11. de med. comp. c. 10.

Digressio de ligno Crucis.

f Gen. 2. 17.

g Cant. 8. 5.

Digitized by Google

tata in Caluarium, per mortem Christi Redemptoris Deus mortuum ob peccatũ genus humanum ſuſcitauit ad vitam gratiæ: dicitur autem arbor ſubſtantiue malus, quia fuit lignum pomiferum e malorum genere: ſub eadem arbore malo dicitur corrupta mater humani generis, quia deſijt ibi Synagoga, quæ mater erat omnium fidelium ad illud tempus: deſijt autem amiſſo ſacerdotio, & regno in morte Domini Saluatoris. Ibidem ſub eadem arbore dicitur violata genitrix humani generis, quæ fuit Eua, dum in paradiſo per eſcam pomi amiſit innocentiam. Quem locum Lyranus tranſtulit ad matrem Virginem, quæ iuxta crucem doloribus veluti parturientis propemodum exanimata fuit. Sed D. Auguſtinus ex Apoſtolo, [r] tractans de moribus Eccleſiæ Catholicæ, [ſ] ſatis eandem ſententiam ita declarat: *In Adam quippe omnes morimur, vt ait idem, & in Chriſto omnes reſurgemus.* Hæc aperte quoque ſatis confirmat Eccleſia, recipiens hymnos Aurelianenſis Epiſcopi Theodulphi,

[r] 1. Corinth. 15. 22.
[ſ] to. 1. 252. d. lib. 1. c. 18.

„ Crux fidelis, inter omnes
„ Arbor vna nobilis:
„ Nulla ſylua talem profert
„ Fronde, flore, germine.
„ De parentis protoplaſti
„ Fraude facta condolens,
„ Quando pomi noxialis
„ Morte morſu corruit:
„ Ipſe lignum tunc notauit
„ Damna ligni vt ſolueret,
„ Hoc opus noſtræ ſalutis
„ Ordo depoposcerat,
„ Multiformis proditoris
„ Ars vt artem falleret:
„ Et medelam ferret inde,
„ Hoſtis vnde læſerat.

Dicitur Dæmon, primos parentes decipiens, forte multiformis proditor, ſub forma ſerpentis, humanum caput habentis, eos decepit; qualis pictus aſpicitur in antiquis picturis, arbori ſcientiæ boni & mali aduoluens, cum Eua prima mortalium omnium matre colloqui. Mitto quæ Gulielmus Durandus [t] ait, crucem Domini conſtare ex quatuor lignorum ſpeciebus, allato celebri diſticho:

Digreſſio de ligno Crucis.
[t] 6. rubr. de Paraſ. diu. off.

„ Pes Cedrus eſt, truncus Cypreſſus, Oliua ſupremum,
„ Palmaque tranſuerſum, Chriſti ſunt in Cruce lignum.

Quæ vnico verſiculo complectitur, non ſine diſcrimine Gloſſa in Clementinæ primæ dicens: [u] *Fertur etiam Crux quatuor genera lignorum habuiſſe; ſcilicet Cedrum in ſtipite, Palmam in palo per longum, Cupreſſum in ligno ex tranſuerſo, Oliuam in tabula ſuper Crucem, loco quarti brachij: & datur verſus:*

[u] Sanct. Trin. & in verbo Cruci.

„ Ligna Crucis palma, cedrus, cupreſſus, oliua.

Hæc eadem lignorum genera cl. Mallonij [x] notatu, contemplatur B. Auguſtinus, [y] Franciſcus Samarinus, [z] Magnus Albertus, [a] D. Bernardus, [b] Lodulphus, [c] Ant. Gliſſandus, [d] Iac. Voragineus, [e] qui etiam quatuor horum lignorum myſteria explicat. Beda Venerabilis in Collectaneis & Floribus ait ex Cedro, Pino, Buxo, & Cypreſſo factam eſſe. D. Chryſoſtomus in Oratione de Veneratione Crucis, Anaſtaſius Sinaita, & Ioannes Cantacuzenus, aſſertione contra Mahumetem, dicunt crucem eſſe ex Cypreſſo, Pino, & Cedro. Cæterum iſta myſtice ſunt accipienda; non quia multis iſtis lignis connexa Crux inepta fuiſſet ad corpus grauiſſimum ſuſtinendum, ſecus ac opinetur Mallonius; nam corpus Chriſti neq; grauiſſimum fuit, neque ſuſtineri non potuit Cruce facta lignis illis duris, & impenſe ſolidis: ac bene quia ligna pretioſa non fuiſſent a Iudæis electa pro formanda Cruce illi, quem opprobrioſa morte inter duos infames latrones afficere voluerunt. Vere S. Anaſtaſius Martyr in ſuis Anagogicis contemplationibus [f] innuit aperte nobis trium lignorum Crucis myſticum ſenſum, inquiens: *Nonnulli autem tanquam in nemoribus & hortis fructum ferentes, velut in trium arborum ligno, ſubinclinatam habebant Crucem, quam amplectantur; quæ germinauit ex tribus lignis, bene coloratum producentes fructum animæ ſanctificationem, Chriſtum inuocantem qui in Crucis ex tribus arboribus confectæ ligno recubuerat, & obdormierat.* Recte non admittit Mallonius commentum de ligno Crucis poſitum a Gottifredo Viterbienſe, [g] dum ait, Poſt diluuium a Setho Noe filio repertum Adami ſepulchrum, cuius peccatum vt expiaret, contendiſſe ad paradiſum terreſtrem, & a Cherub illum gladio flammeo verſatili cuſtodiente, periſſe oleum miſericordiæ, quo effuſo ſuper tumulum Adami, ſcelus eius expiaretur: At ille Cherub pro oleo baccas tres dediſſe Setho, iubens vt eas com-

[x] l. de Cruce cap. 3.
[y] to. 5. lib. 22 23. par. ſacer. Theſaur.
[z] l. 4. comp. Theol. ver. cap. 21.
[a] tr. de Paſſ. Do. c. vlt.
[b] de vita Chriſti.
[c] qu. 645. in Matth.
[d] Serm. 3. in Do. 3. Eaſt. poſt a&.
[e] lib. 5. in Hexam.
[f] Chron. cap. 14.

A complantaret ſuper Adæ ſepulchro; inde tria vitgulta nata, quæ poſtea coaluerint in vnum ſtipitem, qui tandem adoleuerit in arborem maximam. De qua lignum ſucciſum, aduectumque Ieroſolymas ad templi Salomonis ædificium cum alijs pleriſque lignis; aſt hoc nunquam ex vſu eſſe potuiſſe Architectis, vt alia. Sed tamen eo Salomon vtebatur vtcunque ſuo in palatio conſtruendo, qua hortus verſus ædificium protendebatur. Quod lignum adſpiciens Regina Saba, Salomonis tunc hoſpita, mirum in modum exhorruit portentum quod in ligno nouerat: & ad patriam regreſſam ſcripſiſſe Salomoni, vidiſſe ſe in ædificio ſui palatij lignum, in quo innocens eſſet occidendus; vnde totius Hebraici regni ruina ſubſequeretur: notiſque lignum quale foret, aperuit. Salomon lignum ex ædificio tolli iuſſit, atque ſub terra ſepeliri. Quo loci poſtea famoſa piſcina probatica excauata. Chriſti vero paſſione iam aduentante lignum paulatim detegi cæptum, & aquis ſupernatare; & eductum ad templi parietes externos apponitur: & quum Crux paranda Chriſto foret, infelix illud lignum, inquiunt Hebræi, accipiatur, quod cuilibet operi bono fiundo ineptum eſt. Quare ex ipſo Crux Chriſti fabricatur. Hanc rem a nobis compendioſe relatam, fuſius aſſernnt Mallonius, & Viterbienſis; qui gratis abſque veterum vllo teſtimonio claſſico frustra
B nobis obtrudere conatur fabellam olei a Setho petiti, & trium baccarum, a Cherub acceptarum de terreſtri paradiſo, complantatione, coitioneque in arborem magnam, cuius lignum ea portenta dederit, quæ narrantur a Chronologo. Licet non ita fabuloſa videri poſſint, quæ de Regina Saba cognoſcente lignum futuræ Crucis reuelante Domino, dicuntur; quum etiam Reges alij Orientales Magi reuelante ſtella Natales Domini procul agnouerint. Longe veriſimiliora ſunt quæ de ligno Crucis e ſola quercu proferunt [h] Lipſius, Ciaconus, [i] Boſius, [K] & Sillius Creta [l] concinens,

„ Quem poſt quam diro ſuſpenſam robore vidit,

& infra:

„ Erectum ſuffixum robore meſtis
„ Oſtentabat oculis populis.

Idem fere Sedulius [m] in opere ſuo Paſchali: ſed vt poetice lignum omne durum, & magnum, aptumque Cruci conſtruendæ Robur appellari potuit: & paſſim Cruces e robore
C fieri conſueuerint: Attamen Salomon ait in allato Canticorum [n] loco, lignum, ex quo ſuſcitata fuit Eccleſia, & ſub quo corrupta, & violata fuit Eccleſiæ mater Synagoga, fuiſſe non quercum, ſed arborem Malum; quercus autem Malus non eſt, quia pomifera non eſt. At vero ſi tantis in tenebris antiquitatis, meæ cæcutienti menti quid videre licet, ac effari, dicam ingenue quid opiner. *In primis valde mihi probabile videtur*, procul a fabella Viterbienſis, ex eodem ligno primum Adamum hauſiſſe ſibi mortem, & humano generi non nociem: atque ſecundum Adamum, Chriſtum Dominum, ſibi quidem hauſiſſe mortem, ſed humano generi vitam immortalem; ſicut in eodem loco ſepultus fuit Adam, & Chriſtus: vt clare teſtatur cum D. Hieronymo B. Auguſtinus aſſerens: [o] *Audite aliud ſacramentum fratres cheriſſimi: Hieronymus presbyter ſcripſit, ab antiquis & ſenioribus Iudæis ſe certiſſime cognouiſſe, quod ibi immolatus ſit Iſaac, vbi poſtea Chriſtus Crucifixus eſt. Denique ab eo loco, vnde beatus Abraham iuſſus eſt proficiſci, tertio die ad locum vbi Chriſtus crucifixus eſt, perueniturr. Etiam hoc antiquorum relatione refertur, quod & Adam primus homo in ipſo loco vbi crux fixa eſt, fuerit aliquando ſepultus. Et vere*
D *fratres, non incongrue creditur, quia ibi erectus ſit medicus, vbi iacebat ægrotus. Et dignum erat, vt vbi ceciderat humana ſuperbia, ibi ſe inclinaret diuina miſericordia. Et ſanguis ille pretioſus, etiam corporaliter pulucrem antiqui peccatoris dum dignatur ſtillando contingere, redemiſſe dicatur. Hæc enim, fratres chariſſimi, ſecundum quod potuimus, diuerſis ſcripturarum valiminibus pro anima noſtra profectu collegimus, & charitatis contemplatione ſuggeſſimus.* Quare nos quidem non ab re cenſemus, idem eſſe lignum pomiferum ſcientiæ boni & mali, de quo tum primus Adamus mortiferum pomum decerpſit in noſtri perniciem, tum ſecundus Adamus Chriſtus pendens ſalutem humano generi ſanguine ſuo moriendo produxit. Quod Eccleſia mater cum Aurelianenſi Præſule quotannis concinit, vt nuper vidimus. Damus quidem Lipſio Boſcoque Cruces olim communiter fieri ſolitas e quercu, ligno prompto, forti, & obuio; ſed Crucem Domini peculiariter ad myſterium humanæ

[h] 3. de Cruc. cap. 13.
[i] lib. de Cru. cap. 30.
[K] 1. de Cru. cap. 6.
[l] lib. 1.
[m] lib. 3.
[n] Cant. 8. 5.

Opinio propria de arbore ſcientiæ boni, & mali

[o] to. 10. 162. c. d.

[y] 3. de Cru. cap. 13.
[z] 1. de Cru. cap. 6.

næ redemptionis ex eo ligno fuisse censemus, ex quo pridem anguis hominem sibi seruum fecerat, ac Deo rebellem; vt Misericors Deus, homini venenato medelam ferret inde, hostis vnde læserat. Neque probabilitate caret antiquum ramum arboris scientiæ boni, quem Dæmon occuluerat, intactum hominibus iacuisse diu prope Caluariæ locum, iusto Dei iudicio, pro formanda cruce Saluatori, translatum eo de terra paradisi, contactuque corporis Christi sanctificatum, & consperſione sanguinis Domini virulentiam omnem antiqui serpentis extinctam. Deinde sumo ex sacra pagina singularem prorsus & vnicam extitisse talem arborem: tum quod Ecclesia canat eodem hymno de ligno Crucis, & arbore scientiæ boni & mali: *Inter omnes arbor vna nobilis: nulla silua talem profert*: tum Moses [a] antea, semper de ligno scientiæ boni & mali loquitur tanquam de singulari & vnico, sicuti de ligno vitæ, & ponens arborem scientiæ boni & mali, simul cum arbore vitæ in medio paradisi: medium etenim paradisi vnicum est, non plura; quare necessario lignum scientiæ boni & mali, sicut & lignum vitæ, singulare penitus & vnicum est, non plura: nec extra paradisum reperiri, nascique potuit vllatenus. Nec erat expediens, vt plures essent arbores scientiæ boni & mali; quia sat erat vnica propter finem cuius gratia condidit eam Deus; qui finis fuit vt homo, quem Deus constituerat Dominum omninm corporearum creaturarum, agnosceret atque pateretur se subditum esse Domino Deo; quorum veritatem luculente nos edocuit D. Augustinus, inquiens: [b] in explicatione Psalmi septuagesimi: Porro autem si peruerse voluerit *homo* imitari Deum, vt quomodo Deus non habet a quo formetur, non habet a quo regatur, sicipse velit sua potestate vti, vt quomodo Deus nullo formante, nullo regente viuat: quid restat, fratres, nisi vt recedens ab eius calore torpescat, recedens a veritate vanescat, recedens ab eo quod summe atque incomparabiliter est, in deterius mutatus deficiat? Hoc diabolus fecit, imitari Deum voluit, sed peruerse; non esse sub illius potestate, sed habere contra illum potestatem. Homo autem positus sub præcepto, audiuit a Domino Deo, Noli tangere. Quid? Hanc arborem. Quid est enim illa arbor? Si bona est, quare non tango? Si mala est, quid facit in paradiso? Prorsus ideo est in paradiso, quia bona est: sed nolo tangas. Quare non tango? Quia obedientem te volo, non contradicentem seruum: ad hoc serue, sed noli male serue. Serue audi prius Domini iussum, & tunc iubentis disce consilium. Bona est arbor, nolo tangas. Quare? Quia Dominus sum, & seruus es. Hæc tota causa est. Si parua est, dedignaris esse seruus. Quid autem tibi expedit, nisi esse sub Domino? Quomodo eris sub Domino, nisi fueris sub præcepto? Porro si expedit tibi esse sub Domino & sub præcepto, quid tibi iussurus erat Deus? Aliquid enim quærit abste: Offer mihi sacrificium dicturus est tibi? Nonne ipse fecit omnia, in quibus & te fecit? Obsequere mihi dicturus est tibi, siue ad lectum quum requiesco, siue ad mensam quum me reficio, siue ad balneas quum lauo? Quia ergo nullo abste indiget Deus, nihil tibi debuit iubere? Si autem debuit aliquid iubere, vt te, quod tibi expedit, sentires esse sub Domino, ab aliqua re prohibendus eras, non propter illius arboris malitiam, sed propter tuam inobedientiam. Nō potuit Deus perfectius demonstrare quantum sit bonum obedientię, nisi quum prohibuit ab ea re quæ non erat mala. Sola ibi obedientia tenet palmam, sola ibi inobedientia inuenit pœnam. Bonum est, nolo tangas. Non enim non tangendo moriturus es. Nunquid qui hinc prohibuit, alia subtraxit? Nonne est paradisus fructuosis plenus arboribus? Quid tibi deest? Hoc nolo tangas, hinc nolo gustes. Bonum est, sed obedientia melior. Proinde quum tetigeris, nunquid arbor illa malum erit vt moriaris? Sed inobedientia te subiecit morti, quia prohibita tetigisti. Ideo arbor illa appellata est scientia dignoscendi boni & mali, non quia inde talia quasi poma pendebant; sed quicquid esset arbori illa cuiusliber pomi, cuislibet fructus esset, ideo sic vocata est, quia homo qui nollet bonum a malo discernere per præceptum, discreturus erat per experimentum, vt tangendo vetitum, inueniret supplicium. Quare autem tetigit, fratres mei? Quid illi deerat? Dicatur mihi, quid illi deerat in paradiso constituto, in media opulenria, medijsque delitijs? cui magnæ delitiæ erent ipsa visio Dei, cuius faciem quasi inimici timuit post peccatum? Quid illi deerat vt tangeret, nisi quia sua potestate vti voluit, præcepum rumpere delectauit? Vt nullo sibi dominante fieret sicuti Deus, quia Deo nullus

Arborem illam in orbe vnicam.

[a] Gen. 2. 9. 17. & 3. 3. 5. & seqq.

[b] to. 8. 255. m.

A B C D

Digitized by Google

A nullus vtique dominatur. Hæc D. Augustinus. Ex quibus apparet, ad explorandam hominis obedientiam, & ad seruitutem sibi ab homine præstandam suffecisse Deo singularem & vnicam tantum in paradiso voluptatis arborem condere scientiæ boni & mali; decuisseque id summam Dei misericordiam, & benignitatem erga creaturam ad imaginem & similitudinem suam efformatam; non ponere plures eiuscemodi plantas, quæ pulchritudine, [e] suauitateque sua passim occurrentes hominibus primis, illos allicerent ad transgressionem Diuini mandati. Sic igitur vnica fuit arbor scientiæ boni & mali a Deo cõdita in paradiso, comparem aliam non habens. Hanc sane D. Augustinus nunc asseruit appellatam arborem scientiæ boni & mali, non quia fructus eius comestus in animo parere posset scientiam boni & mali; sed quia in eius esu transgrediens homo præceptum Dei per experimentum agnouit in semetipso bonum innocentiæ, ac immortalitatis deperditum, & malũ culpæ, vitæq; laboriosæ, mortalitatisq; in quod inciderat. Quam sententiam accipiunt passim omnes Theologi, quoad vtramq; partem, recedẽtes a Iosepho, qui dicit arborẽ habuisse vim producẽdi scientiam: [d] *Porro Deus Adamũ & vxorem de ceteris plantis gustare iussit, vna arbore scientiæ solũ illis interdixit, præmonitis si attigerint, confestim exitium eis affuturum. Quum autem per id tempus nullum esset inter animalia dissidium, & serpens familiariter cum Adamo ac vxore degeret, inuidebat eis felicitatem venturam, si iussis Dei parere perseuerarent. Et ratus in calamitatem casuros, si mandata neglexissent, malitiose persuadet mulieri vt de arbore scientiæ gustaret, asseuerans inesse ei vim dignoscendi boni ac mali. de qua si gustassent, beatam nihiloque deteriorem quam Deus vitam acturos. Atque hoc pacto mulierem subuentis, vt mandatum Dei contemneret. Qua gustato arboris fructu, ciboque hoc delectata, etiam Adamo vsum eius persuasit. Iamque se nudos esse sentiebant, & de tegmento sibi dispiciebant; arbor enim acuminis, & cogitandi vis inerat.* Contra tamen omnes † obijciunt Iosepho, quod arbor materialis vim non habeat alimento suo corporali cognitionem in intellectu, qui facultas est incorporea, producendi. Sed hac in re fortasse licebit e sacra pagina dissidium hoc te componere, si dicamus arborem scientiæ tum ante sui fructus comestionem habuisse facultatem producendi cognitionem boni & mali cuilibet in animo comedentis; tum post comestionem experimento cognouisse primos homines & bonum quod amiserant, & malum in quod inciderant, mandata Dei transgredientes. De primo quod opponitur, facile diluas, quia materiale simpliciter quidem ex sui natura non habet potestatem in immateriale; sed iussu Dei, *qui vocat ea qua non sunt,* [e] *tamquam ea qua sunt*, materiale potest agere penitus in immateriale: sic ignis materialis in infernorum mire miserequo torquet æternum immateriales angelos cacodæmonis, quia verbo Dei [f] *paratus est diabolo & angelis eius.* Præterea nulla planta de se concedens in alimentum hominis potest eius vitam in æternum conseruare; sed hoc iussione Dei concessum est vni arbori vitæ, quam ideo Deus arborem vitæ nuncupauit; legimus enim: [g] *Nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & viuat in æternum. Et emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis.* Vt igitur arbor vitæ poterat hominem in æternum seruare, non simplici facultate naturæ stirpis; etenim nihil agit physice vltra vires proprias; propria vero plantæ virtus instaurare non potest humido suo radicali radicalem penitus humorem corporis humani; quia radicalis humor humani corporis est longe præstantioris essentiæ, ac speciei quam sit humor ille radicalis, qui sub anima vegetali longe viliori reperitur in planta qualibet, Aristotele decernente, [h] ad B C D aliam formam aliam esse materiam; & animam intellectiuam in humano corpore differre [i] separarique posse ab alijs animæ partibus, nedum specie, sed etiam genere, tanquam æternum a corruptibili, & esse prestantissimum [k] omnium animarum, principalissimum, & dominum secundum naturam: incorruptibile namque prius tempore, natura, & dignitate quocunque corruptibili; proinde rationalis anima in homine longe nobilior est quam vegetalis in arbore vitæ, materiaque arboris vitæ longe dignitate cedit humido radicali corporis humani, quare non potest physice ipsum instaurare secundum eundem gradum perfectionis: at hoc illi solum inest a Dei voluntate, diuinoque præcepto: dum Deus voluit & nominauit illam esse arborem vitæ. Sic omnino Deus nominans arborem scientiæ boni & mali, dedit illi facultatem ad aliarum arborum omnium differentiam, vt comedentes illius fructum animo conciperent & indurent scientiam boni & mali, nedum corpore nutrimentum. Insuper autem

[e] Gen. 3.6.

Quomodo D. Augustino fuerit arbor scientiæ boni & mali.

[d] lib. 1. antiq. cap. 1.

† Mag. Sent. dist. 7.

Arbor scientiæ fructu suo nim parere potuerit in animo comedentis.

[e] Rom. 4.17.

[f] Matth. 25. 41.

[g] Gen. 3.22. 23.

[h] 2 phys. t. 26

[i] 2. de an. t. 21.

[k] 1. de an. t. 82.

Arbor scientiæ vt in animo comedentis eius fructum generare potuerit cognitionem.

autem Adam, & Eua coniuges ante comestionem pomi habuerunt a Deo infusam scientiam rerum omnium corporearum, speciatimque scientiam boni & mali, sicut antea [t] legimus in sacra pagina hic repetenda: [m] *Deus creauit de terra hominem, & secundum imaginem suam fecit illum. Et iterum conuertit illum in ipsam, & secundum se vestiuit illum virtute. Numerum dierum & tempus dedit illi: & dedit illi potestatem eorum quæ sunt super terram. Posuit timorem illius super omnem carnem, & dominatus est bestiarum & volatilium. Creauit ex ipso adiutorium simile sibi: consilium, & linguam, & oculos, aures, & cor dedit illis excogitandi, & disciplina intellectus replenit illos. Creauit illis scientiam spiritus, & sensu impleuit cor illorum, & mala & bona ostendit illis. Posuit oculum suum super corda illorum ostendere illis magnalia operum suorum, vt nomen sanctificationis collaudent, & gloriari in mirabilibus illius, vt magnalia enarrent operum eius. Addidit illis disciplinam, & legem vitæ hæreditauit illos. Testamentum æternum constituit cum illis, & iustitiam & iudicia sua ostendit illis. Et magnalia honoris eius vidit oculus eorum, & honorem vocis audierunt aures illorum, & dixit illis: Attendite ab omni iniquo.* Vnde constat apertissime primos parentes humani generis ambos habuisse a Deo scientiam infusam, qua cognoscebant intime cunctas creaturas, maxime corporeas, atque speciatim arborem scientiæ boni & mali. Cuius naturam etiam per eandem scientiam infusam optime cognouisse debuit Adam, qui peroptime dicitur ante lapsum cognouisse naturas omnium animantium, [n] & ijs congruentia nomina imposuisse: vnde recte Plato scribit in Cratylo, qui primum nomina rebus imposuit, habuisse virtutem humana maiorem: quum D. Augustino nomen Adam communiter ibi signet vtrumque hominem primum; Adamum scilicet ac Euam; ait enim: [o] *Porro ille Seth resurrectio interpretatur, & Enos filius eius interpretatur homo, non sicut Adam. Et ipsum enim nomen interpretatur homo; sed commune perhibetur esse in illa lingua, id est, Hebræa, masculo & feminæ: nam sic de illo scriptum est, Masculum & feminam fecit eos, & benedixit illos, & cognominauit nomen eorum Adam. Vnde non ambiguum sic appellatam fuisse feminam Euam proprio nomine, vt tamen Adam quod interpretatur homo, nomen esset amborum.* Ex quo loco mira concordantia ponitur Mosis [p] cum Ecclesiastico [q] nuper allatis, asserentibus Adæ, ac primis hominibus creatis a Deo infusam fuisse scientiam creaturarum omnium, quæ sunt magnalia Dei, speciatimque animantium, adeoque arboris dignotionis boni & mali. Quo stante quæro num Adam iste cognouerit naturam & vires arboris scientiæ boni & mali? si negas, aperte contradicis tum Mosi scribenti Adam imposuisse nomina cunctis animantibus congruentia; quum animantium nomen complectatur & plantas; & qui nouit naturam & proprietates animalium, ignorare nō debeat naturam & proprietates plantarum, quæ sunt vt simpliciores, ita cognitu faciliores. Contradicis etiam Ecclesiastico, qui dicit de Deo: *& mala & bona ostendit illis, & magnalia operum suorum*: inter quæ numeratur arbor illa scientiæ boni & mali. At si dicas primos homines per scientiam infusam a Deo ante pomi gustatum habuisse perfectam cognitionem creaturarum omnium infra se, speciatimque arboris scientiæ boni & mali, vt post Mosen tradit Ecclesiasticus; vel agnouerunt illam arborem habuisse vim producendi scientiam boni & mali effectiue, vel non, sed solum per experientiam. Si secundum adstruas cum communi schola, similiter aduersantem habes diuinam Scripturam asserentem homines illos habuisse per scientiam infusam a Deo cognitionem boni & mali, quæ maior est & perfectior omni, quæcunque per experientiam comparari valeat: & serpenti suadenti pomi comestionem sub prætestu comparandæ sibi similitudinis cum Deo, per agnitionem boni & mali, respondisset, optime senosse per infusam sibi a Deo scientiam quid interfit inter bonum & malum, & esse se factos ad imaginem ac similitudinem Dei; neque debere se malum facere coram Domino violantes eius mandatum, vt aliam cum Deo similitudinem per inobedientiam sibi comparare gestirent. Quod si primum dilemmatis membrum verum accipiens asseras homines primos per infusam sibi a Deo scientiam creaturarum corporearū omnium agnouisse arborem scientiæ boni & mali, per esum fructuum suorum communicare posse scientiam boni & mali effectiue, prorsus independentem a scientia infusa, & a Deo; plane calliditas apparet admirabilis in tentatione serpentis, & suasione Euæ; nam Dæmon ita forte ratiocinatus fuit, Deus quidem omniscius est, sed a semetipso; vos autem habetis omnium

rerum

[t] cap. 8.

[m] Eccli. 17

[n] Gen. 2. 19. 20.

[o] 15. de Ciu. cap. 17. Adam esse nomen commune vtrique primo parenti.

[p] Gen. 2. 19. 20.

[q] cap. 17. 6. & seqq.

Digitized by Google

A rerum ſcientiam, ſed a Deo vobis infuſam; vnde Deo inferiores eſtis; quod ſi volueritis eſſe ſicut Dij ſcientes bonum & malum, non per ſcientiam ab alio vobis datam; ſed a vobis metipſis, vel nolente Deo, comedite de ligno ſcientiæ boni & mali; nam vos calore veſtro naturali conuertentes in veſtri ſubſtantiam alimentarem fructum illius, vobiſmetipſis actione veſtra pura comparabitis veram ſcientiam boni & mali, & hac ratione fueritis omnino ſicut Dij, ſcientes bonum & malum, non ab alieno munere, ſed a vobiſmetipſis: Quæ fallax argumentatio ſtatim Euam cæpit, & per Euam Adamum virum, natura propenſos ad perfectiones diuinas acquirendas; qui peruerſe voluerunt imitari deum, volentes eſſe domini, & dedignatis eſſe ſerui, vt nuper obſeruauimus ex D. Anguſtio; [r] qui recte dicit alibi, *Adam ſuperbia cecidit*: & alio loco clarius, [s] de raptu diuinitatis: *Sed qui rapuit? Adam. Quis rapuit primo? Ille qui ſeduxit* [u] *Adam. Quomodo rapuit diabolus? Ponam* [x] *ſedem meam ad Aquilonem, & ero ſimilis Altiſſimo: vſurpauit ſibi quod non acceperat. Ecce rapinam: vſurpauit ſibi diabolus quod non acceperat, perdidit quod acceperat, & de ipſo calice ſuperbiæ ſuæ ei, quem decipere volebat, propinauit. Guſtate, inquit,* [y] *& eritis ſicut Dij: Rapere voluerunt diuinitatem, perdiderunt felicitatem. ille ergo rapuit, & ideo exoluit.* Voluit homo ſcientiam boni & mali

B acquiſitam per eſum pomi vetiti, & perdidit infuſam per Dei gratiam; qua debuerat erudire poſteritatem ſucceſſiua traditione. Præterea quum ſermo Dei ſit efficax, & viuus eſt, vt ait Apoſtolus; [z] *quia ipſe dixit,* [a] *& facta ſunt*. Dum ergo Deus dixit arborem ſcientiæ [b] boni & mali, vere plantam fecit procreatricem ſcientiæ boni & mali in animo comedentis. Nec accipere poſſum hoc nomen arbori fuiſſe impoſitum ab euentu poſt peccatum primi parentis ab Adamo, vel Moſe; nec proxime ante peccatum a Diabolo; [c] vt opinatur [d] Abulenſis; quia nimis clara ſunt verba Dei ante tentationem diabolicam, & ante peccatum primorum parentum, præcipientis illis in ſacra pagina: [e] *Tulit ergo Dominus Deus hominem, & poſuit eum in paradiſo voluptatis, vt operaretur & cuſtodiret illum: Præcepitq; ei dicens: Ex omni ligno paradiſi comede: De ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas: in quocunq; enim die comederis ex eo, morte morieris.* Non enim potuiſſet homo cognoſcere determinatam arborem, a cuius fructuum comeſtione prohibebatur, niſi Deus eam nominatim expreſſiſſet: Qui vero tale nomen impoſitum dicunt vel a ſerpente, vel ab Adamo, vel a Moſe ex euentu tum

C amiſſionis boni, tum lapſus in malum propter peccatum, aut diſſimulant verba præcepti Diuini primis hominibus dati, aut violenter extorquent e poſteriori ſententia ſacræ ſcripturæ, quod expreſſe poſitum fuit in præcedenti. Quare ſententia Ioſephi de arbore ſcientiæ boni & mali videtur diuinæ paginæ veritatique conſentanea. Habuerunt ex eſu pomi ſcientiam tamen experientialem, vt communiter dicitur, Adamus & Eua; tum boni deperditi, & mali ſibi comparati; tum etiam boni & mali cuiuslibet alius abſolute; ſed non ita perfectam, ſicut erat ſcientia infuſa diuinitus eorum mentibus, quam tranſgreſſione diuini præcepti perdiderunt. Sed & ex eſu pomi ſcientiam boni & mali ſatis imperfectam ſibi conquiſiuerunt, imperfectiorem multo, quam ſi non vetitum ſibi fuiſſet a Deo pomum illud; etenim & a ſacra pagina didicimus, quod *in animam f malevolam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis*: & ab orthodoxis habemus Angelos [g] malos per peccatum amiſiſſe multum ſuæ naturalis cognitionis, vt antea [h] late notauimus: & ab Ariſtotele nouimus actus perfectioneſque non eſſe, neque fieri, niſi in patiente [i] diſpoſito. Hæc de arbore ſcientiæ boni & mali vera & reali.

D

[r] to. 8. 255. m. n.
[s] to. 9. 136. H
[t] to. 8. 240. D.
[u] Gen. 3.
[x] Iſai. 14.
[y] Gen. 3.
[z] Heb. 4. 12.
[a] Pſ. 32. 9. & Pſ. 148. 8.
[b] Gen. 2. 17.
[c] Gen. 3. 5.
[d] in Gen. c. 13. q. 154. 155.
[e] Gen. 2. 15. 16. 17.
[f] Sap. 1. 4.
[g] Euſ. 7. præp. q. 1. 6. Iſai. 14. 13. 2. Cor. 6. 14. Coloſ. 1. 3. D. Thom. & Bonau.
[h] c. 7. Sch. 2.
[i] 2. de ani. t. 24. 26.

De fructu arboris humanæ ſapientiæ noſtro in Schemate delineatæ.
Cap. XXVII.

ARbor autem humanæ ſapientiæ, in Schemate noſtro delineata, quum vera non ſit, atq; realis, ſed omnino ſymbolica, fructus itidem obtinet allegoricos, atque metaphoricos. Dubio procul humanæ ſapientiæ fructus eſt, qui ex ea pendet effectus, poſſe docere; quod aperte ſatis edocet Ariſtoteles inquiens, [a] *Et prorſus ſignum ſcientis eſt, poſſe docere*. Signum autem cum fructu coincidere; docet euidentiſſime ſacra pagina, in qua legimus apertiſſime metaphoram iſtam: [b] *Attendite a falſis prophetis: qui veniunt ad vos in veſti-*

[a] 1. Meta. cap. 1.
[b] Matth. 7. 8. 15. & ſeq.

Digitized by Google

mentis enim, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoſcetis eos. Nunquid colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona bonos fructus facit: mala autem arbor malos fructus facit. Non poteſt arbor bona malos fructus facere, neq; arbor mala bonos fructus facere. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos. Quibus euidentiſſimum eſt, Chriſtum Dominum ſub arboris bonæ nomine bonos fructus ferentis indicare veros prophetas, veroſque ſapientes veram doctrinam addiſcentibus afferentes; nam verum & bonum tranſcendentia ſunt, quæ ſemper in omnibus coincidunt, & ad inuicem vbique conuertuntur: per arborem vero malam malos fructus facientem ſignificare falſos prophetas falſam doctrinam prædicantes, falſoſq; doctores falſa dogmata proferentes. Vnde liquido patet fructus arboris humanæ ſapientiæ nihil aliud eſſe, quam doctrinas, quas addiſcentes accipiunt a ſuis doctoribus. Id ipſum repetit alibi Dominus, inquiens: *Ideo dico vobis: Omne peccatum, & blaſphemia remittetur hominibus: ſpiritus autem blaſphemia non remittetur. Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei neque in hoc ſeculo, neque in futuro. Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructum eius malum: ſiquidem ex fructu arbor agnoſcitur. Progenies viperarum, quomodo poteſtis bona loqui, cum ſitis mali? Ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono theſauro profert bona: & malus homo de malo theſauro profert mala. Dico autem vobis, quoniam omne verbum otioſum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Ex verbis enim tuis iuſtificaberis: & ex verbis tuis condemnaberis.* Vnde plane conſtat, arborem eſſe ſymbolum doctrinæ, verbaque docentis eſſe fructum atque ſignum ſuæ ſapientiæ, vel ignorantiæ prauæ. Quapropter etiam Socrates id agnoſcens, adoleſcenti, quem pater erudiendum ſibi dudum obtulerat, dixit: *Loquere, vt te videam*: & in Philebo Plato tractans de ſummo bono, conſtituit, Male loqui non poſſe, qui mali non ſunt. Et euidentius Ariſtoteles, *Sunt ergo ea, quæ ſunt in voce, earum quæ ſunt in anima paſſionum nota: & ea quæ ſcribuntur, eorum quæ ſunt in voce. Et quemadmodum nec litera omnibus eadem, ſic nec eadem voces. Quorum tamen hæc primum nota ſunt, eadem omnibus paſſiones animæ ſunt: & quorum hæ ſimilitudines, res eadem.* Ex quibus liquido conſtat, ſapientiam, quæ paſſio eſt animæ, ſiue habitus intellectus, vt alibi docet Ariſtoteles, per voces ac verba docentis, & per ſcripta diſcentibus impertiri, atque communicari. Quod vtrumque ſignificare volens autor noſtri Schematis, aptiſſime repreſentauit in gemmula Cupidinem puſionem, qui eſt Amor ſciendi cunctis hominibus ab ortu naturæ inſitus, omni conatu niti trahere ad ſe cacumen arboris annoſæ ſapientiæ (namque ſapiens iuuenis eſſe non poteſt, ſed in ſenibus tantum inuenitur habitus ſapientiæ, quo poſſunt ignaros iuuenes erudire) vt auiculum in eo ſtantem, & caudam ex eo pendentem apprehendat: vel in hoc decorum ſeruans, quod pueri maxime delectantur auibus, & eas canentes audire, ſibique capere, ac apprehendere geſtiunt. Eſt autem auis apertum ſymbolum ſermonis ex ore loquentis effluentis; quo nomine frequentiſſime Homerus verba nuncupat alata, & volucria, tanquam eorum proprium epitheton. Qua de re pulchre Valerianus in Hieroglyphicis agens de Sirapi, ſic etiam ex Adamantio, Heſychio, & ex ſacra pagina: *Sinapis quidem ſemina primo aſpectu puſilla admodum videntur; verum vbi a perito agricola ſata fuerint, in immenſum coaleſcunt, augenturque in arborem, in ramos, & in virgulta vndequaque prorumpentia, in quibus Aues cæli congregentur, vt in ſacris habetur Inſtitutionibus. Aues igitur, hoc eſt, diſputatores, quod interpretatur Adamantius, quippe Rhetores, qui velut Aues cæli leuibus pennis, verborum dumtaxat elegantium nitore freti, diſciplinarum excelſa prius ſectari, & arduaque quæque appetere videbantur: Pennata enim Homero verba: Et per bracteatas argento Columbæ pennas, ſermones Dei Theologi aiunt intelligendos. Huiuſmodi igitur Rhetores Alites, ſimulat noſtram in Sinapin inciderint, ipſis denique rationibus, & rei ipſius veritate allecta, non ingratam ſibi ſedem in ea delegerunt. Ex cuius quidem ramis, non admodum delicate frondeſcentibus, vi tamen ſua conſiſtentibus, nullus forte loquendi decor, ſed optimæ vitæ tantum ratio, quæ ſola ſit appetenda, decerpitur.*

Quan-

A

B

C

D

a Xenophon 1. perihercap. 1.

b Matth. 12. 31. & ſeq.

c 6. Ethic. cap. 3.

d 2. Meta. cap. 1.

e 2. Ethic. cap. 8.

f lib. 17.

g Matth. 13. 31. & ſeq.

h Pſ. 67. 14.

A *Quanquam Hesychius Aues loco hoc Euangelico accipi contendit pro hominibus contemplationi deditis, qui si terrena aliqua tractare necesse habuerint, hoc est, si super Sinapis ramo quiescere contigerit, paulo post tamen volatu repetito, non ignauiter in sublime tollantur.* Sic igitur Auicula stans in cacumine annosæ arboris humanæ sapientiæ, quam velut ad se trahere, apprehendereque gestit Amor sciendi, symbolum aptissimum est viri sapientis, alta doctrina conspicui, ac in orbe literario eminentis, qui cantu suo, sermoneq; vocali iuuenes eruditi sciendi Cupidos. Hanc autem auiculam in Schemate fictam, vt apparet, esse Luscinium arbitramur; quam esse typum hominis docti discipulos erudientis, apertissime constat e classicis; etenim obseruatu Pierij,[m] de Cygno, & Luscinia tractantis. *Sane Plato, Ægyptica doctrina nunquam immemor, quum felicem illam ciuitatem conderet, illic ferme ait*[n] *Orpheum Calliopes filium, quum a mulieribus fede discerptus exceſſiſſet e vita, homine, quod erat, derelicto, in Cygnum emigrasse, mutata specie, vt qui insignis musicus fuerat, musicam itidem perseuerantius exerceret. Hinc locum mutuatus est Horatius noster, quum in Cygnum abire se scribit ad Mecænatem:*

[m] lib. 23. Hierogl.
[n] lib. 10. de Rep. f.

B ,, Iam iam residunt cruribus asperæ
,, Pelles, & album mutor in alitem
,, Superne, nascunturque leues
,, Per digitos humerosque plumæ.

Et quum piscium silentio vocalissimam opponeret harmoniam, ita de lyra canit:

,, O mutis quoque piscibus
,, Donatura Cygni, si libeat, sonum.

Platoni, ea super Orpheo scribenti, adsentitur Æneas philosophus, qui quidem vbi ex Chaldæorum, Ægyptiorum, & Græcorum opinione, defunctorum animas euocari posse docet, Orphea Cygni specie euocandum ait. Quod si quis Homerum euocare voluerit, oportere eum Luscinia formam indutum apparere, & mox: *Veluti post Orphea, ex antiquorum traditione, merito succedit Homerus, ita post Cygnum Luscinia locum tenet, quando Cygnus Orphei, Luscinia Homeri simulachrum est.* Merito igitur in arbore humanæ sapientiæ totius, Autor nostri Schematis, non Cygnum, sed Luscinium apposuit, quod Orpheus theologica tantummodo tractasse videtur, Homerus autem vniuersæ sapientiæ humanæ pater audit apud omnes

C eruditos, a Platone, Aristotele, ceteriſque disciplinarum omnium cultoribus frequentissime cum laude citatus ad propriorum dogmatum confirmationem. Quin etiam Luscinia symbolum est doctoris ad sapientiam addiscentes quoslibet erudientis, alia ratione non vnica, primum quod filios proprios ad varietatem cantus erudire cernitur; qua de re sic Aristoteles:[o] *Iam vero Luscinia modulos suos pullos docere, versusque, quos imitarentur, tradere visa est: vt pote quum non perinde locutio, vt vox, per naturam proueniret, sed acquiri posset per disciplinam, & studium. Vnde homines quoque locutione vtuntur varia, quum voces omnes reddant eandem.* Deinde quod optimi doctoris est varias habere sermonis figuras, varietati rerum explicandarum appropriatas, varioſque modos explicandi; quæ sonorum varietas mira spectatur in vna Luscinia supra quaslibet auiculas; de qua Plinius ita:[p] *Luscinijs diebus ac noctibus continuis quindecim garrulus sine intermissu cantus, densante se frondium germine, non in nouissimum digna miratu aue. Primum tanta vox tam paruo in corpusculo, tam pertinax spiritus. Deinde in vna perfecta musica scientia modulatus editur sonus: & nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nunc distinguitur*

D *conciso, copulatur intorto: promittitur reuocato, infuscatur ex inopinato: interdum & secum ipse murmurat: plenus, grauis, acutus, crebre, extentus, vbi visum est, vibrans, summus, medius, imus. Breuiterq; omnia tam parulis in faucibus: quæ tot exquisitis tibiarum tormentis ars hominum excogitauit; vt non sit dubium hanc suauitatem præmonstratam efficacia spicio, quum in ore Stesichori cecinit infantis. Ac ne quis dubitet artis esse, plures singulis sunt cantus; nec ijdem omnibus, sed sui cuique Certant inter se, palamq; animosa contentio est. Victa morte finit sæpe vitam, spiritu prius deficiente, quam cantu. Meditantur aliæ iuniores, versusq; quos imitentur accipiunt. Audit discipula intentione magna, & reddit, vicibusq; reticent. Intelligitur emendatæ correctio, & in docente quædam reprehensio Ergo seruorum illis pretia sunt, & quidem ampliora, quam quibus olim armigeri parabantur. Scio sextertijs*

Cur Homero Luſinia, & Orpheo Cygnus dicatur

[o] 4. de part. cap. 9. f. Luscinia pullos suos canere docet.

[p] lib. 10. c. 29 Luscinia cantus celebratus a Plinio.

Luscinijæ cantus varietas mira.

Lucinia cecinit in ore puelli Stesichori.

Luscinia docet canere iuniores.

Digitized by Google

Luſciniarum pretium magnum.

ſex, candidam aliquin, quod eſt prope inuſitatum, vaniſſe quæ Agrippinæ Claudij principis coniugi dona daretur. Viſum iam ſæpe iuſſas canere cæpiſſe, & cum ſymphonia aliquamdiu ſimul homines reperiſſe, qui ſonum earum, addita in tranſuerſas harundines aqua, foramen inſpirantes, linguaque parua aliquamdiu poſita mora, indiſcreta redderent ſimilitudine. Sed ea tanta tamq; artifices argutia a quindecim diebus dehinc paulatim deſinunt, nec vt fatigatas poſſis dicere, aut ſatiatas. Mox eſtu auctu in totum alia vox fit, nec modulata, aut varia. Quibus apertiſſime conſtat, analogiam eſſe miram Luſcinijs cum doctoribus humanæ ſapientiæ; proindeque auiculam huiuſmodi rectiſſime poni ſymbolum Doctoris, voce præſentes diſcipulos erudientis. Denique Docturi præmeditari conſueuere noctu lucubrantes, quæ poſtera die dogmata ſapientiæ ſuis auditoribus addiſcendi cupidis intelligenda proponant, atque declarent; non enim ex tempore quis, quantumuis eruditus atque doctus, poterit vnquam ſeriam ſolidamque doctrinam auditoribus ore proloqui, ſed nugas, & inſulſas effutiet vanitates: Quam ſane lucubrationem, atque præmeditationem in auiculis hiſce cognouerit Valerianus, adeoque Luſciniam poſuerit hieroglyphicum lucubrationum inquiens: *Quæ factum eſt, vt qui eam* (de Luſcinia loquitur) *vernis menſibus per totam fere noctem dulci eo modulamine delectari obſeruarunt, vigilantiam ex eius hieroglyphico, nocturnaſq; lucubrationes ſignificari dixerint. Nam niſi literarum ſtudijs ſumma ineſſet delectatio, mirificuſq; concentus, pro vniuſcuiuſq; ingenij captu, haud facile reperias qui laborioſis vigilijs temere velit ineſſeſcere, atque aſſidua mentis agitatione conſumi. Cui quidem ſententiæ fauet, quod Heſiodus ex ſimilitudine, quam de Luſcinia ab accipitre in altũ rapta, miſerabiliterq; conquirente poſuit. Per Luſciniam, vt interpretes addunt, Poetam cauſa modulationis intelligit, ſemetipſum ſcilicet qui fuerat a Iudicibus vexatus: per accipitrem vero Iudices; ob rapacitatem, qui Perſæ fratris largitionibus corrupti inique iudicauerant.* His apparet, optimo conſilio noſtri Schematis autorem in cacumine arboris humanæ ſapientiæ poſuiſſe Luſciniam auem, tanquam hieroglyphicum aptiſſimum repreſentare Doctorem e ſublimi ſuggeſtu voce docentem iuuenes addiſcendi cupidos, per puſionem Amorem indicatos.

Luſcinia hieroglyphicũ lucubrationum.

Cauea ſymbolum librorum dogmata ſapientiæ continentium.

Cauea vero volucribus canoris continendis apta, de ſapientiæ arbore pendens in Schemate noſtro, ſymbolum eſt egregium ſcripti voluminis, in quo continentur delineatæ ſententiæ virorum ſapientum, quæ poſſunt addiſcentem Iuuentutem erudire, ſcientiæque cupidis omnino ſatisfacere: namque ſcripta ſunt notæ doctrinarum, quæ præfuerunt, aut eſſe potuerunt in voce viri ſcientifici docentis; vt apertiſſime conſtat ex Ariſtotele, non ſemel allato, & nunc iterum afferendo, ad hoc propoſitum dicente: ¶ *Sunt ergo ea, quæ ſunt in voce, earum quæ ſunt in anima paſſionum notæ: & ea, qræ ſcribuntur, earum quæ ſunt in voce. Et quemadmodum nec literæ omnibus eadem, ſic nec eædem voces. Quorum tamen hæc primum notæ ſunt, eædem omnibus paſſiones animæ ſunt; & quorum hæ ſimilitudines, res etiam eædem.*

¶ 1. Periher. cap. 1.

Epilogus.

Sic igitur apte fingitur in gemmula ſub typo Cupidinis puſilli, Iuuentus addiſcendi cupida, de arbore vetuſta humanæ ſapientiæ maximo conatu ſatagens ad ſe trahere cacumen altum, & apprehendere Luſciniam canoram Doctoris e ſublimi voce docentis; & caueam voluminis, continentem in ſe ſcripta viri ſapientis. Quæ ſecundi Schematis eſt explicatio.

Digitized by Google

A *Inuenti viros alia sapientia præstantes, esse qui non voce docere sint apti, sed tantummodo scriptis.*

Schema III. Gemmæ.



B

C

Sapientum, sciendi Cupidos edocere valentium, tres esse classes.
Cap. XXVIII.

HVmana Sapientia, cuius participatione viri scientes erudire possunt iuuentutem addiscendi cupidam, est omnis diuisa in partes tres: quarum vnam obtinent quicunque voce tantummodo possunt vti ad ignaros edocendos; aliam, qui non voce, sed tantum D scriptis docendi munere funguntur: tertiam illi possident, qui valent ex æquo tam lingua, quam calamo sapientiam indoctis impertiri: Sane scriptis pariter & eloquio docuere iuuentutem, ac homines addiscendi cupidos, tum Plato in Academiæ Schola de suggestu philosophans, & libris multiplicis doctrinæ scriptis posteritati relictis: tum Aristoteles in Peripato deambulans voce discipulos erudire solitus est audientes, & absentibus etiam nobis multa perscripsit volumina sapientiam vniuersam explicantia: tum Seneca libros insignes moralis, naturalisque scientiæ plenos transmisit ad posteros: & voce Neronem erudiuit, ingratum non minus in matrem, quam in optimum præceptorem, quibus vtrisque vitam violenter ademit, violans iura naturæ pariter & gratitudinis: ne multos alios afferam in vtroque genere docendi viros omni tempestate celeberrimos. Qui vero sola voce sapientiam edocuerit, nullis omnino post se relictis posteritati scriptorum monumentis, celebratur

1. Meta. Sapientes verbo, & scripto.

Socra

Socratis discipuli Classici. Plato. Arist ppus, Phædo, Antisthenes Euclides. Xenophon, Æschines, Lysanias, Cebes, Glauco, Bryso, Pyrrhon, Alcibiades. Critobulus Xenomedes, Apollodorus Critó, Simon, Eumates, Cherephon, Theodorus.

Socrates, de quo sic in Anthropologia sua Volaterranus: *Nihil vnquam scripsisse constat* Socratem; *sed eius dissertationes a Platone commemorantur.* Antea quoque Suidas de proposito dixerat. *Vixit autem* Socrates *annos octoginta. Deinde vero imprudentia, vel potius amentia Athenienſium coactus bibere cicutam obijt, nullo scripto relicto: vel vt quidam volunt, hymno in Apollinem & Dianam, & Æsopea fabula versibus scripta* (quæ pro nihilo habentur, vel pro incertis) *Philosophos vero effecit Platonem, qui relicto Lyceo* (*locus autem is est Athenis*) *traduxit Scholam in suburbium, quod Academia vocatur: & Aristippum Cyrenæum, qui peculiarem sectam introduxit; & Scholam constituit, dictam Cyrenaicam: Et Phædonem Eleum, qui & ipse peculiarem scholam instituit, ab ipso dictam Eliacam: Antisthenem, qui Cynicam sectam instituit: Euclidem Megarensem, qui & ipse peculiarem instituit Scholam, quæ abeo Megarica fuit vocata; a Clitomacho vero Euclidis discipulo vocata fuit dialectica: Xenophontem, Grylli F. Æschinem, Lysaniam Sphettium, Cebetem Thebanum, Glauconem Atheniensem, Brysonem Heracleotam, Pyrrhonem, Alcibiadem, Critobulum, Xenomedem, Apollodorum Athenienses. Præterea vero Critonem, & Simonem, Econatem Phliasium, Simmiam Thebanum, Terpsionem Megaricum, Eucnum, Cherephontem. Theodorus etiam, cognomento Atheus eum audiuit.* Socrates itaque nihil vnquam librorum edens, at sola voce suos auditores erudiens, atque tot ac tantos Philosophos integrarum sectarum institutores e sua schola dimittens, næ merito Sapiens ab oraculo Delphico [b] potuit audire, Luscinia que non minus quam pater literarum Homerus. Verum enimuero sapientes qui solo scripto docuerunt, non item voce, Scriptæ autor aptissime Coruo volumen explicatum vnguibus tenente, rostrum vix aperiente, repræsentandos censuit; quod Coruus & ales Apollini sacra sit, Musarum duci, multis nominibus; & raucissima voce crocitans incondite nimis obstrepens voce docendo sit ineptus.

[b] Diog. Laer. Sapiens non voce, sed scripto solũ erudiens cur Coruo comparatur in gemma.

Corui cum viro sapientiæ scriptore detegitur analogia. Cap. XXIX.

[a] Ps. 146. 9.

POrro Coruum esse sapientiæ symbolum, multa sunt quæ doceant aperte: primumque Sacra pagina docens: [a] *Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis cornorum inuocantibus se.* Quum enim ex ouis albi exeant, a parentibus nigerrimis, velut adulterini relinquuntur; qui præ fame vociferantes a Deo rorem, vel animalcula congrua nidos eorum circumuolantia subministrante, nutriuntur. Eucherius hinc, obseruatu Valeriani, [b] *filios fideles doctrina cœlesti imbutos, ex infidelibus tamen parentibus genitos, indicari ex veterum Theologorum traditione commonuit.* Vt propterea Corui simulachrum doctorum vtcumq; sint. At vero comprobatur id euidentius ex antiquo Prouerbio, *Mali Corui malum ouum*: quod, vt ait Adagiographus, *Apte vsurpabitur, quotiens a malo præceptore discipulus malus proficiscitur.* Deinde sane Musæ, quæ patre Ioue, qui signat intellectum omniscium, matre Memnosyne, quæ memoria est, a veteribus natæ dicuntur, apertũ symbolũ disciplinarũ sunt apud omnes; earũ vero duplicem proprietatẽ esse memorant viri prisci; quod forent nigro capillitio, † & insigni castimonia spectabiles; certe nigrũ Musarũ capillitiũ a Pindaro Musis datũ in Pythijs, Indicat hominũ doctorũ alta mente repostas cogitationes, obscuras alijs & imperscrutabiles, nisi vocibus foras exprimantur dias in luminis oras; quis enim cordiũ scrutator [c] est nisi Deus? Corui vero summa nigredo non solum abditas in animo docti viri sententias mystice signat; quas idem Pindarus appellat profundos Musarum sinus cum Latoidæ sapientia; sed etiam docti viri constantiam, & firmitudinem, qua scribit Aristoteles, [d] hominem scientem esse penitus impermutabilem a sua credulitate; color quidem quitis alius in atrum facile mutari potest; niger autem nunquam in alium colorem vllum commutari valet. Quare Coruus, qui dealbari non potest, nec omnino colorem atrum deponere, scientis hominis hieroglyphicum est. Et eidem Musæ, quas temonem sapientiæ tenere scribit Orpheus, a Natali [e] relatus:

[b] lib. 2. 3. Hierogl.

† Pind. Pyth. ode 1.

[c] Ps. 7. 10.

[d] 1. post. an. c. 17.

[e] lib. 7. Myth. cap. 15.

,, Temonem sacræ sophiæ hæc audite tenentes.

castissimæ ponuntur suis coniugibus, etsi virgines ponantur a Luciano, & a Zetzе, vt adnotat Gyraldus [f] nam ex antiquioribus idem Lilius ostendit, Clius & Magnetis Ialemum & Hymenæum filios fuisse: Euterpen ex Astinomo peperisse Rhesum, qui secundum alios

[f] Synt. 7. Musarum filij.

Ter-

Digitized by Google

A Terpſychorem matrem habuit. Thaliam Apollini Carbanti genuiſſe Palæphatum. Vraniam ex Apolline, vel Piero terrigina concepiſſe Liuium. Melpomenem, vel iuxta alios Terpſychorem ex Acheloo genuiſſe Sirenes. Terpſychorem vero, vel vt alij dicunt, Melpomenem ex Lino Apolline, vel ſecundum alios Laro, partu Melpum edidiſſe: Erato ex Ethlio Endymione, vel Philamone, Thamirim edidiſſe: Polymniam autem ex Celeo, ſiue Chimarrho Marte Triptolemum habuiſſe filium: Calliopen Beagro peperiſſe Orpheum; quibus allegorias ſubiungit breuiculas Zetzes. Cæterum caſtæ fuere Muſæ, quia vnico marito contentæ, nunquam tranſiuerunt ad ſecundas nuptias; quod etiam de Coruis Ariſoteles ait, [g] inquiens: *Coruinum genus libidinoſum non eſt*. quim & Aldrouandus [h] ex veteribus colligit, *oſcula illa, quibus Corui crebro columbatim ante coitum inter ſe miſceri conſpiciuntur. non ad libidinem aliquam fœdam, vt alij putabant, ſed ad caſtum amorem, ac coniugalem, quem inter aues præcipue coruus colere dicitur, referenda ſunt; Tradunt enim coruos ad trigeſimum, quandoque ad quadrageſimum ætatis annum vna viuentes, iura coniugij inuiolata vtrimque conſtantiſſime ſeruare. Ariſtoteles ſæue coniugium inter eos mutuum, atque fidum celebrari ſcribit. Hanc fidem non ſolum ad mortem vſque durare Athenæus inquit, verum*

B *etiam defuncto altero, coniugem alterum per omne vitæ tempus viduum permanere, neque alteri vnquam marito copulari.* Sic omnino ſapiens homo, qui ſemel cum veritate ſcientiæ copulauerit animum, vitam totam cum illa degit honeſtiſſime, nec vnquam adulterium cum falſitate committit, Ariſtotele [i] doctore. Quod ſi recipiamus opinionem Anaxagoræ, quam ab Ariſtotele reprobatam, [K] & a Plinio [l] vulgari famæ tributam, non horruit Encelius inquiens, *Et fieri poteſt, vt Corui iſti veri ore coeant in frigore*, apud Saxones: *nam ſi vulgari modo auium coirent, frigus ſemen vna incidens in matriculam corrumperet; & profectò ea ſpecies, quæ templa incolit, Monedula dicta, ore coit tempore verno*: Recipere tamen noluit Martialis, qui licet poetarum more, vulgi famam veritati frequenter anteponentium, in Apophoretis veritati litare videtur, aſſerens:

,, Corue ſalutator, quare fellator haberis?
,, In caput intrauit mentula nulla tuum.

Nihilominus imaginis Corui volumen explicatum tenentis in gemmula ſculptor, Anaxagoræ, vulgique ſententiam ſi ſuum ad propoſitum transferre voluerit; næ ſcite virum ſapien-

C tem Corui ſimulachro volumen ante ſe vnguibus explicantis repreſentauit; quod homo ſapiens ore libros tanquam liberos proprios pariat, vti coruus pullos itidem ſuos ore parere dixit Anaxagoras, & vulgus opinatur: etenim ſcripta monumenta doctorum hominum, ex eorum ſermone prodiere; quoniam Ariſtoteli, [m] ea quæ ſcribuntur, ſunt notæ eorum, quæ præfuerunt in voce. Præterea vero Corum ob ſui longæuitatem optime ſcriptores doctos repreſentare poteſt; ſiquidem viri ſapientes, etiam poſt ſui naturalem obitum viuunt immortales in hominum memoria beneficio ſuorum voluminum; etenim *ingenij egregia facinora, ſicuti anima, immortalia ſunt*, vel ipſi Saluſtio, in Iugurchino ſuo. Coruos autem longæuitate donari maxime ait Heſiodus, cuius verſus ita reddidit Auſonius in Idyllio:

,, Ter binos decieſque nouem ſuperexit in annos
,, Iuſta ſeneſcentem quos complet vita virorum.
,, Has nouies ſuperat viuendo garrula cornix,
,, Et quater egreditur Cornicis ſecula Ceruus:
D ,, Alipedem Cerium ter vincit Coruus: & illum
,, Multiplicat nouies Phœnix, reparabilis ales.

Theophraſtus moriens, autore Laertio, naturam accuſaſſe dicitur, quæ Ceruis, & Coruis longæuam vitam dediſſet, hominibus non item, qui vita longa maxime digni eſſent. Plinius ait Heſiodum [n] Cornici nouem noſtras ætates attribuiſſe, quadruplum eius Ceruis, id eſt triplicatum Coruis. Vtcunque ſit, vitam longæuam ſatis Ceruis ineſſe conteſtantur omnes, & Albertus [o] Magnus experimento comprobat alicubi Coruos vltra centum annos ab immemorabili tempore vixiſſe ſingulares. Viri ſapientis ergo, cuius vita perennis eſt in editis ab ſe literarum monumentis, aptum hieroglyphicum in gemmula ponitur Coruus vnguibus tenens explicatum, lineiſque ductis decoratum volumen. Amplius Vlyſſem, hominem ſapientem, Lycophron appellat Ceruum, non ob ætatem ſenilem, vt aliqui cenſent; etenim

non

g 3. de gen. an. c.6.
h Ornith. to. 2. l. 12. Ceruorum caſt. tas.
i 1. poſt. t. 89.
K 3. de gen. an. cap. 6.
l lib. 10. c. 12. Corui in ore cœunt.
m 1. perhier. cap. 1. Coruos ore parere vulgi fama.
n lib. 7. c. 48. Corui longæuitas magna.
o 9. de an. hiſt. c. 20.

Digitized by Google

non ita ſenio confectus a Telegono filio, e Circe ſibi nato, percuſſus interijt; verum ob ſapientiam, qua mirifice cluet apud omnes. Amplius vox Corui paſſim audit Cras, Cras, & A
ſymbolum eſt procraſtinationis; enim vero Autor de Natura rerum, *Coruus*, inquit, *auis*
p in Euang. Matt. c. 17. *clamoſa, nihil aliud ſonare nouit, quam Cras, Cras.* Qua de re D. Auguſtinus infit. p *Cras Cras Corui vox eſt: ipſa res eſt, quæ multos occidit, quum dicitur Cras Cras, & ſubito oſtium clauditur. Remanſit foris cum voce Ceruina, quia non habuit gemitum Columbinum.* Sed vt procraſtinatio fere ſemper obfuit in operibus moralibus, ita profuit in literarijs edendis; vnde ſapienter Horatius ad finem Artis,

,, Tu nihil inuita dices, facieſque Minerua.
,, Id tibi licitum eſt, ea mens, ſi quid tamen olim
,, Scripſeris, in Metij deſcendat iudicis aures,
,, Et patris, & noſtras, nonumque prematur in annum.
,, Membranis intus poſitis delere licebit
,, Quod non ediderís, neſcit vox miſſa reuerti.

Coruus hieroglyphicum eſt viri ſapientis. Quare Coruus aptiſſimum hieroglyphicum eſt viri ſapientis de rerum natura proprietatibuſque ſcribentis; qui ſtatim e calamo fluxas opiniones inuulgare, præloque committere B
non debet, ſed in diem craſtinum recogitandas relinquere; namque ſecundæ meditationes
q Pſ. 18. 12. ſunt prudentiores; quin & Pſalmographo, q *Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam.* Vnde Senarius antiquus apud Aulum Gellium:

Diſcipulus eſt prioris poſterior dies.

Poſtea vero Coruus apud eruditos paſſim audit ſymbolum Rhetoris, atque ſi placet ſapientis ſcriptoris; etenim, vt obſeruat Pierius, r Coraci Rhetori primario Metellus in tumulo
r lib. 23. hier. Coruum lapideum poſuit honoris ergo, ſignificans eius viri multiplicem doctri-
ſ de anim. l. 1. c. 48. lib. 7. cap. 7. nam, & orationis varietatem; enim vero Coruus ſ Æliano ſacer Apollini, maxime omnium auium multos clangores, & varias voces fundit: quarum multitudinem Fulgentius certo numero determinare auſus eſt, nempe ſexaginta quatuor, vt adnotat incognitus autor libri de Natura rerum. Sed quia vox Coruo rauciſona nimium eſt, indicabit Rhetorem ſcriptis clarum, non autem oratione uocali. Veteres autem Rhetores claros pleRhetores, qui non rore, ſed ſcriptis excolluerint. roſque fuiſſe, qui ſuas orationes ipſi non dicerent, ſed ſcriberent, ab alijs perorandas, compertum habemus ex Plutarcho in uita decem Rhetorum, de Auſiphonte, Androcide, Lyſia, C
Iſocrate gracilitate uocis laborante, propterea que forenſibus a declamationibus abſtinente, ac de alijs pleriſque, non uoce recitatis a ſe, ſed ſcripis orationibus, præclariſſimis; quorum ideo Coruus uolumen tenens euolutum, hieroglyphicum eſt. Porro de Corace, Corui figura nobilitato in ſepulchri titulo, talem hiſtoriam ad propoſitum affert Adagiographus,

Hiſtoria lepida de Rhetore magiſtro, ac eius vafro diſcipulo. ,, Corax quidam, ait, primus Siracuſis poſt mortem Hieronis, inſtituit artem Rhetori-
,, cen mercede profiteri: Cum hoc adoleſcens quidam Tiſias hac lege pactus eſt, ut tum
,, demum mercedem perſolueret, vbi iam artem perdidiciſſet. Dein vbi iam arte cognita;
,, præmium reddere cunctaretur, Corax in ius diſcipulum uocat. Ibi iuuenis huiuſmodi
,, dilemma proponit: Percontanti quis eſſet artis finis, vbi Corax reſpondiſſet, Perſuade-
,, re dicendo; Age, inquit, ſi perſuadeo Iudicibus, me nihil debere, non reddam, quia vici
,, cauſam: ſin minus perſuadeo, non reddam, quia non perdidici artem. At Corax Tiſiæ
,, dilemma tanquam vitioſum, & ἀντιστρέφον in diſcipulum retorſit ad hunc modum; Immo,
,, inquit, ſi perſuades, dabis, quia tenes artem, & debes ex pacto: ſin minus, dabis, quia D
,, ſententijs iudicum damnatus. Quod commentum tam vafrum, tamque callidum ubi Iu-
,, dices audiſſent, admirati uerſutiam adoleſcentis, ſuccla marunt, κακὸν κόρακος κακὸν ὠόν,
,, *Malus corui malum ouum.* Sunt qui narrent hoc ſuccla matum a corona circumſtantium,
,, quum alter alteri litem intenderet. Huiuſmodi ferme leguntur in Prolegomenis in Her-
t lib. 5. c. 10. ,, mogenis rhetoricam. Ex hac fabula, ni fallor, efficta eſt ea, quam narrat A. Gellius in
,, Noctibus t Atticis de Protagora ſophiſta, & huius diſcipulo Euathlo; quæ tametſi lon-
Antiſtrephō dilēma, quale ſit. ,, giuſcula eſt, & in promptu ſita; tamen quod omnium lepidiſſima uideatur, non pigebit
,, adſcribere. Gellius igitur oſtenſo uitioſo dilemmate, quod Antiſtrephon uocant, prop-
,, terea quod totidem uerbis poſſit in aduerſarium retorqueri. *Quale eſt*, inquit, *promulgatum illud, quo Protagoram ſophiſtarum acerrimum vſum eſſe ferunt aduerſus Euathlum diſci-*

A *discipulum suum. Lis nanque inter eos, & controuersia super pacta mercede hæc fuit: Euathlus adolescens dines, eloquentiæ discendæ, causarumq; orandi cupiens fuit: is in discipulum Protagoræ se se dedit, daturumque promisit mercedem, grandem pecuniam, quantam Protagoras petierat: dimidiumque eius dedit iam tunc statim prius quam disceret, pepigitque vt reliquum dimidium daret, quo primum die causam apud iudices orasset & vicisset. Postea quum diutule auditor assectatorque Protagoræ fuisset, & in studio quidem facundiæ abunde promouisset, causas tamen non reciperet, tempusque iam longũ transcurreret; & facere id videretur, ne reliquum mercedis daret: capit consilium Protagoras, vt tum existimabat, astutum; petere instituit ex pacto mercedem, litem cum Euathlo contestatus. Et quum ad iudices, conliciendæ consistendaque causa gratia, venisset: tum Protagoras sic exorsus est: Disce, inquit, stultissime adolescens, vtroque id modo fore, vt reddas quod peto, siue contra te pronunciatum erit, siue pro te. Nam si contra te lis pronunciata erit, merces mihi ex sententia debebitur, quia ego vicero: sin vero secundum te iudicatum erit, merces mihi ex pacto debebitur, quia tu viceris. Ad ea respondit Euathlus: Potui, inquit, huic tua ancipiti captioni isse obuiam: si verba ipse non facerem, atque alio patrono vterer. Sed maius mihi in ista victoria proludium est, quum te non causa tantum, sed etiam in argumento vinco. Disce igitur tu quoque, Magister sapientissime, vtroque modo fieri, vti non reddam quod petis, siue contrà me pronunciatum fuerit, siue pro me. Nam si iudices pro mea causa senserint, nihil tibi ex sententia debebitur, quia ego vicero: sin contra me pronunciauerint, nihil tibi ex pacto debebo, quia ego non vicero. Tum iudices dubiosum hoc inexplicabileque esse, quod vtrinque dicebatur, rati, ne sententia sua vtramque in partem dicta esset, ipsa se se rescinderet, rem iniudicatam reliquerunt, causam in diem longissimum distulerunt.* Hactenus Gellius. Quid autem? an non optimo iure iudices hoc saltem sententiæ vice pronunciare debuerunt, *Mali corui malum ouum*? Narrat eandem fabulam Apuleius in Floridorum libris: Non dicamus copiosius; neque enim po-
B ,, test copiosius referri, quam a Gellio denarrata est, sed tamen florulentius, & vt ita
,, dixerimus, picturatius. Meminit Euathli Aristophanes in Fucis, atque item in Acharnensibus. His igitur apparet Coruum esse symbolum Magistri literas edocentis. Addendum his est, Coruum esse symbolum Appoilinis, qui præses Musarum est, adeoque Ma-
C gister literarum; quod affirmant vnanimes, Ælianus, [a] Plutarchus, Porphyrius, Ausonius, Silius, Apuleius, & alij passim; cuius rei ratio multiplex affertur, tum quia futuras tempestates cantu, volatuque prænunciaret Aruspicibus; quum Apollo futurorum præmonstrator atque vaticinator coleretur ab Ethnicis: tum quia Sol dominus est æque candidæ diei, nigræque noctis; quæ duo ex Apollinis, siue Solis præsentia, & absentia generantur in hemisphærio: ad quod alludentes, Apollini candidum olorem, & nigrum Coruum consecrare voluerunt: & quum nocturnæ lucubrationes maxime faciant ad acquirendam, excolendamque sapientiam, eamque libris conscribendam; propterea coruus hieroglyphicum est viri sapientis, scriptorum monumentis eximij: quod agens de Deo Socratis innuit Apuleius: *quum duo*, inquit, *præstabiles colores, piceus ac niueus forent, quibus inter se nox cum die differrent, vtrumq; colorem Apollo suis alitibus condonauit, Coruo nigrum, Cycno album:* ni-
D mirum indicans Doctorem scribentem noctu solitarium elucubrare, sed oretenus edocentem diurnis cœtibus addiscentium propriam doctrinam communicare: tum quod Apollo, quum Gigantes Dijs bellum inferrent, in Coruum mutari voluit; nimirum, quia dum Erro-
res e terra nati, veluti gigantes, cum humanis animis, ad Dei [x] similitudinem efformatis, [y] bellum nunquam non gerere [z] satagunt, Intellectus humanus lumini comparatus, in lucubrationibus nocturnis corui nigrorem induens, conscribere consueuit vera dogmata falsas opiniones debellantia. Sed & in sacra pagina quoque legimus. Ecclesiam sub imagine Sponsæ, Christum Dominum, qui est sapientia [a] Dei Patris, in quo sunt absconditi thesauri scientiæ [b] sapientiæque diuinæ: quique lux vera est, illuminans [c] omnem hominem, venientem in hunc mundum, atq; vere lux [d] Mundi, procul abigens omnem ignorãtiam æterna veritas: [e] filium inquam Dei, Verbum vnigenitum Ecclesia Sponsa suis in Canticis describens ait: [f] *Caput eius aurum optimum: coma eius sicut elata palmarum, nigra quasi coruus.* Caput aurum optimum est mystice sapientia procul ab omni mistione falsitatis, vel ex sententia Platonis: [g] missus enim a Patre fuit in Mundum Filius Dei, vt doceret veritatem omnes gentes:

Coruus Apollini sacer cur sit.

[a] 7. de anim. cap. 18.

Gigantomachiæ allegoria.

[x] Gen. 1. 21. [y] 2. de an. c. 151. [z] 3. de an. c. 18.

[a] 1. Corin. 1. 24. [b] Coloss. 2. 3. [c] Ioan. 1. 9. [d] Ioan. 8. 12. [e] Ioan. 14. 6. [f] Cant. 5. 11.

[g] in Euthydemo.

Digitized by Google

cuius propterea comæ, nimirum ſententiæ, referebant elatæ palmarum, in altum ſemper extollentium ſe ſe, nigredinem corui referentes ob abdita myſteria, ſubobſcuris parabolis etiam plerumque velata. Præterea Iobum dicentem [b] in perſona Dei, quo corripiebatur: *Quis præparat coruo eſcam ſuã, quando pulli eius clamant ad Deum, vagantes, eo quod nõ habeant cibos?* D. Gregorius explicat de Doctore gentium Apoſtolo Paulo cibum doctrinæ Romanis & alijs abſentibus, quos erudiebat per epiſtolas afferente; dicit enim de Magiſtro gentilium Paulo, Gregorius: [i] *Iſte Coruus eſca fuit, dum ipſum Sancta Eccleſia quæreret. Sed nunc eſcam accipit, quia ipſe ad conuerſionem alios exquirit. Cuius videlicet pulli, ideſt, prædicatores ex eo editi, non in ſe preſumit, ſed in viribus redemptoris ſui*, & mox. [K] *Hanc vagationem pulli coruorum, ideſt filij gentilium ab ipſo gentium Magiſtro didicerunt. Ipſe quippe quam valida charitate flagrat, tam nimia ex locis ad loca ſe vagatione permutat, tranſire ad alia ex alijs appetit; quia ipſa eum quæ implet, charitas impellit. Longe namque [l] a Romanis poſitus ſcribit*, & mox ſummatim: *Retentus Epheſi Corinthijs [m] ſcribit; & ad Galatas. [n] Romæ quoque cuſtodiæ carceris clauſus, ad Philippenſes literas [o] mittit cum Timotheo. Epheſi retentus Coloſſenſibus ſcribit: [p] Nam ſi corpore abſens ſum, ſed ſpiritu vobiſcum ſum. Ecce quomodo ſancto deſiderio quaſi vagatur: hic corpore tenetur, illuc ſpiritu ducitur: & paterni amoris affectu iſtis præſentibus exhibet, illis abſentibus oſtendit: coram poſitis impendit opera, audientibus exprimit vota, efficaciter prabens eis, cum quibus erat, nec tamen illis abſens cum quibus non erat. Cuius vagationem melius cognoscimus, ſi eius adhuc ad Corinthios [q] verba penſamus*, & paulo poſt. *Vagentur itaque pulli coruorum, ideſt, Magiſtrum ſuum imitentur filij gentium.* Et vere Magiſtrum abſentibus edocendis ſcribentem repreſentat in Schemate Coruus ater, ore ſemiaperto, chartam delineatam vnguibus tenens, alis velut ad volandum exertis; nam exerens alas deſiderium ſuum ad abſentes per epiſtolam ſaltem perueniendi demonſtrat: vnguibus paginam delineatam habens oſtendit a ſe ſua ſenſa deſcripta in volumine: ſed os apertum gerens indicat, quæ in ſcriptura poſuit, eſſe notas eorum quæ voce prænunciauit. Verum enimuero D. Gregorius ad eandem ſententiam de coruo doctoris edocentis hieroglyphico demum addit: [r] *Editis namque pullis, vt fertur, eſcam plene prabere diſſimulat, priusquam plumeſcendo nigreſcant, eosque inedia affici patitur, quoadusque in illis per pennarum nigredinem ſua ſimilitudo videatur. Qui huc illucque vagantur in nido, & ciborum expetunt aperto ore ſubſidium. At quum nigreſcere caperint, tanto eis prabenda alimenta ardentius requirit, quanto illos alere diutius diſtulit. Coruus profecto eſt doctus quiſque prædicator, qui magna voce clamat, dum peccatorum ſuorum memoriam, atque cognitionem infirmitatis propriæ, quaſi quandam coloris nigredinem portat. Cui quidem naſcuntur in fide diſcipuli, ſed fortaſſe adhuc conſiderare nigredinem infirmitatis propriæ neſciunt: fortaſſe a peccatis præteritis memoriam auertunt, & per hoc eam quam aſſumi oportet contra huius mundi gloriam, humilitatis nigredinem non oſtendunt. Hi velut ad accipiendas eſcas os aperiunt, quum doceri de ſecretis ſublimibus quærunt. Sed eis Doctor ſuus alimenta prædicamentorum ſublimium tanto minus tribuit, quanto illos peccata præterita minus digne deflere cognoſcit. Expectat quippe, atque admonet vt a nitore vitæ præſentis prius per pœnitentiæ lamenta nigreſcant, & tunc demũ congrua prædicationis ſubtiliſſima nutrimenta percipiant. Coruus in pullis ora inhiantia reſpicit, ſed ante in eis pennarum nigredine indui corpora quarit. Sic & diſcretus doctor interna myſteria eorum ſenſibus nõ miniſtrat, quos adhuc ab hoc ſeculo nequaquam ſe abieciſſe conſiderat. Quanto igitur diſcipuli exterius per cultum vitæ præſentis minus quaſi nigri ſunt, tanto per cibum verbi interius minus replentur: Et quo ſe a corporali gloria non euacuant, eo a ſpiritali refectione ieiunant. Si vero in confeſſione vitæ præteritæ lamenti ſui gemitus, velut nigreſcentes plumas proferant, ilico in contemplationem Doctor ad eſcam de ſublimibus deſiderandam, quaſi pullorum refectionem cogitans Coruus volat, eiſque hiantibus in ore cibum renocat, dum ex ea intelligentia quam ceperit, eſurientibus diſcipulis alimenta vitæ loquendo* (vel etiam ſcribendo) *subminiſtrat. Quos tanto ardentius de ſupernis reficit, quanto verius a mundi nitore nigreſcere pœnitentiæ lamentatione cognoscit. Pulli autem dum nigro ſe pennarum colore veſtiunt, de ſe etiam volatum promittunt; quia quo magis diſcipuli abiecta de ſe ſentiunt,*

b cap. 38. 41.
i 30. moral. cap. 12.
K cap. 23.
l Rom. 1.
m Corin. 12.
n Galat. 4.
o Phil. 2.
p Coloſ. 2.
q 2. Corin. 16.
r cap. 25.

A B C D

quo

A *quo magis se se despicientes affligunt, eo amplius spem profectus sui in altiora pollicentur. Vnde & curat doctor festinantius alere, quos iam per quędā indicia prouidet posse & alijs prodesse, &c.* Quibus iam apertissime constat Coruum esse hieroglyphicum doctoris alimenta doctrinæ suis discipulis exhibentis.

De volumine Musices in unguibus Corui mystici canentis representato. Cap. XXX.

VT ex antedictis apparet euidentissime, nigrum coruum, cui dedit Deus optimus [a] intelligentiam, esse symbolum hominis alta sapientia præditi, profunda doctrinarum mysteria continentis, abditas in maiestate naturæ rerum essentias atque proprietates complectentis, mente reposita gerentis: ita quid sibi velit Musicum volumen vnica notula musicali supremæ lineæ, reliquis quatuor omnino carentibus eiusmodi notis, non est apertum. Profecto quisquis ille fuerit vir eruditus, qui titulum ΦΙΛΟΜΟΥΣΟΣ, & distichon apposuit Emblemmati nostræ gemmulæ, scribens: [a] Iob. 38.

B ,, Præsaga Vati Auis sacra est Apollini,
,, Qui Musicæ almus fertur, & metri parens.

Vt mihi facile persuadet Coruum esse symbolum viri musarum alumni, studiosique literarum, atque hoc nomine dici posse Philomusum, auemque sacram Apollini, qui vates est, & Musarum præses, metrique parens: Quod antea uidimus indicari colore nigro, naturaque Corui, cui Deus dedit intelligentiam. Ita sane nunquam mihi demonstrauerit e Schemate nostro, mysticum huiusmodi Coruum significare uirum uocalis Musicæ peritum; quum inde non vnica ratione demonstrari possit, hocce symbolo signari uirum Amusum, musicæ uocalis imperitum, adeoque non eloquentia, sermoneque ualentem alios erudire, quantumuis ipse sapiat animo. Primum quidem Musica uocalis in pluralitate uocum, non in unica uoce consistit; nam essentialiter est consonantia, & harmonia; definiturq; & a Boethio † *Consonantia esse ex dissimilium inter se vocum in vnum concordia.* Non igitur iste coruus unisonam uocem edens Musici uiri symbolum est. Hic obseruare liceat obiter, hanc gemmæ † lib. de Mus. cap. 3. f.

C sculpturam esse post æuum Boethij conditam; qui libro suo de Musica notas istas non apposuit; sed geometricas figuras, & numeros; attamen ideo non desinit esse uetusta; quum Boethius obierit ante mille centum & amplius annos sub Iustiniano. Dein uero Musica, parentem agnoscens Apollinem, habet in se melos, cantusque dulcedinem, atque suauitatem; quæ procul abest a uoce corui, nunquam non aspera, & rauciſona: quare Coruus Musicæ hieroglyphicum esse non potest. Insuper Musica grauis & acutæ uocis concordia permistioneque decenti nascitur; at omnis uox Corui grauis est, acuta nulla, licet multiplicem obtineat grauitatis differentiam, a Fulgentio celebratam; unde Coruus hieroglyphicum Musicæ dici non potest. Quid ergo musicum uolumen ueluti cantans unguibus tenet, alis quasi dimotis tempora mensurans? Equidem censeo, Coruum hic insinuare sapientem hominem, doctrinæ thesauros habentem alta mente repostos; quos tamen eloquentia destitutus ac ore minus prompto, nequeat satis exprimere, nec explicare uoce studiosis auditoribus; at quasi coruus nihil aliud quam Cras Cras, ut ait D. Augustinus [b] importune prorsus ac incondite Crocitans, edocere solum oportune scriptis ualeat addiscendi cupidos Lectores suos; enimuero quum Aristotele doctore, [c] signum scientis sit posse docere; qui sapiens ob eloquentiæ defectum, ore docere non ualet, necessario scriptorum monumentis propriam doctrinam alijs impertiri, communicareque ualebit. Cuiusmodi uiros doctrina præstantes, eloquio minime pollentes e suggestu, sed scriptis e Museo promulgatis celeberrimos, non vnos agnouimus in Antenoreo Liceo. Quare titulus apte positus fuisset nostro Coruo ΑΜΟΥΣΟΣ, hoc est sapiens immusicus, ore nimirum alios erudire non valens, at solummodo scriptis. Ideo siquidem vnisonam notam in abaco musicali posuit autor, ut indicaret imperitiam, & priuationem Musicæ. Sic igitur Amor sapientiæ, in viro scriptorum monimentis celebri, non autem eloquentia claro, signatur apte Schemate Corui crocitantis unisonam uocem rauciſonamque Cras Cras. Quod si placeat ad bonum sensum etiam reducere titulum PHILOMVSOS, & distichon incogniti, Coruus iste referri poterit ad [b] to. 10. 17. A. de verb. Dom. in Euāg. Matth. Serm. 16. [c] 1. Meta. c. 1.

Digitized by Google

Apollinem, tum quatenus est Musicæ parens, tum etiam quatenus est parens metri; etenim nomen Philomusos ex æquo significat Musarum amantem, Musicæ studiosum, & amatorem humanioris politiorisque literaturæ. Si quidem Coruo signari velimus amantem Musarum, & Apollini sacram auem indicare Phæbum, qua Musarum Præses est atque dux; quum Musæ sint nouem, & indicent septem artes liberales, insuperque Philosophiam, atque Theologiam; quibus comprehenditur humana sapientia tota, quam prisci metro conscribebant; etenim Theologiam versu scripsit Orpheus; Hesiodus, & omniū maxime Psalmista Dauid: Philosophiam Empedocles, & multo postea Lucretius, omnesque propemodum disciplinas; inde scientiarum pater appellatus Homerus; profecto nostram explicationem de humana sapientia generatim antea propositam, mirifice cō probare videtur hæc expositio in titulo, distichoque notata; siquidem volumen illud vnguibus Corui comprehensum, facile signat libros continentes antiquæ sapientiæ dogmata; quum veteres suorum scriptorum monumenta, non pagellis explicatis (vt nunc fit) habebant extenta, sed in semetipsa conuoluta, sub tubi specie; vnde volumina dicebantur, ad nostram ætatem etiam eodem nomine traducto, cui non correspondeat res nominata in paginis nostrorum librorum extensis, non inuolutis; quia libri nunc nostri vere volumina non sunt, vt æuo tum Horatij, qui ad hoc alludens, cecinit, [d]

Sapientiam omnem prisci metro cōscripsere.

Veterum volumina non pagellis distincta.

[d] in Arte.

„ . . . . . vos exemplaria Græca
„ Nocturna versate manu, versate diurna.

tum etiam A. Gellij, dicentis: [e] *Quum e Græcia in Italiam rediremus, & Brundusium iremus, ingressique e naui in terram, in portu illo inclyto spatiarem, quem Q. Ennius remotiore paulum, sed admodum scito vocabulo, Prætetam appellauit, fasces librorum venalium expositos vidimus: Atq; ego statim auide pergo ad libros. Erant autem isti omnes libri Græci, miraculorum fabularumq; pleni: res inuudite, incredule: scriptores veteres non parua auctoritate, Aristæus Proconnesius, & Isigonus Nicæensis, & Ctesias, & Onesicritus, & Polystephanus, & Hegesias. Ipsa autem volumina ex diutino situ squallebant, & habitu aspectuque tetro erant.*

[e] 9. noct. Att. cap. 4.

Vnica vero notula Musicæ signare potest in Schemate scriptoris vniformem stilum, eumque comptum & numerosum, qualis est Musica. Sin autem Coruus iste gemmula symbolum sit Musicæ peculiari quadam ratione; licet hieroglyphica tanto præstantiora iudicentur, quanto fuerint vniuersaliora: nihilominus & ad Musicam aptari posse Schema videtur, in quo spectatur Clauis, & notula musicalis in quinis lineis item musicalibus; nam in Musica, quæ graui & acuta voce multiplici decenter in consonantiam iuncta melos efficit, vox grauis est fundamentum firmans, atque replens maxime totum concentum; cuius vocis grauis typus est Coruus, asperam, rauisonam, & grauem semper edens vocem: eiusque corporeæ vocis differentia multiplex, quas ad sexaginta quatuor Fulgentius ampliauit, mirifice Musicæ propriam naturam ostendit, in qua vox grauis in quamplurimas differentias terminatur, varie decenterque temperans alias voces omnes acutiores. Coruus in Schemate nostrum non ita valde patulum gerens, imitatur apte Musicum graui voce canentem. Sed in gemmula Coruus alas parum attollens, ac veluti vibrans, æmulari videtur, atque non inconcinne representare manus & brachia Præcentoris in choro canentium, dum illis modulationum tempora mensurat. Verum enim vero magis arridet prior explicatio de viro sapiente, qui non voce clara, sed scriptis addiscendi cupidos erudiat; quæ quidem scripta sunt notæ vocum, animi conceptus immediate significare valentium, vt ait Aristoteles; [f] Coruusque noster voces velut emittere videtur in notulam voluminis ante se positi, quasi scribens effata sua.

Hieroglyphica præstantiora plures habent significationes.

Vox grauis in musica vt se habeat.

[f] 1. perihermen. cap. 1.

A *Inter viros doctos inueniri, qui non scriptis, at voce tantummodo docere valeant,*

Schema IV. Gemma.



B

C

Nocte vigil celer est audax, vt gallus Amator
vir simul æra sonat, dulcia furta canit.

Apud Petrum Stephanonium in gemmâ

Explicatio viri eruditi de Amatore nocturnas cantilenas ad amicam personante perpenditur. Cap. XXXI.

COncinna sane videtur aspectu primo Schematis explicatio ab erudito viro proposita pulchro disticho:

,, Nocte vigil, celer est, audax, vt gallus Amator

D ,, Vir simul æra sonet, dulcia furta canit.

Namque cum stella nocturnum tempus insinuat, quæ noctu solum apparere solet, tum gallus animal plusquam nimium salax est, qui singularis & vnus duodecim gallinis maritus implendis abunde sufficit; quique noctu speciatim canere consueuit ante aproram tempore matutino. Sed tamen intimius animaduersa Schematis effigie, reique natura penitius introspecta, non videtur explicatio proposita recipienda; siquidem in primis tempore gallicinij, matutinarumque cantionum amatoriarum non vnica stella comparet in cælo, quemadmodum visitur in Schemate, sed vniuersum cælum decore stellatum est, cuiusmodi bellissime compareret in emblemate, etsi dicat Herus noctem stella signari apud Ægyptios. Deinde nocturnas cantilenas ad amicam decenter habet iuuenis amator, non autem ætate prouectus atque senex, qualis effingitur in Schemate; nam Anacreon senex amator ait ad se

noctu

noctu cubantem in domo Cupidinem rore modidum veniſſe, non autem ſe vitaſſe foras ad A
amaſiam exiuiſſe noctu; cecinit enim,

„ Nuper ſilente nocte,
„ Quum iam rotatur Vrſa
„ Circa manum Bootæ,
„ Et corpus omne ſomnos
„ Feſſum labore carpit:
„ Superuenit, foreſque
„ Meas Cupido pulſat.
„ Quis tundit oſtium, inquam,
„ Turbatque ſomniantem?
„ Reclude (clamat ille)
„ Fores, metumque pone.
„ Nam ſum puellus, & per
„ Illunem aberro noctem,
„ Madens ab imbre totus,
„ Vt audij hæc, miſertus
„ Accendo lumem, atque
„ Meas recludo poſtes.
„ Tunc conſpicor puellum,
„ Sed arcum habentem, & alas,
„ Sed pendulam pharetram.
„ Foco admouetur a me,
„ Manibus manum & eius
„ Foueo vt caleſcat, imbrem
„ Et exprimo capillis.
„ Ille, vt receſſit algor,
„ Probemus, inquit, arcum,
„ An læſus imbre neruus:
„ Statimque tendit illum,
„ Ferit & mihi ſagitta
„ Medium iecur, quaſi oeſtrum.
„ Tunc exilit cachinnans B
„ Aitque: gratulare
„ O hoſpes: ecce ſaluus
„ Meus quidem mihi arcus:
„ At cor tibi dolebit.

Deinceps autem veriſimile non eſt, amatorem ſub dio caput nudum exponere rores ad nocturnos, & intempeſta nocte ſenem intecto capite cantilenas amaſiæ decantare. Quamobrem eſt alia Schematis habenda explicatio.

Propria proponitur explicatio de viro ſapiente, ſermone vocali diſtendi cupidos erudiente. Primumque de biformis inferna parte Gallum referente. Cap. XXXII.

C
PORro ſicuti Pan, biformis ille, ſuperne figuram hominis habens, inferne capri, ſyringam ore ſonans, indicium eſt humani ſermonir abſolute, qui capax eſt veri & falſi; quod oſtendit in Cratylo Plato: ſic omnino biformis iſte Schematis, homo ſuperne manibus Lyram pulſans, & inferne gallus, hieroglyphicum eſt hominis ſapientis vero ſuo ſermone diuina pariter & humana myſteria pronunciantis ore ſuis diſcipulis addiſcendi cupidis. Porro de Pane Plato profert id in Cratylo clariſſime: *Scis quod ſermo πᾶν id eſt, omne ſignificat, circuitque, & volvit ſemper, eſtque geminus, verus videlicet, ac falſus. Equidem. An non id, quod eſt in ſermone verum, leue eſt atque diuinum, ſupraque in dijs habitans? Contra, quod falſum, infra in hominum multis, aſperum atque tragicum? Hinc enim fabularum commenta, & falſa quamplurima circa tragicam vitam reperiuntur. Sic omnino. Merito igitur, qui eſt πᾶν, id eſt, totum nuncians, & ἀεὶ πολῶν, id eſt, ſemper volutans, πᾶν δίπολος, biformis Mercurij filius diceretur, ex ſuperioribus partibus lenis ac delicatus, ex inferioribus aſper atque hircinus. Eſtque Pan vel ipſe ſermo, vel ſermonis frater, ſi quidem eſt Mercurij filius. Fratrem vero fratri ſimilem eſſe quid mirum?* Profecto ſermonis ex ore fluentis frater eſt
a 1. periher. cap. 1. ſermo ſcriptus, illi ſimillimus in ſignificato, ſeu potius idem, omnino, vt ait Ariſtoteles. De D
biformi vero noſtri Schematis, vt agamus, opinor humanam formam indicare humanam ſapientiam humanitus acquiſitam; galli vero figuram, qua illa nititur, vt fundamento, ſignare ſapientiam diuinitus acquiſitam ab homine, quod Gallus hieroglxphicum Prophetæ ſit,
b cap. 38. 36. iuxta illud Iobi: b *Quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiam? vel quis dedit gallo intelligentiam?* Quem locum exponens ad noſtrum propoſitum luculenter D. Gregorius c infit:
c lib. 30. mor. cap. 4. *Qui hoc loco alij galli nomine deſignantur, niſi modo alio repetiti ijdem prædicatores ſancti, qui inter tenebras vitæ præſentis ſtudent venturam lucem prædicando, quaſi cantando nunciare?*
d cap. 5. & mox: d *Ad ſe ergo cuncta referens dominus dicit: Quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiam, vel quis dedit Gallo intelligentiam? Ac ſi diceret: In cor hominis humana ſapientia, ſuperna ſapientia gratiam quis infudit? vel ipſis ſanctis prædicatoribus quis niſi ego intelligentiam*

A *ticæ dedit, vt sciant quando, vel quibus debeant venturum mane nuncia re? idcirco enim quando, & quid agant, sentiunt, quia hoc intrinsecus me reuelante cognoscunt. Notandum vero est quod sapientia diuinitus inspirata in visceribus hominis ponitur, quia nimirum quantum ad electorum numerum spectat, non in solis vocibus, sed etiam in sensibus datur, & iuxta quod loquitur lingua, viuat conscientia, vt lux eius tanto clarius resplendeat in superficie, quanto verius inardescit in corde. Quod pro qualitate audientium formari debeat sermo doctorum & pro personis, officijs, & statibus, aliter & aliter admonendi sint homines. Magni autem laboris est hoc, quod additur: vel quis Gallo dedit intelligentiã? subtiliori adhuc expositione discutere. Intelligentia quippe doctorum tanto esse subtilior debet, quanto se ad penetranda inuisibilia exercet, quanto nil materiale discutit, quando & per vocem corporis loquens, omne quod est corporis transit. Qua profecto nullatenus summis congrueret, nisi cantanti eam gallo, id est, prædicanti doctori ipse summorum conditor ministraret. Intelligentiam quoque gallus accepit, vt prius nocturni temporis horas discutiat, & tunc demum voces excitationis emittat; quia videlicet sanctus quisque prædicator in auditoribus suis prius qualitatem vitæ considerat, & tunc demum ad erudiendum congruam vocem prædicationis formet. Quasi enim horas noctis discernere, est prædicatorum merita dijudicare: Quasi horas noctis discernere, est actionum tenebras apta interpretationis voce corripere. Gallo itaque intelligentia desuper tribuitur, quia doctori veritatis, virtus discretionis, vt nouerit quibus, quid, quando, vel quomodo inferat, diuinitus ministratur.* [e] *Non enim vna eademq; cunctis exhortatio conuenit, quia nec cunctos par morum qualitas astringit: sæpe enim alijs officiunt, quæ alijs prosunt. Nam & plerumq; herba, quæ hæc animalia reficiunt, alia occidunt: & leuis sibilus equos mitigat, catulos irritat: & medicamentum, quod hunc morbum imminuit, alteri vires iungit: & panis qui visam fortium roborat, parunlorum necat. Pro qualitate igitur audientium formari debet sermo doctorum: vt & ad sua singulis congruat, & tamen a communis ædificationis arte nunquam recedat,* & mox addit S. Gregorius ad rem nostram euidenter. [f] [Habemus vero aliud quid quod de Galli huius intelligentia considerare debeamus, quia profundioribus horis noctis valentiores ac productiores edere cantus solet; quum vero matutinum iam tempus appropinquat, leniores & minutiores omnimodo voces format. In quibus Galli huius intelligentia quid nobis innuat, considerata prædicatorum discretio demonstrat. Qui quum iniquis adhuc mentibus prædicat, altis & magnis vocibus æterni iudicij terrores intimant, quia videlicet quasi in profundæ noctis tenebris clamat. Quum vero iam auditorum suorum cordibus veritatis lucem adesse cognoscunt, clamoris sui magnitudinem in lenitatem dulcedinis vertunt; & non tam illa, quæ sunt de pœnis terribilia, quam illa quæ sunt blanda de præmijs proferunt. Qui etiam minutis tunc vocibus cantant, quia appropinquante mane, subtilia quæque de mysterijs prædicant, vt sequaces sui eo minutiora quæque de cælestibus audiant, quo luci veritatis appropinquant: & quos dormientes longus Galli clamor excitauerat, succeisior vigilantes delectet, quatenus correcto cuilibet de regno cognoscere subtiliter dulcia libeat, qui prius aduersa iudicij formidabat, & mox. Est adhuc aliud in Gallo solerter intuendum, quia quum iam edere cantus parat, prius alas excutit, & semetipsum ferions, vigilantiorem reddit. Quod patenter cernitur, si sanctorum prædicatorum vitam vigilanter videmus. Ipsi quippe quum verbum prædicationis mouent, prius se in sanctis actionibus exercent, ne in semetipsis torpentes opere, alios excitent voce, sed ante se per sublimia* D *facta excutiunt, & tunc ad bene agendum alios sollicitos reddunt. Prius cogitationum alis semetipsos feriunt, quia quicquid in se inutiliter torpet, sollicita inuestigatione deprehendunt, districta animaduersione corrigunt. Prius sua punire fletibus curant, & tunc quæ aliorum sunt, punienda denunciant. Prius ergo alis insonant, quam cantus emittant; quia antequam verba exhortationis proferant, omne quod locuturi sunt, operibus clamant: & quum perfecte in semetipsis vigilant, tunc dormientes alios ad vigilias vocant.*] Ex his itaq; clarissime constat, Gallum esse simulachrum viri sapientis doctrinam rerum diuinarum ore docentis. Quod etiam ex profanis autoribus habetur, obseruatu[g] Valeriani; si quidem ex Galli simulachro veteres animi diuinitatem, puritatemque notabant: Pythagoræ quum præceptum sit, Gallum nutrire; quod nihil aliud est, nisi vt diuinam animi nostri partem, diuinarum rerum cognitione, quasi cibo solido, & cælesti propemodum ambrosia pascamus.

Gallus vt doctorem refert.

[e] cap. 6.

[f] cap. 7.

[g] lib. 24. hier.

Quare

Digitized by Google

Cur Gallum Æsculapio Socrates moriens voluerit pro se sacrificari.

Quare Socrates moriens quum animi sui diuinitatem, maioris mundi diuinitati speraret se copulaturum, Gallum Æsculapio, id est, animorum Medico, iam extra omne morbi discrimen positus, debere se dixit. Quum enim de corpore migrandum intelligeret, conualuisse prorsus arbitrabatur. Sed vt animi Medicum dissimulemus, non desunt Platonis Interpretes, qui Galli huiusmodi sacrificium eo trahunt, vt animas in cælum migrantes Phæbo pæana canere comminiscantur, adeoque munere fungi viri sapientis doctrinam rerum cælestium ex ore fundentis. Id etiam ex eo conuincitur, quod insitum est Gallis, vt ait Proclus, numen Apollinis aduocare, & veluti proprijs canticis assurgenti applaudere; & vt inquit M. Tullius, animal hoc admodum canorum est sponte sua; homines vero Deo dicati saeris hymnis canunt, [b] gallicinio Luciferum venturæ lucis prænuncium excitari, obductum caligine cælum aperiri, dari copiam vt patefacta iam via, errores ambagesque omnes declinemus. Itaque biformis in Schemate delineati pars inferna Gallum referens optime symbolum est hominis docti sapientiam diuinarum rerum ore cantuque docentis.

[b] l. 1 de diuin.

A

Superna monstri pars humana declaratur. Cap. XXXIII.

B

QVum humanæ sapientiæ fundamentum sit vna sapientia diuina; quippe initium sapientiæ est timor [a] & cognitio Domini, quem vereri timereque debemus; iure merito nostri Schematis autor supra galli femora cruraque pectus & caput humanum extruxit manibus digitisque chelim antiquam pulsantis; etenim humanis hisce partibus indicat apte sapientiam rerum humanarum. Homo barbatus ætate grandiori fingitur; quia sapiens ob inexperientiam non potest esse iuuenis, vt sæpe diximus ex Aristotele: [b] signanter ideo Philosophi, qui viri sapientes habebantur antiquitus, barbam nutriebant. Sane tam sacri, quam profani scriptores in barba præcipuum decori & ornamenti argumentum esse prodiderunt; quare Cynicus apud Lucianum ponit & barbam viro demere, & leoni tondere iubas, esse malum, detracto nimirum vtrique peculiari suo decore. Verba Luciani sunt in Cynico: [c] [Attamen ille quoque, *Diogenis discipulus*, voluit sine calceis esse, ac nudus ingredi: barbamque, & comam nutrire placuit: nec ei tamen solum, sed omnibus etiam veteribus placuit; nempe meliores erant quam vos; atque adeo ne sustinuisset, quidem eorum quispiam aliquid huiusmodi, nihilo profecto magis quam leo quispiam se se tonderi. Siquidem carnis mollitiem ac læuorem decere mulieres existimabant; ipsi vero sicuti erant, ita videri quoque viri volebant, ac barbam quidem cultum viri dicebant, quemadmodum in equis iubam, in leonibus comam, quibus Deus splendoris quandam atque ornamenti venustatem dedit; sic & viris barbam adiunxit.] Ac vt de capillis humani capitis, & barba vultus humani seorsim agamus; capilli sunt in sacris literis hieroglyphicum cogitationum, quibus ornatur anima, mensque contegitur, vt aiunt antiqui Theologorum. Anima enim quam in capite [d] Plato residere scribit, cogitationes generat, vt notat Valerianus, [e] perinde ac caput sibi capillos profert, quibus ornetur & obtegatur. Intelligitur Sanson in diuina pagina Nazaræus, vir aliquis Deo dicatus: comam enim is ordo religiosissime nutriebat, per quam amplissimæ virtutis ornamentum accipimus, quæ caput, hoc est, intellectum nostrum deceret. Rhodigini relatu, [f] [Scribit Ambrosius in Hexamero, [g] Comam esse reuerendam in senibus, venerandam in sacerdotibus, comptam in mulieribus, dulcem in pueris. Tolle arboris comam, arbor ingrata est; tolle humani capitis capillum, tota pulchritudo flaccescit. Præsto est Ouidiana rem comprobans sententia:]

[a] Ps. 110. 19.
[b] 6. Ethic. c. 8
[c] tom. 3.
[d] In Timæo
[e] 32. hier.
[f] lib. 18. c. 10
[g] lib. 6.
Comæ laudes.

C

D

,, Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus,
,, Et sine fronde frutex, & sine crine caput.

In hominis ergo sapientis capite, qui sacerdos est literarius, apte nostri Schematis autor effinxit venerandam cæsariem. Sed & illud peculiare, coronam scilicet è proprio capillitio contortam, ad instar quasi Pericephaleæ muliebris; etenim, vt ait Cælius item in antiquis lectionibus, [h] *Pericephaleam intelligunt Graeci muliebrium capillorum spiram capiti circumuolutam; tametsi communi æstimatione vox ea galeam indicat.* Aptius autem vir sapiens proprij capillitij spira, quam lauri fronde coronatur; quod capilli sapientis hieroglyphice signent illius cogitationes, atque scientificas virtutes: virtus autem ipsa sibimetipsi proprie

[h] lib. 18. c. 10

præ-

Digitized by Google

A præmium ac merces eſt; quippe nihil eſt aliud congruum virtuti præmium, ſi res æſtimetur, vt decet. De barba vero quoque ſic habemus in ſcriptura ſacra: *Neque in rotundum attondebitis comam, nec radetis barbam.* Vbi Hieroſolymitanus Heſychius, obſeruatu [K] Pierij. *Neque enim*, ait, *eſt congruum, virtutes, quarum barba ſymbolum gerit, corrumpere, agentes nos non ſub vero, ſed ſub falſo & ficto habitu. Theologi veteres, quos imitatur Eucherius, eo loco Regum, vbi Hanno Ammonita nuncijs Danidicis, qui de patris obitu Regem conſolaturi aduenerant, barbas abſtulit† ad ignominiam, hiſtoriam ad myſticum ſenſum deducentes, Hannonem iniurioſum diabolum eſſe dicunt, qui ſubinde bene facere volentibus barbam abradit, hoc eſt fortitudinem adimit*, aliaſque virtutes. *Atque vbi Dominus XXI Leuitici capite repetit ad Sacerdotes filios Aaron: Non radent caput, neque barbam, inquit: Caput, & barba, ait Heſychius, Sapientiæ eſt, & perfectionis noſtræ ſignum.* Sic ergo comatus, & barbatus homo ſenex, propriorum capillorum ſpira coronatus in Schemate deſignat aptiſſime virum alta virtute ſapientiaque præſtantem.

; Leuit. 19. 27

[K] l. 32. hier Barbæ encomium.

† Paral. 19.

B

De barbito, ſeu lyra digitis humanis pulſata. Cap. XXXIV.

PVlſat in Schemate biformis iſte ſapiens antiquam Chelim digitis humanis; quod apertum ſignum eſt doctoris ore docentis, primo quidem, quia vox in Schemate quum exprimi nequeat; & antiquitus Barbiton pulſaretur cum cantu vocis poetæ, non autem a tacente; propterea tangens pulſanſque chelim homo ſcite ſignificat doctorem ore canentem, loqnentemque. Deinde vero, quia D. Gregorius auditores aperte comparat fidibus citharæ a pſallente pulſatæ, dum infit: [a] [Pro qualitate igitur audientium formari debet ſermo doctorum, vt & ad ſua ſingulis congruat, & tamen a communis ædificationis arte nunquam recedat. Quid enim ſunt intentæ mentes auditorum, niſi quaſi quædam in citharæ tenſiones ſtratæ chordarum? quas tangendi artifex vt non ſibimetipſis diſſimile canticum faciant, diſſimiliter pulſat. Et idcirco chordæ conſonam modulationem reddunt, quia vno quidem plectro, ſed non vno impulſu feriuntur. Vnde & doctor quiſque vt in vna cunctos virtute charitatis ædificet, ex vna doctrina non vna eademque exhortatione tangere

[a] lib. 30. mora. c. 6.

C corda audientium debet. Aliter namque viri, aliter admonendæ ſunt feminæ: aliter iuuenes, aliter ſenes: aliter inopes, aliter locupletes: aliter læti, aliter triſtes: aliter ſubditi, aliter prælati: aliter ſerui, aliter domini: aliter huius mundi ſapientes, aliter hebetes: aliter impudentes, aliter verecundi: aliter proterui, aliter puſillanimes: aliter impatientes, aliter patientes: aliter beneuoli, aliter inuidi; aliter ſimplices, aliter impuri: aliter incolumes, aliter ægri: aliter qui flagella metuunt, & propterea innocenter viuunt, aliter qui ſic in iniquitate duruerunt, vt nec per flagella corrigantur: aliter nimis taciti, aliter multiloquio vacantes: aliter timidi, aliter audaces: aliter pigri, aliter præcipites: aliter manſueti, aliter iracundi: aliter humiles, aliter elati: aliter pertinaces, aliter inconſtantes: aliter gulæ dediti, aliter abſtinentes: aliter qui ſua iam miſericorditer tribuunt, aliter qui aliena rapere contendunt: aliter qui nec aliena rapiunt, nec ſua largiuntur: aliter qui & ea quæ habent ſua tribuunt, & aliena rapere non deſiſtunt: aliter diſcordes, aliter pacati: aliter ſeminantes iurgia, aliter pacifici: aliter admonendi ſunt qui ſacræ legis ver-

D ba non recte intelligunt, aliter qui recte quidem intelligunt, ſed hæc humiliter non loquuntur: aliter qui quum prædicare digna valeant, præ nimia humilitate formidant: aliter quos a prædicatione imperfectio vel ætas prohibet, & tamen præcipitatio impellit: aliter qui in hoc quod temporaliter appetunt proſperantur, aliter qui quidem quæ mundi ſunt concupiſcunt, ſed tamen aduerſitatis labore fatigantur: aliter coniugio obligati, aliter a coniugij nexibus liberi: aliter commiſtionem carnis experti, aliter ignorantes: aliter qui peccata deplorant operum, aliter qui cogitationum: aliter qui commiſſa plangunt, nec tamen deſerunt, aliter qui deſerunt, nec tamen plangunt: aliter qui illicita quæ faciunt, etiam laudant, aliter qui accuſant praua, nec tamen deuitant: aliter qui repentina concupiſcentia ſuperantur, aliter qui in culpa ex conſilio ligantur: aliter qui licet minima,

crebro tamen illicita faciunt, atque aliter qui se a paruis custodiunt, sed aliquando in gra- A
uibus demerguntur: aliter qui bona nec inchoant, aliter qui inchoata minime consum-
mant: aliter qui mala occulte agunt, & bona publice, aliter qui bona quæ faciunt, ab-
scondunt, & tamen quibusdam factis publice, male de se opinari permittunt. Et quidem de
singulis quis sit admonitionis ordo subtiliter insinuare debuimus, sed formidata locutionis
prolixitate præpedimur. Autore autem Deo in alio opere id explere appetit animus, si
tamen laboriosæ huius vitæ adhuc aliquantulum temporis restauerit.] Hæc ad verbum D.
Gregorius, vt ostenderet sermonem doctorum prædicatorum variformiter accommoda-
ri debere audientium animis, pro singulorum auditorum varia dispositione, quæ plusquam
nimium multiformis est a B. viro tacta; quemadmodum idem artifex cithara psallens eas-
dem chordas, plures tamen, ac diuersis ab inuicem tensionibus dissonas atque discordes
multiplici nimium impulsu tangit ad innumeros fere sonorum tonos, atque concentus ex-
cipiendos. Vnde manifestum citharam qui pulsat in gemmula referre doctorem voce docen
tem. Quod vel ex antiqua scriptura sacra colligimus aperte, quæ fere semper organa musi-
[b] Ps. 32. 2, 3. calia citharamque speciatim iungit cum voce laudante Dominũ; in Psalmis enim habemus: [b] B
Confitemini Domino in cithara: in psalterio decem chordarum psallite illi. Cantate ei canticum
[c] Ps. 42. 5. *nouum: bene psallite ei in vociferatione.* [c] *Confitebor tibi in cithara Deus Deus meus: quare*
[d] Ps. 56. 8, 9, 10. *tristis es anima mea? & quare conturbas me?* [d] *Paratum cor meum Deus, paratum cor*
meum: cantabo, & psalmum dicam. Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara: exur-
[e] Ps. 70. 22, 23. *gam diluculo. Confitebor tibi in populis Domine: & psalmum dicam tibi in gentibus.* [e] *Nam*
& ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam: Deus psallam tibi in cithara, sanctus
[f] Ps. 91. 1. & seq. *Israel: Exultabunt labia mea quum cantauero tibi: & anima mea, quam redemisti.* [f] *Bonum*
est confiteri Domino: & psallere nomini tuo Altissime. Ad annunciandum mane misericordiam
[g] Ps. 97. 5. *tuam: & veritatem tuam per noctem. In decachordo, psalterio: cum cantico, in cithara.* [g] *Can-*
[h] Ps. 107. 1. & seq. *tate Domino canticum nouum: Psallite Domino in cithara: in cithara, & voce psalmi.* [h] *Pa-*
ratum cor meum Deus, paratum cor meum: Cantabo, & psallam in gloria mea. Exurge glo-
[i] Ps. 146. 7. *ria mea, exurge psalterium, & cithara: exurgam diluculo. Confitebor tibi in populis Domi-*
ne: & psallam tibi in nationibus. [i] *Præcinite Domino in confessione: psallite Deo nostro in ci-*
[k] Ps. 150. 3. 4. 5. *thara.* [k] *Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio, & cithara: Laudate eum in tym-* C
pano, & choro: laudate eum in chordis, & organo. Laudate eum in cymbalis bene sonantibus:
laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet Dominum. Ex his itaque luce me-
ridiana clarius est, apud antiquos instrumenta musicalia pulsari manibus non sine cantu vo-
cis; adeoque nostri Schematis pulsantem digitis citharæ chordas, vna cantum vocis edere;
quocirca symbolum aptum est viri sapientis oris proprij sermone suos auditores, addiscendi
cupidos erudientis.

De tergemina significatione stellæ præluentis in Schemate pone caput viri psallentis. Cap. XXXV.

QVoniam vero sapiens doctrinam suam e triplici fonte potissimum haurire potest; nem-
pe tum a summo Deo, tum ab Angelo Custode, proprioque Genio: tum a suo cuius-
que Intellectu: a Deo sane, a quo mortalibus omnia bona proueniunt, ac speciatim sapien-
[†] Dani. 2. 21. tia, quia † *Deus dat sapientiam sapientibus, & scientiam inteligentibus disciplinam*: vt ait sacra
[a] Eccli. 1. 1. pagina, & alibi. *Omnis* [a] *sapientia a Domino Deo est*: tum ab Angelo quoque Custode, qui D
[b] 1. de an. t. 14. 10. Eth. c. 7. & 2. Top. c. 2. loc. 19. nobis omnia bona suggerit, inter quæ præcipuum esse sapientiam admonet [b] Aristoteles;
qui scribit etiam: [c] *Similiter autem & ingeniosum, cuius fuerit Genius studiosus; quemadmo-*
dum Xenocrates inquit, ingeniosum eum esse, qui animam sortitus est studiosam; ipsam enim vni-
cuique esse Genium; & alia interpretatio communis ad contexum Græcum magis accedens,
habet: *Similiter autem & Eudæmona, cuius vtiq; dæmon fuerit studiosus, quemadmodum Xeno-*
crates inquit Eudæmona eum esse, qui habet animam studiosam. Hanc enim vnicuique
esse dæmonem. Quod Alexander Aphrodisæus in commento tribuit homini sapien-
ti, iusto, & prudenti; qualem fuisse Socratem beneficio proprij Dæmonis, seu
[d] dial. de sapientia. Genij testatur Plato Socratem in [d] Theage sic introducens de se loquentem;

[Ego

Digitized by Google

A [Ego autem tibi dicam: Adeſt mihi diuina quadam ſorte dæmonium quoddam a prima pueritia me ſecutum: hoc enim vox eſt quædam, quæ quum fit, ſemper eius rei, quam facturus ſum, diſſuaſionem innuit, prouocat vero nunquam. Quod ſi quis amicorum mecum quandoque aliquid communicat, venitque vox, hoc illa diſſuadet, neque facere ſinit. Cuius quidem rei vobis teſtes dabo: Charmidem virum bonum, Glauconis filium noſcitis: hic aliquando in Nemea ſtadio ſe exercitaturus mecum communicabat. Ac ſtatim vbi dicere inciperet quod ſe exercitaturus eſſet, affuit vox: ego prohibui, dicens quemadmodum dæmonij vox extiterat, ne ſe exerceret. Ille vero, fortaſſe, inquit, ſignificat me victorem non euaſurum, & ſi victoria non potiar, tamen me exercens, aliquid proficiam interim puto. Atque ita locutus, in certamen abit. Operæ pretium igitur eſt audire quid ei ex eo certamine contigerit. Iam ſi vultis & Clitomachum Timarchi fratrem interrogate quid ei Timarchus dixerit, quum iam moriturus eſſet: is enim & Euathlus quidam curſor, qui illum fugientem ſuſcepit, referet vobis quid ille tunc dixerit. THE. Quid nam? O Clitomache, inquit, equidem quamprimum moriturus venio, quoniam Socrati obtemperare nolui. Hoc quid ita dixerit Timarchus, ego exponam. Quum enim ſurrexiſſent ex cõuiuio Timarchus, B & Philemon Philemonidis filius, interfecturi Niciam Hiroſcamandri filium; ſoli enim inſidiarum ij conſcij fuerant: hic Timarchus, Quid ais, o Socrates, inquit: Vos quidem bibite, me vero oportet alio ire, redibo autem paulo poſt, ſi occaſio erit. Tum mihi aderat vox. Itaque ne ſurgas inquam, ſolitum mihi a dæmone ſignum datum ferens. Quieuit ille. Deinde pauliſper commoratus ardebat iterum eundi cupiditate, dicens, eo iam Socrates. Et quia iterum vocem audiui, rurſus illum cohibui, donec ille tertio latere me cupiens clanculum, quum ego mentem alio aduertiſſem, ſe ſubripuit: & ſic profectus ea patrauit, quæ mortis ei cauſa fuerunt. Hæc eadem ille fratri, quemadmodum nunc ego vobis, dixit, ſe ſcilicet moriturum venire, quod mihi credere noluiſſet. Audietis præterea ab his qui in Sicilia ſunt, quæ de exercitus conflictu prædixeram. Et præterita quidem ab his, qui illa nouerunt, audire licet. Experiri vero Dæmonij ſignum ſi quid forte dicat, tria nunc poſſumus: In expeditione namq; exijt Neonus Cali filius. Mihi autẽ ſignũ adfuit, proficiſcitur vero nunc ex Thraſylo aduerſus Epheſum & Ioniam militaturus. Ego autem illum exiſtimo, vel interfectum iri, vel huiuſmodi aliquid incurſurum, & de reliquo negotio vehementer metuo. Hæc C omnia ideo tibi dico, quia poteſtas omnis ad familiaritates cum his qui mecum ſunt, inſtituendas penes Dæmonium eſt. Multis enim aduerſatur, neque licet his auxilium ferre, qui mecum inuito Dæmone conuerſantur: quare impoſſibile eſt mihi cum his viuere. Multis autem hærere non prohibet, ſed conſuetudine noſtra nihil omnino iuuantur. Quibus autem fauerit in ipſa familiaritate poteſtas dæmonij, illi ſunt de quibus illud animaduertiſti; breui enim proficiunt. Sed eorum partim hoc beneficium firmum habent atque durabile, plerique vero quoad mecum ſunt, mirifice pollent: at vbi diſceſſerim, rurſus nihil a ceteris differunt. Hoc quandoque accidit Ariſtidi Lyſimachi filio, eius qui filius fuit Ariſtidis. Nam mecum commorans, breui multum profecit: poſtea vero in militiam profectus eſt, rediens deinde offendit apud me agentem Thucydidem Meliſſi filium: hic autem Thucydides pridie mihi inter diſputandum neſcio qua de re obiecerat: Quum me ſalutaſſet, & quædam inſuper collocutus eſſet Ariſtides, Thucydidem, inquit, o Socrates, audio gloriari, & in quibuſdam tecum etiam concertare, tanquam aliquid ſit. Eſt inquam, vt dicis. Tum ille, non meminit, D inquit, antequam tibi adhæreret, quale fuerit mancipium? Non videtur, inquam, per Deos. At ego, inquit ille, ridiculus ſum. Quid nam maxime, inquam? Quoniam priuſquam hinc abirem, cum quouis diſputare audebam, neque aliquo videbar in diſſerendo deterior, adeo vt cætus præſtantium virorum audacter adirem. Nunc autem fugio quemcumque eruditum eſſe intellexi, adeo pudore obducor ob inſcitiam. Vtrum igitur inquam cueſtigio te reliquit illa vis, an paulatim? Paulatim, inquit. Quando vero in te inceſſit, vtrum accidit tibi aliquid a me diſcenti, an aliter? Dicam, o Socrates, rem quidem incredibilem, veram tamen. Nihil vnquam a te, vt ipſe ſcis, didici: proficiebam autem quotieſcunque tecum eſſem, & ſi in eadem ſolum domo eſſem, non tamen in eadem parte domus, magis tamen quoties eadem in parte. Et mihi quidem videbar multo magis, quando in eadem parte exiſtens, aliquid te dicentem intuebar, quam quum alio eſſem auerſus. Sed longe magis proficiebam,

De Socratis genio plura.

Dæmon ſuã tura contingentia nõ certo prænoſcit.

Digitized by Google

quum apud te ſedens, te tangebam. Nunc autem omnis habitus ille defluxit. Eſt igitur, ô Theages, huiuſmodi noſtra conſuetudo. Si enim Deo gratum eſt, permultum quidem, & breui proficies: ſin contra, minime. Vide igitur, ne tibi tutius ſit ab aliquo illorum eruditi, quibus in ſua poteſtate ſita eſt vtilitas, qua ceteris proſunt, quam a me fortuna quadam id aſſequi. THEA. Mihi quidem ſic faciendum, Socrates, videtur, vt conſuetudine noſtra de Dæmonio intelligamus. Quod ſi nobis annuerit, recte omnia: ſin minus, quid agendum ſit conſultabimus tum, alterine cupiam adhæreamus, an hoc diuinum quod tibi inſitum eſt, precibus & ſacrificijs & alio quouis denique pacto, quo vates iubent, placemus. DEMO. Nihil ad hæc, o Socrates, huic adoleſcenti repugnes; bene enim dicit Theages. SOC. Atqui ſi videtur oportere ſic agere, ſic agamus.] Hæc oportuit fuſe proponere, quò noſceremus vim Genij, ſeu Cuſtodis Angeli, ad communicandam ſcientiam hominibus. Profecto Socratis iſte Dæmon, (de quo non ſolum hic Plato, atque Laertius, ſed multo poſtea luculentius integrum librum iuſtæ magnitudinis edidit Apuleius) fuit illius bonus Genius, qui peculiari quadam ratione monebat ipſum de rebus tum agibilibus, & vitandis, & proſequendis, ad ſe pariter, & ad amicos attinentibus: tum etiam intelligibilibus atque ſcientificis, audibili voce, quam ſolus ipſe perciperet, non alius vllus præſentium: quum alios doceret ſurdis inſpirationibus, vt aſſolet agere quilibet Genius erga mortalem, cui datus eſt cuſtos, & rector, atque ſectator ab ortu. Quandoque tamen etiam homini ſuo ſpectabilem ſe ſe præbet, quem alloquitur; quod egiſſe Genium Bruti malum admonet Plutarchus non vno in loco, tum dicens: [e] *Præcipue vero oblatũ Bruto ſpectrum Cæſaris eadem denunciauit non fuiſſe Dijs cordi. Id fuit huiuſcemodi. Transportaturus ex Abydo in oppoſitam continentem exercitũ quieſcebat nocte, vt aſſueuerat, in tabernaculo, inſomnis adhuc, vt de belli euentu ſolicitus: ſi quidem vir hic inter omnes Imperatores perhibetur minime ſomno indulſiſſe, naturaque fuiſſe vigilantiſſimus. Is ſtrepitum ſentire ad fores imaginatus eſt. Intentis autem ad lucernæ lumen iam emarceſcentis oculis, ſpeciem vidit horribilem viri immani magnitudine, diroque aſpectu. Perculſus primum, vbi nihil id tentantem conſpexit, neque vocem mittentem, tantum cubili ſuo tacitum aſſiſtentem: rogauit, quiſnam eſſet? Reſpondit ei ſpectrum: Tuus, Brute, malus Genius: in Philippis me videbis; Tunc forti animo Brutus: videbo, inquit. Mox Genius* [f] *ille ex oculis abijt*; tum alibi luculentius inquiens: [f] *Quum igitur traiecturus ex Aſia eſſet exercitum, noctis conticinio Luna non admodum lucebat: totus autem exercitus tenebatur ſilentio. Brutus vero voluens aliquid animo, & reputans ſecum, viſus eſt aliquem ingredientem ſentire. Reſpiciens ad ianuam ſpectrum cernit durum & prodigioſum, immanis, & horrendi corporis ſilentio ſibi aſſiſtentis. Suſtinens rogare: Quiſnam, inquit, aut hominum, aut deorum es? aut qua de cauſa ad nos veniſti? ſubiecit ei ſpectrum Tuus ſum, Brute, malus Genius: in Philippis me videbis. Cui nihil perculſus Brutus: Videbo, inquit. Eo ex oculis elapſo, pueros ſuos vocauit: qui neque ſe audiuiſſe vocem aſſeruerunt, neque conſprexiſſe viſionem vllam.*

Nimirum Dæmone corporis aſſumpti ſpeciem viſibilem, ſonumque vocis a ſe formatæ, non ad puerorum ſenſus, aſt ad oculos & aures vnius Bruti tranſmittente; vel etiam puerorum ſenſibus fucum faciente, prohibente que ne ad eos vlla ſpecies ſenſibilis ſui, Brutique loquentis allaberetur, eorum facultatem ſenſitricem ad actum impulſura. Certum eſt etiam bonos Angelos in ſomnis hominibus, cuſtodiæ ſuæ commiſſis, manifeſtare multa, ſicuti [g] Danieli, pariter ac Euangeliſtæ [h] Ioanni, ſponſo Virginis Ioſepho, [i] Sanctiſque Magis [k] cõtigiſſe nouimus e ſacra pagina. Nulli dubium eſt ergo, poſſe nos ab Angelo ſapientiam haurire, tum per abditas, atque ſurdas inſpirationes: tum per patentiores reuelatione rerum intelligibilium. Deinceps autem homines acquirere ſibi ſcientiam virtute proprij Intellectus, aperte conſtat ex Ariſtotele, qui vocat eum animæ partem, qua anima cognoſcit & ſapit, verbis ipſiſſimis: [l] *De parte autem animæ, qua & cognoſcit anima & ſapit, ſive ſeparabili exiſtente, ſive non ſeparabili ſecundum magnitudinem, ſed ſecundum rationem, conſiderandum eſt quam habeat differentiam, & quo modo tandem fiat ipſum intelligere.* Tria ſunt itaque principia, quæ ſapientiam in homine procreant, Deus, Angelus, & humanus Intellectus. Tria vero iſta myſtice ſignificari per hieroglyphicum ſtellæ ſingularis, non fuerit difficile probatu; nam Deus vnicus & ſingularis eſt; apteque repreſentatur per ſtellam, vt ait Horus Apollo Niliacus, agens de ſacrarum apud Ægyptios inſcriptarum litterarum interpretatione, his planè

ver-

e in c. Cæſare

f in Bruto.

Dæmon vt apparet, & alloquatur vnũ, nõ item alijs preſentibus.

g cap. 2. 19. & ſeq.

h Apocal. 1. & ſeq.

i Matth. 2. 13

k Matt. 2. 12.

l 3. de anim. 10

A verbis: [m] *Depicta Ægyptijs ſtella nunc Deum ſignificat, nunc noctem, nunc vero tempus, interdum etiam hominis maſculi animam.* Quæ ſane cuncta videtur indicata Sanctis illis Magis in Oriente Stella, quæ ſignificauit Deum in carne natum, noctu, tempore regis Herodis, & diuinitati iunctam hypoſtatice animam Chriſti, qui fuit Homo verus maſcula virtute de regno tartareo triumphans: Quæ pariter omnia nos edocet Euangeliſta ſcribens: [n] *Quum ergo natus eſſet Ieſus in Bethleem Iudæ, in diebus Herodis regis: Ecce Magi ab Oriente venerunt Hieroſolimam dicentes: Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorum? vidimus enim ſtellam eius in Oriente: & venimus adorare eum.* Qui miſſus eſt à Patre docere [o] veritatem; vt pote in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, [p] atque ſcientiæ Dei. De qua ſtella myſtica multo prius prophetauit Balaam, inquiens: [q] *Orietur Stella ex Iacob.* Vbi gloſſa Interlinearis: *Diuinitas Chriſti: quam viderunt Magi in Oriente*, & Origenes in Ordinaria gloſſa, de ſtella Magorum in hoc loco dicit: *Orietur Stella ex Iacob: De hac ſtella in Euangelio* [r] *dicitur, quia veniens ſtetit ſupra, vbi erat puer. Sed ſi inde diſceſſerit, vel euanuerit, vel aſſumpta ſit, vel quid omnino inde factum fuerit, non dicitur. Sed forte ſicut in baptiſmo ſuper Chriſtum ſpiritus quaſi Columba deſcendit, & manſit ſuper eum: & vox Patris audita eſt, Hic eſt Filius meus dilectus:*

B *ita & ſtella, quæ venit ſupra, vbi erat puer, & ſtetit, in Chriſto permanſit. Et ſicut ibi veniſſe Spiritum Dei ſuper eum, & manſiſſe in eo, ita accipimus, quod nunquam ab eo receſſit Spiritus Dei: ita ſtella, quæ venit & ſtetit ſuper eum nunquam diſceſſit. Ideo deitatis eius indicium illam ſtellam fuiſſe opinor. Ordo quoq; prophetiæ idem oſtendit, quum de Deitate dicit, Orietur ſtella ex Iacob. De humanitate vero, Exurget q; homo de Iſrael: vt vtrumq; euidenter prophetatum appareat.* Itaque ſtella ſymbolum eſt Dei. Conſentiens his Areopagita dicit in opere de Diuinis Nominibus, [s] Deum appellari *Lucem*, atque *Stellam*. Inſuper autem ſtellam eſſe hieroglyphicum Angeli, conſtat ex oraculo Diuino apud Iobum dicente: [t] *Quum me laudarent ſimul aſtra matutina: & iubilarent omnes filij Dei.* Quem locum omnes Gloſſæ de Angelis interpretantur, qui dicuntur *aſtra matutina* Lyrano, *quia a principio ſimul creati fuerunt cum cælo Empyreo ante diſtinctionem elementorum. Et hoc inducitur hic ad oſtendendum,*

C *quod productio terræ non fuit neceſſaria ad manifeſtationem diuinæ ſapientiæ, & gloriæ; quum iam ante ab Angelis laudaretur*, & ordinaria Gloſſa: [u] *Incarnationis enim Chriſti myſterium, etiam electi Angeli mirati ſunt; qui quia primi in tempore creati ſunt, non immerito aſtra matutina dicuntur. Vel quia ſæpe ad exhortandos homines miſſi, dum venturũ mane annunciant, ab humanis cordibus præſentis vitæ tenebras, (adeoque ignorantiam pariter atque peccatum) fugant. Quæ matutina aſtra etiam cum veſpertinis, Redemptoris potentiam laudant, quia cum redemptis in fine mundi hominibus largitatem ſuperna gratia glorificant. Iubilatio dicitur, quum cordis lætitia, oris efficacia non expletur. Laudant itaq; Angeli, qui iam tanta claritatis latitudinem in ſublimibus vident. Iubilant vero homines, qui adhuc in inferioribus oris ſui anguſtias ſubſtinent. Quæ quia futura Dominus nouerat, facta narrat.* Pierius etiam ex antiquis Claſſicis nomine ſtellarum [x] Angelos myſtice deſignari cenſet, qui curant humana, nos erudientes peculiari quadam ratione; quum enim a Theologis, Dionyſioque præſertim accipiat Angelorum tres eſſe Hierarchias: Quarum ſuprema Seraphin appellata, ſolis contemplationi vacat, Deumque perenni laude celebrat in æternum. Media Cherubin vocitata cæleſtibus officijs delegata ſemper eſt. Poſtrema hierarchia, licet ſupra corpoream omnem eſſentiam ſit, curat nihilominus omnia ſubcæleſtia: & quum diſtribuatur in Principa-

D tus, Archangelos, & Angelos, omnium horum officium circa ea tantum verſatur, quæ ſub orbe Lunæ collocantur. Principatuum cura circa Reſpublicas, Principes, ac Reges; vt ex Dauide [y] cognoſcimus: Archangelorum circa myſteria, & ſacras cæremonias. Angeli priuatis ſtudent rebus, & ſinguli ſingulis hominibus adhibentur. Euthymius porro Iudæorum fuiſſe Cuſtodem Michaelem nominat, vbi verba citat ex oratione Azariæ, libro [z] Danielis; *Angelus autem Domini deſcendit ſimul cum Azaria & ſocijs in fornacem:* quum tamen Archangelus ſit. Sed enim ſæpe admodum in quotidiano ſermone omnes ordines Angeli nuncupationem vſurpant. Quum igitur tertius Ordo huiuſmodi res humanas tueatur, & ad incorruptibile ſuperioris Domini decretum dirigat, cui nam potius quam huic Ordini, Valerianus inquit, Fati cognomentum dabimus? Qui demum quum octauæ Sphæræ, hoc eſt ſtellato infideat orbi, a ſoli eius excellentia ſtellæ ſignificatum Fato congruere merito videtur.

[m] lib. 2. init.

[n] Matth. 2. 1. & ſeq.

[o] Ioan. 18. 37

[p] Coloſ. 2. 3.

[q] Num. 24. 17

[r] Matth. 2. 9.

[s] cap. 1.

[t] 38. 7.

Angeli cur dicatur aſtra matutina.

[u] Greg. l. 28. mor. c. 14.

[x] l. 44 hier.

Angelorum ordines, & officia.

[y] Pſ. 90. 11. & paſſim.

[z] cap. 3. 49.

Fatum quid Pierio.

Neque

Digitized by Google

Neque tamen, addit, *absurdum est Angelos per stellas intelligi, qui stellarum præsides habeantur; veluti quum apud Salomonem pro cælo Deum intelligimus: scriptum est enim historia Regum: Exaudi o Cælum: vbi non cælum tamen, sed cæli, & terræ rectorem Dominum, ex Theologorum interpretatione, Deum appellat. In Moses etiam traditionibus, vt summi viri locum interpretantur, per Stellas* [a] *Angeli significantur. Demum Angelorum munera quum sint, purgare, illuminare, perfectum reddere, &c.* Quin etiam Timæus Lacrus, obseruatu quoque Pierij, tradidit vnicuique animæ collegam esse siue consertam stellarum aliquam; quod non dissimile est a Genio sospitali, atque custode. Sic igitur Stella hieroglyphicum est Angeli, qui nos erudit, atque custodit. Stellam item esse symbolum humanæ mentis, primum quidem, vt vidimus, Horus Apollo Niliacus cõfitetur, in Ægyptiorũ Hieroglyphicis inquiens: [b] *depicta Ægyptijs stella significat interdum etiam hominis masculi animam.* Homo autem masculus est qui virtute pollet. Verum & Aristoteles intellectum agentem in anima posuit, quem lumini comparauit, inquiens: [c] *Necesse & in anima has existere differentias. Et est quidam intellectus, quia omnia fit: quidam vero, quia omnia facit, vt habitus quidam, quale est lumen; quodam enim modo & lumen facit potentia existentes colores, actu colores.* Itaque stella singularis illa pone caput humanum in Schemate posita, symbolum est tum Dei, tum Angeli Custodis, tum etiam Intellectus humani, quorum singulorum beneficio quilibet homo sapientiam, rerumque cognitionem sibi comparare potest; etenim & Deus vnus est, & vnicuique datus est vnicus Angelus Custos, & vnicus inest Intellectus. Apte vero stella ponitur ad occipitis partem, in qua cerebri portio locatur sedes memoriæ; quia Musæ, quibus omnes comprehenduntur scientiæ sapientiam humanam complectentes, ab omnibus veteribus ideo ponuntur filiæ Iouis, atque Mnemosynes, que memoria est. Hæc de nostri Schematis explicatione, virum sapientem voce sciendi cupidos erudire valentem, nobis ob oculos ponentis.

[a] Gen. 1.10.

[b] lib. 2. init.

[c] 3. de an. t.17.18.

Stella cur ad occipu posita.

A B

Proposito Schemati comparatur aliud Fabij cunctatoris. Cap. XXXVI.

HVic autem Schemati gemmulæ nostræ non multum absimile visitur in anulo Fabij Maximi Cunctatoris, de quo pridem nos in opere nostro de [a] Anulis Antiquorum, & cl. Petrasencta [b] tractans de Symbolis Heroicis: in cuius *onyche gemma visitur equinum caput, cum hominis & vultu & barba in pectore promissa, cum pedibus gruis, cum cauda galli gallinacei & cum ternis characteribus FAB. Schema fuit, ait, Falcij Cunctatoris; vt virtutes vnius perfecti Ducis eo monstro exprimerentur: hoc est, equi capite præfectura & principatus in bello: vultu, barba, & pectore hominis, prudentia: cunctatio & vigilantia, pedibus gruis: & cauda galli gallinacei demum victoria.* Quæ singula fatetur ingenue se referte ex Valeriano, qui scribit ad verbum; vbi tractat de hieroglyphico equi. FABII CONTATORIS VIRTVTES. *Sed vt ad imagines nostras reuertamur: in lapillo Onyce argumentum multiplex vidi artificiose admodum scalptum. Equino enim capite est, humana facie in pectus barbata, gruinis pedibus, cauda gallinacei: litera sunt FAB. Ex quo quidem figmento virtutes eas facile coniectes, quibus Fabius Contator insignis fuit: Nam principatum in bello ex equino capite, prudentiam ex humano pectore barbato, prouidentiam & contationem, atq; etiam speculationem ex pedibus gruinis, victoriam ex pulli gallinacei cauda interpretamur.* Cuius anuli figuram posuit Gorlæus, [c] verum cum oleæ ramo prominente ex equi labris, vt indicaret bellum esse gerendum vnius gratia pacis, quæ finis esse debet omnium bellorum; *Bellũ enim gerimus, vt in pace degamus* (ait Aristotele) [d] *At q̃ actiuarum quidem virtutum operationes in ciuilibus, vel bellicis rebus versantur; quarum actiones negotiosæ videntur: Bellicæ sane etiã omnino; nemo enim est, qui vel bellum expetat, vel apparatum bellicum faciat bellandi causa. Sanguinarius enim quidam prorsus esse videretur, si amicos ea causa sibi hostes redderet, vt pugnæ, & cades orirentur.* Qua ergo ratione Schema Fabij Maximi, constitutum monstrum habet ex equi capite, vultu hominis barbati in pectore, cauda galli, & pedibus gruis, aptum hieroglyphicum est ad signficandas virtutes militares optimi Ducis: eadem sane symbolum aptissimum erit ad indicandum hominem alta sapientia præstantem, monstrum semiferum pubetenus hominem Citharedum pone caput astrum habentem, qui desinat inferne in gallum gallinaceum.

[a] cap. 4.

[b] lib. 6.c.10.

[c] Num. 186.

Belli finis pax.

[d] 10.Eth.c.7.


C D

Amo.

Digitized by Google

A *Amorem Heroicum militiæ magis in conseruatione Ducis & Exercitus opportune celeris, & cunctantis, quam in hostium exterminatione consistere.*

Schema V. Gemmæ.



B

C

Opinio, dicens hoc esse hieroglyphicum Amoris Cupiscibilis per vitam negotiosam exarmati, penditur. Cap. XXXVII.

ERuditus ille vir ignotus, qui Schemati pridem apposuit tum titulum Græcanicum ΕΡΩΣ ΑΡΕΙΟΣ, tum etiam Latinum Poetæ versiculum,

OTIA SI TOLLAS, PERIERE CVPIDINIS ARCVS:

D Vt vt prima fronte rem acu tetigisse videtur, indicans Amorem homines otiosos passim torquere, negotiosos non ita male habere; nihilominus tamen & in titulo simul & in versiculo difficultates incurrit non exigui momenti; quarum prima est, quia versiculus cum titulo non congruere videtur; titulus enim est de Amore virtutis, versiculus autem de Amore concupiscibili; qui longe diuersus est ab illo. Secunda non leuis est de nomine Amoris in titulo ΕΡΩΣ per omega, quod Amori flagitioso, non autem pudico, & probo tribuisse videtur ita Gyraldus agens de Dijs gentium [a] in sermone de Cupidine: *Sed enim antiqui in Gymnasijs Cupidinem inter Mercurium & Herculem posuere, eum Amorem significantes, qui ex ratione & virtute nasceretur* (nimirum ex ratione nascitur Amor Sapientiæ, cuius Mercurius deus credebatur: ex virtute, potissimum bellica nascitur Amor Fortitudinis, quæ refertur ad Herculem:) Consimile hieroglyphicum Romæ visitur in antiquo Fidij sculptoris

[a] Synt. 13.

opere

opere marmoreo apud Dominos de Sancta-Cruce; quo sculptus est Amor medius inter Honorem & Veritatem: quo simulachro signatur Amor Heroicus tum Fortitudinis bellicæ, cuius præmium est Honor; tum etiam Sapientiæ, quæ cognitio veritatis est: de quo quidem Schemate nobile satis Emblema posuit Alciatus, ipsum faciens Fidei symbolum, quod videret in eo Fidij simulachro Veritatem & Honorem iungere manus ad inuicem; ait enim hexastieho suo: A

,, Stet depictus HONOS, tyrio velatus amictu,
,, Eiusque iungat nuda dextram VERITAS.
,, Sitque AMOR in medio castus, cui tempora circum
,, Rosa it, Dionæ pulchrior Cupidine.
,, Constituunt hæc signa Fidem; Reuerentia Honoris
,, Quam fouet, alit Amor, parturitque Veritas.

Mihi vero potius illa manuum coniunctio signat Amorem pariter pudicum, atque studiosum esse tum, qui Sapientiæ, tum qui bellicæ Fortitudinis Cupiditas est, seiunctus atque dissentiens à Concupiscibili Amore flagitioso: sed ad Gyraldum redeamus, qui subdit immediate) B *Quinimo & Samij gymnasium Amori constituerunt, teste Athenæo. Ecloge legitur Ausonij poetæ de Cupidine, ab heroinis patibulo Crucis affixo: vt & meminit Lactantius, si recte reme-tior.* (Nimirum Cupido concupiscibilis hic est, quem non raro virtutes heroicæ domant, atque superant) *Verumetiam Amoris nomina interpretemur. Ammonius sane, & Phurnutus, alijq́, Cupidinem his tribus nominibus vocatum tradunt,* ἔρωτα, πόθον, *&* ἵμερον. *Quos ait Pausanias in Attica, a Scopa effictos, tam specie inter se differentes, quam operis artificio.* ἔρως *igitur per Omega ipsum Cupidinem, & flagitiosum Amorem significat, hoc est, Amores, vt dicimus, & notant grammatici.* ἔρος *vero per omicron, pudicum & bonum Amorem significat. Quod discrimen an recte statuatur, non disquiro, quum inter legendum apud ideoneos autores non ita ratum offenderim, vt illi præcipiunt.* ἔρωτα *autem dictum ait Plato, & Phurnutus ab inquisitione amati,* ἐρᾶν *enim pro* ζητεῖν, *ideſt, inquirere, capitur. Plotinus tamen ab aspectu & visione deduxit.* ἔρως *ait, quasi* ὅρασις. Proculdubio Plato in Phædro nomen ἔρως per Omega tribuit aperte Amori flagitioso & irrationali dicens: *Nam Cupiditas absque ratione, quæ superat opinionem ad recta tendentem, rapitq́, ad voluptatem formæ, & a cognatis cupiditatibus circa corporis formam vehementer corroborata peruincit, & superat,* ἀπ' ἀυτῆς τῆς ῥώμης, *ideſt robore & vehementia,* ἔρως, *ideſt, Amor appellata est.* Vnde constat non bene titulum positum fuisse Schemati per Omega ΕΡΩΣ ΑΡΕΤΟΣ *Amor Probus*, siue *Studiosus*. In Cratylo similiter Amorem ἔρωτα per omega scribit, aliunde deducens etymologiam ita: ἔρως *autem, id est, Amor quasi* ἐορεῖ, *ideſt, influit extrinsecus, neque propria est habenti* ῥοὴν, *ideſt fluxio ista, sed infusa per oculos. Quapropter ab* ἐορεῖν, *id est influere,* ἔορος *ab antiquis nostris appellabatur, nam* ο *pro* ω *vtebantur; nunc autem* ἔρως *dicitur,* ω *pro* ο *interposito.* Vnde constat etiam Amorem concupiscibilem, prout a rationali contradistinguitur, appellari ἔρωτα per omega, non autem per omicron; etenim Amor, qui per oculos influit, concupiscibilis est, non rationalis: propterea que non bene per omega describitur in titulo Amor-Virtutis, ΕΡΩΣ ΑΡΕΤΟΣ. Minor est difficultas in versiculo ad Amorem probum indicandum adducto, C

Amoris nomina varia.

,, Otia si tollas, periere Cupidinis arcus.

adest attamen aliqua; quia quum vita negotiosa, non vnica sit, sed gemina generatim, ciuilis, & bellica, vt ait Aristoteles, [b] inquiens vitam solam contemplatiuam in otio esse, negotiosas esse duas, bellicam, atque ciuilem; en eius verba: *Sapiens vero etiamsi per seipsum sit, contemplari potest; atque id tanto magis, quanto sapientior fuerit; melius quidem fortasse, si adiutores habeat: sufficientissimus tamen ipse est. Sola præterea ipsa per seipsam amari videretur; quippe quum ex ea, præterquam quod contemplatus fuerit quispiam, eueniat nihil. ex agendis autem rebus, aut plus, aut minus, aliquid præter actionem nobis comparamus. Videtur item felicitas in otio esse; negotijs enim distringimur, vt otiemur, & bellum gerimus, vt in pace degamus. Atque actuarum quidem virtutum operationes in ciuilibus, vel bellicis rebus versantur; quarum actiones negotiosæ videntur. Bellicæ sane etiam omnino,* & mox, *Ciuilis quoque hominis operatio negotiosa est, præter ipsam etiam ciuitatis administrationem, cum* D

[b] 10. Eth. c. 7.

pote-

A *poteſtates & honores ſibi & ciuibus comparat*, & paulo poſt. *Si igitur ex actionibus, quæ ſecundum virtutes fiunt, bellicæ & ciuiles pulchritudine & magnitudine excellunt, atque hæ negotioſæ ſunt &c.* Iam otia non ſolum armorum vſu tolluntur, ſed etiam per ciuilia negotia. Quare Cupidinis tela franguntur non ſolum per militaria, verum etiam per alia negotia. Deinde vero non minus Amori concupiſcibili reluctatur bellicus, & Ciuilis Amor negotioſus, at etiam otioſus literarum Amor. Deinceps autem antea [c] ſatis oſtenſum eſt, impotenti Cupidini concupiſcibili fruſtra plerumque repugnare negotia militaria, quantumuis vehementia. Non ab re igitur explicationem eruditi viri deſerimus. [c] Schem. 1.

Propria ſententia proponitur, quæ eſt, ob oculos poni Schemate noſtro proprietates Amoris Iraſcibilis, ſiue militaris: primumque de corpore militis generatim.

Cap. XXXVIII.

B PRofecto bellicæ virtutis filius Amor, qui deſiderium eſt pulchræ victoriæ, ſculptus habetur in gemmula; nam omnes habet inſignes notas antiquæ militiæ: nimirum animi fortitudinem, corporis robur, caput galea contectum, clypeum ambabus apprehenſum manibus, arcum, pharetram, atque ſpicula, ſculptuſque non eques, at pedes, iſque ſtans, non gradiens, & Alatus. De quibus acturi ſeorſum, primo totius corporis habitudinem inſpiciamus. Porro differentiam illam intueri cuique licet inter militiam priſcorum heroum, & noſtræ tempeſtatis bella; quod antiqui robore corporis, & animi fortitudine dimicantes excellebant; aſt ævo noſtro potius militum multitudine, dolis & inſidijs hoſtem adoriri vincereque ſatagunt; quæ differentia nata eſt ex armorum diſcrimine quibus antiqui, & noſtri vti conſueuerunt; Priſci namque pugnabant arcu, lanceis, miſſilibus iaculis, & enſibus; quorum vſus & corporis robur, & animi fortitudinem poſtulat: noſtri vero tormentis bellicis, quæ fulminum violentiam imitantia, vel ab imbecillis viribus facile torqueri valeant in hoſtes, paſſim vtuntur, nouitium inuentum, & antiquæ virtuti maximum afferens præiudicium. Militia vetus cum noſtrate collata.

C Arcus autem, haſtas, miſſilia iacula, & enſes in antiquis militibus expoſtulaſſe magnum corporis robur, adeoque corpus non molle, neque puſillum, ſed ſolidum & magnæ proceritatis, aperte conſtat ex antiquorum teſtimonijs, quibus claſſici deſcribunt corpora virorum inſignium virtute bellica; nam vt a ſacra hiſtoria ſumamus exordium, viri bello potentes, & fortiſſimi ponuntur ingenti mole corporea gigantes; legimus enim: [a] *Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis: Poſtquam enim ingreſſi ſunt filij Dei ad filias hominum, illaque genuerunt: isti ſunt potentes a ſeculo viri famoſi*, & & alibi: [b] *Venimus in terram, ad quam miſiſtis nos, quæ reuera fluit lacte & melle, vt ex his fructibus cognoſci poteſt. Sed cultores fortiſſimos habet, & vrbes grandes, atque muratas. Stirpem Enach*, & mox: *Populus, quem aſpeximus, procera ſtaturæ eſt. Ibi vidimus monſtra quædam filiorum Enac, de genere giganteo; quibus comparati, quaſi locuſtæ videbamur*, quæ repetuntur [c] alibi, & de Saule rege bellatore fortiſſimo, [d] ſcribitur: [e] *Et dixit Dominus ad Samuelem. Ne reſpicias vultum eius, neque altitudinem ſtaturæ eius, quoniam abieci eum: nec iuxta intuitum hominis ego iudico: homo enim videt ea, quæ patent: Dominus autem intuetur cor*, & alio loco: [ff] [a] Gen. 6.4. [b] Num. 13. 28. & ſeq. [c] Deut. 1.28. [d] 1. Reg. 9.2. & ſeq. [e] 1. Reg. 16.7 [ff] 1 Paral. 11. 23.

D *Et ipſe percuſſit virum Ægyptium, cuius ſtatura erat quinque cubitorum: & habebat lanceam vt liciatorium texentium: deſcendit igitur ad eum cum virga, & rapuit haſtam quam tenebat manu: & interfecit eum haſta ſua*; & alibi: [g] *Ecce Dominator Dominus exercituum confringet lagunculam in terrore, & excelſi ſtatura ſuccidentur, & ſublimes humiliabuntur*, [h] & apud alium Prophetam: [h] *Ibi fuerunt gigantes nominati illi, qui ab initio fuerunt, ſtatura magna, ſcientes bellum*. Apud profanos etiam autores eandem ſententiam habemus; etenim Virgilius, antiquitatis cultor eximius, dum aliquem virum fortem in bello deſcribit, in eo corporis molem magnam agnoſcit; ita de Marcello ſummo Romanorum Imperatore. [i] [g] Iſai. 10.33. [h] Baruc. 3.26. [i] 6. Æn. f.

„ Tu regere imperio populos Romane memento
„ (Hæ tibi erunt artes) pacique imponere morem.

Digitized by Google

,, Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos. A
,, Sic pater Anchiſes: atque hæc mirantibus addit:
,, Aſpice, vt iuſignis ſpolijs Marcellus opimis
,, Ingreditur, victorque viros ſupereminet omneis.
,, Hic rem Romanam magno turbante tumultu
,, Siſtet eques: ſternet Pœnos, Gallumque rebellem.

x lib. 7. & de Turno fortiſſimo bellatore x mox addit:

,, Ipſe inter primos præſtanti corpore Turnus
,, Vertitur, arma tenens, & toto vertice ſupra eſt.

l lib. 9. & adhuc infra: l

,, Meſſapus prima acies, poſtrema coercent
,, Tyrridæ iuuenes: medio dux agmine Turnus
,, Vertitur, arma tenens, & toto vertice ſupra eſt.

m lib. 11. & adhuc infra m de Orphito, ſtrenuo bellatore,

,, ... proeul Orphitus armis
,, Ignotis, & equo venator lapyge fertur: B
,, Cui pellis latos humeros erepta iuuenco
,, Pugnatori operit: caput ingens oris hiatus
,, Et malæ texere lupi, cum dentibus albis:
,, Agreſtiſque manus armat ſparus: ipſe cæteruis
,, Vertitur in mediis, & toto vertice ſupra eſt.

n lib. 5. c. 1. & ſeq. Iſta reddunt omnino credibiles enarrationes, quas affert Olaus n Magnus de Starchatero gigante, ceteriſque vaſti corporis pugilibus fortiſſimis in plaga Septemtrionali. Quas quidem hiſtorias omnes ratio phyſica plane comprobare videtur; etenim puſilli, mediocriſue corporis vires itidem puſillæ, mediocreſue proportionabiliter, impares omnino ſunt armis ingentibus valide tractandis: & cum vehementia mittendis in hoſtem. Quis enim arma tractare potuerit Goliathis, niſi vir eum æquans magnitudine corporis? de quo legitur in hiſtoria ſacra: o 1. Reg. 17. 4 & ſeq. *Et egreſſus eſt ſpurius de caſtris Philiſthinorum nomine Goliath, de Geth, altitudinis ſex cubitorum & palmi. Et caſſis aerea ſuper caput eius, & lorica ſquamata induebatur: porro pondus loricæ eius, quinque millia ſiclorum æris erat. Et ocreas æreas habebat in cruribus: & clypeus æreus tegebat humeros eius. Hastile autem haſtæ eius erat quaſi liciatorium texentium: ipſum autem ferrum haſtæ eius ſexcentos ſiclos habebat ferri: & armiger eius antecedebat eum. Stansque clamabat aduerſum phalanges Iſrael, & dicebat eis: Quare venistis parati ad prælium? Numquid ego non ſum Philiſtæus, & vos ſerui Saul? Eligite ex vobis virum, & deſcendat ad ſingulare certamen. Si quiuerit pugnare mecum, & percuſſerit me, erimus vobis ſerui: ſi autem ego praualuero, & percuſſero eum, vos ſerui eritis, & ſeruietis nobis. Et aiebat Philiſthæus: Ego exprobraui agminibus Iſrael hodie: Date mihi virum, & ineat mecum ſingulare certamen. Audiens autem Iſrael, & omnes Iſraelitæ ſermones Philiſthæi, huiuſmodi, ſtupebant, & metuebant nimis.* Verum & ex Homero conſtat, arcum Vlyſſis, Herois inter antiquos bellatoris maximi, non potuiſſe tendi a procis pluribus, viris ordinariæ ſtaturæ; quos affata ſic eſt Penelope: p p Odyſ. l. 21.

,, Sed agite proci, quoniam hoc appares certamen:
,, Ponam enim magnum arcum Vlyſſis diuini. D
,, Quicunque autem facilime extendet arcum in manibus
,, Et perſagittabit anulos duodecim omnes,
,, Hunc ſimul ſequar vbi me ſubduxero ab hac domo.

& mox quum Thelemachus, Vlyſſis filius, ter irrito conatu tentaſſet arcum tendere, quarto forſan voti compos quaſurus; alij proci omnes ad vnum, pinguedine mollire ſatagentes arcum ad facilem tenſionem.

,, Ea iuuenes calefacientes tentarunt, neque paterant
,, Tendere, multum enim roboris indigentes erant.
,, Antinous autem abſtinebat, & Eurymachus diuinus
,, Princeps procorum, virtute autem erant valde optimi.

& mox,

,, Eury-

Digitized by Google

A ,, Eurymachus autem iam arcum in manibus mouebat,
,, Calefaciens huc & illuc ſplendore ignis, ſed ipſum neque ſie
,, Tendere potuit: valde autem ſuſpirauit glorioſum cor:
,, Suſpirans autem igitur locutus eſt, verbumque dixit, denominauitque
,, O amici, certe mihi dolor circa meipſum & circa omnes:
,, Non nuptias tantum lugeo triſtis,
,, (Sunt & aliæ multæ Græcæ, quæ quidem in ipſa
,, Mari circundata Ithaca, & alis ciuitatibus)
,, Sed ſi iam tantum roboris indigentes ſumus,
,, Diui Vlyſſis quod non poſſumus tendere
,, Arcum: increpatio autem & futuris audiri.

ac tandem

,, Sic ſine diligentia tendit magnum arcum Vlyſſes, &c.

His ergo ſatis apparet, olim bellicos Heroas magno, & robuſto corpore fuiſſe, qui tales arcus tenderent, & armatalia tractarent. Vnde merito Schematis autor Amorem bellicum
B in gemma finxit nudum quidem puerum, quoniam eſt Amor, ob rationes antea [g] notatas; corpore tamen vegeto, robuſto, ſolido, & magno, ad Amoris tum Concupiſcentiæ, tum Sapientiæ diſcrimen; quibus vidimus ineſſe corpora puſilla, & valde tenera, molliaque. Sic igitur hic Amor eſt bellicæ virtutis.

[g] Gem. 1. cap.

De Amoris bellici vultu ſæuo, ſeuero, ac tantum non torno, minacique.
Cap. XXXIX.

DEcenter autem Amori bellico noſtro vultum in gemma ſculpſit autor auſterum, atq; ſæuum, tetricumque; nam & Minerua, Pallaſque, Bellonaue bellorum Dea paſſim audit tetrica, fera, ferox, cruda, truculenta; ſic enim Martialis [a]

,, Accipe belligeræ crudum thoraca Mineruæ. & [b]
,, Dic mihi Virgo ferox, quum ſit tibi caſſis, & haſta: & [c]
C ,, Protegis, & crudam fers ægida cruda virago. & [d]
,, Sic affata truces vmbras truculenta Minerua. & [e]
,, Effugiunt, ſæuæque petunt Tritonidis aream. & [f]
,, Et Phœbus pater, & ſeuera Pallas. & [g]
,, Vtraque Virgo ruunt: hæc triſtibus aſpera bellis [h]
,, Non tamen vt tulerit Palladis arma feræ [i]
,, Pallados pectus Latium furentis. [K]
,, Naiades Ærmas inter Diana, feroxque Pallas. [l]

[a] l. 7. Ep. 1.
[b] lib. 14.
[c] Qu. calab.
[d] Mantuan.
[e] Virg. 2. Æn.
[f] Stat. 2 Theb.
[g] Idē. 2. Silu.
[h] Claudian.
[i] Pamphil.
[K] idem
[l] Stat. in Achill.

Gyraldus item [m] in Glaucopi Minerua comprobat hoc ipſum, cui, Scribit Gellius ſic voca
,, tam, non tàm quod glaucos, id eſt cæſios oculos haberet, quam quod horrendo & formi-
,, doloſo eſſet aſpectu: vnde & glauci, ideſt Cæſij Leones, & baſiliſci traduntur; quod &
,, Phurnutus ait. Sunt & qui dracones eadem ratione glaucopas nuncupent. Eſt & apud
,, Stephanum in Alcomenio, ex Alcomene & Athenaide Hippobotæ filia glaucopus, a quo
,, glaucopion, & glaucopis. Cæſia porro a veteribus dicta Minerua eſt, quaſi Cœlia, vt
D ,, dicit Gellius in ſecundo. Autor Priapeiorum flauam appellauit illo Scazonte:

Minerua flauo lumine, eſt Venus pato.

[m] Synt. 11.

,, Naſo in Eleg.

Quid ſi praripiat flaua Venus arma Minerua?
Ventilet accenſas flaua Minerua faces.

,, Idem in Arte:

Si pata eſt Veneri ſimilis; ſi flaua, Minerua.

,, Quidam putant inepte, a capillorum colore Mineruam flauam dici. Sed de flauo, & glauco colore vide Gellium: &, ſi libet, noſtrum Thileſium. Sed enim & Minerua ab oculorum truculento aſpectu, & acri intuitu Gorgonos eſt cognominata, vt Grammatici obſeruant, a γοργὸ ὀπὸς, id eſt a terribili, & acri aſpectu. Quamuis autem tetrica ſit, atque

Digitized by Google

sæua Minerua, non tamen hoc illi pulchritudinem abstulit, quia olim de formositate cum Venere, Iunoneque contenderit; quæ tres omnium Dearum pulcherrimæ censebantur apud antiquos omnes. Ita prorsus Amoris pulchritudini nõ derogat, quod toruo sit aspectu tetricoque, qui bellicus est; etenim Moschus vel Amori suo Concupiscibili dedit oculos * acres, & flammeos: & huiusmodi decorem seruans Areostus Heroem suum Rolandum effinxit aspectu toruo, ferocique, propemodum lusco; de quo sic ille, sub persona fortissimi quoque sui Mandricardi *

* Idyll. 1.

* Cant. 23.

,, Sono omai dieci giorni, li soggiunse,
,, Che di cercar non lascio i tuoi vestigi:
,, Tanta la fama stimalommi, e punse,
,, Che di te venne al campo di Parigi:
,, Quando a fatica vn viuo sol vi giunse,
,, Di mille, che mandasti a i regni Stigi:
,, E la strage contò, che da te venne
,, Sopra i Noritij, e quei di Tremisenne.
,, Non fui, come lo seppi, a seguir lento, B
,, E per vederti, e per prouarti appresso:
,, E per ciò m'informai del guarnimento
,, Ch'hai sopra l'armi: io sò, che tu sei desso;
,, E se non l'haue ssi anco, e che fra cento
,, Per celarti da me, ti fossi messo:
,, Il tuo fiero sembiante mi saria
,, Chiaramente veder, che tu quel sia.
,, Non si può (li rispose Orlando) dire,
,, Che caualier non sij d'alto valore;
,, Però che si magnanimo desire
,, Non mi credo albergasse in vmil core.
,, Se'l volermi veder ti fa venire,
,, Vuò che mi veggi dentro, come fuore: C
,, Mi leuerò quest'elmo da le tempie,
,, Acciò ch'a pieno il tuo voler s'adempie.
,, Ma poi che ben m'haurai veduto in faccia,
,, A l'altro desiderio ancora attendi.
,, Resta, ch'a la cagion tu satisfaccia,
,, Che fa, che dietro questa via mi prendi:
,, Che certo, se'l valor mio si confaccia
,, A quel sembiante fier, che si commendi.
,, Orsù (disse il Pagan) al rimanente,
,, Ch'al primo ho satisfatto intieramente.

& multo antea * de eodem Heroe bellicoso dixerat:

* Cant. 12. stan. 74.

,, Come Alzirdo appressar vide quel Conte,
,, Che di valor non hauea pari al mondo,
,, In tal sembiante, in si superba fronte, D
,, Che'l Dio de l'armi a lui parea secondo:
,, Restò stupito a le fattezze conte,
,, Al fiero sguardo, al viso furibondo:
,, E lo stimò guerrier d'alta prodezza:
,, Ma hebbe del prouar troppa vaghezza.

Sic igitur apte fingitur in Schemate bellicosus Amor aspectu truculento; nec abest a proposito ratio; quoniam Amor iste bellicus est Appetitus attinens ad facultatem irascibilem; irati vero, minacesque, torue tuentur, atque sæuo truculentoque sunt aspectu. Nec etiam ab re ponitur ira, ferita sque in Amore probo, qui rationem sequitur in bello; nam iram sine crimine cognouit etiam diuinus Psaltes * dicens: *irascimini, & nolite peccare*. Sic in sacra

* pagi-

A pagina frequenter ponitur Deus * exercituum irasci. Quo sensu Tassus etiam inquit, * 2. Reg. 7. 8. & passim.

,, Sdegno guerrier de la ragion feroce:

dum Heroem suum ponit contra Cupidinis mollitiem rationabiliter indignari; sententia decerpta ex Platonis ** operibus, qui scribit, Irascibilem Appetitum homini datum a Natura in subsidium Rationis aduersus concupiscentias; Sane de Appetitu tractans in libris de Republica, geminum in anima reperiri demonstrat, vnum concupiscibilem, & alium rationalem, quibus tertium irascibilæm addit; dicens: *Merito igitur duo hæc inter se diuersa existimabimus; & illud quidem, quo ratiocinatur animus, rationale ipsius denominabimus: Illud vero, quo amat, esurit, & sitit, & ad alias libidines promptior labitur, irrationale, & auidum repletionum quarundam, & voluptatum. Diuersa profecto: Meritoque ista censebimus. Hæ itaq; duo iam in anima species distinctæ sint. Illud autem quod ad irascibilem pertinet, quoue irascimur, vtrum tertium quiddam est? an alterius horum cognatum? Forte eius, quod voluptates cupit, est cognatum. Atqui credo hoc equidem ex eo, quod audiui quondam: quod videlicet quum Leontius Aglaonis filius ex Pireo sub boreali muro ad ciuitatem ascendens sentiret extra cadauera prope littus iacentia, simul & videre cupiebat, & horrebat tamen, abstorrebaturque, vultumq; tegebat, secum ipse pugnans: cupiditate demiq; superatus, ad cadauera directis & patefactis oculis aduentauit, dicens: Ecce iam vobis licet, o infelices, desiderium vestrum pulchro explere spectaculo. Audiui & ipse. Itaque sermo testatur, iram sæpe pugnare aduersus concupiscentiam, tanquam hæc inter se diuersa sint. Id certe significat. Non ne & alibi frequenter animaduertimus, quando distrahunt aliquem præter rationem cupiditates, obiurgantem ipsum se se, & aduersus id sui quod trahitur, indignantem? Et quasi duobus dissentientibus ad inuicem rationi iram accurrere? Cupiditatibus vero coniunctam, nihil rationis voluntati contrarium moliri: nec te arbitror vnquam asserere, vel in te ipso, vel in alio tale quiddam deprehendisse. Nunquam per Iouem. Quid porro? Quando quis iniuriam inferre se putat, non ne quo generosior est, eo minus irascitur, dum esurit, & alget, & aliud quidvis tale patitur ab eo quem iure hæc agere censet? Et quod iam dixi, iratius in eum quodammodo non irritatur? Vera loqueris. Quid autem? quando iniuriam se pati quis putat, non ne tunc satagit, & sæuit & auxiliatur præstat ei quod iustum videtur, famem, frigus, & cetera talia tolerans? Et ad victoriam contendit, neque a generoso opere cessat priusquam vel transegerit, vel obierit, vel tanquam canis a pastore, ita demiq; reuocatus ab ea quæ in ipso est ratione mitescat? Omnino hæc vis ei similis est, cui tu comparas. Etenim in nostra ciuitate auxiliarios ipsos tanquam canes posuimus obtemperantes Principibus tanquam quibusdam pastoribus ciuitatis. Optime quod dicere volebam intellexisti. Sed vnum & hoc insuper animaduertis? Quid istud? Quod in præsentia contra ac supra de iracundia iudicamus. Tunc sane irascendi vim ad concupiscendi naturam referebamus: nunc vero multum interesse dicimus, ac multo magis iram asserimus animæ partibus in inuicem se dissidentibus pro ratione arma capessere. Ita prorsus. Numquid & irascendis vis est a ratione diuersa, vel quædam species rationis, adeo vt non tres in animo, sed duæ species sint, rationale, & concupiscens? Aut potius quemadmodum in ciuitate apparuerunt tria quædam genera, quæ ipsam continent, quæstuarium, auxiliarium, consulatus; ita & in anima tertia vis quædam est iracundia, quæ natura ipsa rationis tutatur partes, nisi ex improba educatione fuerit depranata? Necesse est vt tertia sit. Nempe etiamsi alia quam ratio apparuerit, quemadmodum supra visa est, a concupiscentia differens. At vero facile id quidem patere potest.* Ira in pueris ante vsata ratiouis.

D *Nam in puerulis quinis illud intelligat, qui statim nati iracundia pleni sunt: rationis autem aliqui nunquam, multi sero compotes fieri mihi videntur. Per Iouem præclare loqueris. Præterea in bestijs iram esse quisque, vt ipse dicis, comperiet. Testatur & istud Homeri illud quod supra induximus,*

,, Pectora castigans monitis affatur acerbis.

,, Perpetere, o cor, nam tu longe alias grauiora tulisti.

In his porro Homerus tanquam hæc inter se differant, alterum horum obiurgare alterum facit, ipsam videlicet rationem de meliori peiorique consultantem, irrationalem iracundiæ impetum cohibere. Hunc locum plane videtur imitari, ac exprimere, vel potius in vsu ponere Tassus, dum voluptuosum Iuuenem rationibus allatis instructum irasci ponit aduersus concupiscentias, quibus irretitus in otio turpis libidinis effæminatus delitescebat: * * Gerus. lib. Cant. 16. stan. 32. & seq.

,, Vbal-

Digitized by Google

,, Vbaldo incominciò parlando a l'hora:
,, Và l'Asia tutta, e và l'Europa in guerra: A
,, Chiunque pacgio brama, e Christo adora
,, Trauaglia in arme hor ne la Sira terra:
,, Te solo, o figlio di Bertoldo, fuora
,, Del mondo in otio vn breue angolo serra:
,, Te sol de l'vniuerso il moto nuila
,, Moue, egregio Campion d'vna fanciulla.
,, Qual sonno, o qual letargo ha si sopita
,, La tua virture? o qual viltà l'alletta?
,, Sù, sù, te il Campo, e te Goffredo inuita:
,, Te la Fortuna, e la vittoria aspetta:
,, Vieni, o fatal Guerriero, e sia fornita
,, La ben comincia impresa: e l'empia setta
,, Che già crollasti, a terra estinta cada
,, Sotto l'ineuitabile tua spada. B
,, Tacque: e'l nobil Garzon restò per poco
,, Spatio confuso, e senza moto, e voce:
,, Ma poi, che diè vergogna a sdegno loco,
,, Sdegno guerrier de la ragion feroce:
,, E ch'al rossor del volto vn nouo foco
,, Succesſe, che più auampa, e che più coce:
,, Squarciossi i vani fregi, e quelle indegne
,, Pompe, e di seruitù misere insegne.
,, Et affrettò il partire, e de la torta
,, Confusione vscì del Labirinto.

Itaque nobilis est ira bellici Amoris, quæ reluctatur impudicæ Cupiditati; quam in vultu tetrico nostri Cupidinis Heroici finxit antiquus sculptor; & de qua Psaltes diuinus cecinit, vt antea notauimus, *Iraſcimini, & nolite peccare*; quod facimus, dum contra nostra peccata iraſcimur. C

De Amoris bellici celeritate, per Alas indicata. Cap. XL.

a Hip. aph. 1. OCcasio recte peragendi, velox a natura sua, tum in omnibus artibus, tũ in militari maxime, postulat se se arripiendæ gratia, dum semetipsam imminentem ostendit, in optimo duce celeritatem; cuius indicium Alæ sunt in Amore bellico; nam ea defluxa bona Fortuna capillatæ frontis, frustra postea caluum occasionis fugientis occiput Imperator apprehendere satagit. Cuius quidem celeritatis in capienda occasione bene rem militarem agendi b lib. 27. nobile prostat exemplum in Neronis militia, de quo b Liuius ait, maximis itineribus exercitum ex Apulin in Picenum duxisse celeritate quadam incredibili, quam Hasdrubal inopinatam sibi pernicioſam ad Metaurum expertus est, interemptus cum toto exercitu suo, secus Romanis exitium allaturus, si cum Hannibale fratre copias iungere potuisset, vt habebat in animo; perfecisſetque, nisi Neronis celeritas eius consilium præuertisset; verba Liuij sunt D a nobis cumulate referenda, vt celeritatis in bello vtilitas appareat: [Tum Claudius non id tempus esse Reipublicæ ratus, quo consilijs ordinarijs prouinciæ suæ quisque finibus per exercitus suos cum hoste destinato ab Senatu bellum gereret: audendum, ac nouandum aliquid improuisum, inopinatum, quod cæptum non minorem apud ciues, quam hostes, terrorem faceret, perpetratum in magnam lætitiam ex magno metu verteret. Literis Hasdrubalis ad Senatum missis *(quas interceperat)* simul & ipse Patres conscriptos, quid paret, edocet; vt, quum in Vmbria se occursurum Hasdrubal fratri scribat, Legionem a Capua Romam accersant; delectum Romæ habeant, exercitum vrbanum ad Narniam hosti opponant. Hæc Senatui scripta, Præmissi item per agrum Larinatem, Marrucinum, Frentanum, Prætutianum, qua exercitum ducturus erat, vt omnes ex agris, vrbibusque commeatus

Celeritati exercitus necessaria.

para-

A paratos militi ad vescendum in viam deferrent, equos iumentaque alia producerent, vt vehiculorum sessis copia esset. Ipse de toro exercitu ciuium sociorumque quod roboris erat, delegit, sex millia peditum, mille equites. Pronunciat occupare se in Lucanis proximam vrbem, Punicumque in ea præsidium velle, vt ad iter parati omnes essent. Profectus nocte flexit in Picenum. Et Consul quidem, ad Collegam ducebat, relicto Q. Catio legato, qui Castris præesset, *& mox*: Nero postquam iam tantum interualli ab hoste fecerat, vt detegi consilium satis tutum esset, paucis milites alloquitur. Negat vllius consilium Imperatoris in speciem audacius, reipsa tutius fuisse, quam suum. Ad certam eos se victoriam ducere; quippe ad quod bellum Collega non antequam ad satietatem ipsius peditum, atque Equitum datæ ab Senatu copiæ fuissent, maiores instructioresque, quam si aduersus ipsum Hannibalem iret, profectus sit: eo ipsos, quantumcumque virium, momentum addiderint, rem omnem inclinaturos: Auditum modo in acie, (nam ne ante audiatur, daturum operam) alterum Consulem, & alterum exercitum aduenisse, haud dubie victoriam facturum. Famam bellum conficere, & parua momenta in spem metumque impellere animos. Gloriæ quidem ex re bene gesta partæ fructum prope omnem ipsos laturos. Semper quod prostremum adiectum sit, id rem totam videri traxisse. Cernere ipsos, quo concursu, qua admiratione, quo
B fauore hominum iter suum celebretur. Et certe per instructa omnia ordinibus virorum mulierumque vndique ex agris effusorum, inter vota ac preces & laudes ibant: illos præsidia Reipublicæ, vindices vrbis Romæ imperijque appellabant: in illorum armis de extris; suam liberorumque suorum salutem ac libertatem repositam esse: deos omnes deasque precabantur, vt illis faustum iter, felixque pugna, matura ex hostibus victoria esset: damnarentque ipsi votorum, quæ pro ijs suscepissent; vt quemadmodum nunc solliciti prosequerentur eos, ita paucos post dies læti quantibus victoriam obuiam irent. Inuitare inde pro se quisque, & offerre, & fatigare precibus, vt quæ ipsis, iumentisque vsui essent, ab eo potissimum sumerent, benigne omnia cumulata dare. Modestia certare milites, ne quid vltra vsum necessarium sumerent: nihil morati, nec ab signis abstitere, cibum capiendi ea die ac noctem iter: vix quod satis ad naturale desiderium corporum esset, quieti dare. Et ad Collegam præmissi erant, qui nunciarent aduentum, percunctarenturque, clam an palam, interdiu an noctu venire se eo vellet, ijsdem an alijs considere castris. Nocte clam ingredi melius visum est. Tes-
C sera per castra ab Liuio Consule data erant, vt tribunum tribunus, centurio centurionem, eques equitem, pedes peditem acciperet: Neque enim dilatari castra opus esse, ne hostis aduentum alterius Consulis sentiret. Et coarctatio plurium in angusto tendentium facilior futura erat, quod Claudianus exercitus nihil ferme, præter arma, secum in expeditione tulerat. Ceterum in ipso itinere auctum voluntarijs agmen erat; offerentibus se se vltro & veteribus militibus, perfunctis iam militia, & iuuenibus; quos certatim nomina dantes, si quorum corporum species, roburque virium aptum militiæ videbatur, conscripserat. Ad Senam castra alterius Consulis erant: & quingentos inde ferme passus Hasdrubal aberat. Itaque quum iam appropinquaret, rectus monitus substitit Nero, vt ante noctem castra ingrederetur. Silentio ingressi, ab sui quisque ordinis hominibus in tentoria adduci, cum summa omnium lætitia hospitaliter excipiuntur. Postero die concilium habitum, cui & L. Porcius Licinus prætor affuit. Castra iuncta Consulum castris habebat; & ante aduentum eorum per loca alta ducendo exercitum, quum modo insideret angustos saltus, vt transuer-
D sum clauderet: modo ab latere, aut ab tergo carperet agmen, ludificatus hostem omnibus artibus belli fuerat: is tum in concilio aderat. Multorum eo inclinabant sententiæ: vt, dum fessum vitae vigilijs reficeret militem, Nero simul & ad noscendum hostem paucos sibi sumeret dies, tempus pugnandi differretur. Nero non suadere modo, sed summa ope orare institit, ne consilium suum, quod tutum celeritas fecisset, temerarium morando facerent. Errore, qui non diuturnus futurus esset, velut torpentem Hannibalem, nec castra sua sine duce relicta aggredi, nec ad sequendum se iter intendisse. Antequam, se moueat, deterre exercitum Hasdrubalis posse, redireque in Apuliam. Qui prolatando spatium hosti det, eum & illa castra prodere Hannibali, & aperire in Galliam iter, vt per otium, vbi velit, Hasdrubali coniungatur. Extemplo signum dandum, & exeundum in aciem: abutendumque errore hostium absentium, præsentiumque: dum neque illi sciant cum paucioribus, nec hi cum

Mira celeritas exercitus Neronis.

Velocitas admirabilis eadem.

pluri-

pluribus & validioribus rem esse. Concilio dimisso, signum pugnæ proponitur, confestimq; in aciem procedunt. Iam hostes ante castra instructi stabant. Moram pugnæ attulit, quod Hasdrubal prouectus ante signa cum paucis equitibus scuta veterà hostium notauit, quæ ante non viderat, & strigosiores equos: multitudo quoque maior solito visa est. Suspicatus id quod erat, receptui propere cecinit, ac misit ad flumen, vnde aquabantur: vbi & excipi aliqui possent, & notari oculis, si qui forte adustioris coloris, vt ex recenti via, essent: simul circumuehi procul castra iubet, specularique, num auctum aliqua parte sit vallum: & attendant, semel, bisne signum canat in castris. Ea quum ordine omnia relata essent, castra nihil aucta errorem faciebant. Bina erant, sicut ante aduentum Consulis alterius fuerant: vna M. Liuij, altera L. Porcij: neutris quidquam, quo latius tenderent, ad munimẽta adiectum. Illud veterem ducem assuetumque Romano hosti mouit, quod semel in Prætorijs castris signum, bis in Consularibus referebant cecinisse: Duos profecto Consules esse: & quonam modo alter ab Hannibale abscessisset, cura angebat: minime id quod erat, suspicari poterat, tantæ rei fruſtratione Hannibalem elusum: vt, vbi dux, vbi exercitus esset, cum quo castra collata haberet, ignoraret. Profecto haud mediocri clade absterritum, insequi non ausum: magnopere vereri, ne perditis rebus, serum ipse auxilium venisset, Romanisque eadem iam fortuna in Italia, quæ in Hispania esset. Interdum literas suas ad eum non peruenisse, credere: intereeptisque ijs, Consulem ad se se opprimendum accelerasse. His anxius curis, extinctis ignibus, vigilia prima dato signo, vt taciti vasa colligerent, signa ferri iussit. In trepidatione & nocturno tumultu duces parum intente aſseruati, alter in destinatis iam inde ante animo latebris subsedit, alter per vada nota Metaurum flumen transnauit. Ita desertum a ducibus agmen primo per agros palatur: fessique aliquot somno ac vigilijs sternunt corpora passim, atque infrequentia relinquunt signa. Hasdrubal, dum dux viam ostenderet, ripa fluminis signa ferri iubet, & per tortuosi amnis sinus flexusque cum errore obiens haud multo proceſſisset, & vbi prima lux transitum oportunum ostendisset, transiturus erat. Sed quum quantum a mari abscendebat, tanto altioribus coercentibus amnem ripis, non inueniret vada, diem terendo, spatium dedit ad insequendum se se hosti. Nero primum cum omni equitatu aduenit. Porcius deinde aſsecutus cum leui armatura. Qui quum fesum agmen carperent ab omni parte incursarentque, & iam omisso itinere, quod fugæ simile erat, castra metari Pœnus in tumulo super fluminis ripam vellet: aduenit Liuius peditum omnibus copijs, non itineri modo, sed ad conserendum extemplo prælium instructis, armatisque. Sed vbi omnes copias coniunxerunt, directaque acies est, Claudius dextro in cornu, Liuius ab siniſtro pugnam instruit: media acies Prætori tuenda datur. Hasdrubal, omisſa munitione castrorum, postquam pugnandum vidit, in prima acie ante signa elephantos locat: circa eos læuo in cornu aduersus Claudium Gallos opponit, haud tamen eis fidens, quantum ab hoste timeri eos credebat: Ipse dextrum cornu aduersus M. Liuium sibi, atque Hispanis (& ibi maxime in vetere milite spem habebat) sumpsit. Ligures in medio post Elephantos posuit: sed longior, quam latior, acies erat. Gallos prominens collis tegebat. Ea frons, quam Hispani tenebant, cum siniſtro Romanorum cornu concurrit: dextra omnis acies extra prælium eminens cessabat. Collis oppositus arcebat, ne aut a fronte, aut ab latere aggrederentur. Inter Liuium Hasdrubalemque ingens contractum certamen erat, atroxque cædes vtrimque edebatur: ibi duces ambo, ibi pars maior preditum equitumque Romanorum, ibi Hispani, vetus miles, peritusque Romanæ pugnæ, & Ligures, durum in armis genus, eodem versi elephanti, qui primo impetu turbauerant anteſignanos, & iam signa mouerant loco: deinde crescente certamine, & clamore, impotentius iam regi, & inter duas acies versari, velut incerti quorum essent, haud dissimiliter nauibus sine gubernaculo vagis. Claudius, Quid ergo præcipiti cursu tam longum iter emensi sumus? clamitans militibus, quum in aduersum collem fruſtra signa erigere conatus esset, postquam ea regione penetrari ad hostem non vldebat posse, cohortes aliquot subductas e dextro cornu, vbi stationem magis segnem quam pugnam futuram cernebat, post aciem circumducit: & non hostibus modo, sed etiam suis inopinantibus, in siniſtrum hostium latus incurrit: tantaq; celeritas fuit, vt quum ostendisent se in latere, mox in terga depugnarent, ita vt omnibus partibus, ab fronte, ab latere, ab tergo trucidarentur Hispani Ligureſque. Et ad Gallos iam cædes perũenerat. Ibi

Hasdrubalis fuga.

Celeritas Neronis in eo persequendo

Celeritas itẽ exercitus Neronis.

mini-

A minimum certaminis fuit; nam & pars magna ab signis aberant, nocte dilapsi, stratique somno passim per agros: & qui aderant, itinere ac vigilijs fessi, intolerantissima laboris corpora, vix arma humeris gerebant. Et iam diei medium erat, sitisque & calor hiantes cædendos capiendosque affatim præbebat. Elephanti plures ab ipsis rectoribus, quam ab hoste, interfecti: fabrile scalprum cum malleo habebant: id, vbi sæuire belluæ, ac ruere in suos cæperunt, magister inter aures positum ipsa in compage, qua iungitur capiti ceruix, quanto maximo poterat ictu adigebat: ea celerrima via mortis in tantæ molis bellua inuenta erat, vbi regendi spem vicisset: primusque id Hasdrubal instituerat, dux cum sæpe alias memorabilis, tum illa præcipue pugna: Ille pugnantes hortando, pariterque obeundo pericula, sustinuit: ille fessos, abnuentesque tædio & labore, nunc precando, nunc castigando accendit: ille fugientes reuocauit, omissamque pugnam aliquot locis restituit. Postremo quum haud dubia fortuna hostium esset, ne superstes tanto exercitui suum nomen secuto esset, concitato equo se in cohortem Romanam immisit. Ibi, vt patre Hamilcare, & Hannibale fratre dignum erat, pugnans cecidit. Nunquam eo bello vna acie tantum hostium interfectum est. Redditaque æqua Cannensi clades vel ducis vel exercitus interitu B videbatur. Quinquaginta sex millia hominum occisa: capta quinque millia & quadrigenti: præda alia magna tum omnis generis, tum auri etiam argentique. Ciuium etiam Romanorum, qui capti apud hostes erant, supra quatuor millia capitum recepta. Sed solatij fuit pro amissis eo prælio militibus; nam haudquaquam incruenta victoria fuit; octo ferme millia Romanorum sociorumque occisa. Adeoque etiam victores sanguinis cædisque cœperat satietas, vt postero die quum esset nunciatum Liuio Consuli, Gallos Cisalpinos, Ligures-que, qui aut prælio non affuissent, aut inter cædem effugissent, vno agmine abire sine certo duce, sine signis, sine ordine vllo aut imperio: posse, si vna equitum ala mittatur, omnes deleri: Supersint, inquit, alioqui nuncij & hostium cladis, & nostræ virtutis. Nero ea nocte, quæ secuta est pugnam, citatiore, quam inde venerat, agmine, die sexto ad statiua sua, atque ad hostem peruenit. Iter eius frequentia minore, (nemo enim præcesserat nuncius) lætitia vero tanta, vix vt compotes mentium gaudio essent, celebratum est.] Ex his aperte constat, vbi Duces exercituum agnouerint oportunitatem benegerendæ rei, C celerrime debere fugientem occasionem apprehendere; proindeque rectissime Cupidinem bellicum effingi alatum, vt in Schemate: quin & alis expansis. Cuius celeritatis exemplum etiam præclarum habemus in Cæsare, fortissimo pariter atque peritissimo militiæ, Romanorum Imperatore; de quo Plutarchus ita: [In Asiam profectus Domitium accepit a Pharnace Mithridatis filio fusum ex Ponto cum paucis fugam cepisse. Pharnacem vero immodice victoria vtentem Bithynia occupata & Cappadociæ Armeniæ minori appellatæ imminere, omnesque illius oræ reges & tetrarchas concitauisse. Igitur mouit confestim in eum tribus legionibus, atque ad vrbem Zelam ingenti commisso prælio fugatum Ponto summouit, exercitumque eius internecione deleuit. Huius pernicitatem & celeritatem conflictus Romam significans ad amicum quendam Amintium scripsit tria verba, VENI, VIDI, VICI: quæ dictiones similiter cadentes non illepidam habent breuiloquentiam.] His igitur de causis Amori bellico tribuuntur alæ, velocitatis indicium.

Hasdrubalis virtus bellica mirabilis.

Victoria Neronis de Hasdrubale mirabilis.

Celeritas mira.

Cæsaris celeritas.

D

De Cunctatione bellica per Amorem stantem indicata.
Cap. XLI.

DVo prorsus inter se diuersa, planeque contraria, Celeritas, & Cunctatio, maximum obtinent in bello momentum, atque necessitatem; nam vt celeritas est necessaria prorsus ad arripiendam occasionem imminentem, vt vidimus; ita cunctatio vicissim vtilis est ad expectandam oportunitatem agendi, quando procul extiterit. Ea vero belle nobis exprimitur in gemma per Amorem bellicum, non se mouentem, sed plane stantem. De cunctationis autem bellicæ necessitate, ac vtilitate summa, nobile pariter habemus exem-

Digitized by Google

plum Fabij Maximi Romanorum itidem Imperatoris; de quo Plutarchus etiam, & ante ipsum Liuius; [a] iste quidem inquiens: (vt eius prolixiorem historiam facti cõtrahamus in summam quoquo modo:) *Hæc in Hispania quoque secunda æstate Punici belli gesta, quum in Italia paululum interualli cladibus Romanis sollers cunctatio Fabij fecisset: qua vt Hannibalem non medio cri sollicitum cura habebat: tandem eum militia Magistrum Romanos cernentem, qui bellum ratione, non fortuna gereret: ita contempta erat inter ciues armatos pariter togatosque, vtique post quam, absente eo, temerit ate Magistri equitum, lato, vt verius dixerim, quam prospero euentu pugnatum fuerat,* (& mox) *Ceterum castra, quæ in monte alto ac tuto loco posita fuerant* (ab Fabio, eo absente, a Minutio temere) *tam in planum deferuntur; agitabanturque pro ingenio ducis consilia callidiora, vt impetus aut in frumentatores palantes, aut in castra relicta, cum leui motu præsidioque, fieret. Nec Hannibalem fefellit, cum duce mutatam esse belli rationem; & ferocius, quam consultius, rem hostes gesturos,* & paulo post. *Nec acie certare Hannibal ausus: quia tanta paucitate vix castra, si oppugnarentur, tutari poterat. Iamque artibus Fabij pars exercitus aberat, iam ferme & sedendo & cunctando bellum gerebat; receperatque suos in priora castra, quæ pro Gerionis mœnibus erant,* & adhuc infra: *Dictator Fabius cõcionibus se abstinuit in actione minime popularis: ne in Senatu quidem satis æquis auribus audiebatur tũ quũ hostẽ verbis extolleret, hiemũq; clades per temeritatem atq; inscitiã ducũ acceptas referret: Magistrúq; equitũ, quod contra edictũ suum pugnasset, rationẽ diceret reddendã esse: si penes se summa imperij consilijq; sit, propediẽ effectum, vt sciãt homines, bono Imperatori haud magni fortunã momenti esse: mentem rationemq; dominari. Se, sano tempore, & sine ignominia seruasse exercitum, quã multa milia hostium occidisse ducere maiorem gloriam esse. Huius generis orationibus frustra habitis, & Consule creato M. Atilio Regulo, ne præsens de iure imperij dimicaret, pridie quam rogationis ferendæ dies adesset, nocte ad exercitum abijt.* Et post multa, quibus Liuius ait a Populo Romano fuisse prorsus æquatum imperium belli inter Dictatorem Fabium, & Magistrum Equitum Minutium, addit ipse Titus: *Ita obtinuit, vt Legiones, sicut Consulibus mos esset, inter se diuiderent: prima & quarta Minutio, secunda & tertia Fabio euenerunt: item equites pari numero; sociumque & Latini nominis auxilia diuiserunt. Castris se quoque separari Magister equitum voluit. Duplex inde Hannibali gaudium fuit: (neque enim quidquam eorum, quæ apud hostes agerentur, eum fallebat, & perfugis multum indicantibus, & per suos explorantem) hunc & liberum Minutij temeritatem se suo modo capturum, & sollertiã Fabij dimidium virium decessisse. Tumulus erat inter castra Minutij, & Pœnorum; quem qui occupasset haud dubie iniquiorem erat hosti locum facturus; eum non tam capere sine certamine volebat Hannibal, quanquam id operæ pretium erat, quam causam certaminis cum Minutio, quem semper occursurum ad obsistendum satis sciebat, contrahere. Ager omnis medius erat prima specie inutilis insidiatori, quia non modo siluestre quidquam, sed ne vepribus quidem vestitum habebat: reipsa nanus tegendis insidijs eo magis, quod in nuda valle nullæ tales fraudes timeri poterant: & cauæ in unfractibus cauæ rupes, vt quadringenos armatos possent capere. In has latebras, quot quemque locum apte insidere poterant, quinque millia conduntur peditum equitumque: necubi tamen aut motus alicuius temere egressi, aut fulgor armorum fraudem in valle tum aperta detegeret, missis paucis prima luce ad capiendum quem ante diximus tumulum, auertit oculos hostium. Primo statim cõspectu contempta paucitas; ac sibi quisq; deposcere pellendos inde hostes. Ad locum capiendũ dux ipse inter stolidissimos ferocissimosque ad arma vocat, & vanis animis & minis increpat hostem. Principio leuem armaturã dimittit, deinde cõserto agmine mittit equites: postremo, quũ hostibus quoq; subsidia mitti videret, instructis legionibus procedit. Et Hannibal laborantibus suis alia atq; alia, crescente certamine, mittens auxilia peditum equitumq; iam tustã expleuerat aciem, ac totis vtrimq; viribus certabatur. Prima legionis duarum Romanorũ præoccupatũ inferiore loco succedens tumulũ, pulsis detrusisq; terrorem in succedentem intulit equitem, & ad signa legionũ refugit. Peditũ acies inter perculsos impauida sola erat; videbaturq; si instaret aut se rectis pugnæ esset, haudquaquã impar futura: tantũ animorũ fecerat ante paucos dies res gesta. Sed exorti repente insidiatores, cũ tumultu terroremq; ex altera vtrimq; ab tergoque incursantes fecerunt, vt neq; animus ad pugnam, neq; ad fugã cuiquam superesset.*

Tunc

[a] lib. 22.

Cunctatio vtilis Fabio.

Cunctatio vtilis Hannibali.

Temeritas nocumenta.

Ratio fortunæ dominatur in bello.

A *Tunc Fabius primo clamore pauentum audita, dein conspecta procul turbata acie: Ita est, inquit non celerius, quam timui, deprehendit fortuna temeritatem. Fabio aequatus imperio, Hannibalem & virtute & fortuna superiorem videt: sed aliud iurgandi successendique tempus erit: nunc signa extra vallum proferte: victoriam hosti extorqueamus, confessionem erroris ciuibus. iam magna ex parte caesis aliis, aliis circumspectantibus fugam, Fabiana se acies repente, velut e alo demissa, ad auxilium ostendit. Itaq; priusquam ad coniectum teli veniret, aut manum conferret, & suos a fuga essusa, & a feroci pugna hostes continuit. Qui solutis ordinibus vage dissipati erant, vndique confugerunt, ad integram aciem: qui plures simul terga dederant, conuersi in hostem, volueneseque orbem, nunc sensim referre pedem, nunc conglobati restare: ac iam prope vna acies facta erat victi, atque integri exercitus, inferebant signa in hostem, quum Pœnus receptui cecinit: palam ferente Hannibale, ab se Minutium, se a Fabio victum. Ita per variam fortunam diei maiore parte exacta, quum in castra reditum esset, Minutius conuocatis militibus: sæpe ego, inquit, audiui, milites, eum primum esse virum, qui ipse consulat, quid in rem sit: secundum, eum qui bene monenti obediat: qui nec ipse consulere, nec alteri parere scit,* Tria hominum genera.

B *eum extremi ingenij esse. Nobis quoniam prima animi ingenijque negata sors est, secundum ac mediam teneamus; & quum imperare discimus, parere prudenti in animum inducamus. Castra cum Fabio iungamus; ad praetorium eius signa quum tulerimus: vbi ego eum parentem appellauero, quod beneficio eius erga nos, ac maiestate eius dignum est. Vos milites eos, quorum vos modo arma dextraque texerunt, patronos salutabitis: & si nihil aliud, gratorum certe nobis animorum gloriam dies hæc dederit*, & mox: *Hannibalem quoq; ex acie recedentem dixisse ferunt: tandem eam nubem, quæ sederet in iugis montium, sollicitam procella imbrem dedisse.* Plutarchus eandem historiam enarrat ijs propemodum verbis, quæ cuiuis obuia, non opus est huc afferre. Sat ergo constat, in bello cunctationem ad aportunam occasionem rei bene gerendæ captandam, esse maximi momenti. Quam quidem cunctationem apte mystice repræsentari per armatum Amorem Iracibilem stantem, non gradientem, nemo non agnoscit. Cunctionis vtilitas in bello.

De propria significatione galea in capite Amoris Bellici. Cap. XLII.

C HActenus de corpore proprio Amoris bellici: nunc de illius armis agendum; quæ quatuor in Schemate proponuntur; duo quidem ad propriam defensionem, totidem autem ad hostium offensionem. Arma tutamenti proprij sunt in Schemate Galea caput Amoris obtegens, & scutum humero manuque gestatum. Porro caput in exercitu dux est: quum alij milites membra sub capite sint. Oportere vero maximam sui curam habere Ducem, ratio conuincit, quia perempto Duce, palantes exercitus vniuersi milites, facillimum est perdere, nuper [a] apud Liuium [b] vidimus in Hasdrubalis internecione; nam duce iam extincto, *nunciatum est Linio Consuli, Gallos Cisalpinos, Ligures q;, qui aut prælio nõ affuissent aut inter cædem effugissẽt, vno agmine abire sine certo duce, sine signo, sine ordine vllo, aut imperio: posse, si vna equitũ ala mittatur, omnes deleri.* Vereq; Dux exercitus est mysticus militũ pastor; nam sæpius Homerus Agamemnonem, qui Dux erat exercitus Græcorum, ex multis nationibus collecti ad Troiam, appellat [c] *Pastorem Populorum*; certumque satis est, vel ex sacra [d] pagina, Percusso pastore, gregis oues dispergi: Quamobrem militaris est constitutio, præceptioque Ducem ante omnia tutari, conseruareque semper. Quod optime demonstrat apud Tassum

D Raimundus Gothifredo Christiani exercitus Imperatori, cui saracenos insidias occulte [e] struere narrat Vafrinus explorator ab hoste veniens, his metris: [e]

[a] cap. 4.
[b] lib. 27.
[c] 10. Iliad. init. & passim
[d] Zach. 13. 7. Matth. 26. 31.
[e] Cant. 19. stan. 126. & seq.

„ Quinci Vafrino al Capitan riuolto:
„ Signor, soggiunse, infin qui detto è poco.
„ La somma de le cose hor quì si chiuda;
„ Impugneransi in te l'arme di Giuda.
„ Di parte in parte poi tutto egli espose,
„ Ciò che di fraudolente in lui si tesse:
„ L'arme, e'l velen, l'insegne insidiose,
„ Il vanto vdito, i premi, e le promesse.
„ Molto chiesto gli fù, molto rispose.

Digitized by Google

,, Breue tra lor silentio indi succese.
,, Poscia inalzando il Capitano il ciglio,
,, Chiede a Raimondo: hor quale è il tuo consiglio?
,, Et egli: è mio parer, ch'a i noui albori.
,, Come concluso fù, più non s'assaglia:
,, Ma si stringa la torre, onde vscir fuori
,, Chi dentro stassi, a suo piacer non vaglia:
,, E posi il nostro Campo, e si ristori
,, Fra tanto ad vopo di maggior battaglia.
,, Pensa poi tu, s'è meglio vsar la spada
,, Con forza aperta, o'l gir tenendo a bada.
,, Mio giudicio è però, ch'a te conuegna
,, Di te stesso curar soura ogni cura.
,, Che per te vince l'Hoste, e per te regna:
,, Chi senza te l'indrizza, e l'assicura?
,, E perche i traditor non celi insegna,
,, Mutar l'insegne a tuoi Guerrier procura.
,, Cosi la fraude a te palese fatta
,, Sarà da quel medesmo, in chi s'appiatta.
,, Risponde il Capitan: Come hai per vso
,, Mostri amico volere, e saggia mente.

& multo prius eundem ad singulare certamen ire parantem, absentibus validioribus, qui prouocanti Arganti possent opponi, ceterisque timentibus cum eo congredi, reuocat Raimundus: quæ singula sic exprimuntur a poeta *f* decentissime.

f Cant. 7. stan. 40. & seq.

,, Al silentio, a l'aspetto, ad ogni segno
,, Di lor temenza il Capitan s'accorse;
,, E tutto pien di generoso sdegno
,, Dal loco, oue sedea, repente sorse:
,, E disse, Ah ben sarei di vita indegno,
,, Se la vita negassi hor porre in forse,
,, Lasciando, ch'vn pagan cosi vilmente
,, Calpestasse l'honor di nostra gente.
,, Sieda in parte il mio Campo, e da sicura
,, Parte miri otioso il mio periglio.
,, Sù sù, datemi l'arme; e l'armatura
,, Gli fù recata in vn girar di ciglio.
,, Ma il buon Raimondo, che in età matura
,, Parimente maturo hauea il consiglio,
,, E verdi ancor le forze, a par di quanti
,, Erano quiui, a l'hor si trasse auanti:
,, E disse, a lui riuolto; Ah non sia vero,
,, Che'n vn capo s'arrischi il Campo tutto;
,, Duce sei tu, non semplice guerriero:
,, Publico fora, e non priuato il lutto.
,, Tu il senno sol, lo scettro solo adopra:
,, Altri ponga l'ardire, e'l ferro in opra.
,, Et io, ben che gir curuo mi condanni
,, La graue età, non fia, che ciò ricusi
,, Schiuino gli altri i martiali affanni:
,, Me non vo' già, che la vecchiezza scusi, &c.

Sic ergo Galea, quæ tegmen atque tutamen capitis est, aptissime nunc imponitur Capiti Bellici Cupidinis, ad mystice significandum, in exercitu præcipuam & summam curam custodiamque habendum esse de Capite, quod est eius Dux, ac supremus Imperator.

De

De Amoris bellici Clypeati hieroglyphico. Cap. XLIII.

A

CLypeus inter arma militaria primas ea ratione tenet, quia defendit nõ solum se gestantem militem, sed etiam cõmilitonem; & insuper vsui militibus est ad conuehendas alias omnes militiæ supellectiles flumia tranantibus, vt obseruat in antiquissima tabula marmorea Romanæ Gulielmus [a] Choul. Quin & apud Alciatum [b] Clypeus est hieroglyphicum auxilij nunquam deficientis, in Emlemate dum e Græco ponit, Myrtilum militem post conflictum terrestrem, ascensa naui naufragium fecisse, apprehenso scuto, super ipso natasse, tandemque seruatum incolumen; dicit enim:

[a] lib. de ant. milit.
[b] Embl. 162.

„ Bina pericla vnis effugi sedulus armis
„ Quem premererque solo, quum premererque salo.
„ Incolumem ex acie clypeus me præstitit; idem
„ Naufragum apprensus litora ad vsque tulit.

Desumptum est hoc e Iulij Leonidæ Græco Epigrammate venustissimo; quod ita Latine sonat, e Græco translatum:

B

„ Effugi geminum clypeo discrimen in vno
„ Myrtibus, & pugnans fortiter, atque natans.
„ Arripui clypeum depressa flamine puppi
„ Fluctibus oppressum, belligerisque viris.

aliter etiam,

„ Vnis damna duo vitaui Myrtilus armis:
„ Vnum acie certans, alterum in amne natans,
„ Vt primum vento pulsa rate is ad fuit: vtque
„ Me clypeus pugna, est auxiliatus aqua.

Claudianus etiam in Panegyricis Horatium Coclitem ita celebrat:

„ Traiecit clypeo Tibrim, quo texerat Vrbem
„ Tarquino mirante Cocles, medijsque superbus
„ Portennam respexit aquis. . . . . .

C

Scutum enim bellicum olim tantæ amplitudinis erat, vt hominem totum tergeret, & a telis omni ex parte defenderet: Ad hæc conuexa eius parte, corpus sustentante, flumen tranari posset. Vsui quoque fuisse scutum in bello tutandis amicis ab hoste periclitantibus; vel etiam hostibus, quos a se solis vinci, cupiebant, aperte demonstrat poeta pius, inquiens: [c]

[c] Tass. can. 7. stan. 80. & seq.

„ L'Angelo, che fù già custode eletto
„ Da l'alta prouidenza al buon Raimondo,
„ In sin dal primo dì, che pargoletto
„ Se'n venne a farsi peregrin del mondo,
„ Hor, che di nouo il Re del Ciel gli ha detto,
„ Che prenda in se de la difesa il pondo,
„ Ne l'alta rocca ascende, oue de l'hoste
„ Diuina tutte son l'arme riposte.
„ Si vedea fiammeggiar frà gli altri arnesi,
„ Scudo di lucidissimo diamante:

D

„ Grande, che può coprir genti, e paesi,
„ Quanti ve n'ha fra il Caucaso, e l'Atlante:
„ E sogliono da questo esser difesi
„ Prineipi giusti, e Città caste, e sante.
„ Questo l'Angelo prende, e vien con esso
„ Occultamente al suo Raimondo appresso.

& mox:

„ Al fin tra mille colpi il Saracino
„ Cala vn fendente: e'l Conte è cosi presso,
„ Che forse il velocissimo Aquilino
„ Non sottrageasi, e rimaneane oppresso:

„ Ma

,, Ma l'aiuto inuisibile vicino
,, Non mancò lui di quel superno messo: A
,, Che stese il braccio, e tolse il ferro crudo
,, Soura il diamante del celeste scudo.
,, Frangesi il ferro a l'hor (che non resiste
,, Di fucina mortal tempra terrena
,, Ad armi incorrutibili, & immiste
,, D'eterno fabro) e cade in sul'arena.
,, Il Circaso, ch'andarne a terra ha viste
,, Minutissime parti, il crede a pena:
,, Stupisce poi, scorta la mano inerme,
,, Ch'arme il Campion nemico habbia si ferme.

& infra[d] de eodem Argante, per Tancredum defenso: d Cant. 19. stan. 7.

,, Grande è il zelo d'honor, grande il desire,
,, Che Tancredi del sangue ha del pagano: B
,, Nè la sete ammorzar crede de l'ire,
,, Se n'esce stilla fuor per altrui mano.
,, E con lo scudo il copre, e non ferire
,, Grida a quanti rincontra anco lontano:
,, Si che saluo il nemico infra gli amici
,, Tragge de l'arme irate, e vincitrici.

Clypei maxima cura militibus cur sit supra enseus & hastam.

Hinc apud milites tanta clypei cura, vt eum amittere putarint rem ignominiosissimam, turpioremque multo quam ensem, vel hastam perdere: Plutarchus ita de Cæsare, militibusq; Cæsarianis: *Studium erga se militum & promptitudinem habuit tantam: vt qui ceteris nihil alijs in expeditionibus præcellebant, inuicti atq; intolerabiles in omne discrimen pro Cæsaris gloria ruerent, qualis fuit hinc Atilius, qui in prælio nauali apud Massiliam quum in hostilem nauem transiliisset, detruncata gladio dextra, retinuit sinistra scutum; quo pulsans hostium ora, omnes auertit, nauiq; est potitus: Hinc Cassius Scæua, qui in pugna apud Dyrrhachium excussis sagitta oculis, humero pilo uno, & femore altero tratecto, scuto telorum triginta suprace-* C
tum ictibus exceptis, tanquam dediturus se vocauit hostes, duobus accurrentibus, alterius humerum gladio desecuit, alterius faucianit faciem, eumque in fugam vertit, ipse amicorum præsidio euasit incolumis. In Britannia quum hostes primipilos, qui in loca palustria & profunda aquis inciderant, adorirentur: miles Cæsaris, ipso pugnam spectante, in medium irruit, multisq; & eximijs editis virtutis operibus, primipilos seruauit: ac barbaris in fugam coniectis, ipse postremus omnium magno labore recipiens se, coniecit se in riuos lacustres, atq; agre relicto scuto, qua natando, qua ingrediendo, locum eum superauit. Stupente Cæsare, qui cum gratulatione & plausu occurrit ei, admodum hic mœstus lachrymarumque plenus abiecit se ad Cæsaris pedes, quod scutum amisisset, veniam petens. Lacæna Mater ideo rectissime Filio ad bellum proficiscenti scutum porrigens, iussit, *AVT CVM HOC, AVT IN HOC*: nimirum, *aut cum hoc* victor gloriosus ad Patriam defensam incolumis redi: *aut in hoc* pro Patriæ defensione fortiter dimicans, & glorioſe moriens afferaris: admonens, Clypeum sibi nunquam deserendum esse. Tantusque fuit apud antiquos clypei cultus, & honos vt eius solius, non alterius vllius militaris instrumenti, laudes encomio peculiari celebrauerint insignes poetæ; D
nam Hesiodus ipse de Scuto Herculis insigne poema conscripsit. Ceterum & Liuius clypeo, non minus quam dextris amicos milites defendere monuit, vt vidimus, introducens Minutium ita dicentem suis, a Fabij exercitu defensis: *Vos milites eos, quorum vos modo arma dextraque texerunt, patronos salutabitis:* enim vero arma, contradistincta a dextris gladios impugnantibus, uere scuta tegentia milites amicos, a Pœnis circumuentos. Optimo iure igitur in Schemate ponitur Heroicus Amor militaris Clypeatus non solum, sed etiam clypeum humero sinistro tenens, atque manu dextera veluti suffulciens; hoc indicio notans, militi maximam curam clypei esse debere supra cetera armorum genera.

Aliij grande facinus.

Cassis Scæuæ factus.

De

A

De Armis offendentibus, Heroica Amori bellico datis, in Schemate.
Cap. XLIV.

ARma vero, quæ bellico noſtro Cupidini tributa ſunt, ad offendendos hoſtes, in Schemate duo viſuntur, eminus ferientia; ſcilicet arcus cum pharetra, & bina iacula: arcu quidem humeris ad crura ſuſpenſo, & pharetra ſiniſtro de lacere deorſum prominente; iaculis autem manu ſiniſtra detentis, & ex humero læuo ſurſum prominentibus. Armis vero cominus hoſtem ferientibus Amor iſte præditus non eſt; quia quum Ducem ac Imperatorem belli maxime referat, is procul a periculo ſeruare ſe debet, nec in diſcrimen ſeſe pugnæ cum hoſte dare, commiſcerique cum cominus cõcertantibus, vt ſuperoſtendimus, † & ſane Vegetius tyrones exercendos maxime monet † cum ad iacienda miſſilia, pariter & ad ſagittas arcu iaculandas. Bina vero tela gerit, quia miſſilia nunquam ſingularia geſtabantur, ſed plura; quod vno miſſo manus inermis reſtare non debeat.

† lib. 1. c. 14. & 15.

B

Cur Amor iſte bellicus Pedes, non Eques effictus in Schemate noſtræ gemmulæ.
Cap. XLV.

AD exactam explicationem huiuſce Schematis vnum ſupereſſe videtur declarandum, Cur miles Amor non Eques, at Pedes proponatur in gemma. Porro propoſiti non vnica ratio poteſt afferri, quarum prima ſit, quia pedeſtris pugna prior & antiquior eſt equeſtri; ſiquidem equorum vſus in bello primo fuiſſe non potuit; quum equi domari, atque ad bellum inſtrui neceſſe fuerit poſt multa bella pedeſtria prius habita; ſimpliciora namque ſemper & in natura pariter, & in arte præcedere conſueuerunt compoſitioribus. Nam & in ſacra pagina [a] legitur tum ante diluuium fuiſſe gigantes potentes a ſeculo, viros bello famoſos: tum poſt diluuium [b] Nemrod, qui cæpit eſſe potens in terra. Quorum temporibus nullus vſus equorũ in bello fuiſſe cõſtat ex hiſtoria diuina. Quin & inſertis eadem [c] hiſtoria ſacra referens bellum multorum regum in Valle Sodomorum patratum, nullam equorum mentionem facit. Et alibi deſcribens exitum filiorum Iſrael de Ægypto, qui fuere viri bellatores, terram Chananæorum, & Amorrhæorum ſubiugaturi ſibi bello, peditum ſolummodo meminit, non equitum; ait enim: [d] *Profectiq; ſunt filij Iſrael de Rameſſe in Soccoth ſexcenta fere millia peditum virorum, abſq; parvulis & mulieribus: ſed & vulgus promiſcuum innumerabile aſcendit cum eis.* Vnde conſtat pedites illos viros fuiſſe milites vniuerſæ multitudinis cuſtodes atque defenſores: vt conſtat ex ſequentibus verbis diuinæ ſcripturæ: [e] *Locutus eſt autem Dominus ad Moyſen, dicens: Loquere filijs Iſrael: Reuerſi caſtrametentur e regione Phithiroch, quæ eſt inter Magdalum, & mare contra Beelſephon in conſpectu eius caſtra ponetis, ſuper mare.* Caſtrametari ſiquidem, & caſtra ponere proprium eſt militum. Eſt Pharaonis eos inſequentis exercitus equites haberet; quorum tunc primum in ſacra litera mentio facta legitur: quum antea certum ſit multa bella peracta fuiſſe ſolos inter pedites bellatores ante vſum equitum. Antiquiſſima fuit ergo militia pedeſtris, longe quam equeſtris vetuſtior. Quod & infra latius apparebit ex hiſtoria prophana veterum. Vnde bellicus Amor, primam militiam indicans, recte pedes, non eques in Schemate ſculptus. Deinde vero decet Amorem belli deſignari militia nobiliore; porro nobilior eſt pedeſtris equeſtri militia; namque vel æuo noſtro non dedecet inſignem virum, ac Heroem fortiſſimum, peditem cum pila (Picca vulgo dicitur) in acie ſtare; qui nõ ita ſibi ducit honori equo aſcenſo pugnare cum velitibus armaturæ leuis, aut cum cataphractis equitibus armaturæ grauis. Quare ideam belli referens Amor in gemma ſcite pedes ponitur, non autem eques. Deinceps autem pedeſtris pugna, quæ proprie ſtataria nuncupatur, fortior eſt longe quam equeſtris, quæ volatilem exercitum conficit, ab equorum pernicitate dictum; cuius rei eadem facit hiſtoria Guicciardini pulcherrima, quam libet hic excere: [f] [Ma interroppe quelle ſperanze la ferocia, & ardentiſſimo ſpirito di Mottino, vno de Capitani de gli Suizzeri, il quale chiamata la moltitudine ſu la piazza di Nouara, gli cõfortò cõ feruentiſſime parole, che non aſpettato il ſoccorſo d'Altoſaſſo, il quale douea venire il proſſimo giorno, andaſſero ad aſſaltare i nimici a'loro alloggiamenti; non patiſſero, che la gloria, & la vittoria ſia quale po-

C

D

[a] Antiquior eſt militia pedeſtris equeſtri.

[a] Gen. 6. 4.
[b] Gen. 10. 8. & ſeq.
[c] Gen. 14. 1. & ſeq.
[d] Exod. 12. 37.
[e] Exod. 14. 1. & ſeq.

[b] Nobilior eſt militia pedeſtris equeſtri.

[c] Pedeſtris militia fortiter equeſtri.

[f] lib. 11.

teua

teua essere propria, fusse commune; anzi diuentasse tutta d'altri; imperoche come le cose seguenti tirano a se le precedenti, & l'aumento cuopre la parte aumentata, non ad essi, ma a quelli, che soprauenivano, si attribuirebbe tutta la laude. Quanto la cosa, disse il Mottino, pare più difficile, & più pericolosa, tanto riuscirà più facile, & più sicura; perche quanto più sono gli accidenti improuisi, & inaspettati, tanto più spauentano, & mettono in terrore gli huomini; niente meno aspettano i Franceſi al presente, che il nostro assalto. Alloggiati pure hoggi, non possono essere alloggiati se non disordinatamente, & senza fortezza alcuna, &c. *& mox peracta oratione militari*: Alle parole di Mottino, gridò ferocemente tutta la moltitudine, approuando ciascuno col braccio distesso, il detto suo; Et di poi egli, promettendo la vittoria certa, comandò che andassero a ripossarsi, & procurare le persone loro, per mettersi, quando col suono de' tamburi fussero chiamati, ne gli squadroni. Non fece mai la natione de gli Suizzeri, nè la più superba, nè la più feroce deliberatione: pochi contra molti: senza caualli, & senza artiglieria, contra vn esercito poteetissimo di queste cose: non indutti da alcuna necessità, perche Nouara era liberata dal pericolo, & aspettauano il giorno seguente non piccolo accrescimento di soldati: elessono spontaneamente di tentare più tosto quella via, nella quale la sicurtà fusse minore, ma la speranza della gloria maggiore: che quella, nella quale dalla sicurtà maggiore risultasse gloria minore. Vscirono adunque con impeto grandissimo, dopo la meza notte, di Nouara, il sesto giorno di Giugno, in numero di dieci mila, distribuitisi con quest'ordine: sette mila per assaltare l'artiglierie, intorno alle quali alloggiauano i santi Tedeschi: il rimanente per fermarsi con le picche alte all'opposito delle genti d'arme. Non erano per la breuità del tempo, & perche nõ si temeua tanto preposto d'vn accidente tale, stati fortificati gli alloggiamenti de' Franceſi: & al primo tumulto, quando dalle scolte fù significata la venuta de' nimici, il caso improuiso, & le tenebre della notte dimostrauano maggior confusione, & maggior terrore: nondimeno, & le genti d'arme si raccolsono prestamente a gli squadroni, & i santi Tedeschi, i quali furono seguitati da gli altri santi, si misero subitamente ne gli ordini loro. Già con grandissimo strepito percoteuano l'artiglierie ne gli Suizzeri, che veniuano per assalirle, facendo tra loro grandissima vccisione, la quale si comprendeua più tosto per le grida, & vrla de gli huomini, che per beneficio de gli occhi, l'vso de' quali impediua ancora la notte: & nondimeno con fierezza marauigliosa, non curando la morte presente, nè spauentati per lo caso di quelli, che cadeuano loro a lato, nè dissoluendo l'ordinanza, caminauano con passo prestissimo contra l'artiglierie; alle quali peruenuti, si vrtarono insieme ferocissimamente essi, e i santi Tedeschi, combattendo con grandissima rabbia l'vno contra l'altro; & molto più per l'odio, & per la cupidità della gloria, haresti veduto (già incominciaua il Sole ad apparire) piegare hora questi, hora quelli: parere spesso superiori quelli, che prima pareuano inferiori: d'vna medesima parte in tempo medesimo alcuni piegare, alcuni farsi inanzi: altri difficilmente resistere, altri impetuosamente insultare a' nemici: piena da ogni parte ogni cosa di morti, di feriti, di sangue. I Capitani fare hora fortissimamente l'vfficio di soldati, percotendo i nemici, difendendo se medesimi, e i suoi: hora fare prudentissimamente l'vfficio di Capitani, confortando, prouedendo, soccorrendo, ordinando, comandando. Dall'altre parte quiete, & ocio grandissimo doue stauano armati gli huomini d'arme; perche cedendo al timore ne' soldati, l'autorità, i conforti, i comandamenti, i preghi, l'esclamationi, le minaccie della Tramoglia, & del Triultio, non hebbero mai ardire d'inuestire i nimici, che haueuano inanzi a loro: & agli Suizzeri bastaua tenergli fermi, perche nõ soccorressero i santi loro. Finalmente in tanta ferocia, in tanto valore delle parti, che combatteuano, preualse la virtù de gli Suizzeri; i quali occupate vittoriosamente l'artiglierie, & voltatele contra i nimici, con esse, & col valore loro gli messono in fuga. Con la fuga de' santi fù congiunta la fuga delle genti d'armi; delle quali non apparì virtù, o laude alcuna, &c.] Quibus apparet, pedestrem legionem fortiorem esse turmis, atque phalangis equitatus; adeoque rectissime nostri Schematis Amorem bellicum, ideam militiæ, peditem, non equitem poni. Denique vero pedites equitibus absolute sunt vtiliores in bello; quia pedites omni militiæ, pugnæque sunt vsui; quum expugnandis vrbibus equites inutiles habeantur per se se; nõ enim possunt appositas muro scalas ascendere, vt pedites, nec alia multa munia militis obire, peditibus

A B C D

Peditibus quam equitibus plures opponuntur, vt fortioribus.

Equitatus plurimus meticuit peditem pauca.

Pedites equitibus vtiliores in bello.

A ditibus aperta. Sic ergo recte pedes, non eques Amor bellicus, idea militiæ fingitur in Schemate gemmulæ noſtræ. Verum enim vero, quod prima ratione deduximus e ſacra pagina, peditum vſum in bellis antiquiorem eſſe multo, quam fuerit vſus equitum oſtendi facile poterit e prophanis autoribus; etenim equo vehi, omnium primus docuiſſe fertur Bellerophon; de quo Polydorus Vergilius ita: [g] *Equo, qui magna mortalibus cum in rebus bellicis, tum in itineribus faciundis, & vſui & adiumento eſt, primum omnium vehi Bellerophontem Glauci regis filium docuiſſe, Plinius in ſeptimo eſt autor: qui Pegaſum alatum equum, quum in Chymeram iret, aſcendit. Horatius in carminibus:*

Pedites antiquiores equitibus eſſe.

g 2. de inu. rer. cap. 12. Bellerophon primus equũ aſcendit.

,, Et exemplum graue præbet ales
,, Pegaſus terrenum equitem grauatus
,, Bellerophontem . . . .

Plinij verba ſunt: [h] *Prælium Afri contra Ægyptios primum fecere fuſtibus, quos vocant phalangas*, & mox: *Equo vehi Bellerophontem: Franos & ſtrata equorum Pelethronium: Pugnare ex equo Theſſalos, qui Centauri appellati ſunt, habitantes ſecundum Pelium montem.* Ante

h lib. 7. c. 56.

Equites in pugna primi fuere Theſſali.

B Bellerophontem vero, Theſſaloſque Centauros multa bella fuiſſe inter homines, ignorat nemo. Quin & antequam aſcenderet equum Pegaſum ipſe Bellerophon, apud Ephyram, qui regnum tenuit, & eo priuatus a Præto Argiuorum rege, ſeruuſque ab eodem domi ſuſceptus, oſtendit in ſua [i] Philologia Volaterranus agens de Æolidarum progenie. Bellum itaque pedeſtre fuit antiquius equeſtri; propterea q; Schematis autor ſculpens Amorem bellicum, ideamque militaris Appetitus, armatum Cupidinem poſuit peditem, non equitem. Quæ ſint ad explicationem quintæ Gemmulæ.

i lib. 33.

C



D

Digitized by Google

Amicus vsque ad Aram Amico illicita postulanti sis: & Amicum verum in aduersitate dignoscas. A

Schema VI. Gemma.



B

C

De Amore ciuili, qui vocatur Amicitia, & a tribus antea declaratis, Concupiscibili, Rationali, & Irascibili contradistinguitur. Cap. XLVI.

[a] 10. Metam. & Synt. 13.

APuleius multos [a] Amores esse describit: multo pulres Plutarchus, propter morum humanorum varietatem, vt obseruat etiam Gyraldus agens de Dijs gentium. Sed in Imaginibus a Philostrato pulcherrime describuntur: *Esse*, inquit, ἔρωτες, id est, *Cupidines mala colligunt: Quod vero multi sint, ac innumerabiles, ne admireris. Nympharum enim filij sunt, mortalium genus moderantes; multiq; idco, quod multa sint ea, quorum mortales Amore ducantur.* Inter hos insignem locum habere, qui ciuilis Amor appellatur, vulgòque dicitur Amicitia, neminem latere puto. Discernitur autem Amor iste ciuilis a tribus alijs olim explicatis aperto nimium discrimine; siquidem a Concupiscibili, qui corporis pulchritudinem insequitur, & voluptatem fædam obtinet pro fine, dispescitur eo quod Amor ciuilis mores tantummodo respicit, voluntatumque coniunctionem in rebus agibilibus ad vrbana negocia pertinentibus, humanamque societatem. Contradistinguitur etiam ab Amore sapientiæ, qui solam intellectus culturam respicit, non humanam societatem; quum maxime solitariam vitam habitare soleat, sibi soli sufficiens, vt ait [c] Aristoteles. Differt itidem ab Amore bellico Irascibili, quod humana consortia plurimum iste turbat, quæ conseruat, atq; tuetur Amicitia. Sic igitur præter explicatos Amores tres Concupiscibilem, Rationalem, & Ira-

D

Amor ciuilis qui sit, & vt ab alijs dissideat Amoribus.

[c] 10. Eth. c. 7.

Digitized by Google

A & Irascibilem, quartus in humano genere comperitur, qui nunc a nobis Amor-Ciuilis appellatur, & communi nomine dici consueuit Amicitia; licet vtcunque redigatur ad rationalem: consistitque totus in vnione, concordiaque multarum voluntatum circa res agibiles, atque ciuiles; quas a bellicis contradistinguit apertissime Philosophus, & a contemplatiuis actibus, inquiens: vt antea quoque notauimus ad alium finem; [d] *Sola praterea vita felicitasque contemplatiua ipsa per seipsam amari videretur; quippe quum ex ea, praterquam quod contemplatus fuerit quispiam, eueniat nihil: ex agendis autem rebus, aut plus, aut minus, aliquid prater actionem nobis comparamus. Videtur item felicitas in ocio esse; negocijs enim distringimur, vt ociemur: & bellum gerimus, vt in pace degamus. Atq; actiuarum quidem virtutum operationes in ciuilibus, vel bellicis rebus versantur: quarum actiones negocioſæ videntur: Bellicæ sane etiam omnino: nemo enim est, qui vel bellum expetat, vel apparatum bellicum faciat bellandi causa; sanguinarius enim prorsus quidam esse videretur, si amicos ea causa sibi hostes redderet, vt pugnæ, & cades orirentur. Ciuilis quoque hominis operatio negotioſa est, prater ipsam etiam ciuitatis administrationem, dum potestates & honores sibi & ciuibus comparat, vel etiam felicitatem ipsam, quæ diuersa est a ciuili, quam etiam quærimus, vt pote scilicet diuersam. Si igitur ex actionibus, quæ secundum virtutes fiunt, bellicæ & ciuiles pulchritudine & magnitudine excellunt, atque hæ negocioſæ sunt, finemq; quendam appetunt, & non per se sunt expetendæ: Intellectus vero operatio tum studio præstare, quum contemplatiua sit; tum appetere prater seipsam finem nullum videtur, habereque voluptatem propriam, quæ operationem ipsam auget, &c.* Ex quibus apertissime constat, præter Amores tres illos antea celebratos, Concupiscibilem libidinis, Rationalem sapientiæ, ac Irascibilem bellicum, inueniri quartum Ciuilem, qui consistens in coniunctione plurium voluntatum circa mores vrbanos, AMICITIA communiter appellatur. Quæ quidem redigitur ad Rationalem, quia voluntas est appetitus rationalis. Huius autem ciuilis Amoris hieroglyphicum in Schemate sextæ gemmulæ, nunc allatæ, censeo contineri. Sed præstat primum alienam eruditi viri sententiam expendere.

Amicitia redigitur vtcunque ad Amorem rationalem.

d loc. cit.

B

Opinio, ponens hoc esse symbolum Amoris voluptuosi, expenditur: Cap. XLVII.

C

PRofecto videns vir eruditus in gemmula sculptum nudum puerum lugentem papilionis ad flammas ignium ambustionem, existimans exprimi voluptuosi Amantis ardores insanos, titulum Græcanicum posuit, ex Orpheo sumptum, ΕΡΩΣ ΓΛΥΚΥΠΙΚΡΟΣ, *Amor Amaro-dulcis*: & epigraphen, *NOCET EMPTA DOLORE VOLVPTAS.* Qua de re suauissime Lucretius: [a]

a lib. 4.

,, Sic igitur, Veneris qui telis accipit ictum,
,, Siue puer membris muliebribus hunc iaculatur,
,, Seu mulier toto iactans e corpore amorem,
,, Vnde feritur, eo tendit, gestitque coire,
,, Et iacere humorem in corpus de corpore ductum.
,, Namque voluptatem præsagit multa Cupido.
,, Hæc Venus est nobis: hinc autem est nomen Amoris.
D ,, Hinc illa primum Veneris dulcedinis in cor
,, Stillauit gutta, & successit frigida cura.
,, Nam si abest, quod ames; præsto simulachra tamen sunt
,, Illius, & nomen dulce obuersatur ad aureis.
,, Sed fugitare decet simulachra, & pabula Amoris
,, Absterrere sibi, atque alio conuertere mentem:
,, Et iacere humorem conlectum in corpora quæque:
,, Nec retinere semel conuersum vnius amore:
,, Et seruare sibi curam, certumque dolorem.
,, Vlcus enim viuescit, & inueterascit alendo:
,, Inque dies gliscit furor, atque ærumna grauescit.

,, Si non prima nouis conturbet vulnera plagis.
,, Vulgiuagaque vagus Venere ante recentia cures,
,, Aut alio possis animi traducere motus.
,, Nec Veneris fructu caret is, qui vitat Amorem:
,, Sed potius, quæ sunt sine pœna, commoda sumit.
,, Nam certa & pura est inde magis voluptas,
,, Quam miseris; etenim potiundi tempore in ipso
,, Fluctuat incertis erroribus ardor amantum:
,, Nec constat quid primum oculis manibusque fruantur.
,, Quod petiere, premunt arcte, faciuntque dolorem
,, Corporis, & denteis inlidunt sæpe labellis:
,, Oscula que offigunt, quia non est pura voluptas.
,, Et stimuli subsunt, qui instigant lædere idipsum
,, Quodcumque est, rabies unde illa germinа surgunt.
,, Sed leuiter pœnas frangit Venus inter amorem,
,, Blandaque refrænat morsum admista voluptas.
,, Namque in eo spes est, vnde est ardoris origo;
,, Restingui quoque posse ab eodem corpore flammam.

Amor est dulcis amaror.

Sic igitur apte Lucretius edocet quomodo Concupiscibilis Amor sit vna dulcis, & amarus, siue dulcis amaror, in ipso concubitu Venereo, declarans Orpheo ipsum. At hoc emblemati nostro congruere non potest, nec epigraphe viri eruditi; non quidem ipsi Schemati gemmulæ, in quo non idem est, qui dolens luget Amor, & qui delectatur ignioli splendore Papilio; sed Lucretio simul idem Amans & delectatur, & afficitur dolore in eodem Veneris actu. Non conuenit etiam Schemati epigraphe: *Nocet empta dolore voluptas*, quoniam papilio dolorem emit voluptate, non voluptatem dolore; quam voluptas ipsa futura iucundæ lucis præcedat dolorem ambustionis; pretium enim erogatum præcedit possessionem emptæ rei. Quomodo enim dolore mortis extinctus papilio voluptatem emere sibi potest, cuius capax amplius esse non valet? Multo subtilius Orphei dictum de Amore Dulci-amaro declarare videtur M. Ficinus in Commentarijs ad Symposium Platonis asserens: [b] *Vos autem: amici, hortor & obsecro, vt Amorem, rem profecto diuinam, totis viribus complectamini; neque vos illum deterreat, quod de amante quodam Platonem dixisse ferunt: Ille, inquit, amator animus est propriо in corpore moriens: in alieno corpore viuens. Neque etiam vos turbet, quod de amara viscraque amantium sorte canunt Orpheus. Hæc enim quomodo accipienda sunt, & qua via his satisfacere nitamur, quæ sequenti si placet, diligenter attendite. Amorem Plato rem amaram vocat: nec iniuria, quia moritur quisquis amat. Hunc & Orpheus dulcem, idest Dulce-amarum nominat. Quippe quum Amor motus voluntarius sit; vt motus est, amara res est: vt voluntaria, dulcis. Minister autem quisquis amat, eius enim cogitatio, sui oblita, semper in amato se versat. Si de se nunquam cogitat, in se certe non cogitat: ideo nec in seipso sic affectus animus operatur; quum præcipua operatio animi, ipsa cogitatio sit: Qui non in se operatur, nec in seipso est: æquum inter se & hæc duo, esse, & operatio, sunt: nec esse sine operatione est, nec operatio esse ipsum excedit: nec operatur quisquam ubi non est: & vbicunque est, operatur. Non ergo in se amantis est animus, quia in seipso non agit. Si in seipso non est, nec viuit etiam in seipso: qui non viuit, mortuus est. Quare in se mortuus est, quicumque amat. Nnm viuit saltem in alio? Profecto. Amoris illius duæ sunt species: amor vnus simplex, mutuus alter. Simplex amor, vbi amans non amat amicum: Ibi omnino mortuus est amator; nam nec viuit in se, vt satis iam demonstrauimus; nec in amato etiam, quum abhorreat. Vbi ergo viuit? numquid in aere, vel aqua, vel igne, vel terra, aut aliquo breui corpore? Nequaquam. Animus enim humanus non in alio viuit corpore, quam humano. An forte in alio quodam corpore hominis non amici amat ducat? Nec istud quidem. Nam si in eo non viuit, vbi viuere vehementissime concupiscit, quomodo putabimus in alio? Nusquam ergo viuit, qui amat alium, ab alio non amatus. Propterea omnino mortuus est non amatus amator,* (loquitur autem hic de vita & morte morali & mystica, non de naturali) *Nec reuiuiscet vnquam, nisi indignatio suscitet. Vbi vero amatus in amante respondet, in eo saltem vitam agit amator. Hic certe mi-*

Amantis animus vt viuo in alieno corpore, mortuus sit in proprio.

Amor re sit simul Amarus & Dulcis Platonicis.

Amoris res sint duæ species.

Amoris mutui miraris.

A te mira res sit: quoties duo aliqui mutua sẽ benevolentia complectuntur, hic in illo, ille in hoc viuit. Vicissim huiusmodi homines se commutant, & seipsum vterq; vtrique tribuit, vt accipiant alterum. Quomodo seipsos tribuant, dum sui obliuiscuntur, video. At quomodo accipiant alterum, non intelligo; nam qui seipsum non habet, multo minus alium possidebit. Immo vero habet seipsum vterque, & habet alterum. Hic quidem se habet, sed in illo: ille quoq; se possidet, sed in hoc. Equidem dum te amo me amantem, in te de me cogitante me reperio, & me à meipso negligentia mea perditum in te conseruante recupero. Idem in me tu facis. Mirum rursus & hoc apparet. Nam ego postquam meipsum amisi, si per te me redimo, per te me habeo; te prius ac magis habeo, quam meipsum: tibi propinquior, quam mihi sum: Quippe quum mihi non aliter, quam per te medium inhæream. In hoc itaq; vis Cupidinis a Martis discrepat violentia: Nempe Imperium sic Amorq; differunt: Imperator per se alios possidet: Amator per alium se complectitur: & vterq; amantium longius a seipso, fit propinquior alteri: ac in se mortuus, in alio reuiuiscit. Vna vero duntaxat in Amore mutuo mors est, reuiuiscentia duplex. Moritur enim, qui amat, in seipso semel, quum se negligit: reuiuiscit in amico statim, quum amatus eum ardenti cogitatione complectitur. Reuiuiscit iterum, quum in amato se deniq; recognoscit, & amatum se esse non dubitat. O felicem mortem, quam dua vitæ sequuntur? O mirum commercium, quo quis seipsum tradit pro alio, nec habet, nec habere se desinit. O inestimabile lucrum, quando duo ita vnum fiunt, vt quisque duorum pro vno solo duo fiat; & tanquam geminatus, qui vnam habuerat vitam, vna interueniente morte, duas iam habeat. Nam qui semel mortuus bis reuiuiscit, pro vna vita geminam: pro se vno, se duos est consecutus. Iustissima certe est in mutuo amore vindicta. Homicida morte plectendus. Quis enim homicidam esse neget, qui amatur, quum animam ab amante seiungat? Quis iterum mori similiter eundem neget, quum similiter amas amantem? Debita nimirum hæc restitutio est, quando hic illi, & ille huic reddidit animam, quam accepit. Vterq; amando suam tradit, & redamando per suam resti tuit alienam. Quapropter iure ipsa amare debet quisquis amatur. Qui vero non amat amantem, homicidij reus est habendus. Immo vero fur, homicida, sacrilegus. Pecunia a corpore possidetur, corpus ab animo. Qui ergo animum arripuerit, a quo tam corpus quam pecunia possidentur, animum simul corpusq; & pecunias arripit, a quo tam corpus quam pecunia possidentur. Quo fit vt tanquam fur, homicida, sacrilegus, triplici morti sit obnoxius; ac velut infamis, penitusque prophanus, impune a qualibet interfici possit: nisi ipsemet sponte sua legem illam impleat, amet videlicet amatorem. Vbi cum semel moriente semel ipse similiter moriatur: cum bis reuiuiscente bis itidem reuiuiscit. Superioribus rationibus ostensum est, amatum vicissim amatorem amare debere: non solum vero debere, sed cogi, sic ostenditur. Amorem procreat similitudo; similitudo natura quædam est in pluribus eadem. Nam si ego tibi similis sum, tu quoq; mihi es necessario similis. Eadem ergo similitudo, qua me vi te amem compellit, te quoque amare me cogit. Præterea amator se sibi auferit, dedit q; amato, hunc ergo amatus tanquam rem suam curat; charissima enim sua cuique sunt. Accedit quod amans amati figuram sno sculpit in animo. Fit itaque amantis animus speculum, in quo amati relucet imago. Iccirco amatus quum in amante se recognoscat, amare illum compellitur. Vicissitudinem Amoris inter illos præcipuam esse Astrologi arbitrantur, in quorum genesi luminum, ideſt Solis & Lunæ commutatio fuerit. Videlicet si me nascente Sol in ariete, Luna in libra: te nascente Sol in libra, Luna in ariete: aut quibus signum idem simile ue, idemque planeta, similisue ascenderit: aut benigni D planetæ similiter angulum Orientis aspexerint: aut Venus in eadem natiuitatis domo, eodemq; gradu fuerit constituta. Addunt Platonici, quorum vitam Dæmon idem, aut certe similis ducat. Physici vero, Moralesque, Complexionis, Nutritionis, Eruditionis, Consuetudinis, Consimilitudinum, similis affectus causam esse volunt. Denique vbi causæ plures concurrunt, ibi vicissitudo vehementior reperitur: vbi omnes, ibi Pythia & Dæmonis, Pyladis & Orestis, resurgunt affectus: Æuo nostro si vixisset Ficinus, vehementissimam his addidisset Amoris heroici vicissitudinem incomparabilem inter duos Venetos Patricios, Nicolaum Barbadicum & Marcum Trivisanum. Ista quidem Platonicæ doctrinæ placita, vt aspectu primo pulchra, magnifica sunt, & aliqua ex parte veritati consentanea; nihilominus nec eruditi viri sententiam firmant, nec absoluere vera sunt omnia, nec vlla ratione Schema nostræ gemmulæ declarant, ipsiue congruunt. In primis enim vir eruditus agit de Amore concupiscibili, Ficinus autem

Vis Amoris quo differat a violenti Martis.

Vindicta in amore mutuo iustissimo

Amatus amore debet iure

Amorem procreat similitudo.

Amor mutuus vt ab aliis pedeat.

Vt ab Angelo Custode.

Vt a causis inferioribus.

Expenduntur Ficini placita.

autem maxime de ciuili, & probo, ad quem hortatur amicos. Deinde verum non eſt, Amorem eſſe rem amaram Orpheo pariter & Platoni, quod Amor quædam mors exiſtat, & mors amara ſit res: etenim vt vt mors phyſica plerumque ſentiatur amara, tamen metaphorica mors amantis, qua illius animus proprium ſe deſerere dicitur per ſui negligentiam & obliuionem, atque tranſire in amatum, de quo ſolo ſemper cogitat, amara non eſt, ſed omnino dulcis; quis ignorat amantem, dum de amato cogitat, dulciſſima voluptate frui? Profecto Amor ſapientiæ, qui Philoſophia dicitur, qua ſapientis animus veluti relicto ſuo corpore, totus eſt in cõtemplatione obiecti intelligibilis, nullo prorſus amarore cruciatur, ſed integra, ſola, ſolidaque dulcedine perfunditur: ita dubio procul affirmat Ariſtoteles, inquiens. [Exiſtimamuſque oportere voluptatem felicitati eſſe admiſtam: iucundiſſima autem ex virtutis operationibus ea procul dubio eſt, quæ ſecundum ſapientiam fit. Philoſophia ergo mirabiles habere & puritate, & nobilitate voluptates videtur.] Quum autem felicitati nihil amarum admiſtum eſſe valeat; iam in Amore ſapientiæ, quo cõtemplantis animus, etiam de ſententia Platonis, corpore ſuo veluti relicto tranſit in naturam obiecti (fit enim vel Ariſtoteli, id quod intelligit humanus intellectus) adhæreſcit obiecto ſuo nullam patitur amaritudinem: nulloque penitus afficitur homo dolore, qui ſic per ſapientiam mori dicitur a Platone, ac ex eo tum ab Ammonio Platonico, tum etiam a Plinio. Quam ſententiam nos agentes alibi de Lucernis Antiquorum reconditis fuſe ſatis explicauimus. De qua morte cõtemplationis Apoſtolus gloriatur, tanquam de nullius amaroris participe, ſed omnis voluptatis atque dulcedinis cumulatiſſima, dicens: [Si gloriari oportet (non expedit quidem) veniam autem ad viſiones & reuelationes Domini. Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim, ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio, Deus ſcit: raptum huiuſmodi vſque ad tertiũ cælum. Et ſcio huiuſmodi hominem, ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio, Deus ſcit: quoniam raptus eſt in paradiſum. Et audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Pro huiuſmodi gloriabor.] Ceterum in Amore mutuo nulla poteſt eſſe prorſus amaritudo interna, ſed ſumma & intima dulcedo ſemper ab amato in amantem influit reciproce: vbi vero mutuus non eſt Amor, ibi ſane mœror & dolor eſt in amante. Modo Ficinus abſolute ponit amarorem in Amore, tam mutuo, quam ſimplici ſolitarioque, ſtatuens eam amaritudinẽ in morte cõſiſtere, qua per cogitationẽ amati, & obliuionem negligentiamq; ſui, amans animum ſuum amittit, & ad amatum tranſmittit. Quare nõ eſt vera ſimpliciter iſta doctrina Ficini. Neque viri docti opinioni de Amore concupiſcibili conſentanea; quia Ficinus hic agit maxime de Amore probo ciuili, qualem memorat Pythiæ atque Damonis, Pyladis & Oreſtis; quorum Amores non fuere concupiſcentiæ libidinoſæ, ſed virtutis heroicæ. Denique vero non congruit iſta Ficini doctrina Schemati noſtro, in quo ponitur Cupido ſine voluptate fiere, atque papillo ſine dolore de conſpectu ſplendoris ignículi gaudere, ad quem vltro ſponteque volitat; etſi poſtea mortem inde ſubeat. Sed nec abſolute Ficino dandum eſt, mortem, vel naturalem atque realem, eſſe rem amaram; quum appetatur non raro a viris & probis, & ſanctis; quorum appetitus eſt veri, & boni; Curtius pro Patria mortem voluntariam ſibi delegit, in voraginem ardentem inſiliens: pro patria dimicando mori, nec mortem expaueſcere, pulchrum quid eſſe, non amarum, ait Ariſtoteles. Dauid mortem optabat, & Iobus; ille quidem dicens: *Heù mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt.* Iſte vero ſcribens, *Tædet animam meam vitæ meæ.* Et Paulus: *Quis me liberabit a corpore mortis huius?* & alibi: *Nunc magnificabitur Chriſtus in corpore meo, ſiue per vitam, ſiue per mortem: mihi enim viuere Chriſtus eſt: & mori lucrum. Quod ſi viuere in carne, hic mihi fructus operis eſt, & quid eligam ignoro. Coarctor autem e duobus, deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto, multo magis melius: permanens autem in carne, neceſſarium propter vos.* Non igitur abſolute mors eſt amara: Nec explicatio cl. Viri congruere Schemati noſtro poteſt.

Mors nõ omnis eſt amara

e 10. Eth. c. 7.

d 3. de an. t. 8. 18. 37. 38.

e in Phędone

f in Præd. Porph. prol.

g lib. 7. c. 50.

h lib. 3. c. 7. & lib. 4. c. 13.

i 2. Corint. 12. 1. & ſeq.

Amaritudo nulla interna eſt in Amore mutuo.

Ficinus notatur.

Mors nõ ſem per amara.

K 3. Eth. c. 6.

l Pſal. 119. 5.

m Iob. c. 10. 1

n Rom. 7. 24.

o Philip. 1. 20 & ſeq.

A

B

C

D

Propria declaratio prima de Amico vsque ad Aras. Cap. XLVIII.

EQuidem arbitror hocce Schemate nobis ob oculos poni ciuilem Amicum vſque ad Aras obſequentem Amico illicita poſtulanti; cuius apophthegmatis hiſtoria, ratioque pri-

Digitized by Google

A primum afferenda, deinde monſtrandum quam belle noſtri Schematis imaginibus expri-
matur. Enimuero Plutarchus in libello de Vitioſo pudore ſcribit: *Ego enim ne Periclem quidem probo, qui amico poſtulanti vt falsum pro ipso teſtimonium, idq; iuratus, diceret, respondit: Se vsque ad Aras amicum eſſe: nimis enim prope accoſſerat.* Eandem hiſtoriam attulit A. Gellius in ſuis Noctibus Atticis aiens: [a] *Pericles ille Athenienſis, egregius vir ingenio, bonisq; omnibus disciplinis ornatus, in vna quidem specie, sed planius tamen quid exiſtimaret, profeſſus eſt. Nam quum amicus eum rogaret, vt pro se, causaque eius falsum deieraret, his ad eum verbis vsus eſt: Opus est me amicis opitulari, sed vsque ad Deos.* Nec a Plutarcho, *Aras* memorante, diſſentit A. Gellius, *Deos* aſſerente; quod olim iurantes Aram manu tangerent, ſimulq; Deos teſtes rei iuratæ inuocarent: vnde Pericles apophthegmate ſuo admonet, (vt adnotat etiam Adagiographus) nonnumquam, quo conſulamus amicorum commodis, eorumque voluntati morum geramus, fas videri paululum a recto deflectere, verũ eatenus, ne propter hominem amicum Numinis reuerentiam violemus. Porro quatenus, & quouſque ſit ab honeſto deflectendum Amici cauſa, copioſe doctèque diſputant A. Gellius, atq; Plutarchus. Vbi vero non debet, neque poteſt amicus, ſaluo iure diuino, morem iniuſte gerere amico, ſaltem id agreferre tenetur; & angi, dolereque de negato auxilio. Hæc optime ſciteque nobis in Schemate repreſentantur; vbi mœrens atque lugens Amor, & manum dexteram attollens procul ab Ara, ſignificat apte virum amicum dolentem ſe non poſſe falſum deierare pro commodis amici, periurium pro ſe roganti. Ara cum foco ſine victima, ſatis indicat Altare priſci iuramenti. Papilio vero aduolans ad Aræ flammas, & illis incumbens, amicum refert iniuſtum periurium ab amico poſtulantem; nam vt vapapilio paſſim ad flammulas lucernarum aduolans, captus amore ſplendoris, hieroglyphicum eſt Amantis etiam concupiſcibilis, formoſitatem corporis amati depereuntis; nihilominus ad Aræ flammas aduolans, ſpeciatim eſt index Amici terrena commoda ſibi cupientis, neglecta, violataque religione diuina; cuius neglectui vel ipſe ſciens ſe perditum iri, contracta culpa mortali, quæ damnatur eius anima ad ignes æternos, nihilominus tanto rerum terrenarum appetitu detinetur, vt ſuſque deque habens animæ ſuæ curam, propter terrena commoda ſibi ſub ſpecie boni & pulchri ſplendentia, non curans exterminium ſui, mortemq; propriam tum ad igneis æternos animæ, tum etiam frequentiſſime corporalem in hoc mundo. Papilionem autem eſſe hieroglyphicum amantis terrena, conſtat ex eo quod ſemper prope terras volitat, nec vnquam ſe tollit ad ſublimia: quo nomine concupiſcibilium amantium corporeæ pulchritudinis mulierum typus eſt; vnde Taſſus Euſtachium amore concupiſcibili Armidæ flagrantem Papiliuni comparans, ait [b]

„ Come al lume farfalla egli ſuole
„ A lo ſplendor de la belcà diuina:
„ E rimirar d'appreſſo i lumi volſe,
„ Che dolcemente arſo modeſto inchina:
„ E ne traſſe gran fiamma, e la raccolſe
„ Come da fuoco ſuole eſca vicina.

Petrarcha ſimiliter ſe Lauræ puellæ amatorem Papilioni comparans aiebat: [c]

„ Son animali al mondo di ſi altera
„ Viſta, che contra il Sol pur ſi difende.
„ Altri, però che il gran lume gli offende.
„ Non eſcon fuor, ſe non verſo la ſera.
„ Et altri, col deſio folle, che ſpera
„ Gioir forte nel fuoco, perche ſplende;
„ Prouan l'altra virtù, quella, che incende:
„ Laſſo, il mio loco è in queſt' vltima ſchiera.
„ Ch'io non ſon forte ad aſpettar la luce
„ Di queſta Donna, e non sò fare ſchermi
„ Di luoghi tenebroſi, o d'hore tarde.
„ Però con gli occhi lachrimoſi, e infermi
„ Mio deſtino a vederla mi conduce!
„ E sò ben, ch'io vò dietro a quel che m'arde.

[a] lib. 1. cap. 3

Iuramenta veterum quo modo fierent

[b] Cant. 4. ſtan.

[c] Part. 1. Sonet. 17.

† Canz. & post alio loco in eodem sensu cecinit † Amans poeta:

,, Che pos'io far, temendo il mio Signore,
,, Se non star seco infin a l'hora estrema?
,, Che bel fin fà, chi ben morendo muore.
,, Come tal'hora al caldo tempo suole
,, Semplicetta farfalla, al lume auezza,
,, Volar ne gli occhi altrui per sua vaghezza,
,, Ond'auuien ch'ella muore, altri si duole,
,, Cosi sempr'io corro al fatal mio Sole
,, De gli occhi, onde mi vien tanta dolcezza,
,, Che'l fren de la ragion Amor non prezza,

Sic omnino Schemate nostro sub imagine Papilionis ad Aræ flammas volantis, indicatur Amator terrenarum rerum sine ratione, qui non curans de violando iure diuino, rogat amicum ad peierandum in sui commoda, quæ propriæ saluti æternæ præfert, ac ob ea se deuouet atque præcipitat in ignes diuinæ vltionis. Papilionem vero, quem multi veteres, quod ad ignes aduolet, ac in ijs combustus moriatur, Pyraustam appellare consueuerunt, ad lucernæ flammulam splendidam aduolare, ac in ea comburi, passim omnes agnoscunt, & asse-

d l. 12. de an. cap. 8. runt autores: Ælianus quidem infit: d *Exiguis fulgore Pyraustæ quod vehementi afficitur voluptate, idcirco quum flamma vel maxime viget, ad lucernas aduolat, atque non nihil capta-re videtur: at enim lapsus vinus comburitur. Meminit vero eius etiam Æschylus Tragœdia-rum scriptor hoc senario:*

,, Magnopere stultum metuo Pyraustæ exitum.

Sane stultus est homo valde, qui pro lucellis temporarijs dat se æternis ignibus vri. Zenodotus item ait, *Pyraustæ infectum esse, quod lucernis aduolet, atque ita exustis alis concidat,*

e Lib. 8. c. 10. f. *pereatque.* Paroemiographus inde prouerbium ducit: *Pyraustæ gaudium gaudes*, de momentanea fluxaque voluptate. Plinius ait: e *Papilio quoq; lucernarum luminibus aduolans inter mala medicamenta numeratur. Huic contrarium est iecur caprinum: sicut fel veneficijs ex mustela rustica factis.* Porro mala medicamenta nuncupat veneficia; quibus Papilio corporeus dum adnumeratur, mysticus iste noster inter peiora pharmaca veneficiorum habere locum videtur, qui periurium suadet amico. Martialis item ad Paulum de Phiala scri-

f lib. 8. c. 33. bens cecinit: f

,, De Prætoritia folium mihi, Paule, corona
,, Mittis: & hoc Phialæ nomen habere iubes.
,, Hæc fuerat nuper nebula tibi pegma perunctum,
,, Pallida quam rubri diluit vnde croci?
,, An magis astuti derasa est vngue ministri
,, Bractea, de fulcro quam reor esse tuo?
,, Illa potest culicem longe sentire volantem,
,, Et minimi penna Papilionis agi.
,, Exiguæ volitat suspensa vapore lucernæ,
,, Et leuiter fuso rumpitur icta mero.
,, Hoc linitur sputo Iani cariota Calendis,
,, Quam fert cum paruo sordidus asse cliens.
,, Lenta minus gracili crescunt Colocasia filo:
,, Plena magis nimio lilia Sole cadunt.
,, Nec vaga tam tenui discursat aranea tela;
,, Tam leue nec bombyx pendulus vrget opus.
,, Crassior in facie vetulæ stat creta Fabullæ
,, Crassior offensæ bulla tumescit aquæ.
,, Fortior intortos seruat vesica capillos,
,, Et mutat Latias spuma Baiana comas.
,, Hac cute Ledæo vestitus pullus in ouo:
,, Talia lunata splenia fronte sedent.

,, Quid

A ,, Quid tibi cum Phiala, ligulam quum mittere posses?
,, Mittere quum posses vel cochleare mihi?
,, Magna nimis loquimur: cochleam quum mittere posses,
,, Denique quum posses mittere, Paule, nihil.

At autor nostri Schematis, vt iudicaret hominem, qui rogaret amicum ad peierandum, Papilionem finxit, non qui lucernæ lumini solus aduolaret, ac exustis alis concideret mortuus; sed qui corpore suo toto recta descenderet in flammam Aræ sacram, ad quam alis extentis, quasi brachijs alliceret, attraheretque Amicum inuitum, atque lugentem, ad falsum pro suis commodis, violato iure diuino, iurandum; sed irrito conatu, dum amicus ille renuens ab Ara iuramenti procul dexteram extollens abducit: Luget quidem, quia mœstitiam magnam patitur, se non posse amico illicita postulanti gratificari. Quæ vero literæ leguntur in gemmula T. AVCTI, duas habere possunt explicationes; vna quidem est, quod nomen indicent hominis, qui tale Schema ferret in gemma sui anuli signatorij, nimirum is appellaretur *Titus Auctus*; ad quem sane, vel ad alium cognominem, habetur epigrāma Martialis † huiusmodi: † lib. 7. c. 51.

B ,, Gratum est, quod Celeri nostros legis, Aucte, libellos:
,, Si tamen & Celerem quod legis, Aucte iuuat.
,, Ille meas gentes & Celtas texit Iberos;
,, Nec fuit in nostro certior orbe fides.
,, Maior me tanti reuerentia turbat: & aures
,, Non auditoris, Iudicis esse puto.

vt hic esset anulus Titi Aucti. Consueuisse vero veteres in gemmulis Anulorum, quibus signabant, propria nomina ponere, constat euidenter ex anulo Fabij Maximi Cunctatoris; in cuius gemma sculptum fuit (vt obseruauimus *g* antea, & alibi, *h* tractantes de Anulis Antiquorum, ex Petrasancta, & Gorlæo K) monstrum equino Capite, cum humano vultu barbato in pectore, cauda galli gallinacei, pedibusque gruis, & literis primoribus nominis FAB ij Maximi Cunctatoris. Communiterque nunc etiam in anulorum gemmis homines tum principes, tum etiam humilioris conditionis nomina, cognominaque sua sculpere consueuerunt. Altera vero fuerit explicatio, si dicamus epigraphen in ijs literis contineri, qua sensus emblematis insinuetur; explicenturque notæ *Timoris aucti*; quum enim Deum timere debeamus ante omnia, iustum vindicem omnium scelerum, inter quæ summum locum obtinet periurium; de quo timore vltionis diuinæ pulchræ Virgilius: *i* *g* Sch. 4. & 5. *h* de anul. c. 4 *i* l. 6. de sym. her. c. 10. K num. 186.

C ,, Si genus humanum & mortalia temnitis arma:
,, At sperate Deos memores fandi atque nefandi.

Deum timere vt debeamus. *i* 1. Æneid.

vbi recte Donatus, atque Seruius verbum *sperate*, interpretantur *timete* diuinam Iustitiam; de qua sic etiam Aristoteles: *m* *Enimuero Deus (vt est vetusto verbo proditum) principium & finem, & media rerum omnium tenens, rectaq; linea incedens, operatur ille quidem secundum naturam, euestigio comitem habens Iustitiæ præsidem, quam Δίκην nominauerunt, diuinæ legis vindicem, simul vt quicquam sanctionum eius prætermissum est.* Quare falso deierare timens pro amico iniusta rogante, Periclem imitatus Amicus, autor Schematis, lugentem Amorem posuit ab Ara iuramenti manum attollere, *timoris* vltionis diuinæ *aucti* scribens epigraphen. *m* de mundo cap. 7. t.

D

Secunda Schematis explicatio, De Amico vero, qui dignoscitur in aduersa fortuna. Cap. XLIX.

SVppetit & alia propositi Schematis explicatio de Amico non fucato, qui rebus in aduersis non deserit Amicum, sed pro eius incolumitate vitam ponere paratus est: sane Amor iste lugens typus est amici calamitatibus oppressi, atq; nuditas eius indicat hominem omnibus fortunæ bonis expoliatum, quin & alis destitutus Amor, is est quo representatur etiam Amicus proprijs viribus priuatus, quibus valeat se se de calamitatis infimæ loco subleuare; quam luctu mœroreque magnam exprimit. Papilio vero sponte se se congerens in ignem Aræ sacrum, victimam holocausti pro amico suo, verum amicum se prodit; namque legimus in diuina pagina: *n* *Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam vt animam suam po-* n Ioa. 15. 13.

nat quis pro amicis suis. Papilionem autem esse symbolum amantis, abunde [b] superius ostensum est. Hic autem in Schemate Papilionem signare verum amicum, qui pro amico, miserias proprias lugente, mortis discrimina subit, ex eo licet aperte conijcere, quod non ponitur Papilio solus ad clarum splendidumq; lucernæ, cereique lumen aduolare, vt oblectetur ipse, fruaturque pulchritudine fulgoris, inde voluptatem sibi comparaturus; at ad præsentiam Amici lugentis, dolori sacrificandi, pro eo lubens se se conijcit in ardentes sacrificij flammas, vt in ijs moriens, ipsas extinguat humore suo vitali, pro salute Amici; proprijs alis apertis & elatis abigens ab Aræ flamma brachium, & corpus infelicis amici; anima sua velut expians amici miserias, apertas [c] enim semper, semperque conspicuas habet alas Papilio ad protegendum amicum in calamitate positum, tanquam typus amici veri, ab aduladoribus contradistincti; de quibus ita suauiter Ariostus: [d]

,, Alcun non può saper da chi sia amato,
,, Quando felice in sù la Ruota siede;
,, Però ch'ha i veri, e i finti amici a lato,
,, Che mostran tutti vna medesma fede.
,, Se poi si cangia in trist'il lieto stato,
,, Volge la turba adulatrice il piede.
,, E quel, che di cuor ama, rimarrà forte,
,, Et ama il suo signor dopo la morte.

Pauca sane paria verorum amicorum, qui vitam pro amico posuerint apud antiquos celebrantur: a Luciano quidem in Toxari, [e] & ab alijs passim Pylades & Orestes, Agamemnonis atque Strophij nati, quorum videns *vtrumque de hostibus in semet ruentibus securum, propellentem autem eos, qui in alterum feruntur, ac præ illa in oculis occurrere conantem, pro salute quo ducentem si interea ipse, modo seruet amicum, vel suo ipsius corpore præuertens excipiensque ictus in illum intentos. Iam vero tantam illorum benenolentiam, atq; in rebus tristibus communionem, fidem, humanitatem, veritatem, denique constantiam alterius in alterum amoris? hæc haudquaquam humana putauimus esse, verum animi cuiusdam præstantioris, quam pro more vulgarium istorum mortalium, qui donec secundis ventis nauigatur, amicis indignantur, nisi ex æquo participes fiant rerum vtrarum: quod si vel paulum ventis resistere cæperint, aut fugiunt, solos in periculis deserentes*. Huiusmodi celebrantur amici Theseus & Pirithous; Achilles & Patroclus, Pythias & Damon, paucique alij: sed etas nostra, quos plurimum admiremur, Amicorum par habet, in secundis pariter & in aduersis rebus incomparabiles, Nicolaum Barbadicum, & Marcum Triuisanum, insignes Patricios Venetos, qui mutuo sibi cuncta fortibus animis adinuicem communicarunt, vel etiam quæ ciuiliter incommunicabilia videntur. Qui propterea mystice representantur in Schemate; namque nobilem Papilionem Taruisanum exulem auolantem a Patria, redeuntemque demum ad paternas Aras, in quarum ignem victima voluntaria se se dare videtur, quum vt optaret, adiuuare se non posse perspiceret in Patria manens Brabadicus mœrore confectus mire miserequ contabuit ad animi defectum, & iam contabuit ad interitum. Vicissimque Triuisanus Barbadicum antea summis angustijs laborantem, posthabito suæ vitæ discrimine, fortiter incolumen eduxit e sæuientis fortunæ lacubus in pristinam honoris dignitatem. Sed quid moror in re cunctis euidentissima, nostrisque temporibus omnium eruditorum, & poetarum, & historicorum calamis iure merito celebratissima? coronidem hæc imponat explicationi Schematis in gemmula sexta conspicui: posteaquam notauerimus notas illas T. AVCTI similiter exponi tum pro Tito Aucto, qui Anulo signatorio gemmam istam habente vtebatur: tum pro Timoris indicio, qui semper Amoris comes est, vt pote natus ex eadem radice, scribente tum sacra pagina: [f] *Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris*: canenteque poeta: [g]

,, Res est solliciti plena timoris Amor.

[b] cap. 3

[c] Aldrou. de insect. pag. 7. B.

[d] Furio. c. 19 stan. 1.

[e] to. 1. Dial. de amicitia

[f] Eccli. 24. 24

[g] Ouid.

Digitized by Google

A *Amici defuncti memoria semper in corde conseruanda ; & Amatorem non redamatum, indignabundum extinguere suam affectionem.*

Schema VII. Gemma.



B

C

Aliena viri el. explicatio, de Amore monstrante cunctas humanas res esse vanas, proponitur, & explicatur primo sensu. Cap. L.

D PRæclarus ille vir, qui suppresso nomine proprio, dilucidare conatus est emblemata nostrarum gemmarum, in præsentia putauit hic Amorem poni, qui signet humanas res vniuersas esse vanitates, & nullo negocio vel minimi papilionis alis agi, versarique tanquam leues cineres, non terra conditos, sed in aere super humo manentes adhue, apposito pulchro tetrasticho.

,, Cur cineres terræ haud mandas, puer improbe ! cur &
,, Quæ tenebras minuit, vergis ad ima facem ?
,, Num ut nomen doceas, vitamque, ut inania cuncta
,, Vel minimi pennis papilionis agi ?

Quam quidem sententiam hausisse uidetur e sacra pagina ubi leguntur [a] *Verba Ecclesiastes filij Dauid regis Hierusalem : Vanitas vanitatum dixit Ecclesiastes : vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo, quo laborat sub Sole ? Generatio præterit, generatio aduenit, terra autem in æternum stat.* [a] Eccle. 1. Explic. 1. & seq.

Digitized by Google

Oritur Sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur, ibique renascens gyrat per meridiem, & fe- A
ctinat ad aquilonem. Lustrans in circuitu pergit spiritus & in circulos suos reuertitur. Om-
nia flumina intrant in mare, & mare non redundat. Ad locum, vnde exeunt, flumina reuer-
tuntur vt iterum fluant. Cuncta res difficiles; non potest homo eas explicare sermone. Non sa-
turatur oculus visu, nec auris auditu impletur. Quid est quod fuit? Ipsum quod futurum est.
Quid est quod factum est? Ipsum quod faciendum est. Nihil sub Sole nouum, nec valet quis-
quam dicere: Ecce hoc recens est. Iam enim præcessit in seculis, quæ fuerunt ante nos. Non est
priorum memoria: sed nec eorum quidem, quæ postea futura sunt, erit recordatio apud eos qui
futuri sunt in nouissimo. Ego Ecclesiastes fui rex Israel in Hierusalem: & proposui in animo
meo quærere, & inuestigare sapienter de omnibus, quæ sunt sub Sole. Hanc occupationem pes-
simam dedit Deus filijs hominum, vt occuparentur in ea. Vidi quæ sunt cuncta sub Sole: & ecce
vniuersa vanitas, & afflictio spiritus. Peruersi difficile corriguntur, & stultorum infinitus
est numerus. Locutus sum in corde meo dicens: Ecce magnus effectus sum, & præcessi omnes
sapientia, qui fuerunt ante me in Hierusalem, & mens mea contemplata est multa sapienter,
& didici: dedique cor meum vt scirem prudentiam atque doctrinam, erroresque & stultitiam: B
& agnoui quod in his quoque esset labor & afflictio spiritus; eo quod in multa sapientia multa
sit indignatio: & qui addit scientiam, addit & dolorem. Dixi etiam in corde meo, vadam &
affluam delicijs, & fruar bonis: & vidi quod hoc quoque erat vanitas, &c. Quas quidem hu-

Humanæ actiones & cogitationes vt vanæ sint, & vt non

manas omnes tam cogitationes, quam actiones (si non referantur in cultum diuinum, sed in seipsis absolute spectentur) vt ipse Salomon sapienter contempsit olim tanquam vanitates; ita non multo postea tanquam miserias deflevit Heraclitus, atque tanquam insanias risit cachinnans Democritus; qua de re nobilem epistolam Hippocratis (cuius autographum, aut antiquissimum exemplar in Vaticana Bibliotheca seruari testatur in Antropologia sua Volaterranus) afferre lubet ipsissimam: etsi prostat apud Medicos: quia mirifice declarat nostræ gemmæ sensum. *Hippocrates Damagetogaudium.* [Hoc erat illud, Damagete, quod

Hippocratis historia de risu Democriti

coniectabamus: non insanit Democritus, sed super omnia sapit: & nos sapientiores effecit, & per nos omnes homines. Remisi autem tibi amice reuera Æsculapeam nauem: cui cum Solis signo etiam sanitatis signum apponito. Nam reuera secundo numine vela fecit: & illa die in Abderam nauigauit, qua scripseram ipsis, me peruenturum esse. Omnes igitur ante portas congregatos inuenimus, nos, velut verisimile est, expectantes, non viros solum, sed etiam mulieres: insuperque senes & pueros, per Deos, tristes, itemque infantes. Atq; hi quidem sic habebant, velut ob Democritum insanientem. Ille vero syncere tunc in philosophando excellebat. Postquam autem me vidissent, visi sunt mihi paulum ad seipsos redijsse, & bonas spes ostentabant. At Philopæmen me ad hospitium ducere gestiebat, & hoc ab illis comprobatur. Ego vero, O viri Abderitæ, inquam, nullum mihi maius operæpretium est, quam Democritum videre. Illi vero hoc audito, collaudarunt, & gauisi sunt, & compendio duxerunt me per forum, partim sequentes, partim præcurrentes, alij ab vtraq; parte: Serua, clamantes, auxiliare, medicare. Et ego adhortabar ipsos vt confiderent, tanquam fortassis nihil esset mali: aut si quid esset, modicum id esse, & commodo facile, confisus horis anni Etesijs. Et simul hæc dicens ibam. Neque enim procul erant ædes: immo neque tota ciuitas. Aderamus igitur propinqua enim muro erant, & me placide recipiebant. At retro turrim collis erat altus, longis ac densis populis nigris vmbrosus, vnde De- D
mocriti habitacula conspiciebantur. Et ipse Democritus sub ampla ac humillima platano sedebat, in veste crassa circa humeros desuente: solus, discalceatus, super lapidem sedens, valde pallidus ac macilentus, promissa barba. Iuxta ipsum vero a dextra, tenuis aqua per declive collem decurrens leniter resonabat. Erat autem delubrum quoddam super illum collem, quantum equidem coniectura assequor, Nymphis dicatum, sponte enatis vitibus circumdatum. Ipse vero cum multo ornatu super genibus librum habebat: sed & alij quidam ex vtraque parte adiacebant. Accumulata erant etiam animalia multa per totum reseeta. Et ipse aliquando concitate incumbens scribebat, aliquando quiescebat, diu multumq; se continens, & in seipso meditans. Deinde non longe post his peractis, exurgens deambulabat, & viscera animalium inspiciebat: & depositis ipsis digressus, rursus desidebat. At Abderitæ circumstantes me tristes, & non procula lachrymantibus oculos habentes, Vi-

Abderitarum mira charitas erga Democritum.

Etesiæ salubres.

Democriti habitatio, & habitus qualis.

Libri veterũ ornatu multo fuerunt insignes.

Modus studendi Democriti.

des,

Digitized by Google

A des, inquiunt, Hippocrates, Democriti vitam, quum insanit, & neque quod vulnouit, neq; quod facit. Et quidam ex ipsis adhuc amplius ostendere volens ipsius insaniam, alta voce ploraui, instar mulieris ob filij mortem lamentantis. Deinde rursus cum gemitu eiulauit, personam agens viatoris, qui aliquid ex his, quæ portabat, amisit. Verū Democritus quum hæc audisset, partim ridebat, partim cachinnis explodebat, & nihil amplius scribebat. Caput autem frequenter concutiebat. Ego vero: Vos, inquam, o Abderitæ, hic manete ipse vero vbi & verbis & corpori viri propior factus fuero, videroque ac audiero, cognoscam affectionis veritatem. Et hæc locutus placide descendebam. Erat autem locus ille asper ac declivis. Itaque vix me sustulcius penetraui. Quum autem appropinquassem, incidi in ipsum nescio quid, quasi ex numinis afflatu & cum concitatione scribentem. Staban igitur isthic expectans tempus quietis ipsius. Ipse vero paulo post, intermisso scribendi impetu, & stilo scriptorio deposito, respexit ad me accedentem, & Salue, inquit, hospes: & Ego: Plurimum & tu, inquam, Democrite, vir sapientissime. At ille, verecundus arbitror, quod non nomine me compellassem. Te autem, inquit, quo nomine vocabimus? Ignorantia enim tui nominis, causa erat cur te hospitem appellarem. Hippocrates, inquam, mihi est nomen. Is vero, Asclepiadarum, inquit, nobilitas, & magna sapientia tua in re medica gloria multum celebris, etiam ad nos peruenit. Quid autem negocij, o amice, te huc perduxit? immo potius præ omnibus consule. Vides autem quod hæc sedes sobis instituta non est inamœna, viridis adhuc, ac mollis, & adinsidendum lenior inuidiosis fortunæ sellis. Quum autem consedissem; rursus, inquit: priuatum ne, aut publicum negocium agens huc peruenisti? Dic aperte; nam nos quantum possumus, adiuuabimus. Et ego: Quæ vera causa est, inquam, tui gratia huc venio, vt sapientem virum conueniam. Habeo autem causam patria, cuius legatum ago. Ille vero, Hospitio itaque, inquit, primum vere nostro. Ego vero per omnia virum pertentans, etiamsi iam mihi manifestum esset, ipsum non insanire: Philopæmenem, inquam, nosticiuem vestrum? etiam, inquit, valde? Damonis filium dicis, qui habitat apud Hermiden fontem. Hunc ipsum, inquam, cuius ego sum exquisitis peculiaris amicus. At tu, Democrite, potiore me hospitio excipe; & primum fare, quid sit hoc, quod hic scribis, dicito. Ille vero vbi paulum se continuisset: De insania, inquit: & ego: O rex lupiter, inquam, opportune profecto scribis contra eiusmodi. At ille: Qualem, inquit, eiusmodi? Hippocrates: Ego vero: Nihil, inquam, o Democrite, sed haud scio quomodo hoc verbum mihi excidit. Verum quid de insania scribis? Quid enim, inquit, aliud quam quid sit, & quomodo in hominibus generetur, & quomodo alleuetur. Namque insania. hæc, quæ vides, inquit, huius gratia resecco; non quod odio habeam opera Dei, sed bilis naturam, ac sedem quærens. Nosti enim quæ hæc furoris hominum causa est, vbi nimium redundarit. In omnibus equidem a natura inest: sed in quibusdam minus, in quibusdam amplius. At immodestia ipsius morbi sunt, ipsa velut materia, aliquando bona, aliquando mala subiacente. Et ego, per Iouem, inquam, o Democrite, vere hæc, & sapienter dicis. Quare beatum te iudico, quitanta quiete fueris. Nobis autem huius participes esse non permissum est. Interrogauit vero ille: Cur, o Hippocrates, permissum non est? Quoniam, inquam, aut agri, aut res domestica, aut liberi, aut vxor, aut morbi, aut mortes, aut funuli, aut nuptiæ, aut eiusmodi quædam opportunitatem nobis commodam eripiunt. Hic fane vir ille ad solitam affectionem delatus est, & valde effuse risit, ac cachinnatus est. Et de cetero quiescebat. Et ego: Quid vero, inquam, Democrite, vides? vrum bona, quæ dixi, aut mala? Ille vero adhuc magis ridebat. Et Abderitæ de colle id videntes, partim capita sua cædebant, partim frontem: alij vero capillos euellebant. Nam, velut postea dixerunt, amplioren, quam alias solitus esset, risum effuderat. At vero, inquam, sapientum optime Democrite, cupio causam huius tuæ affectionis cognoscere; quo risu ego tibi dignus visus sum, aut ea quæ dixi: quo hoc cognito, a causa desistam, aut tu reprehensus intempestiuos risus coerceas. Ille vero: o Hercules, inquit, si me reprehendere potes curationem perficies, qualem nullam vnquam, o Hippocrates. Et quomodo non reprehendaris, o optime? Aut nō absurdum te te putas, dum rides hominis mortem, aut morbum, aut mentis emotionem, aut insaniam, aut atram bilem, aut eadem, aut aliud quid peius? Aut vice versa nuptias, aut festiuitates, aut liberorum procreationem, aut mysteria, aut magistratus, aut honores, aut

Hippocratis, & Democriti colloquium.

De Insania quid scribe. ret Democri tus.

Bilis natura, & effectus.

Hippocrates a Democrito petit causam sui risus: & vt eum cogat illam reddere.

aliud

aliud quid omnino bonum? Nam quorum misereri oportet, ea tu derides; & ob quæ lætari conueniebat, ea itidem derides; adeo vt neque bonum, neque malum apud te sit discretum. A

Democritus aperit causã sui risus.

At ille; Hæc quidem, inquit, recte dicis, o Hippocrates: sed non nouisti risus nostri causam. Vbi vero interrogaueris; satis scio quod meum risum, meliorem legatione medelam ac curatione tuæ patriæ & tibi ipsi auferes, & alios prudentes facere poteris. Et pro hoc fortassis me vicissim medicinam docebis, vbi cognoueris quanto studio circa res nullo studio dignas versantes, & ea quæ nullius pretij sunt, facere conantes, omnes homines vitam consumunt, risu digna tractantes. Ego vero: Dic modo, per Deos, nunquid vniuersus mundus ægrotare se non animaduertit? & non habet quo legationem demittat ad sui curationem? Quid enim extra ipsum esse poterit? Multæ, inquit, sunt Mundorum infinitates: & nequaquam, o amice, diuitem naturam maligne extenues. At hæc, inquam, Democrite, suo tempore docebis. Vereor enim, ne hanc dum infinitatem recenses, ridere incipias. Scias autem nunc, de tuo risu, rationem vitæ te reddere debere. Ille autem torue me intuitus:

Democritus ridebat, non res naturæ, sed hominum ineptas actiones, vanasq; cogitationes

Duas, inquit, risus mei causas esse putas, bona, & mala. Ego autem vnum hominem rideo, dementia quidem plenum, rectis autem actionibus vacuum, in omnibus consilijs pueriliter ac stulte se gerentem, & nullius vtilitatis gratia labores nunquam absoluendos tolerantem. B Fines terræ, & infinitos recessus ex immodicis cupiditatibus penetrantem, argentum & aurum quærentem, & nunquam ab his acquirendis interquiescentem; sed semper circa plura adipiscenda tumultuantem, quo ipse inferior non sit, & neque pudefiat, si non felix appelletur. Rideo item ipsum eo quod hiatum terræ effodit, manibus eorum perquirens, qui partim a laxa ruente terra oppressi sunt, partim diutissime in hac necessitate detenti in supplicio velut in patria permanent, argentum & aurum inquirentes, vestigia pulueris ac ramenta perscrutantes, arenam aliam aliunde eruentes, & terræ venas excindentes, ad opulentiam semper glebas conflantes, ex matre terra hostilem terram, quum tamen eadem sit, facientes, & hanc admirantes pedibus calcant. Quanto vero risu dignum est, quod ærumnosam & occultam terram amant, manifestam contumelia afficientes? Alij vero canes emunt, alij equos: alij multam regionem circumscribentes, propriam sibi inscribunt; & multis imperare volentes, neque sibi ipsis imperare possunt. Vxores ducunt, quas paulo post eijciunt. Amant; deinde odio habent. Cum magna cupiditate liberos generant: deinde adultos eijciunt. C Quæ est illa vana ac absurda diligentia, nihil ab insania differens? Bellum intestinum gerunt, quietem non amplectentes. Reges alios deponunt, alios surrogant: occidunt homines; Terram fodientes, argentum quærunt. Argento reperto, terram emere volunt. Empta terra, fructus vendunt: fructibus diuenditis, rursus argentum accipiunt. In quot mutationibus uersantur? in quanta malitia? Dum opes non habent, opes expetunt: dum habent, occultant, dissipant. Rideo, dum improbe agentes video. Intendo risum, dum infeliciter agentes cerno. Veritatis enim leges transgrediuntur. Contentionis studio hostilem inter se litem habent, & cum fratribus, & parentibus, & ciuibus. Atque ad hæc pro eiusmodi opibus, quarum nemo, ubi mortuus est, dominus est, se mutuo occidunt. Illicitam uitam degentes, amicorum ac patriæ penuriam contemnunt. Res indignas, & inanimatas diuitiarum loco habent: pro uniuersa opulentia statuas emunt, quoniam effigies ita expressa est, ut loqui uideatur: eos uero, qui uere loquuntur, odio habent. Res insuper non faciles expetunt; nam continentem habitantes, mare cupiunt. Et rursus quum in insulis sunt, continentem desiderant, & omnia peruertunt ad propriam cupiditatem. Et in bello quidem D fortitudinem laudare uidentur: vincuntor autem quotidie a petulantia, ab auaritia. Ex omnibus affectionibus ægrotant. Thersitæ uero uitæ omnes sunt. Cur uero meum risum reprehendisti, o Hippocrates? Non enim quispiam suam ipsius dementiam, sed alius alterius deridet; hi quidem ebrios, quum ipsi sibi sobrij esse uidentur: alij uero amantes, quum ipsi grauiore morbo laborent: alij nauigantes, qui circa agriculturam occupati sunt. Non enim concordant neque artibus, nec operibus. Ego uero: Hæc quidem, inquam, vera sunt Democrite: neque alius aliquis conuenientior sermo esse poterit, ad mortalium miseriam declarandam. Verum ipsæ res sanciunt necessitatem & domesticæ dispensationis, & nauium fabricationis gratia, reliquæ item vitæ, in qua necesse est hominem esse. Non enim ad ocium [b] natura ipsum genuit. Ex his autem rursus ambitio effusa, multorum recte sentientem

Hippocratis apta redargutio ad risum Democriti.

b Gen. 2. 15

ani-

A animam decepit, qui omnia quidem recte ac serio agere studeant, velut re certa ac stabili futura. Non autem ita validi sunt, vt obscuritatem præuidere possint. Quis enim, o Democrite, vxorem ducens, separationem, aut mortem cogitat? aut quispiam liberos educans, ipsorum interitum? Immo neque in agricultura, & nauigatione, & regno, & magistratu, & omnibus que sunt in vita, vllus vnquam de errore præsumpsit, sed musquisque horum bona spe alitur, deteriorum vero ne meminit quidem: nunquid igitur risus tuus his minime conuenit? At Democritus, valde, inquit, tardo ingenio prædiptes, & longe a sententia mea abes, o Hippocrates, quitranquillitatis & perturbationis modum non consideras, præ ignorantia. Si enim hæc ipsa prudenti mente disponerent; & ipsi facile liberarentur, & meum risum leuarent. Nunc autem, velut rebus in vita firmis, dementes illi superbiunt, ob ratiocinationis expertem mentem, inordinatum impetum suum ægre discentes. Sufficiens enim admonitio ipsis esset, OMNIVM RERVM VICISSITVDO, quæ subitis mutationibus irruit, & de repente omnigenam circumrotationem inducit. At ipsi velut hæc firma sit, ac stabilis, obliti affectionum assidue incidentium, alitor alias ea quæ tristitiam inferunt, cupientes, & quæ non conferunt quærentes, multis calamitatibus inuoluuntur. Si quis vero iuxta

B propriam facultatem omnia facere cogitaret: stabilem sane vitam custodiret, seipsum cognoscens, & sui ipsius comparationem clare considerans, & non cupiditatis studium in infinitum extendens; sed opulentem naturam, & omnium nutricem, per sufficientiam intuens. Quemadmodum autem in optimo corporis habitu, affectionum periculum manifestum est; ita successuum fortunæ magnitudo periculosa est. Insignes autem palam in infelicitatibus conspiciuntur. Alij vero velut proximorum facta non videntes, a propriis malefactis pereunt, tam manifesta, quam obscura non prouidentes: quum longam vitam exemplum habeant eorum, quæ sunt, & quæ non sunt; ex quibus etiam futurum considerare oportebat. Hæc sunt, quæ mihi risus materiam præbent, o deinentes homines, prauitatis pœnas penden tes, auaritiæ, insatiabilitatis, inimicitiæ, insidiarum, doli, inuidentiæ (difficile est enumerare multiplices malorum versutias, sunt enim infinitæ) & in his dolosis versutiis vicissim conuersantes, & maligne sentientes. At virtutis apud ipsos modus est id quod decentius est: Mendacij enim studium exercent, voluptatem consectantur, legibus non obedientes. Quidam vero ex ipsis prædentiam in hominibus esse negat, vt qui neque visus, neque hudæus participes sunt. Solus autem sensus hominis recta intelligentia lucidus, & præsens & futurum præuidet. In omnibus displicentiam habens, & rursus ad eadem accedens: Abnegata nauigatione, nauigant: reiecta agricultura, rursus agrum colunt: eiecta vxore, aliam inducunt: genitos sibi liberos sepeliunt: & his sepultis, alios generant, ac rursus educant: Senectam optant, ad ipsam autem peruenientes gemunt: in nullo rerum statu constantem mentem habentes. Principes ac Reges priuatum prædicant: priuatus autem regnum appetit. Qui Reipublicæ magistratum gerit, artificem laudat, velut extra periculum constitutum: artifex autem illum, velut per omnia potentem. Rectam enim virtutis viam, puram, & lenem, ac inoffensam non vident, quam nemo ingredi audet. Feruntur autem in contrariam, difficilem ac tortuosam, per aspera incedentes, lapsantes, ac offendentes: plerique vero excidentes, anhelantes velut si qui persequatur: litigantes, modo posteriores existentes, modo præcedentes. Et quidam eorum petulanti alieni cubilis corrumpendi amore ardent, per impudentiam inducti. Alios auaritiæ morbus infinitus consumit: Alij mutuo insidias struunt: Alij

D ab ambitionis studio in aerem sublati, per malitiæ grauitatem in profundum perniciei præcipites deferuntur. Quidam destruunt: deinde rursus ædificant: largiuntur, deinde pœnitentia ducti amicitiæ iura tollunt, malefici per inimicitiam iura cognationis bello impetentes. Et horũ omnium causa est Auaritia. Qua in re hi a pueris ludentibus nõ differunt, apud quos consilium quidem iudicio caret: quod vero se forte fortuna obtulit, id iucundum est. At vero in desiderijs quod brutis animantibus reliqui faciunt, quam quod intra sufficientiam feræ ipsæ se continent? Quis enim leo aurum in terram occuluit? Quis taurus vberioris alimenti gratia depugnauit? Quam pardulim vnquam insatiabilitas cæpit? Sitit quidem aper, sed vsque ad aquæ appetentiam. Lupus autem, deuorato necessario alimento oblato, quiescit. Si dies ac noctes coniungat homo, non sentit conuiuandi satietatem. Ex annorum quidem temporum ordo, terminus est brutis ad coitum: at homo perpetuo insano libidinis œstro

stimu-

Versio Fœsij clarior.

Democriti responsio, sui risus istiam causam explicans.

Optimus habitus periculosus.

Fortuna valde prospera periculosa.

Prudentia ex longæuitate comparatum

Intellectus qui prudens in homine sit

Voluntas humana insatiabilis.

Auaritiæ mala.

Appetitus humanus ferino deterior.

Digitized by Google

ſtimulatur. Quæſo te, Hippocrates, non ridere debeo plorantem propter amorem ; eo quod commodo ſuo excluſus eſt ? maxime vero ſi quis periculorum contemptor ſit, & per præcipitia, aut pelagi profunditates feratur, riſum non extendam ? Non ridebo autem eum, qui nauem multis mercibus onuſtam demerſit, deinde mari indignatur, quod ipſam plenam ſubmerſit ? Ego equidem hæc minime ridicula duco : verum in eos aliquid moleſti excogitare cuperem. At neque medicinam pro his eſſe oportebat, neque aliquem pæonia pharmaca præparantem : atque huius rei documentum præbeat tibi tuus ille progenitor Æſculapius, qui dum ſeruaret homines, fulminis ictus graitam accepit. Non vides quod & ego maliciei pars ſum, dum inſaniæ cauſam inquirens, animalia macto, ac reſeco ? Oportebat autem ex hominibus cauſam perſcrutari. Non vides quod etiam ipſe mundus odio in homines plenus eſt ? Infinitas enim contra ipſos afflictiones accumulauit. Totus homo ex natiuitate morbus eſt : dum educatur, inutilis eſt, & alienum auxilium implorat : dum creſcit, proteruus, inſipiens, pædagogo opus habens : dum in vigore eſt, audax eſt : dum decreſcit miſerabilis, vbi labores ſuos imprudenter recolit, ac iactat. Ex maternis enim vteri inquinamentis talis prodijt. Et propterea alij indignatione ac immodica ira pleni, in calamitatibus ac pugnis verſantur : alij ſemper in adulterijs & eorrumpendis puellis : alij in ebrietatibus : alij in rerum alienarum cupiditatibus : alij in ſuis prodigendis. Vtinam facultas eſſet nobis, vniuerſorum habitationes reuelare, & nullum rerum in ipſis velamentum dimittere, atque ita ea, quæ intus aguntur, videre : videremus vtique alios edentes, alios vomentes, alios ſupplicijs torquentes, alios pharmaca miſcentes, alios inſidias conſtruentes, alios ſupputantes, alios gaudentes, alios plorantes, alios amicos accuſantes, alios propter ambitionem amentes. Quanquam ſint quædam actiones profundiores, quæ in animo occultantur. Et ex his quidam ſunt iuuenes, quidam ſenes : petentes, negantes : pauperes, opulenti : fame preſſi, luxu grauati : ſordidi, vincti, alij delicijs affluentes, famulitium magnum alentes : alij trucidantes, alij ſepelientes : alij ea quæ habent contemnentes, & ſperatis poſſeſſionibus inhiantes : alij impudentes : alij, parci : alij inexplebiles : alij occidentes : alij vapulantes : alij ſuperbientes : alij vanagloria elati. Et ex his aliqui apud equos ſpectatores conſiſtunt : aliqui apud viros, aut canes, aut lapides, aut ligna, aut æs, aut picturas. Et aliqui legationibus, aliqui militiæ, aliqui ſacerdotijs præſunt. Et alij coronas geſtant, aliqui armati ſunt ; aliqui occiduntur. Singuli vero ex his feruntur, partim ad pugnam nauale, partim ad militiam, partim ad ruſticationem : alij ad oneratias naues, alij ad forum, alij ad concionem, alij ad theatrum, alij ad fugam, alij alio. Et rurſus quidam ad voluptatem deliciaſque, ac intemperantiam : quidam ad ocium ac ſocordiam. Quum igitur tot indignas ac infelices animas videamus ; quomodo non vitam ipſarum eiuſmodi intemperantia præditam riſu exſibilarimus ? Quin & valde timeo, neque medicinam tuam ipſis placere. Nam præ intemperantia omnia ipſis diſplicent, & inſaniam ſapientiam putant. Profecto ſuſpicor pleraque in ſcientia tua palam contumelia adfici, aut propter inuidiam, aut propter ingratitudinem. Ægrotantes enim ſimul vt ſeruantur, cauſam Dijs, aut fortunæ attribuunr ; plerique vero ſuæ naturæ hoc adſcribentes, benefactorem odio habent ; & parum abeſt vt indigne ferant, ſi debitores eſſe putentur. Sed & plerique artis ignorantiam in ſeipſis habentes, & imperiti exiſtentes, id quod melius eſt, purgant. Inter ſtupidos enim fiunt ſnffragia, & neque ægroti atteſtari volunt, neque eiuſdem artis artifices teſtimonium præbere ; inuidia enim obſtat. Non autem inexpertus es tu talium nugarum ; immo probe ſcio, ob hæc te ſæpe innumeralibus afflictionibus accerſitum fuiſſe, & neque cauſam, aut inuidiam libenter deriſiſſe. Veritatis enim neque cognitio vlla eſt, neque vllum teſtimonium. Hæc autem quum diceret, ſubridebat, & mihi, o Damagæte, diuina ſpecie apparebat, & velut qui priorem ſuam formam exuiſſet. Et ego : O magnum te, Democrite, inquam : magna xenia, & hoſpitalitatis tuæ munera, in Co mecum afferam. Multa enim me ſapientiæ admiratione impleuiſti : Diſcedo enim veritatis tuæ præco, laudumque tuarum, qui humanam naturam inueſtigaſti, ac conſideraſti. Quum autem mentis meæ medelam a te acceperim, abeo nunc tempore hoc expetente, itemque corporis curatione. Cras vero, & deinceps, hoc loco rurſus conueniemus. Atque hæc locutus ſurrexi. Et ille paratus erat me ſequi. Quum vero quidam accederet, haud ſcio vnde, tradebat ipſi libros. Et ego concitatius feſtinaui, & ad Abderi-

Fœſi melior interpretatio

Æſculapius fulminatus.

Hominis infirmitas aſſidua.

Actiones occultæ, quæ.

Medicorum infortunium

Veritas lucet occulta.

tas

A tas in ſpecula me expectantes: Viri, inquã, pro legatione veſtra ad me, magna ſit vobis gratia. Vidi enim Democritũ virũ ſapiẽtiſſimũ, qui ſolus potẽtiſſimus eſt homines prudẽtes facere. Hæc habui Damagæte, quæ de Democrito valde magna animi lætitia tibi recẽſere volui. Vale.] His forte quiſpiã exiſtimauerit opinionem, eruditi viri tetraſticho propoſitam, cõprobari poſſe; qua decernit Improbum Amorem, ſcilicet Inordinatum hominũ Appetitum ſuſq; deque agere famam, & vitam humanam actiuam, tedddereque mortalium actiones omnes vanas, quales depingit Salomon: & infelices, quales deplorat Heraclitus: & riſu dignas, quales arbitratur irridens illos Democritus.

Sententia viri Cl. hoc ſenſu ſumpta, non conuenire Schematis imaginibus oſtenditur. Cap. LI.

B VEra dubio procul ea ſunt, quæ de cupiditatum humanarum, & actionum inde prodeuntium vanitate, peruerſitate, ridiculiſque conatibus, atque miſerijs allata fuerunt ex tribus hominum ſapientiſſimis in mundo, Salomone cunctas illas omnino contemnente; Democrito prorſus irridentes: ac Heraclito potius deplorante. Sed tamen iſta noſtro Schemati nullatenus congruere videntur. In primis enim Amor oſtendens actus humanos, & famam, vanitates eſſe deſpicabiles, inſanias riſu dignas, aut miſerias deplorabiles, facillimeq; leuiſſimo fortunæ flatu cõturbari, nõ debet improbus audire; quum improbi nõ audiant ex eadem cauſa, ſed optimi ſapientiſſimique virorum Salomon, Heraclitus, atque Democritus. Deinde vero cupiditas hominum improba facit quidem peruerſas actiones mortalium, at earum malitiam & vanitatem non docet, ſed potius occultat, ipſas colorans atque fucans boni cuiuſdam ſpecie; quum Appetitus omnis in bonum feratur, ſiue reale, ſiue apparens; vt admonet Ariſtoteles [a] alicubi. Deinceps autem cineres elatos, quos incluſos in vrna mortuali geſtat Amor effictus in Schemate, quomodo valeant pennis papilionis agi, diſpergique? maxime vero deorſum in terra iacentis? enimuero papilio nunquam quietus humi iacet, niſi mortuus; viuus autem aſſidue volitat io aere, ſemper aduolans aut ad ignes, aut ad plantarum frondes, atque flores, inde ſibi nutrimenta [b] ſumpturus. Inſuper Amori fax aſſignata, non eſt ad minuendas, pellendaſque tenebras illuſtri fulgore ſuo, ſed ad inflammandas animas & cupiditates hominum acri nimium ardore ſuo. Quare Schema noſtrum non poteſt comprobari propoſita doctrina Salomonis, Heraclici, aut Democriti ad ſenſum hunc eruditi viri.

C

[a] 2. Phy. t. 38. 5. Meta. t. 3.

[b] M. Alb. l. 26 de anim. cir. f.

Secundus eruditi viri ſenſus explicatur, & expenditur. Cap. LII.

AT vero fortaſſis alio reſpexit illo ſuo tetracticho vir eruditus; nimirum indicauit Amorem concupiſcibilem, improbum vere, nimium detrahere de fama, virtutibuſque fortium, & ſapientum virorum, quos aliquando ſubegerit. Ceterum nec iſta penitus veritati, neque Schemati noſtro conueniunt. Non quidem veritati, quoniam fama, nomen, virtuſque Salomonis, Herculis, Sanſonis, & aliorum virorum, alta ſapientia, fortitudineque clariſſimorum, etiam num cluent illuſtriſſimæ in hominum memoria; quamuis vtcumq; de illis Heroibus triumphaſſe videatur Amor cõcupiſcibilis mulierum. Deinde vero nõ aptatur hæc explicatio Schemati noſtro, in quo pingitur Amor triſtis, & mœrore cõfectus; quum de tantis viris triumphans Amor alacer effingi debuiſſet. Inſuper quomodo facem, qua vicit inclytos homines, non elatam vibret ouans, vt in primo Schemate vidimus, at inuerſam demittit? Quid ad hunc ſenſum præterea facit vrna ſepulchralis in Amoris manu? Quid papilio tellure iacens? Non igitur illo ſuo tetraſticho rem acu tetigit in propoſito vir eruditus.

D

Digitized by Google

Propria Schematis explicatio prior est, de Amico vero mœstam Amati defuncti memoriam conseruante. Cap. LIII.

EQuidem animo recolens omnes, atque singulas imagines effictas in gemmula nostra, singulæ seorsum pariter, & omnes vna iunctæ mihi videntur ob oculos ponere vnicam actionem, scilicet conseruationem charæ memoriæ, quam corde gerit superstes Amicus de Amato suo vita defuncto. Siquidem in primis Amor ille tristis, expansis alis, & diuaricatis cruribus velut incedens, ceu loco stare quiescereue nescius, Amantem representat apte superstitem Amato defuncto; quod Amor a Platone [a] rectissime ponitur in Amante, non autem in Amato; quoniam Amatus potest nō redamare, propterea que Amore carere; quod asseuerari nequit vllo pacto de Amante. Verba quidem Hospitis in Conuiuio Platonico, quibus ille Socratem corripit, opinantem falso, Amoris ideam esse in Amato, quum in Amante sit, ea sunt: *Nec mirum est, talem te Amorem finxisse ex ea opinione, quam de natura eius habebas. Nam vt ex tuis dictis coniicio, non Amantem, sed Amatum Amorem esse putabas; & idcirco pulcherrimum tibi Amorem esse visum existimo. Amabile quidem ipsum reuera pulchrum est, delicatum, perfectum, & certissimum: Amans autem aliam talem ideam habet, qualem in superioribus figuraui. Esto, inquam, vt ais, hospes; praclare enim loqueris. Quum vero talis sit Amor, ad quid conducit hominibus? Hoc deinceps, o Socrates, docere conabor. Talis equidem est, & ita genitus Amor. Est autem pulchrorum, vt ipse inquis. Verum, si quis ita quærat, cuius gratia Amor pulchrorum est, o Socrates, atque Diotima? Immo sit clarius; Qui pulchra amat, quid ab his potissimum expetit? Quid respondebimus? Adesse videlicet sibi, &c.* Ex quibus apparet, Amorem, qui est desiderium pulchri, seu Appetitus coniunctum sibi habendi pulchrum, non in Amato esse, qui pulcher est in se, neque pulchro coniungi desiderat, sed in Amante; qui solus optat adhærere pulchro, ipsumque possidere, quod caret; saltemque per charam eius memoriam alta mente conseruatam, vbi vita defunctus fuerit Amatus. Itaque sculptus Amor in Schemate, hieroglyphicum est Amantis; cuius in vultu mœror, Alarum expansio, & incessus, maxime demonstrant, angi se, cruciari, nec inuenire posse requiem ob Amati mortem. Quam apprime deinde significat inuersa fax ad terram; vt innuit [b] Ouidius in Elegia, qua defletmortem Amici sui Tibulli, vetsiculis istis, vt obseruat Pierius: [c]

,, Ecce puer Veneris fert euersamque pharetram,
,, Et fractos arcus, & sine luce faces.

Et si Valerianus ipse velit, huiuscemodi faces inuersas indicare mortuos Amatores. Nostrā men videmus in funebri pompa militum ab amicis commilitonibus viuentibus deferri resmilitares omnes inuersas; adeoque nunc Amantem, sub Amoris imagine signatum, ferre facem inuersam in cultum Amati vita defuncti. Quum enim ostensum sit, Amorem in Amante solo reperiri proprie, non in Amato formaliter; iam non potest defunctus Amatus inuersam facem deferre sub specie Amoris; at solum superstes Amans Amato suo talem honorem exhibere potest apte sub Amoris lugentis imagine, qual m habemus in Schemate. Præterea, satis ad hoc indicandum Amor iste dextera manu sibi nunc ad pectus applicitam gerit vrnam sepulchralem, in qua defuncti Amati cineres continentur inclusi; quos assidue secum gestat, memoriam Amati sui charissimam. Scite vero vas illud acuminati fundi, fictile veteribus appellatum (vt alibi luculenter explicaui tractans De Lucernis antiquorum [d] recondit. is, posterioris editionis) quod in terra per se consistere nequit, effigiatur, vt semper & assidue manibus Amantis teneatur ad lugem Amati recordationem. Quam apud veteres veritatem Artemisia Regina superstes Amato coniugi Mausolo Regi Cariæ defuncto, nobis confirmat etenim cineres Amati viri semper in corde gestare voluit; sic A. Gellio scribente suis in Atticis: [e] *Artemisia Mausolum virum amasse fertur, supra omneis Amorum fabulas, vltraq; affectionis humanæ fidem. Mausolus autem fuit, vt M. Tullius ait, rex terræ Cariæ, vt quidam Græcarum historiarū scriptores dicunt. Is Mausolus vbi fato perfunctus est: & inter lamenta & manus uxoris funere magnifico sepultus est. Artemisia luctu atq; desiderio mariti flagrans, ossa, cineremq; eius mista odoribus, cōtusaq; in pulueris faciē, aquæ indidit, ebibitque: multaq; alia violenti amoris indicia fecisse dicitur. Molita quoq; est ingenti impetu operis cōseruādæ mariti memoriæ causa sepulchrū memorati illa mū, dignatumq; numerari inter septē omniū terrarū spectacula.*

[a] in Sympos.

Amorem esse in Amante, non in Amato necessario

[b] Extr. cla. c. l. 46. Iter.

Pierij sententia non recepta.

[d] lib. 6. c. 18.

[e] 10. Noct. Att. c. 18. Artemisiæ mirus Amor in coniugem defunctum.

Id

Digitized by Google

A Id moris igitur in gemmula noſtra ſatis exprimit Amor vrnam ſepulchralem defuncti cineribus, oſſibuſque plenam manu geſtans pectori applicatam, velut charam Amati defuncti memoriam. Ad hunc ſenſum attinere videtur etiam papilio degens humi, non autem volitans in aere; tum quod papilio non degit humi quieſcens niſi mortuus; alioqui ſemper volitans. Nec obſtat, quod in Schemate papilio pingatur alis apertis; nam id genus inſectorum, Aldrouandi *f* præceptoris mei Cl. notatu, ſemper habet alas apertas, ſemperque conſpicuas, ſiue viuens volet, ſiue mortuus iaceat, ad volucrum, & pennatorum aliorum omnium differentiam: tum quod papilio ſymbolum eſt Amici demortui in Schemate, vbi fax ad terram inuerſa Solem occidentem veſpere deſignat, quo tempore papilio ephemerum animal emoritur; de quo Pierius ita: *g Apud Cimmerium Boſphorum Hypani fluuio veluti folliculos acinis maiores ferente, gignitur Ephemerus, animal quadrupes volatile, quod nos Diarium appellare poſſumus. Vnius diei vita. Per hieroglyphicum eius infantem aliquem, qui non vltra vnius diei ſpatium vitam produxerit, nonnulli ſignificandum cenſent. Id enim animalis genus vt eruperit e folliculo, in pomeridianum vſque diei tempus viuit, & volat, mox deſcendente Sole macreſcit, & languet, deinde occidente moritur, vita non vltra diem vnum prorogata. Eiuſdem imbecillitatis eſt papilio, in grandiſſima muſca ſpeciem, colore albido, qui ex folliculo bombycis intra ſuam aranеam conditi transformatique erumpit, candidoque exceptus velo, ova haud ita multo poſt papauerum ſeminibus paulo maiora, edit plura numero; mox intra pauciſſimarum horarum ſpatium emoritur.* Quod ab Alberto Magno deſumpſiſſe videtur, alicubi ſcribente: *h Papiliones ſunt vermes volantes multorum colorum. Quidam enim ſunt in alis ſicut purpura, quidam albi, quidam hyacinthini, & quibuſdam quadam ineſt rubedo: hi ſunt, qui in autumno coeunt: & poſt coitum maſculus moritur: & tunc ova facit femina, & ipſa ſimiliter moritur. Ex his autem ouis poſt hiemem alij volantes producuntur, longas valde, & in ſe reflexas habentes promuſcides, qui rores ſugunt de floribus, & his viuunt.* Itaque Schematis noſtri ſenſus eſt, Amorem triſtem, qui ſiniſtra facem tenet inuerſam, dextera ſepulchralem vrnam oſſibus cineribuſque plenam pectori applicitam gerit, inſpiciens ad pedes iacentem mortuum papilionem, ſatis indicare Amantem hominem, qui deflens amatum vita defunctum, eius charam memoriam aſſidue recolit animo, ſuperſtes.

Papilio nunquam quieſcit viuus.

Alas numquā claudit.

f de inſ. p. 7. B.

g lib. 26. hier.

Ephemeuum, animal quale ſit.

Papillo ſimilis vt ſit ephemero.

B

h 26. de ani. f

C

Secunda Schematis explicatio, de Amante non redamato ſuum Amorem extinguente per indignationem. Cap. LIV.

CEterum & alia fere contraria hieroglyphici propoſiti ratio poteſt haberi; nimirum Amans hic exprimitur, qui non redamatus Amore mutuo, ſuam affectionem erga ingratum Amatum penitus extinguit per indignationem. Qua de re ſuperius *a* audiuimus Platonicum Ficinum, *b* dum aſſerit Amantem, qui mutuo compenſatur Amore, mortuum quidem eſſe in ſeipſo, ſed in Amato redamante viuere; qui vero non compenſatur Amore reciproco, nec in ſe, nec in alio viuere; ſed omnino mortuum eſſe; nec vnquam reuiuiſcere, niſi ſuſcitet eum indignatio, reuocans ad vitam priſtinam liberam, & Amore vacuam; verba viri ſun: *Nuſquam ergo viuit, qui amat alium, ab alio non amatus. Propterea omnino mortuus eſt non amatus amator. Nec reuiuiſcet vnquam, niſi indignatio ſuſcitet.* Profecto typus Amantis non amati penitus, & omnino demortui papilio videtur in terra iacens immotus; quod enim alas apertas habeat, inde prouenit, quia natura ſua non poteſt illas contrahere; quum alarum antennæ illi prætendantur ob oculos, vt ait Ariſtoteles, *c* & contrahi nequeant: Papilionem vero ſymbolum Amantis eſſe, volantis ad lucidam pulchitudinem, iam antea *d* demonſtrauimus. Hic autem inuerſa fax extingui ſplendorem ſuum ſibi ſentit, & id ab humote proprio defluente, qui flammas omnino ſuffocat; Amatus enim non redamans, propria voluntate reflans in Amantis flammas, eas extinguit indignatione in Amantis animo procreata. Cuius indignationis indicium apertum in Schemate vidimus, vbi pingitur Amor, quem in Amante ſolo nouimus ineſſe, turbato prorſum aſpectu proſpectare ſuam dilectionem omnino neglectam in ſuo Papilione mortuo & ante pedes ad terram iacente. Sepulchralis autem vrna plena cineribus, & oſſibur defuncti, pectori applicita, manuque dextera nimis aarcte comprehenſa, ſignificat euidentiſſime conſiderationem interemptæ mortuæque penitus

a Sch. 6. c. 2.

b in ſymp. or. 2. c. 8.

c 4. hiſt. c. 7.

d Sch. 6. c. 3.

D

nitus dilectionis propriæ, gladio ingratitudinis Amati non redamantis. Quam alta mente repoſtam aſſidue conſiderans exoſus & inuiſus Amator, tandem indignatione concepta facem vividi ſui Amoris inuertit, & humore propriæ indignationis extinguit; qua penitus extincta, ſe redigit in priſtinam libertatem, ſeque ſuſcitat ad vitam priorem, qua viuit in ſemetipſo de ſemetipſo cogitans. Accipit autem Amor vrnam ſepulchralem e ſupellectile Matris Veneris, quam olim ideo priſci Libitinam appellauere; de qua Gyraldus ita: *Libitina Venus a Latinis exiſtimata fuit, ea quæ ſepulchris præſſet. Hæc quidem Dea & ingredientibus in vitã, & egredientibus præeſſe indicabatur; vnde etiam Epitymbia Delphis cognominata.* Ant quoq; Gyraldo Cælius ſ ante ſimiliter aſſerunt: *Illud vero ad inſtituta vitæ etiam pertinet, non ad hiſtoriam modo & doctrinam, veterum exquiſitiſſima ingenia Venerem non ſolum præſidem natalium coluiſſe, verum etiam mortis: ſiquidem in æde Libitinæ, quæ ad ſepulturam pertinent, vendere conſueuerant, Libitinam non aliud quam Venerem eſſe exiſtimantes. Hoc autem argumento humanæ fragilitatis vnumquemq; admonebant, quod vna eademq; Dea, principium ac finem vitæ in poteſtate habeat, vt quæ ingredientibus vitam vel decedentibus præſideat. Porro etiam Delphis Epitymbiæ Veneris exigua ſane ſtatua oſtendebatur poſita, ad quam manes in parentationibus ac libationibus elicere atq; euocare conſueuerant. Libitinam a libendo dici M. Varro interpretatur, eamque non eſſe aliam, quam Venerem.* Itaque de Veneris æde ſepulchralem vrnam Amans inuiſus ac exoſus accipit, in qua ſui Amoris manes aſſidue conſiderans, ab ingrato Amato perempti, per iuſtam indignationem inuerſa face ſui ardoris, illum extinguit, humore cogitationum, quo nutriebat ipſum aſſidue, affatim effuſo in propriam flammam; quæ proinde ſuffocata penitus extinguitur. Hæc de re [g] Pierius, *Nuſo rem Ægyptiacam, qua ratione quis euaſiſſe de Amoris ergaſtulis indicare poſſit, in Erycinæ Veneris templo ſculptam admonuit.* II. *de Amoris Remedio.*

,, Eſt prope Collinam templum venerabile portam,
,, Impoſuit templum nomina cellus Eryx:
,, Eſt illic lethæus Amor, qui pectora ſanat,
,, Inque ſuas gelidam lampadas addit aquam.
,, Illic & iuuenes votis oblinia poſcunt,
,, Et ſi qua eſt duro capta puella viro.

Vt in Schemate ſictus habeatur Amor iſte lethæus, qui facem dilectionis extinguat affuſo humore, quo nutriebatur elata, nunc demum inuerſam. Recte Pierius addit: *Erycinæ vero Veneris templum non tantum loco hoc ad Erycis filij memoriam reſpicere videtur, quam verum tacite innuit Græci nominis ſignificatum, hoc eſt, aſſertricis, quippe ab ἐρύκω τὸ ἐρυκέω, aſſero, libero, defendo; vnde ἔρυμα, munitio, propugnaculum. Inde etiam Eryci Epitheton celſus, quod editioribus locis arces olim fieri ſolita.* Hactenus de Schemate ſeptimo.

[a] Syth. 13.

[f] lib. 29. ant. lect. c. 18.

Venus præſes natalium, & mortis.

[g] lib. 46. hier.

Erycinæ Veneris templũ vnde dictum



Conin.

Digitized by Google

Coniugalis Amor armis offendentibus expoliatur a pudica Matre-familias.

A

Schema VIII. Gemma.



B

C

Ex Gemma
Apud Petru Stephanonu

Vult non vult mater tibi reddere parue sagittam,
tu irato similis projcis arma humeris.
At mihi dic, miserum cum spicula dirigis in cor.
Num te vel materno ludere parue iuuat?

Explicatio Schematis a Cl. viro propositâ, de Cupidine indignè ferente sibi spicula negari à Venere, proponitur, & expenditur.
Cap. LV.

HAbemus in isto Schemate pulcherrimo nudam Venerem, lacinia tantùm ex humeris a tergo pendente, in sua concha marina, non mari nauigantem, sed humi stantem, Amori pusioni prorsus exarmato, sagittam efflagitanti, spiculum dare nolentem, areu filij calcato, & pharetra humi delecta, Cuius quidem Emblematis vir eruditus eam attulit explicationem, qua censet Venerem cum Amore filio ludere, simulareque se pusioni telum dare nolle, quum tamen velit ei sagittam reddere; Cupidinemque subiratum alia tela projcere; quem coarguit, veluti Matri vel ipsi non parcentem; quasi Venus Amori telum eripiat, ne ab ipso feriatur. Pulchro satis epigrammate suam sententiam exponens, ait vir eximius:

D

,, Vult, non vult Mater tibi reddere; parue sagittam:
,, Tu irato similis projcis arma humeris
,, At mihi dic, miserum quum spicula dirigis in Cor,
,, Num te vel matrem ludere, parue, iuuat?

Affertur his a viro præstanti scitula sententia Schematis, & interpretatio lepida, sensusque poeticus, probabilitate non carens. Quam videtur fulcire Moschus in Amore fugitivo Venerem introducens de filio sic dicentem: ,, Par-

Digitized by Google

,, Parua pharetra olli dependet, & aurea tergo:
,, Sunt & amari intus calami, quibus ille proteruus
,, Me quoque sæpe ferit matrem.

Quare nil mirum, si Venus ereptum Amori calamum dare nolit. Nisi quod Arcus in icone videtur non a Cupidine proiectus, sed a Venere calcatus. Et qui multas alias in pharetra sagittas habet; non adeo Matri surripienti, negantique dare telum vnicum irasci debuit vt omnia reliqua proijceret arma per indignationem. Sed neque ratio redditur, cur Venus in concha marina sua stare ponatur, non in mari nauigans, verum in terra manens; quod est præcipuum huiusce Schematis mysterium, non negligendum ab Interprete symboli. Quare nobis alia Schematis explicatio seria magis, & propria magis, atque luculentior est inuestiganda.

Proponitur expositio propria de Amore Coniugali, exarmato spiculis offensionis per pudicitiam Matris-familias. Cap. LVI.

EQuidem existimo seriam in isto Schemate proponi sententiam de Amore Coniugali, qui cunctis offendentibus telis exarmetur a pudicitia castæ Matrisfamilias. Et sane Venus ista magna Conchæ marinæ, non natans nauigansque per maria, sed in terra stans, aperte nobis ob oculos ponit castam Matronam suæ domi consistentem: quod apte docuit Micyllus ille Bocatij libros de Genealogia Deorum annotationibus ditans, dum ait: [a] *Fortasse huc pertinet, quod Græci Venerem in concha stantem pingebant; quo tamen illi non libidinem, sed hoc significare volebant, quod Matrem familias decet, suæ domi considere, atque manere, neque se alienis rebus at q; negocijs immiscere. Id quod & Homericus Telemachus matri Penelopæ in-*[b] *nuebat, quum dicebat:*

a lib. 3. Gen. Deo ad c. 23.

b Odyss. 1.

,, Mater mea, quid sane rursum inuides iucundum cantorem
,, Oblectare, quocumque illi mens impellitur? non sane cantores
,, In causa sunt: sed interdum Iupiter in causa est, qui suggerit
,, Viris ingeniosis ita vt velit vnicuique.
,, Huic autem non reprehensio, quod Danaum aduersa canit.
,, Eam enim cantilenam magis celebrant homines,
,, Quæcumque auditoribus recentissima existit.
,, Tibi vero sustineat cor & animus audire.
,, Non enim Vlysses solus perdidit reditus diem
,, In Troia; multi vero alij viri perierunt.
,, Sed in domum profecta, tua opera administra,
,, Telamque, & colum: & ancillis impera
,, Opus accelerare: sermo vero viris curæ erit
,, Omnibus: potissimum vero mihi; huius enim imperium est in domo.
,, Illa quidem attonita, rursus in domum iuit:
,, Filij enim dictum prudens ponebat in animo.
,, Ad cœnaculum vbi conscendisset, cum ancillis mulieribus.

Tela vero, quibus Cupido ferit Amantes, affectiones illas multum ærumnosas infligunt, quas pulcherrime describit in Cistellaria [c] Plautus, inducens Amantem ita dicentem:

c Act. 2.

Credo ego Amorem primum apud homines carnificinam commentum.
Hunc ego de me coniecturam domi facio; ne foras quæram,
Qui omnes homines supero, atque antideo cruciabilitatibus animi.
Iactor, crucior, agitor, stimulor, versor in Amoris rota miser.
Exanimor, feror, distrahor, diripior, ita nullam mentem
Animi habeo: vbi sum, ibi non sum: vbi non sum, ibi est animus.
Ita mihi omnia ingenia sunt: quod lubet, non lubet iam id continuo.
Ita me Amor lapsum animi ludificat, fugat, agit, appetit,
Raptat, retinet, iactat, largitur, quod dat non dat, eludit:
Modo quod suasit, dissuadet; quod dissuasit, id obstentat.

Mari-

Digitized by Google

A *Maritimis moribus mecum experitur, ita meum frangit amantem*
Animum: neque nisi quia miser non eo pessum, mihi vlla abest
Perdito pernicies, &c.

Vere Boccatius: † *Equidem bene fluctuabat in salo Veneris homo iste.* His vt vt ærumnis affligitur, quicumque vulneratur telis Amoris impudici, qui ratione non imbuitur; caret attamen omnibus ærumnis huiusmodi castus Amor coniugalis, qui telis acribus exarmatus, obtinet rationem concupiscentiæ moderatricem. Qua de re pulchre Plotinus! ‡ *Rursum qui Amorem sequuntur mistum, erga mulieres inquam, quo perpetuitas generatione feruetur, neque ab hoc vsquam aberrant, hi pulchritudinem perpetuitatemque simul exoptant; atque temperati sunt ambo; quamuis alijs præstantiores alij: & qui præstantiores, partim quidem pulchritudinem hanc nostram quasi eis sufficientem colunt, partim vero pulchritudinem quoque* e *ipsam, qui scilicet recordantur: neque tamen pulchritudinem hanc* f *aspernantur, vt pote qui existiment* f *hanc esse effectum quendam laudemque illius. Hi ergo absque turpitudine versantur in pulchro: alij vero per pulchrum in turpe labuntur: appetitus enim boni sæpe labitur & in malum. Atque hæ quidem sunt animæ passiones.* Verum & antea Plato coniugalem Amorem ait esse mistum ex
B concupiscentia & ratione; cui scilicet Venus mater vtens prudenti ratione admittit arma lædentia: Platonis verba sunt: ‖ [Amicitia vtique, cupiditatis, amorumque naturam considerare necesse est, si quis hæc recte sit inspecturus. Nam quum ipsa duo sint, & tertia ex ambobus species, vno cõprehensa nomine dubitationem omnem, & tenebras faciunt. CLIN. Quomodo? ATHE. Amicum enim simile simili virtute, & æquale æquali asserimus: Amicum rursus egenum diuiti, quamuis genere contrarium sit? Quando vero vtrumque vehementius fuerit, Amorem nuncupamus. CLIN. Recte. ATHE. Amicitia, quæ a contrarijs proficiscitur, dura & aspera, & sæpe vicissitudinem in nobis non habet. Quæ vero similibus, placida, communisque per vitam. Vbi vero ex vtrisque componitur beneuolentia, primo non facile cognoscitur quid sibi velut qui tertio hoc amat Amore: deinde ab vtrisque in contraria tractus, & ipse quid faciat, dubitat; quum ab altero ætatis vti flore iubeatur, ab altero prohibeatur (*nimirum a cupidine voluptas expetitur, a ratione prohibetur cupiditatis excessus*) Namque corpus amat, eiusque formam, quasi fructum quendam esuriens poti, is satiare cupiditatem quærit, animumque amati præcet honorem. Sed quominus de corC pore curat, & animo consideret potius quam desiderat, quum ipsum, vt decet, animum diligat, corporis vsum peculiarem & communem arbitratur: quumque temperantiam fortitudinem, magnificentiam, & prudentiam vereatur & colat, cum casto amico castus viuere volet. Amor autem ex vtrisque his compositus, ipse est, quem modo loco tertio ponebamus. Quum ergo tres sint Amores, verum omnes lege pellendi sunt? An videlicet eum in ciuitate suscipiemus, qui virtutem respiciat, & adolescentem fieri quam optimum cupiat: duos autem alios, si fieri potest, repellemus? Numquid aliter tibi, o amice Megille, videtur? MEG. Probe admodum de his modo dicis, hospes. (*Et mox de Amore coniugali, quo ratio, & lex innixa ratione, voluptatem coercet ac temperat vtens*; *vt*) Constat hunc quoque plurimos hominum, quamuis iniqui sint, bene, & diligenter, & sponte a pulchrorum coniunctione se abstinere. MEG. Quando id fit? ATHE. Quando frater, aut soror eximia pulchritudine alicui sit: a filio quoque, filiaque lex eadem, quamuis scripta non sit, sufficienter repellit, prohibeteque & manifestum & ferinum istorum concubitum. Immo vero facit,
D vt ne cupiditas quidem vlla rei huius vulgus aggrediatur. MEG. Vera narras. ATHE. Vnum ergo verbum atque breuissimum omnes huiusmodi voluptates extinxit. MEG. Quid illud? ATHE. Quod fas nihil horum esse dicitur: sed apud Deum odio haberi, & turpium omnium esse turpissima. Causa autem nonne hæc est? Quia nemo aliter prædicat, sed statim ab ineunte ætate & loco sancto & sereno dicta, & sæpius in Tragœdijs hæc eadem audiuntur, quando vel Thyestem, vel Oedipodem, vel Macarei mortem sibi, debitam sceleris pœnam, conscisse propter huiusce modi Venerem narrant. MEG. Recte istud dictum est. Miram enim famæ potentiam nouimus, quando nemo aliter quam iubeat lex, ne respirare quidem audeat. ATHE. An non recte dictum est a nobis, quod volenti legislatori cupiditatem aliquam earum, quæ vehementer sibi subigunt homines, rationi subijcere, facilis cognitu modus est? Quippe si famam huiusmodi apud omnes seruos & liberos, masculosque & femi-

† lib. 3. c. 32.

‡ Enn. 3. l. 5. cap. 1. f.

e Idealem, & incorpoream.

f Corpoream & materialẽ.

‖ 8. de Legib.

Amicitia inter contraria & inter similia quo differunt, Amor mistus ex contrarijs & similibus.

Amor pudicus masculorum.

Amor coniugalis introducitur explicandus.

Coitus illiciti qui, & quo modo puniti

Famæ potentia mira.

Rationi vt subijciatur vehemens cupiditas.

Digitized by Google

feminas, & vniuersam ciuitatem, quasi sacrum quiddam dicauerit, firmissimam hanc legem efficiet. MEG. Ita prorsus. Qua vero ratione id assequi poterit, vt libenter idem omnes prædicent? ATHE. Probe obiecisti. Ideo enim a me dictum est, artem me ad hanc legem habere, vt secundum naturam ad procreationem Venere homines vtantur. Abstinendum igitur a maribus iubeo. Nam qui istis vtuntur, genus hominum dedita opera interficiunt, in lapidem seminantes, vbi radices agere, quod seritur, nunquam poterit. Abstinendum quoque & ab agro illo feminino, vbi semen germina nolit producere. Hæc lex si perpetuo in alijs, sicut in necessitudine paterna conseruabitur, innumerorum erit bonorum causa. Nam primo secundum naturam statuta erit. Deinde ab omni Amorum rabie atque furore, adulterijs, potusque & cibi nimio luxu repellat. Vxoribus quoque viros conciliabit, & alia plurima pariet bona, si apud quemque fuerit stabilita. Sed forsan si vehemens aliquis iuuenis multo spermate plenus hanc legem ferri audierit, improbabit protinus, & alta voce clamabit, impossibilia stultaque a nobis lege sanciri. Quod quidem quum considerarem, dixi artem me habere, quodammodo faciliimam, quodammodo etiam difficillimam, ad legem hanc obseruandum. Facile namque intellectu est, quomodo id possibile est. Nam quum apud omnes legitima hæc sententia dedicata fuerit, animos omnes domabit, efficietque vt metu latis legibus pareant. Sed eo iam res peruenit, vt nunquam effici posse videatur: sicut nec conuiuij quidem studium credebatur ab vniuersa ciuitate perpetuo posse obseruari: Et tamen apud nos reipsa fieri videtur, quod inter mulieres, nec in ciuitatibus quidem vestris fieri posse putatur. Hac equidem ratione propter huius incredibilitatis vim difficillimum esse dixi hæc vtraque lege seruari. MEG. Et recte quidem. ATHE. Quod autem supra vires humanas non sunt, sed fieri possunt, vultis vt verisimilem quandam rationem vobis exponam? CLIN. Cur non? ATHE. Verum facilius quispiam a Venereis abstinebit: voletque ordinem his impositum moderate seruare, quum bene ex prudenti aliqua diligentia corpus affectum fuerit: an quum contra? CLIN. Multo magis quum bene, atque ex arte. ATHE. Num igitur de Tarentino Icco non audiuimus: qui propter Olympica, aliaque certamina, artificioso circa hæc studio temperantiam simul & fortitudinem animi consecutus, nullam vnquam in toto exercitationis suæ tempore Venerem cognouit? Idem quoque de Chrysone, Astylo, & Diopompo, alijsque quamplurimis fertur. Quanquam, o Clinia, multo peius animos bonis artibus excoluerant, quam tui meique ciues, corporibus certe multo magis vigebant. CLIN. Vera narras quod a priscis ista ab athletis facta fuisse prædicantur. ATHE. Illi igitur vt luctando & currendo, ceterisque huiusmodi vincerent alios, ab ea voluptate, quæ beata vulgo existimatur, abstinere voluerunt. Nostri adolescentes victoriæ causa longe præstantioris, non poterunt? quam nos carminibus, fabulisque, & soluta oratione, & cantibus esse optimam pueris statim a teneris occinemus, & vt verosimile est, oblectando persuadebimus. CLIN. Quam uictoriam dicis? ATHE. Vt uoluptate inquam victa feliciter uiuant, uicti autem contra. Præterea metus ille, ne quod minime fas est, committatur, non ne ad idem potissimum conferet: ut ea uidelicet superent, quæ alij, quamuis deteriores, superasse dicuntur? CLIN. Consentaneum id quidem. ATHE. Postquam huc in lege hac ferenda deuenimus, & propter multorum prauitatem in dubitationem incidimus, audacter iam, manifesteque dicamus, non oportere ut ciues nostris auibus, multisque beluis sint peiores. Permultos enim greges ipsarum uidemus integre atque caste, antequam procreandi tempus aduenerit, uiuere: sed quum hanc ætatem attigerint, mas feminæ, & femina mari coniunctæ, iuste, sanctèque in prima perseuerantes amicitia reliquam peragunt uitam. Oportet igitur esse eos bestijs meliores. Quod si a ceteris Græcis, Barbarisq; plurimis corrumpantur, nec possint se continere, quum uideant, audiantque inordinatam apud eos Venerem plurimum posse, alteram præterea legem custodes legum, ad ferendas leges autoritatem nacti, excogitent. CLIN. Quam modo ferre legem consulis, si hanc non susceperint? ATHE. Quæ hanc, o Clinia, sequitur. CLIN. Quæ nam illa est? ATHE. Vt quam maxime laboribus corporis Veneris robur infringant, & alio uires suas conuertant. Quod erit, si non impudenter ipsa utentur. Nam si rarius propter ruborem id fiat, imbecillior erit domina.] (Si quidem usu frequentiore semen atque spiritus feruidior ad partes genitales in ubertate maiore defertur, quo libidinis œstrum intenditur, & furor augetur

Amor coniugalis explicatur.

Masculorum vsus prohibetur.

Venus præpostera prohibetur.

Amori tela nocentia eripiuntur a Venere coniugali.

Ratio fœdus intemperantiæ rabiem.

Icci historia temperantiæ

Brutorum vita casta.

Labor corporis infringit vim Veneris

Venus raritate fit imbecillior domina.

Digitized by Google

A getur coeundi.] Ita ſane Plato docet coniugalem Amorem exarmari telis a Matre familias pudica, per Venerem concha natiua ſua domeſtica inſiſtentem; Quæ ſane pulchre ſic ad ſummam in argumento dialogi Platonici Marſilius Ficinus contrahere videtur, aſſerens: [At quoniam in iuuenilium ludorum cœtibus ſæpe amores incidunt, & ij quidem turpiſſimi; idcirco his diligentiſſime præcipit occurrendum: quamuis ex parte iam occurrerit, vbi aurum & argentum ciuibus ſuſtulit, & in laboribus aſſiduis educauit, & oculis iudicum mores vbiq; circumſpicientium ſubiecit aſſidue omnes, maxime iuuentutem. Quæ quidem tria eſſe remedia cenſet aduerſus laſciuiæ & petulantiæ morbum admodum ſalutaria. Occurrit & quarto quodam præſenti remedio: vt videlicet ab auditoribus legum magiſtratibus fama quotidie diuulgetur, per quam cuncti communi conſenſu conſueſcant exiſtimare, cõcubitus contra naturam non minus turpes eſſe, nec minori apud Deum odio haberi, quam concubitum inter filios & parentes. Putat verò Plato communis famæ conſenſum miram ad mores habere potentiam. In his audies feliciter eum viuere, qui ſuperat voluptatem: infeliciter, qui ſuperatur. Audies & præceptum ad abſtinentiam maxime ſalutare, a Paulo Apoſtolo ſummopere comprobatum: vt ſi Athletæ corporeæ victoriæ ſtudio voluptatibus abſtinent, multo
B magis omnes gratia victoriæ ad animum pertinentis debeant ſimiliter abſtinere. Præterea geminam eſſe beneuolentiam: alteram quidem morum ſimilitudinis: alteram vero ex quadam indigentia procreatam. Et vtramque, quum ſit vehementior, Amorem cognominari. Amorem quoque, quantum ad propoſitum ſpectat, triplicem: Aut enim pulchritudinem animi, aut corporis tantum, aut vtriuſque ſimul amari. In his conſidera, quam caute in legibus ferendis incedat, vt qui nonnunquam in dialogis honeſto formæ corporeæ amatori nonnihil indulſerit, hic tamen nihil indulgeat: Nempe corporis ſolius Amorem euidenter exterminat: vtriuſque vero coniuncti quamuis moderatum, in legibus non audet admittere. Solum denique erga animum ſolum manifeſte approbare videtur. Tum vero homines deprauatæ naturæ, ſui dominos eſſe negat: neque iniuria: Quiſquis enim a ratione diſcedens, rationalem hominis amittit naturam, nimirum & libertatem, quæ rationis munus eſt, ſimul amittit: neque tamen amittit culpam, dum quaſi delinquit impulſus; quippe quum ipſemet cauſam neceſſitati eiuſmodi dederit. Homines autem his contrarios, ideſt integræ naturæ, appellat eos, qui Deum colunt, & inter humana maxime omnium timent infamiam;
C nec corporis vllius ſcilicet, vel ſui, vel alieni, ſed animi morumq; pulchritudinem diligunt.] Quibus etiam conſtat Amorem coniugalem caſtum, ad perennitatem ſobolis inſtitutum, a prudenti Matre-familias, tanquam a pudica Venere, nequitiæ telis exarmari. Conſtat etiam cur in Schemate Venus iſta genetrix anteriores partes nuda ſit, velata poſteriores; nam ad ſobolis procreationem Mater-familias nudam viro caſto porrigere debet omnem ſui corporis partem anteriorem; at impudico velare, negareque prorſus poſteriorem. Tali fere gemma Veneris genetricis nudæ cum telo in manu, & Cupidine puſione, ſignaſſe videtur Julius Cæſar Imperator, apud Valerianum in ſuis Hieroglyphicis[b] aſſerentem: [Sed enim vt de parturientium faſcinatione per implexas manus dicebamus, ita contrarium eſt in numo Juliæ Piæ, vbi partus felicitas explicatur, in quo Venus læua haſtæ innititur, dexteram expanſam oſtendit, cum inſcriptione VENVS GENETRIX. Romani enim genus a Venere, propter Aeneam eius filium, ſe ducere aſſeuerabant, maxime uero gens Julia. Quæ quidem condente & dicante Julio Cæſare, templum erexit Veneri Genitrici: cuius rei Plinius,
D & Tranquillus, & alij meminere. Legimus & Cæſaris teſſeram fuiſſe, VENVS GENETRIX.] Ceterum huiuſmodi pudicæ Veneris Genetricis ſimulachrum olim Romæ dedicatum fuiſſe a Sulpitia Paterculi filia, caſtiſſima Matrona, teſtatur Plinius, verbis ipſiſſimis:[i] *Pudicissima femina semel matronarum sententia iudicata est Sulpitia Paterculi filia, uxor Fulvij Flacci: electa ex centum præcipuis, qua simulachrum Veneris ex Sibyllinis libris dedicaret.* Hanc fuiſſe Venerem Verticordiã appellatam, fatetur Valerius Maximus, inquiens:[k] *Merito commemorationi virorum Sulpitia, Servij Paterculi filia, & Fulvij Flacci uxor, adijcitur. Quæ, quum Senatus libris Sibyllinis per decemuiros inspectis censuisset, vt Veneris Verticordiæ simulachrum consecraretur, qua facilius Virginum, mulierumq; mens a libidine ad pudicitiam conuerteretur: & ex omnibus matronis centũ ex centum autem decem sorte ductæ, de sanctissima femina iudicium facerent: cunctis castitate prælata est.* Nimirum eo tempore

Ficini ſententia.

Concubitus nefarij, Deo exoſi, qui ſint

Amor triplex.

Quum reprobet Plato.

Quem in legibus nõ audeat admittere.

Quem ſolum approbet manifeſte.

Libertas eſt munus rationis.

Venus in gẽma cur nuda ſit anterius, operta poſterius.

[b] lib. 36.

[i] lib. 7. c. 35.

[k] lib. 8. c. 16.

Venus Verticordia quæ, & cur dicta.

Digitized by Google

[l] lib. 4. Fast. v. 155. Vestales tres nobilissimæ incæsti damnatæ fuerant. De qua re quoque Naso.[l] A

,, Romæ pudicitia proauorum tempore lapsa est;
,, Cumæam, Veteres, consuluistis anum.
,, Templa iubet fieri Veneri, quibus ordine factis,
,, Inde Venus Verso nomina corde tenet.

[m] Syn. 15. Lilius Gyraldus apte: [m] *Apostrophia Aphroditis, quam nos Vertibilem Venerem dicere possumus: Hac tertia est, quæ ab Harmonie Cadmi vxore constituta fuit. Hac eadem homines a scelestis & impijs operibus, & desiderijs parum æquis, malisque cogitationibus auertere putabatur: vnde & illi nomen inditum, quod in Boeoticis scribit Pausanias. Idem tamen in Attica Epistrophiam appellare videtur: quam ego Verticordiam Latinorum facile crediderim: tametsi Domitius, Venerem curatricem interpretatus est: nisi forte ipse Epitrophiam, non Epistrophiam legere maluerit. Porro quoniam hic de Verticordia meminimus, hic eam tibi subscribemus. Verticordia Venus: De hac ita Lactantius Cælius grammaticus lib. Theb. V. Habet, inquit, Venus ignes Cupiditatis, nunc odij secundum fidem sacrorum, vel pretationum Veneris Verticordia precipue, quæ rogatur vt amores injciat, & rursum vt auferat. Si enim potestas est dandi, nihilo minus ius est tollendi; & amore sublato aut naturaliter odium residet, aut* B

[n] 4. Æn. *mittitur, vt Virgil.* [n]

,, Quæ mihi reddat eum, vel eo me soluat amantem.

atque hactenus super ea Papinij verba:

,, Nec vultu, nec crine prior soluisse iugalem
,, Ceston, & Idalias procul ablegasse volueres
,, Fertur. . . . . .

Dicta vero Verticordia videtur, quod Corda ad pudicitiam verteret. Iulius Obsequens de hac Dea his prope Verbis, *Ædem*, inquit, *Veneri Verticordiæ factam, quum tres eodem tempore Vestales Virgines nobilissimæ cum nonnullis Equitibus Romanis incesti pœnas subirent.* Verum enim vero Venus ista Coniugalis, & vere Vertens Corda virorum a nefarijs libidinibus, in Schemate nostro nuda solum anterius, at velata posteriore parte corporis aptissime proponitur, non sine mysterio fortassis in numo Cæsaris sub nomine VENERIS GENETRICIS effingitur omnino nuda, tam in antica, quam in postica sui corporis parte; ne scilicet Cæsar velando partem posteriorem suæ Veneris genetricis, memoriam reficaret C

Venus in numo Cæsaris aut nuda tota.

propriæ turpitudinis, qua male nimium audiuit de prostituta iuuentute sua Nicomedi Bithyniæ regi: de qua Suetonius ita: [o] *Stipendia prima Cæsar in Asia fecit M. Thermi Prætoris contubernio: a quo ad accersendam classem in Bithyniam missus, desedit apud Nicomedem, non sine rumore prostrata regi pudicitia: quem rumorem auxit intra paucos dies reperta Bithynia per causam exigendæ pecuniæ: quæ debebatur cuidam libertino clienti suo.* Melius itaque noster Autor in Schemate Venerem Genetricem, typum atque hieroglyphicum Matris familias pudicæ, auertentis homines a nefarijs voluptatibus, amoliensque furorem, & pœnas atroces ab Amore coniugali, depinxit nudam anteriore corpore tantum, velatam posteriore: quæ tela cuncta Cupidini prorsus eriperet, eumque vel inficum exarmaret. Quod fortassis innuit Lucretius, accinens: [p]

[o] in vit. Cæs. init.

[p] lib. 4.

,, Sed leuiter pœnas frangit Venus inter Amorem,
,, Blandaque refrænat morsum admista voluptas,
,, Namque in eo spes est, vnde est ardoris origo, D
,, Restingui quoque posse ab eodem corpore flammam.

Memini me legisse pridem, sed apud quem autorem non memini, nationem quandam inclytam, olim diuturniore bello procul a proprijs finibus occupatam, tantumnon assueuisse masculæ Veneri nefariæ, propter inopiam feminarum in castris; at reduces victores viros in patriam, Matronas a turpi flagitioque concubitu masculorum auocasse, ad castum matrimonij consortium incedentes per vrbem ac in theatris considentes nudo fere pectore, pulchrisque papillis propemodum explicatis; quarum conspectu viri sensim blande satis ad muliebre consortium illecti, reductique tandem ad sobolis castam, & charam propagationem rediere, nefario masculorum coitu vitato, atque derelicto.

Pulchra

A *Pulchra mulier, per mare vita vagans ad arbitrium, vel impudica eſt, vel impudica facile fit. vel Tethydis, aut Veneris Amores: vel Ægyptus ludens ſuper incrementa Nili.*

Schema IX. Gemmæ.

B 

C *Smithiana explicatio de Nereide per ſalum equo marino vecta proponitur, ac expenditur. Cap. LVII.*

NObiliſſimus D. Joannes Smith, literis ad egregium virum Nicolaum Heinſium datis, mihi communicandis, ad ſupellectilem mearum Lucernarum veterum locupletandam, inter alias multas Lucernas, vnius meminit, in qua nonum hocce Schema reperitur ad amuſſim effigiatum; ait enim, poſt multas Lucernas antea recenſitas, atque deſcriptas: *In alia albicante, Nereis toto tergo prolapſo lintео nuda, equo marino in piſcem deſinente inſidet, eiuſdemque collum vtroque brachio trepida complectitur.* Equidem, quæ trepida collum equi marini complectitur vtroque brachio per ſalum vecta, non arbitror inter Nereidas adnumerari debere; quia Nereides non horrent Deos marinos, nec ab illis per maria deuehi metuunt; ſed cum illis ſecure degunt, atque colludunt per ſalum vectæ. Præterea noſtrum Emblema pulcherrimam mulierem refert, non trepidantem, ſed frænati equi marini habenas moderantem, & ipſum eo quocumque libuerit impellentem: eiuſque dorſo recumbentem
D ſibi, ne tenellum molleque corpus a ſquamis monſtri læderetur, ſuppoſita maiori parte laciniæ, peplique ad inſtar ſellæ, culcitræue, ſiue ſtraguli. Quin & in gemma (quod in Lucerna non memoratur) habetur e mari pectore tenus emergens puſillus Amor alatus vtrumq; vel inſequens, vel impellens. Quin & Nereidas integram formam muliebrem non habuiſſe, verum quod, vt ait Poeta, [a]

[a] Horat. de Arte.

„ . . . . . Turpiter atrum
„ Deſinit in piſcem mulier formoſa ſuperne:

& pubetenus mulieres, inferius piſcium caudas repreſentaſſe, teſtatur Plinius, & poſt eum Alexander ab Alexandro. Nam ille ſcribit: [b] *Tiberio principi nuntiauit Olyſipponenſium legatio ob id miſſa, viſum auditumque in quodam ſpecu Tritonem, qua noſcitur, forma: & Nereidum falſa opinio non eſt, ſquamis modo hiſpido corpore, etiam qua humanam effigiem habent.*

[b] lib. 9. cap. 5

Digitized by Google

Nanque hæc in eodem spectata littore est; cuius morientis [illegible] vix eam arcebat [illegible] venere longe. Et D. Augustus Legatus Galliæ complures in littore apparere examine Nereidas A

[b] lib. 3. c. 8. *scripsit.* Alexander autem ab Alexandro suis in Genialibus infit: [c] *Sed ne quis hoc vanum, aut commentum fortasse putet: Theodorus Gaza, vir Græca facundia clarus, & philosophiæ præceptis imbutus egregie, apud Ionianum Pontanum, ad quem frequens ventitabat, complureſque nostrates, scite admodum & luculenter ratiocinabatur se, dum in Peloponneso ageret, & fœda maris tempestate oborta, durissimo tempore anni, non nulla piscium monstra procellæ ad*

[b] Nereidis viuæ veræ effigies. *litus illisissent, inter cetera vidisse Nereidem in littore, fluctibus expositam, viuentem iam & spirantem, vultu haud absimili humano, facie quoque decora, neque inuenusta specie, corpore squamis hirto, ad pubem vsque, nisi quod cetera in locustæ caudam desinebant: ad quæ propere visendã quum frequens concursus fieret. Ipsæq; & nonnulli e propinquis oppidis vicini, affineſq; eo se contulissent, illam frequenti turba circumdatam, mœstam, & animo consternatam, vt ex vultu coniectari erat, in littore iacentem, crebroque suspirio fatigatam conspexisse. Mox quum a tam frequenti corona inspiceretur, seque in sicco destitutam videret, præ dolore gemitus spirantes, & lacrymas vberes dedisse: Cuius misericordia motus ipse, vt erat mitis placidusque,* B

quum turbam decedere de via iussisset; ipsam interim brachijs & cauda, quo maxime modo poterat, humi reptantem paulatim ad aquas peruenisse. Quumque se præcipitem magno nixu in mare dedisset, ingenti impetu fluctus secare cæpisse, momentoque temporis elapsam ex oculis, nusquam apparuisse. Georgius quoque Trapezuntius, vir multi nominis, & magnæ eruditionis, aperta professione referebat amicis, se, quum haud procul a littore in fonte quodam spatiaretur, puellam conspexisse eleganti forma vndis extantem pubetenus, & quasi lasciuiret, subinde emergentem summergentemque se, quoadusque se conspectam intell, gens, haud amplius apparuit. His addendum est e Scaligeri subtilitatibus ad Cardanum: [d] *Parmæ apud forum, in officina thesauris nobilioribus cuiusdam aurificis, Nereidem vnã vidi, magnitudine infantis bimuli* (nisi hæc artificiosa erat) & alibi tractans historiam animalium [e] cum Aristotele, dicit: *Nereides, & Tritones humanam speciem præseferunt: neque fabula est. Antiqui prodidere, & viuunt hodie, qui viuos viderint.* Non ergo Nereidam refert, quæ puella visitur in Lucerna, & Schemate nostro ficta, integro corpore muliebri, molli, sine squamis, & sine cauda.

[d] Ex. 26. 12.

[e] lib. 2. part. 118.

Prima explicatio nostra moralis, de formosa muliere, quæ nimium extra domum vagans ad arbitrium, vel est, vel euadit impudica. C

Cap. VIII.

NObis autem tergemina Schematis huius occurrit explicatio, moralis, poetica, & physica. Moralis quidem est, vt hic habeamus typum impudicæ mulieris, vel in impudicitiam labentis: cuius anima signetur mollis per muliebre corpus delicatum, & nudarum omni habitu seueræ, nerujosæque virtutis; corpus vero per monstrum Hippocampum, seu marini equi desinentis in piscem; etenim & piscium pariter, & equorum natura salacissima est; maximeque tritonum atque monstrorum marinorum. De piscibus id ostendit aperte numerosissima eorum fœtura, propter quam & Venus e mari nata ponitur: quod etiam indicat marinorum animalium vehementem ad actus venereos propensionem, atque stimulum. De natura equina clare docet hoc Aristoteles; cui [a] *Incenduntur libidine ex feminis equæ potissimum, max vaccæ. Equæ itaque equiunt: vnde vocabulum id ab hoc vno animali trahitur maledicto in mulieres libidinosas.* Habenas autem corporis proprij, volut equi sui libidinosa mulier ad arbitrium gubernare ponitur, quia nullius alterius moderamine regi vult. Per mare vero vagari prona fingitur; quia despiciens pudicitiam, & famam omnesque virtutes muliebres in alto positas, terrenam solum cupiditatem, marinasque concupiscentias affectat. Mare namque significat mundum, & res caducas; in quibus magna semper est varietas, turbatio, procella: Hic ergo proponitur vel typus Mulieris pulchræ, quæ nimium vagans extra domum per humanæ vitæ fluctus nulli sui corporis habenas, præterquam sibi credens, incidit facile in vndas impudicitiæ, impulsa cupidinis æstro: vel hoc Schemate monentur mulieres pulchræ, ne suæ confidant omnium lubentiæ, prudentiaque, sed vitatis huius æstuosi mundi fallacijs, atque turbinibus, corporis formositati sibique nimium non

Piscium mira salacitas.

[a] 6. de hist. an. c. 18.

Equæ luxuriæ.

Mulierũ pulchrarum admonitio.

cre-

A eredant; & vitantes vitam vagam intra domesticos lares se contineant; viroque prudenti, seu coniugi, seu consanguineo cupiam alij suorum actuum moderatori frænum suarum vagationum concedant; alioquin nimium impudicæ semper aut futuræ, aut saltem audituræ cuius sui dedecore.

Secunda explicatio fabulosa, vel Tethydis ad Peleum, vel Veneris ad Anchisen delatione. Cap. LIX.

CEterum si poeticum hoc fabulamentum esse voluerimus; facile poterit explicari de Tethyde ad Peleum, Amore impellente, deducta; quæ formosa, & coronam propriis crine audit ab Hesiodo in Theogonia: quum in Schemate formosissima mulier habetur, & coronata propriis capillis. Hæc fuit vxor Pelei vt ait Natalis Mythologus, de quorum nuptijs ita scribit Apollodorus: *Iuniant enim Iunem ac Neptunum soliti de nuptijs contendisse; at Tethym noluisse congredi cum Ioue, quia fuisset a Vulcano educata, quam olim Iupiter illam mortali dedit in Matrimonium.* Aiij tamen dicunt Tethyn vxorem fuisse Pelei suisse, non coactam, neque sub varijs formis deludentem complexam; vt fabulati sunt cum multis Ouidius; at sponte se deam in Pelij matrimonium contulisse, sicuti scripsit Pythenetus in opere rerum Æginetarum. Celebratæ sunt autem Pelei & Tethydis nuptiæ in Pelio monte, ad quas omnes Dij, præter Discordiam conuenerunt; quæ pomum aureum in locum Nuptiarum iniecit, cum titulo: PVLCHRA SVMTO. Huic sponsæ contulerunt omnes Dij munera, Pluto smaragdum insignem, Neptunus equos Xanthum & Balium, Vulcanus Cultrum, & Dij ceteri alia. Sed & Amor ponè Nympham incumbentem Hippopotamo euidenter impellens, ostendit eam sponte, propriaque lubentia, siue mollis hoedine ferri, feramque vrgere quo cupit. Fuit ista fortasse gemma in anulo cuiuspiam veteroinæ mulieris, in ora maritima, vel insula degentis; quæ suum Amorem Heroi cuipiam hoc ce symbolo significare voluit. Vel etiam viri, qui de coniugio tantæ feminæ; quasi nouus Peleus de Tethyde gloriaretur. Ad hunc sensum fidem adstrere possumus, imaginem esse Veneris, quæ cupidinis impulsu feratur per vndas Hippopotamo ad concubitum cum Anchise: de quo Boccatius ita: *Anchises filius fuit Capis: Hunc Anchisem fuisse dicunt ante Troianum bellum ciuitate relicta, nemora & syluas tenuisse, armentis intentum & gregibus; circa quæ vt plurimum fuere diuitiæ antiquorum. Qui quum apud Simoentem vacaret fluuium, a Venere dilectus est, & eius est amicitia atque connubio vsus, adeo vt ex illa susceperit Æneam filium.* Certe fera Hippopotami fluuialis equus est: & Amor passer audit ex æquo filius, & comes atque sequax Veneris, quam ipse sæpe impellat ad cuius connubij. Quo sane anuli genere potuit etiam vel filius inclytus, qui gloriaretur se matre genitum longe superante natalitia patris; quantumlibet illustris & egregij. Venerem vero formosissima mulier apte representat, quæ per aquas vehatur, impulsa Cupidine ad Anchisum; quum Venus audiat pulchritudinis, & lasciuiæ dea. Sed huic præferenda est prior explicatio.

Tertia explicatio physica, de Ægypto lasciuiente super incrementa Nili. Cap. LX.

DNOn abhorrentem a natura rei declarationem dedero Schemati, si dixero significari lasciuientem Ægyptum temporibus incrementorum Nili fluminis; etenim Hippopotamus equus fluuialis est, ac Nilo peculiaris, vt & Crocodilus: qua de re Plinius ita: [a] *Crocodilum habet Nilus, quadrupes malum, & terra pariter ac flumine infestum*, & mox: *Maior altitudine in eodem Nilo bellua, Hippopotamus editur: vngulis bisulcis, quales bubus: dorso equi, & iubæ, & hinnitu: rostro resimo; cauda, & dentibus aprorum aduncis, sed minus noxijs*, & adhuc infra: [b] *Est Crocodilo cognatio quædam amnis eiusdem, geminique victus cum Hippopotamo: repertore detrahendi sanguinis, vt diximus.* [c] *Plurimi autem supra Saiticam præferuntur*: quæ in Ægypto est. Sed superiora desumpsit aperte Plinius, ac tantum non transcripsit ex Aristotele, dicente: [d] *Alijs mediocre os est, vt generi suum equo fluuiali, quem gignit Ægyptus. Iubæ Equi, vngula qualis bubus, rostrum resimum. Talus etiam inest bisulcorum*

a lib. 2. c. 2.

b Metam. lib. 11.

c lib. 8. c. 25.

b lib. 28. c. 8.

c lib. 8. c. 26. Phlebotomiæ repertor Hippopotamus.

d 2. hist. c. 7.

Digitized by Google

eorum modo: dentes exerti, sed leuiter: cauda apri, vox Equi, magnitudo asini; tergoris crassitudo tanta, vt ex eo venabula faciant: interiora omnia equi, & asini similia. Ex quibus apte demonstrat Mattheolus[e] non veram & genuinam figuram Hippopotami propositam a Bellonio, & Gesnero ex bellua Crocodilum ore apprehensum tenente, in statua Nili marmorea, quæ Romæ visitur: nec similiter adamussim Hippopotamum representare, quæ visitur in Schemate nostro. Sed vt Historicis fas non est, hilum deflectere a rerum veritate; sic ad oblectationem pictoribus, [f] atq; poetis (inter quos numeratur gemmarum iste cælator) fas est figuras rerum vtcumque variare, dummodo præcipuam rei signatæ retineant similitudinem. Itaque depictus in gemma sumi potest pro Hippopotamo, qui Nili fluminis Equus est. Hunc autem esse perditæ libidinis, qualis Aegyptia gens, euidenter ostendit Valerianus: [g] *Equus siquidem is ab ineunte statim adolescens patri incipit infestus esse, tentatque si possit eum decertando superare, quem sæpe in pugnam provocat: quod si acciderit vt victor cadat, matris coitum affectat, vita patri condonata: sin victus, aut cohibitus a patre fuerit, neque tam scelerati voti compos fieri potuerit, perdurante tamen pravitate tanti sper conatum differt, donec adolescat: factusque iam robustior atque validior, deteriorem ætate factum patrem invadit, fodisseque necatum petulantissime dilaniat.* De libidine quoque gentis Ægyptiæ Pierius idem in Accipitris tractatu [h] dixerat antea: [Alluit Nilus planitiem Ægypti: Ægyptus in diuinis literis voluptatum & deliciarum illecebras significat, vt de ferociente equo, suo dictum commentario, qui latos Aegypti campos gaudet insultare. Lex igitur Israeliticis data est, in Aegypti captiuitate detentis, hoc est, nequitiæ ac effæminationibus impurissime deditis, vt ex Aegypto quantocyssime decederent, succinctique lumbos agnum ederent, quod est temperantiæ signum: castos enim oportet, & viuo ablutos flumine, sacra Deo ferre, supremique Numinis Pascha celebrare. *Sed & antea latius de proposito [i] dixerat in Equo*: Quo vero super Aegypti delicijs dictum, D. Ambrosius ex Apostoli dictatis, eo tempore ait Pascha celebrari, quo Israelitici Aegyptum reliquere, solemnitatemque eam, animarum transitum interpretari, a vitijs ad uirtutem, a corporis affectibus ad animi constantiam atque sobrietatem, a malitiæ nequitiæque fermento ad ueritatem & stabilem synceri propositi firmitatem. Mollitiem quippe in Aegyptijs & alia multa carpit Hadrianus, maximeque optare videtur, vt melius esset morata ciuitas, Alexandream notans. Legitur in libris Sibyllinis: MILES ROMANVS ÆGYPTVM CAVE. Quod licet de Pompeio Magno dictum interpretati sint multi; solicitique aliquando Romani fuerint, ne Ptolemæum armis in regnum restituerent, hac religione deterriti: alia tamen, eaque longe verior, eius oraculi videtur interpretatio, præceptum scilicet esse illis hoc velamento, vt quibus datum esset imperio populos regere, Aegyptum cauerent; quippe delicias & mollitiem, eaque omnia, quæ mox fortissimum id genus hominum, vt primum lasciuire cæpit, turpiter adeo effeminauit, vt pessum penitus ierit; imperio in eos translato, quos vt omnium despicatissimos expuebant, & omni contumeliarum genere insectabantur. Sed quanto erat ominosior Aegyptus Populo Romano, successum tanto prosperiorem Aegyptijs ex Romanorum aduentu in regionem eam oracula pollicebantur. Apud Memphim enim in aurea columna literis Aegyptijs scriptum erat, tum demum Aegyptum liberam fore, quum in eam veniissent Romani fasces, eorumque prætexta: Quod apud Proclum grammaricum se legisse testatur Pollio; nimirum qui virtutem, & rerum disciplinam admittit, vitijs liberatur. Sed enim Romani pace iam terra marique parta, molles Aegyptiorum delitias suscepere: illi, delitijs amotis, pristinam Romanorum virtutem industriamq; sibi mox vindicauere. Sed alio loco de fascibus dicendum erit. Quod vero facit ad rem, Adamantius ad dictum illud de Iosippo: Et totius Aegypti principatum obtinet: ita philosophatur: Libidinem quippe calcauit, nequitiam euitauit, omnesque corporis voluptates edomuit atque frænauit: Hoc enim est totum Aegypti principatum gerere. Vide vero Chrysostomum in oratione, quam habuit in vigilia Epiphaniæ, multa in hanc sententiam differentem.] Apte sic ergo nuda fere formosa mulier incumbens Equo fluuiali per vndas vecta, cupidineque retro impulsa nobis Aegyptum indicare potest, maxime lasciuientem in incremento Nili, vnde sperant sibi frugum abundantiam: Quam lætitiam lasciuiamque priscorum Aegyptiorum etiam æuo suo seruari testatur Ioannes Leonius in suæ [k] descriptione

[e] in 2. Dioscor. cap. 22.

[f] Horat. in arte.

[g] hist. lib. 24.

[h] lib. 22.

[i] lib. 4.

[k] part. 8.

Hippopotami libido maxima.

Ægyptij libidinosi.

Ægyptiorum intemperantia libidinis.

Oraculum Ægypticum.

Afri-

Digitized by Google

A Africæ, tractans de vetere Ciuitate Cairi. Quare forsan in Anulo suo priscus aliquis, Aegyptum lasciuientem in incremento Nili significaturus, gemmulam hoc symbolo sculptam voluit. Verum harum trium explicationum prima ceteris duabus anteferenda mihi censetur, de periculo formosarum mulierum nimis extra domum ad arbitrium vagantium, ne notam impudicitiæ subeant, vel eius criminis aliquam suspicionem generent in animis hominum.

Rapina puellas & alias res pulchras exponis formositas, & occasio.

Schema X. Gemmæ.

D



C

Romæ apud Petrum Stephanium in gemma.

Virgo mari abluitur, Triton rapit agmen Amantum,
B Prædam aufert, inter vincula raptor obit.

Sententia viri eruditi, de puella vere à Tritone rapta, proponitur, & ad historicam fidem redigitur. Cap. LXI.

VIr eruditus hic velut historicam veritatem explicat imagines in gemmula sculptas, eleganti suo disticho:

„ Virgo mari abluitur: Triton rapit: agmen Amantum
„ Prædam aufert: inter vincula raptor obit.

Certe Tritones humana forma reperiri degentes in aquis: & inde in terras descendere ad mulieres rapiendas, multorum certis constat experimentis, atque testimonijs. Ad quæ noster

noſter Ongarus alludens in Alcei fabula ſua piſcatoria Tritonem introducit, Eurillæ Nymphæ piſcatricis amaſium, ita ſecum dicentem, ac dolos meditantem: A

„ Ma ſe non vuoi, che il frutto del mio Amore
„ O ſia mio merto, o ſia tua gentilezza;
„ Sarà furto, e rapina: oprar conuiemmi
„ Teco (poi che non vaglion le luſinghe)
„ E gl'inganni, e la forza: io ſo che ſpeſſo
„ Di venir a peſcare hai per vſanza
„ Preſſo il Porto, che d'Antio ancor s'appella:
„ Iui t'attenderò ſott'acqua aſcoſo,
„ Fin che getti nel mar la rete, o l'hamo:
„ Indi a la rete, o a l'hamo attaccherommi;
„ E mentre porrai in opra ogni tua forza
„ Per rihauerlo, io ti trarrò ne l'acque.
„ O quando queſto inganno non ſucceda,
„ Ti ruberò nel lito vſciro, e poi B
„ In qualche parte ignota guiderotti,
„ Oue altri i miei diletti non offenda:
„ Et iui prenderò dolce vendetta
„ Di mille amari oltraggi, che m'hai fatto.
„ E ſe bene ſtarai doglioſa alquanto,
„ E te ne moſtrerai ritroſa e ſchiua,
„ Sò che ti ſarà caro; perche sò
„ Che ſogliono bramar ch'altri rapiſca
„ Quel ch'elle a noi ſpontaneamente negano
„ Le donne: e ſe ben piangono, quand'altri
„ Lor fura o bacio, o coſa altra più cara,
„ Il pianto è d'allegrezza, e non di doglia:
„ Ma pur che s'adempiſca il mio deſire, C
„ E pur che tu non poſſa gloriarti
„ D'hauermi con mio ſcorno vilipeſo,
„ O che ti piaccia, o no, poco m'importa.

Et mox enarratricem ſuæ rapinæ ſociam ſic introducit:

„ Era tra queſte Eurilla, che ſalita
„ Tra certi ſaſſi ſopra il mar pendenti
„ Con dotta man facea gran preda: hor mentre
„ Tenta vna volta lieuemente, e ſcuote
„ La canna, per ſaper ſe a l'hamo appeſo
„ Era alcun peſce, ella s'incurua, e rende
„ Maggior peſo a la deſtra: Eurilla allhora
„ Credendo fatta hauer groſſa rapina,
„ Cautamente a ſe tira: ma la lenza
„ (Quaſi da forte man tenuta foſſe) D
„ Non s'arrendeua; ond'ella irata ſceſa
„ Vicino a l'acque, e mentre ingegno e forza
„ Tutta in opra ponea per rihauerla,
„ (Come non sò) precipitò nell'onde.
„ In queſto, ohime, che mi s'arricia il crine
„ A ricordarlo, vſcì del mare vn moſtro,
„ E ſe la tolſe in ſpalla, e via portolla.

Et inde poeta proponit aliam de ſua recuperatione talia dicentem:

„ Era, come douete hauer inteſo
„ Da qualche Nuntio, in mar caduta Eurilla:

„ Eſu

A
,, E su le spalle già Triton l'hauea:
,, Quando ecco Alceo colà venne volando:
,, Poi che vide il suo ben in forze altrui,
,, Senza punto badar spiccato vn salto
,, Da la punta nel mar gittossi (allhora
,, M'accorsi Alceo d'Eurilla esser amante)
,, Parue a gli homeri, e a piè ch'hauesse l'ali,
,, Tanto per aria andò pria che toccasse
,, L'onde: caduto in mar, si mise a nuoto:
,, Nè Lontra mai, nè Vmbrina, nè Delfino
,, Così ratto solcò nuotando l'acque
,, Come veloce ei le solcaua, i piedi
,, Mouendo a tempo, e con le dotte braccia,
,, E con il fiato rispingendo i flutti.
B
,, Non molto andò, che giunse il predatore:
,, Il qual, l'Amor posposto a la salute,
,, Lasciò la preda, e s'attuffò fuggendo.
,, TIM. Doue restò la sfortunata Eurilla?
,, FILL. Anzi fortunatissima chiamarla
,, Dei, poi ch'hebbe soccorso a si grand'huopo:
,, Ella caddè nel mare, e già credea
,, Esser esca de pesci: quando a lato
,, Si vide il su' Amatore: onde le braccia
,, (Quel che qui fatto certo non hauria)
,, Gittogli al collo, e così stretto il cinse,
,, Che si tenacemente non afferra
,, Anchora il fondo, o scoglio Pantalena.
,, Egli si dolce peso addosso hauendo,
C
,, Ristette alquanto, e forse per dolcezza,
,, Indi si mosse, e in breue spatio giunse
,, Vicino al lido: Eurilla, poi che fue
,, Fuor del periglio in luogo oue potea
,, Toccar col piè l'arena, abandonollo.
,, TIM. Che disse allhora Alceo?
,, FILL. Le disse, Eurilla,
,, Ben puoi sciormi dal collo la catena
,, De l'amate tue braccia, ma non mai
,, Scioglier quella potrai, che'l cor mi lega.

Quam fabulam vt potuit Ongarus ex aliqua forsam historia deducere, sic etiam Autor versiculorum in Schemate positorum allegare potuit distichо suo. Tamen hocce Schema formatum fuisse ab artifice, non ad indicandum raptum nostratis mulieris a Tritone, quam de monstro recuperauerint Amantes, vt in distichо scribitur, pleraque persuadent. In primis nulla visitur hic Amantium Tritonem insequentium effigies; quæ tamen præcipua facti species esse debuisset in Schemate. Deinde, quia mulier non consternata, neque lachrymosa spectatur in Emblemate, qualem oporteret, ne dum deceret, esse raptam a monstro marino; sed hilaris inspicitur, & manu brachioque dextero Tritoni caput amice complectens, atque sinistra placide proprios crines veluti demulcens, demulgensue. Deinceps puella cum monstro pingitur, non supra maris vndas, at in profundo gurgite colludens, atque lasciuiens marina Nympha; nostrates etenim mulieres aquis demersæ statim intereunt, aeris necessaria respiratione priuatæ. Anonymi sententie refelitur.
D

Digitized by Google

Propria explicatio prima proponitur, de Tritone pulchram Nympham marinam volentem atque lubentem complectente, perq; maria ferente. Cap. LXII.

EQuidem in Schemate duo video, ſub vndis Tritonem complecti formoſam feminam, non lachrymantem, non a monſtro penitus abhorrentem, refugientemve, ſed vltro illi ſe adiungentem, ipſumque complectentem, comaſque proprias placide mulcentem, nõ poſſum non exiſtimare, Schema factum a ſculptore gemmæ fuiſſe animi cauſa, ad indicandum amorem, atque conjugium Tritonis cum Nympha marina, tanquam rem poeticam, & fabuloſam,

Secunda explicatio, de Tritone raptam puellam noſtratem ſub vndas aſportante, Cap. LXIII.

Tritonum natura vera, & libido in mulieres.

QVod ſi lubeat, non poeticum & fabuloſum commentum, ſed hiſtoricam veritatem hoc emblemate repreſentari, non repugnabo, quia vera prorſus eſt natura Tritonum in aquis degens, & eorundem libido in mulieres etiam noſtras; quas ex inſidijs adoriri ſolent, rapere, ſecumque ad coitum aſportare ſub aquas: De qua re multorum habemus comprobationem, mox attexendam. Quo ſymbolo forſan vſus eſt in Anulo vir inſignis, aut Inſularis, aut continentis oram maritimam incolens, cui contigerit vel coniux, vel amaſia pulchra ſibi dilectiſſima. Reque vera conſueuiſſe Tritones rapere mulieres noſtras ad ſtuprum,

† Dial. Trit. tom. 3.

,, notat Lucianus † introducens Tritonem ita cum Neptuno loquentem; Ad Lernam, ,, Neptune, quotidie venit aquatum virgo, pulchra omnino ſpecies; haud equidem ſcio ,, formoſiorem vllam puellam vidiſſe me. NEP. Liberam ne dicis, Triton, an vere ſerua ,, quæpiam eſt, quæ aquam ferre ſolet? TRI. Minime vero, ſed Danai illius filia vna ex ,, quinquaginta iſtis etiam ipſa eſt, Amymone nomine, Interrogaui enim & quæ vocare- ,, tur, & genus ipſius. Danaus autem durius admodum educat filias, & opus earum face- ,, re ipſas docet, & ad aquam hauriendam mittit, & ad alias res agendas inſtituit, impigræ ,, ipſæ vt ſint. NEP. Solane autem venire ſolet longam adeo viam ex Argis ad Lernam ,, vſque? TRI. Sola; nam & ſiticuloſum ipſum Argos eſt, vt noſti; quare neceſſe eſt ſem- ,, per aquatum venire illam. NEP. Non mediocriter affeciſti me animo, o Triton, qui me- ,, hi hæc de puella narraſti, Quare eamus ad ipſam. TRI. Eamus; iam enim tempus ,, quoque eſt, quum aquatum ire ſolet, Ac prope mediam circa viam alicubi eſt petendo ,, Lernam. NEP. Proinde currum vnge: vel; an hoc longiorem rebus moram inijciet, ,, ſubmittere equos iugo, & currum apparare? Tu vero paucis Delphinum mihi aliquem ,, ex velocibus illis huc ſiſte; inequitando enim illi quam celerrime prouehar. TRI. Ecce ,, tibi hunc delphinum, omnium velociſſimum. NEP. Probe ſane: prouehamur igitur; ,, Tu vero iuxta natando conſequere me, Triton. Ac poſteaquam ad Lernam iam aduenimus, ,, ego quidem hic in inſidijs ero: tu autem ſpeculando obſerua, quando illam acce- ,, dentem ſentias. TRI. Eccam tibi, prope eſt. NEP. Formoſa, Triton, & in ipſo ætatis flore puella hæc: ſed comprehendenda nobis eſt. AMONY. Heus homo, qui me hinc correptam abducis? plagiarius quiſpiam es, ac videris ab Ægypto patruo noſtro allegatus eſſe: quare clamando patrem vocabo. TRI. Tace, Amonyme, Neptunus hic eſt. AMO. Quid Neptunum mihi narras? Cur mihi, o homo, vim facis, atque hinc in mare abſtrahis? Ego vero ſuffocabor miſera, ſubmerſa aquis. NEP. Bono animo ſis; nihil graue patiaris faciam. Sed & fontem cognominem tibi emanare hic ſinam, percuſſo ,, tridente ſaxo hoc iuxta æſtuarium: & tu ipſa felix atque beata eris, ac ſola ſororum obi- ,, ta morte aquam non geſtabis. Hæc fabuloſe quidem Lucianus. At nos veras hiſtorias huic fabulæ iam attexamus; primumque Plinium audiamus * qui ſcribit: *Tiberio Principi nunciauit Olyſſipponenſium Legatio, ob id miſſa, viſum, auditumq; in quodã ſpecu concha canentem Tritonem qua noſcitur forma*, & mox: *Auctores habeo, in equeſtri ordine ſplendentes, viſum*

* lib. 9. cap. 5 Tritones viſi. Hiſtoria I.

A *sum ab his in Gaditano Oceano marinum hominem, toto corpore absoluta similitudine; ascendere* Homines
enim nauigia nocturnis temporibus, statimque degrauari, quas insederit, partes: &, si diutius marini.
permaneat, etiam mergi. Dein Alexander ab Alexandro suis in Genialibus infit: [b] *Tritonem, & Nereidas, hominesque mari genitos, quos marinos appellant, praeterquam quod apud* II. [b] lib. 3. c. 8.
Plinium Naturalis historiae nono legeramus, nostra quoque tempestate conspicuos fuisse, multa
documenta sunt. In memoria mihi est, quum adolescentibus ego, in porticu nostra Portanouensi
Neapoli quandoque diuerterem, Draconettum Bonifacium Neapolitanum, Patriciae gentis & inclytae familiae virum, vt in homine militari facundiae florentis, & multarum rerum cognitione clarum, tunc senectae venerabilem, & debilitate pedum inualidum, in conuentu maximo, praesente atque audiente me, referre solitum esse, se dum in Hispania militaret, marinum hominem, vultu & corpore prorsus humano absoluta similitudine pubetenus: postremis vero in piscem de-
sinentibus vidisse in mensa; ex vltima Mauritania, & Oceani finibus ad Regulos, sub quibus III.
stipendia faciebat, & hesternum ordinem duxerat, pro monstro allatum. Fuisse autem facie ho-
minis vetusti, capillo & barba hispido atque irto, colore caeruleo, statura procera, & maiore hu-
mana. Alis quoque tenui cartilagine, quibus marinos fluctus secabat, & membrana passim in-
B *terlucente munitum. Et hanc rem non sibi tantum, sed plerisque summa nobilitatis viris notam*
& conspicuam fuisse dicere, & post narrationem de duplici Nereide superius allatam, addit:
Sed super omnia in nostro aeuo haud absimile factum accepimus in Epyro: profecto exemplum in-
ter pauca memorabile, quod nonnulli prodendum posteris putarunt, & actis quoque publicis te-
statum est. Ad fontem iuxta aquae, ad quem mulieres ex oppidulo aquatum ventitabant, Tri- IV.
tonem, seu marinum hominem e spelunca, quam forte ibi nactus fuerat, obseruare solitum, si
quando solam ad aquas accedentem, aut per litus obambulantem mulierem videret, ipsum ex
vndis & spelunca leui gressu, tacitisque vestigijs desilire, & a tergo accedere: ac vi compressam
mulierem ex insidijs adoriri, & ad mare concubitus causa arripere; arreptamque sub vndis de-
ferre consuesse. Quod quum apud loci incolas percrebuisset, diligentius marinum monstrum
obseruasse; & quum diutule laqueos illi intendissent; haud multo post dolo captum, & laqueis
vinctum capisse. Quumq; cibo abstineret, extra aquas diutius viuere nequisse: squaloreque
tandem & tadio ad extremam tabem venisse. Tenet fama Venereos eos, & flagrantissime mu-
C *lierum amatios esse: propterea cippi incolas edicto inhibuisse, ne quae deinceps ad fontem mulier*
nisi viris comitata accederet. Quam rem confirmat etiam Gyraldus, inquiens: † *Notissima* † Syntag. 5.
etiam historia: nostra aetate in Epiro vnum eiusmodi laqueis captum, qui puellis insidiaretur,
dum ad fontem aquatum profiscerentur. De hac eadem re plura in Aeliani additamentis P.
Gillius. Addit autem Alexander ab Alex. *Haec nos, & huiusmodi ab his, qui diuersa maria*
penetrarant, & eadem monstra placidis aquis colludentia vidissent, & in occursum nautis ex- V.
ertis capitibus ab vndis occurrisse, & voces audisse referebant, plerumque accepimus. Deinde
Scaliger in Subtilitatibus ad Cardanum inquit: [c] *Praeter ea, quae ex Plinio ac recentioribus* [c] Exer. 226.
circumferuntur, haec habeo: Hieronymus Dominus e Norico nobilissimus, ac fortissimus vir, 12.
qui cum socio suorum studiorum Ioanne Iucundo Architectorum Coryphaeo, me primis literis
Gracis imbuit: is Dominus quum in naues imposuisset manum militum, iussu patris, duceret
suppetias Rhodiensibus: per anchoram funem subnatantem ab se visum, dicere solebat, hominem
marinum. Hoc ego illum Maximiliano Caesari praedicantem audiui, & mox: *Tachnis Scythiae* VI.
fluuius maximus est, qui in Oceanum Arctiam erumpit: In eo sunt pisces humana propemo- VII.
D *dum effigie, sine voce tamen. Ceterum illos neutiquam tutos fecit similitudo, quominus ab ac* Fluuiales homines.
colis esitentur. Hoc quum inter epulas recitarem: illos conuiua aliquot perinde, atq; Anthro
pophagos, abominati sunt: Ad alias relatum est, assensi omnes. Ego vero eorum sententiam im- Tritonibus
piam esse ostendebam, qui putarent, in illis quicquam esse hominis. Anima namque nostra ad animam rationalem nō
hanc rationem gradus quosdam constitutum iri. Quippe a viro sapiente Natura orsa deduxis- ineſſa.
set genus humanum per Canibales, Finmarchios, Pezocorenses, Pygmaeos, Aethiopas stridulos,
ac postremo simiarum genera ad hos vsque pisces. Alia historia paulo hilarior ex India. Pictu
enim conuiuio est. Vrbs & regnum Cochin celeberrimum nauigantibus, Vrbem praeterfluit
Colchan fluuius. In eo, aiunt, agitare pisces humana forma; qui pisces piscibus vescantur.
Cippae eis nomen est. Interdiu sub aqua latere: noctu in ripas exire: ignem silicum allisione ac- VIII.
cendere: ad eum splendorem e fluuio pisces conuenire: eos captos a Cippis deuorari. Mirum ni

Digitized by Google

ſub aquis piſces, quibuſcum ſemper ſunt, facilius capiantur. Sed manus habeant, neceſſe eſt: at Nereidum, aut Tritonum nulli; ſed alarum in modum pinna. Vtinam hæc Oneſicritus, non A
Scaliger ne- *Scaliger, edidiſſet. Sed ſubtilitates tuæ aſpergendæ fuerunt noſtris pinguioribus Mineruis.*
gatius. Vere pinguioribus in hac parte, quum Nereidibus, atque Tritonibus manus ineſſe viderint Gaza, & alij ſupra notati, & inferius afferendi. Nec abſonum eſt, piſces alios interdiu Cippos humana forma viſos in flumine fugere, quos velociores ad eſcam facile capere nequeant: noctu venientes ad lumen ignium frequentes, adoriri & facile capere multos in
d 2. de hiſt. an. eſum. Melius alibi Scaliger: [d Nereides, & Tritones humanam ſpeciem præſeferunt, neque fabula eſt. Antiqui prodidere, & viuunt hodie, qui viuos viderint. Demoſtratus
IX. in Tanagæa oppido conditum vnum a ſe viſum ſcripſit: corij detractum puſillum in ignem iniectum, teterrimum halaſſe fumum. Pauſanias Romæ Tritonem vidiſſe pro pilo modum cutis qualis in rana eſt: cetero corpore minutis ſquamulis obſitum. Mirum branchias ſub auribus dicere habuiſſe, cuietiam manus eſſent, in quibus vngues cochleæ tegumento ſimiles, ſub aluo caudam pro pedibus, *& mox poſt relatas hiſtorias e Plinio*: Sebaſtianus Gada-
X. rus Epirota, patris mei miles ab ſe ſe vnum viſum Tritonem inter Apolloniam & Dyrrha-
XI. chium me adoleſcente prædicabat & etiam irridente. Georgius Malacaſſa ex eadem terra, B
eiuſdemque contuberni, præfectus leuibus equitibus, ab ſe vnum ſpectatum Methone in
XII. littus eiectum. Conſtantinus Palæocapus a patre ſuo viſum vnum in ſinu Euboico quum militaret aduerſus Baiazetum Othomanum, narrauit mihi. Valerius Toſſa Valentianus
XIII. eques patri meo ab ſe ſe vnum viſum viuum exceptum retibus, paloque alligatum, Legatis, quorum nunc in mentem non venit mihi, oſtentatum, quaſi ad ſupplicium maleficum quempiam virum. Summiſſum deinde equitem, qui ſuum affinem Legatis diceret, oraret impetrarent a rege veniam, ſe eius beneficij memorem, neque ingratum futurum: Legatus impetrat de ſubridente rege; nam mox ſolutis vinculis in mare de ſcopulo, vbi vinctus ſteterat, præcipitem ſe ſe dedit. In Gyllij acceſſionibus ſcriptum eſt, ad litus Dalmatiæ ſæpe
XIV. capi marinos homines: item ad mare Rubrum: quorum e coriis conficiantur calceamenta
XV. longo viæ vſu expugnabilia, *& mox*: Piſcatorem Maſſilienſem narrare ſolitum Renato Regi dono datum Tritonem vnum. *Multo prius ipſe Pauſanias in Arcadicis aſſeruerat*: Iam
XVI. vero Tritones voce humana præditos, & eoſdem perforatam concham inflantes canere.] Licet hoc inter fabulоſas adnumeret auditiones; quod voce humana Tritones vti mendacium ſit; quæ ſolum animalium rationalium munus eſt. In Eocolicis tamen poſtea tanquam veram hiſtoriam afferens ait: [Admirationem maiorem Triton affert, de quo dignitatis eſt
XVII. quidam plenior ſermo: Tanagræorum primarias matronas, arcanis Liberi Patris initiatas, ad mare, quo expiationis cauſa lauarent, deſcendiſſe: in eas notantes Tritonem impetum feciſſe: implorantibus numinis opem Bacchum præſto fuiſſe: & ab eo pugna Tritonem ſuperatum. Alter vero eſt ſermo, non ille quidem ſuperiori par dignitate, ſed a fide hominum
XVIII. minus abhorrens: Quæcumque ad mare agerentur pecora, ex inſidijs Tritonem adoriri, & rapere: inuadere etiam leuiora nauigia ſolitum. Tandem Tanagræi vini craterem exponunt: ad eum quum accurriſſet Triton odore allectus, potum, & ſomno correptum, de lictoris tumulo præcipitem collapſum: mox a Tanagræo homine bipenni caput ei a ceruice abſciſſum: eo factum, vt & nunc ſine capite cernatur. Quoniam vero tunc eum temulen-
XIX. tum videre, a Baccho occiſum crediderunt. Vidi ego & alium Tritonem inter Romanorum ſpectacula cetera: ſed hoc, qui apud Tangræos eſt, magnitudine certe inferiorem. Hanc D
Tritonis fi- præſeferunt Tritones figuram: Capitis coma perſimilis eſt paluſtri apio, tum colore, tum
gura. quod capillum omnino nullum ab alijs poſſis diſcernere: reliquum corpus ſquama inhorreſcit minuta; ſed eadem prope, qua lima eſt duritia: branchias infra aures habent: nares hominis, rictum oris latiorem, & pantheræ dentes: oculi glauci mihi viſi ſunt: manus etiam illis ſunt, digitique & vngues ea forma, qua ſuperiores conchyliorum teſtæ: pinnulæ ſub ventre, & pectore pro pedibus, vti Delphinis. *Epiſcopus Maiolus in ſuis diebus Canicularibus, Colloquio de Piſcibus*, Oportunum, *ait*, quoque in eandem rem eſt, ac pro vero admitti poteſt, quod iampridem ex Viue commemorabamus lib. 2. de ver. fid. Chriſt. quando narrauit ætate ſua apud Batauos marinum hominem viſum a plurimis, & ſupra duos annos ibi detentum mutum fuiſſe, & iam incæpiſſe fari; ſed in mare reſiliſſe gaudentem. Erat igitur
XX.

A sorte hic vetus homo; nam fari incipiebat; mente igitur pollebat; sed diuturna aquarum consuetudo non permittebat hominem in solo salubriter versari posse, quem angeret aerea leuior respiratio. *Sed ego crediderim non hominem fuisse; loqui vero didicisse, sicuti pica, psittaci, corui, & alia pleraque bruta loqui discere consueuerunt. Baptista Fulgosius inquit:* e Eugenio Quarto Pontifice apud vrbem Sibinicum in Illyrico captus memoratur marinus homo, qui ad mare puerum trahebat. Is ab accurrentibus, qui rem inspexerant, lapidibus fustibusque vulneratus in solum retractus est: eius effigies penè humana, nisi quod cutis anguillæ similis erat, & in capite duo parua habebat cornua: manus quoque duorum tantum digitorum formam exprimebant: pedes autem in duas veluti caudas desinebant: a quibus ad brachia ala, vt in vespertilione, extendebantur. *Theophanes Isaurus Abbas in chronologia testatur:* In Ægypto quoque, in Nilo, Mena Præfecto vna cum populo deambulante in loco, qui dicitur Delta, Sole orto animalia humanæ formæ persimilia apparuere in fluminis medio, vir scilicet & mulier visebantur, vir quidem pectore ingenti, vultuque terribili, rufa coma, vsque ad lumbos denudatus: mulieri mammillæ erant, cum femineo prorsus vultu ac caesarie prolixa: visa feruntur vsque ad horam nonam ab omni populo. Deque ea rescripsit ad Mauritium Imperatorem Mena, anno Domini 592. *Rubenquensis ponit 586. Sed multo postea, an. Dom. 1403. referente Maiolo*, in Hollandiæ lacu marina mulier filii, eo e mari reiecta. In Harlemum igitur vrbem delata, quum nuda esset passa est se vestibus indui: panis, lactis, & ceterorum vsum admisit, didicit quoque fila e colo deducere, & obsequi rebus multis muliebri more: simul & Christo Crucifixo genua flectens venerabunda, docilis ad omnia quæ mandaret patrona. Nunquam tamen locuta est, semper muta, annos multos ibi viuens.] Neque mirum est de illius docilitate, quum & in belluarum genere Simiæ, canes, Elephanti, & alia pleraque similiter edoceantur. Vbi mulier marina fuit, ibi pariter masculum extitisse necesse est; quia natura nunquam vnum sine altero parit in eadem specie distincti sexus; alioqui frustra sine coniuge futurum. Addit autem Vulturanius: [At anno Christi 1526. in Frisia captus marinus vir barbatus ac capillatus pilis valde teretis, patuos annos viuens, semper mutus, tandemq; pestilentia interijt. In Baltico mari anno Do. 1531. prope Elepochum Norvegiæ oppidum, captus est vir marinus, qui Episcopum insulis ornatum corporis habitu penitus exprimebat: dono datus Sigismundo Poloniæ Regi, triduo tantum vixit: deque eo Gilbertus Horstius, & Cornelius Hamsterodamus Romam scripsere. Et de istis Tritonibus plura scribit Damianus Goes in Olysipponis enarratione. Et non procul a Lunæ promontorio Ferdinandus Aluarus, domus Indicæ scriba, vnum adolescentem marinum in littus prodeuntem, piscatorumque pisces sumentem, & crudos edentem narrat. Et quoniam res tanta in Hispania illustris erat, habebaturque copia illo mari Syrenum, ac Tritonum, adhibita est fides. Nam comperiuntur in antiquis Lusitaniæ regni archiuis de ea re monumenta; quum ea monstra ad se pertinere tum Rex, tum Magnus Magister S. Iacobi contenderent; translatione autem lis illa dirempta est, decretumque, non Magistro Ordinis, sed Regibus deberi vectigal Syrenum, aliarumque bellarum marinarum, quæ in littoribus Magistri caperentur. Hæc quidem pluribus Damianus: quæ etiam recolit Gregorius Bruin. in Harlemo.] Tot igitur atque tam euidentibus insignium virorum testimonijs de Tritonum existentia, eorumque salacitate, ac more rapiendi nostrates feminas, seu ad concubitum, seu etiam, vt ego quidem suspicor, ad esum pro cibo illis monstris delicatissimo, fidem abrogare nefas esse ducens, allatū antea Schema de Tritone pulchram mulierem sub vndis complectente censeo posse nobis indicare Tritonum huiusmodi morem, quem graphice nobis expressum ob oculos ponere voluerit Autor Emblematis, eo monens, ne mulieres, præsertimque formosas absque sufficienti custodia permittamus in mari se abluere, nec in littore versari.

Homo marinus vt loqui discere potuerit. e lib. 1. c. 6. XXI.

XXII.

XXII.

Natura non patitur feminam sine masculo: non viciſſim. XXIV.

XXV.

XXVI.

Vectigal monstrorum marinorum.

Tritones cur feminas nostras rapiant.

Tertia moralis est explicatio de piratis, & prædonibus, aliisque maritimā classe rapientibus res alienas. Cap. LXIV.

CEterum anteferenda ceteris est forsan explicatio mystica de piratis, prædonibus, aliisq; viris violentis, qui res minus potentium sibi iure belli rapere fas esse ducunt; etenim olim

olim piratica dedecori non erat, sed virtutis fortitudinis actio; de qua sic apud[a] Virgilium, qui piratam introducit de sua vita rapaci gloriantem ita fari: A

[a] Æn. 9.

„ Omne ævum ferro teritur: versaque iuuencum
„ Terra fatigamus hasta: nec tarda senectus
„ Debilitat vires animi, mutatque vigorem.
„ Caniciem galea premimus, semperque recentes
„ Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.

Piratarum potentiæ origo.

Et sane piratarum potentiam, & insolentiam ortum habuisse testatur Plutarchus ex incustoditis maribus, portubus, ac insulis, in Pompeio scribens: [Piratarum potentia primum ex Cilicia erupit, originemque habuit audacem, & occultam: animos vero & confidentiam bello Mithridatico ceperunt, obsequijs regijs accommodantes se. Deinde dum bellis ciuilibus Romani ante portas vrbe concurrunt, vacuum custodibus mare sensim illexit illos, & incitauit: vt non iam nauigantibus modo essent infesti, sed insulas & oppida maritima vastarent. Iam pecunioſi etiam, natalibus clari, viri prudentia præcellere habiti naues prædatorias conscendebant, & societati nomina dabant, quasi ea res laudem adderet & gloriam. B

Piratica olim illustris

Ad hæc erant his multis locis naualia, portus piratici, & speculæ munitæ, Pharique. Classes incursitabant non solum delecta militum classiariorum & sociorum naualium iuuentus, gubernatorum arte, nauium pernicitate & agilitate ad munus suum instructæ: verum etiam supra eorum terrorem inuidiosus stimulabat fastus. Auratis stylidibus, purpureis cortinis, remis inargentatis quasi sceleribus gestiebant gloriabanturque. Tibiæ cantus, compotationesque per omnia littora, principum in captiuitatem raptus, vrbium redemptiones captarum fugilllatio erant Romani imperij. Erant nauigia prædatoria supra mille, capta ab illis oppida quadringenta. Inuiolata & intacta ante id sana adorti expilarunt Clarium Didymæum Samothracium, Telluris Hermione templum, Æsculapij Epidaurit in Isthmo, Tenaro, Calauria Neptuni: Apollinis in Actio, & Leucadæ: Junonis Sami, Argis, in Leucadio. Peregrina sacra illa, quæ peraguntur in Olympo, faciebant, & mysteria quædam peragebant arcana, quorum Solis, Mithrem dicunt, etiam hac memoria manssere primum ab illis monstrata. Maiorem in modum Romanis insultantes, etiam vias eorum excursione facta infestabant, & villas maritimas excindebant. Corripuerunt aliquando etiam duos Prætores: Sextilium, & Bellinum prætextatos, accensosque & Lictores cum illis ipsis abduxere. Capta fuit Antonij viri triumphalis filia, rus proficiscens, & grandi pecunia redempta.] Quare non absimile vero fuerit, insignem aliquem piratam, qui rapuerit aliquando feminam primariam, huiusmodi sui facinoris symbolum in anulo gestare voluisse. Consueuerunt enim antiqui milites cuiuscumque generis, ab se patratorum facinorum insigniorum stemmata scutis, vel anulis insculpere, ad gloriam sui nominis pariter & ad hostes deterrendos. Et sane recte Lacerda superiorem Virgilij locum de Numenio gloriabundo propter piraticam vitam ait: *Fuit ista apud veteres Gentiles viuendi ratio* ex rapto, *non ignominiosa: Idea Numenius de suis Italis pradicat, vt glorioſum, quod pradas agerent, & rapto viuerent.* De Germanis Tacitus: [b] *Materia munificentia per bella, & raptus. Nec arare terram, nec expectare annum tam facile persuaseris, quam vocare hostes, & vulnera mereri. Pigrum quinimmo & iners videtur, sudore acquirere, quod possis sanguine parare.* Iactatur sententiola, quam suis inseruit Gruterus: C

Raptu viuere, glorioſum.

[b] de moribus Germanorum.

Latrocinari gloria est, non dedecus. D

Furari lex Laconum iubet ingenuis

Plutarchus in Apophthegmatibus Laconicis, ait, *fuisse tempus, quo lege iubebantur ingenui pueri furari quicquid possent.* Idem scribit Xenophon in Cyro suo dicens: *Sed quid ego de furto disputo, quum vos Lacedamonios audiam patria disciplina a pueris furtis assuefieri: tantumque abesse vt turpe cuiquam sit furari, vt necesse etiam sit: modo ijs abstineat, quæ lege excepta sunt. Ac quo quam elegantissime, & cautissime furemini, iubet lex deprehensos in furto loris cædi.* Apud Homerum [c] etiam Autolycus *erat in honore propter furta*, scilicet callide, cauteque patrata, vt ait Spondanus. At ex latrocinijs, & rapinis, quæ sunt in genere furti laudatur Autolycus; quod in his animi, corporisque fortitudinem ostenderet in aggrediendis impauide, superandisque fortiter ingentibus, atque formidolosis periculis. Albertus etiam Kranthius [d] agens de prisca Danorum disciplina, *Igitur*, ait, *quum Danorum Reges terra mari..*

[c] Odyss. 19.

[d] lib. 1. hist. Vand. c. 7.

Digitized by Google

A *marique, velut iustum exercerent imperium, piratica in honore fuit, non minus quam olim apud Lacedæmonios furtum; arbitrabantibus, velut in Paganismo Barbaris (quibus nulla leges prodita, nulla Iustitia comperta monita) iuste possideri quicquid vi, aut armis quæreretur, &c.* Et alibi pro suis Hispanis notatis a Virgilio [e] cl. Lacerda: Fuit antiquissimis maximum (hoc gradu pono,) gloriæ decus, viuere ex rapto. Nam hoc illis argumentum summum militaris virtutis. Pertinent vnice ad hanc rem verba Thucydidis; [f] [Græci olim & Barbarorum, quicumque in continente maritimi erant, quique insulas incolebant, vbi cæperunt crebrius alij ad alios nauibus transire, ad latrocinium conuersi sunt, Ducibus non ignobilissimis, tum sui quæstus, tum infirmorum victus gratia, Atque adorti vrbes muro vacantes, vicatimque habitantes diripiebant, ac maximam victus partem hinc comparabant, quod illud opus nondum pudori esset: quinimmo gloriam quandam afferret. Quod declarant quidam etiam nunc in continente, quibus decori est hoc bene exercere; tum vetustissimi Poetæ, apud quos illi vltro citroque nauigantes interrogantur, num latrones sint; Quæ res declarat, nec interrogatos operis pudere; nec eos, qui scire studeant, exprobrare. Et in mediterraneis etiam homines mutuo prædantur: & adhuc pleraque in Græcia vetustus mos colitur, vt apud Locros, qui vocantur Ozolæ, & Ætolos, & Acarnanas, & hanc ipsam continentem. Quin etiam arma ferre apud hos ex vetere latrocinio permansit.] Addit pòst pauca, hanc publicam fuisse viuendi rationem apud Græcos. Iustinus quoque ita signate ad hanc gloriam: [g] *Phocenses ex ignauitate & macie terræ coacti studiosius mare quam terras excurrerant, piscando, mercando, plerumque etiam latrocinio maris (quod illis temporibus gloria habebatur) vitam tolerabant.* Certe Vopiscus in Proculo non probri loco dixit: *Homo, quod negari non potest, optimus idemque fortissimus: ipse quoque latrociniis assuetus, qui tamen armatam semper egerit vitam.* Sicuti neque de se Vlysses apud Homerum, [h] vbi cum vxore loquens rationem statuit, qua esset suppleturus oues consumptas à procis: ait itaque;

Multas quidem ipse ego prædabor: alias autem Achiui
Debunt, donec omnia implebunt stabula.

Origo latrocinij piratici

[e] 3. Georg.
[f] lib. 1.
[g] lib. 43.
[h] Odyss. 23.

B

An ille in se iactaret contumeliam? Demosthenes [i] suadet Græcis suis, vt rem gerant cum Philippo, latrocinando, quod non faceret, si fuisset illud indecorum: *Sed latrocinari est necesse: & hac gerendi belli ratione vtendum primum.* De Thracibus Herodotus in Terpsichore [k] scribit: *E bello atque rapto viuere, pulcherrimum. Atque hi quidem sunt eorum insignissimi mores. Deos autem hos solos colunt, Martem, Liberum, Dianam: sed reges, præter populares, etiam Mercurium* (latrociniorum Deum) *Eumque e dijs præcipue: per quem solum iurant: a quo progenitos quoque se aiunt.* Hanc gerendæ rei rationem antiquissimam discoce ex Dione Chrysostomo; [K] qui quum dixisset; *possessionis modum esse, latrocinando hominem capere*, subiecit: *qui modus omnium, opinor, est antiquissimus.* Ouidius in Fastis [l] ponit in summa laude Romuli & Remi,

C

[i] 1. Philip.
[k] lib. 5. c. 6. 7.
K Orat. 15.
[l] lib. 3. v. 64. & seq.

,, Sæpe domum veniunt prædonum sanguine læti,
,, Et rediguntad os in sua rura boues,

& mox;

,, Mars Latio venerandus erat, quia præsidet armis;
,, Arma ferax genti remque decusque dabunt.

D Huc pertinet etymologia latronum, quæ passim obuia: & quæ ex Plauro omnes indicant; & verba ista Interpretis Demosthenis: [m] *Latronum vocabulum habet quandam notam fortitudinis, siquidem hostes spoliant.* Addit mox Lacerda: *Ergo Hispani, qui bellicosissimi, & fortissimi habiti, prædonum nomine honestati sunt a Plinio: vt qui non vitam segnem agerent, sed omnia bello & rapinis turbarent. Idem de illis Iustinus Elogij loco:* [n] Feminæ ,, res domesticas, agrorumque culturas administrant: ipsi armis & rapinis seruiunt; *Huic enim errori subiecti fuerunt gentiles, vt quo generosiores & fortiores essent, eo magis conuerterentur ad furta, latrocinia, rapinas. Qua de re signatus est locus apud Platonem VIII. Legum. Quin, quod mirere, gens quædam Scotorum rem hanc pietatis esse plenam putant etiam nunc; ita enim lib. 1. Rerum Scoticarum Lesłæus scribit;*

[m] 2. Olynth.
[n] lib. 44.

Prædonum Latrocinia qui putent æuo nostro pie fieri.

,, Por-

,, Porro prædandi artem adeo sibi licere putant, vt nunquam feruentius suas preces per- A
,, currant, & ad calculos rosaria, quæ vocantur, sollicite percurrentes reuocant, quam
,, quum quadraginta aut quinquaginta sæpe milliaria ad abigendas prædas se conferunt.
Hoc ipsum lege decreuisse Lycurgum apud Lacedæmonios pueris vt bello magis idonei fo-
rent, admonet agens de Laconum Republica Xenophon ita: [Quin etiam ad salubrius de-
gendum, & ad staturæ proceritatem magis id alimenti conducere arbitratus est, quod gra-
cilia corpora, quam quod lata cibo efficeret. Verum ne rursus fame admodum premeren-
tur, noluit illos quibus indigebant, ea otiosos capere, sed furari quædam sinebat, quibus
fames leuaretur. Ac quod, non quia non haberet quod daret, permisit his alimentum sua
sibi industria molirentur, latere id puto neminem. Patet autem, eum qui surrepturus quip-
piam sit, oportere & noctu vigilare, & interdiu fraudem ac insidias tendere, exploratores-
que parare, si consequi quod cupit, velit. Itaque perspicuum est, eum qui pueros callidio-
res circa res ad victum necessarias facere voluerit, hac ratione etiam bellicosiores effecisse.
Cur verbera- retur in fur- to deprehen sus ab eo qui furari iusse- rat. At dixerit quispiam: Quid igitur, si quidem furari bonum existimabat, multis eum ver-
beribus, qui in furto deprehenderetur, plectendum voluit? Quoniam, vt mihi videtur, & B
in alijs quæcunque homines edocent, puniunt non rite ministrantem; proinde & illi cru-
ciant deprehensos perinde atque inepte furantes. Perpulchrum præterea statuunt ex ar-
duo & difficili loco caseos quamplurimos rapere, quos ab alijs cædi iussit: ille quidem hoc
significans, solere eum qui paucum tempus doluisset, diu vbi sibi prospere successerit, gau-
dere. Manifestum etiam, hac in re mollem & tardum, vbi maturato sit opus minime iuuare,
ac plurimas turbas capere.] Constat igitur ex habitis apertissime, priscis temporibus fura-
ri non fuisse dedecori, sed potissimum latrocinari, prædas agere, piraticam exercere, ac
rapere res optatas, extitisse gloriosum, fortitudinis, atque militaris virtutis argumentum;
vt & contra raptoribus fortiter obsistere, suaque sarta tecta tueri. Quare iam duo colligas
ex antea propositis: unum quidem est, gemmam allati Schematis olim ab insigni quopiam pi-
rata gestatam in anulo grandiori, quæ charam memoriam sibi conseruaret raptæ virginis,
mulierisue ab se perdilectæ, multoque labore conquisitæ: Alterum autem est, res pulchras
& amabiles, ac pretiosas, cuiuscumque generis extiterint, esse diligenter & caute custo-
diendas, nulla relicta prorsus occasione fortioribus insidiatoribus eas rapiendi. C

Quæ iam sufficiant ad explicationem Schematis Decimæ Gemmæ.



D

Herum

Digitized by Google

A

HEROVM FILII NOXÆ.

Schema XI. Gemmæ.



B

C

Primus Erichthonius currus et quattuor ausus Virgil. lib 3 Geor.
Iungere equos rapidisque rotis insistere victor.
Apud Petrum Stephanonium in gemma.

Sententia Cl. viri de primo quadrigarum inuentore proponitur, ac expeditur. Cap. LXV.

VIr eximius, adhuc ignoti nominis, ad hanc iconem Schematis epigraphen posuit duos Virgilij versus e Georgicis:

D ,, Primus Erichthonius currus, & quatuor ausus
,, Iungere equos, rapidisque rotis insistere victor.

Equidem admitto, Virgilium cum plurimis in ea sententia fuisse, qua celebratur Erichthonius extitisse primus, qui currus inuenerit, & illis quatuor equos trahentes adiunxerit. Nec obstat, quod hanc laudem Æschylus adscripserit Prometheo, quem introducit de se dicentem:

,, Ad currus adiunxi equos frænigeros.

Herodotus in Melporaene [a] Afris; inquiens: *Et a Libybus quadrijugos equos iungere Graci didicere.* Cicero Mineruæ, scribens: [b] *Quarta Minerua Ioue nata & Coriphe Oceani filia: quam Arcades Coriam nominant: & quadrigarum inuentricem ferunt.* Ado in Chronicis ætate III. Procido, dicens hunc *primum omnium quadrigas iunxisse.* Theon Arati Inter-

[a] cap. 189.

[b] 3. de Nat. deo.

[d] de spectac. pres, & Pausanias in Atticis hoc inuentum Troxilo attribuunt. Tertullianus [d] Acrophilo Argiuo, Nyginus Orsilocho Argeo, Eusebius in Chronicis Arogilo, seu Proclyto: siquidem fieri potuit vt Athenis primus Erichthonius, vbi regnabat, iunxerit equos ad quadrigam; quod voluit Virgilius, & alij alibi. Nec inconuenit, in varijs locis varios eadem primum inuenisse, non ab vllo doctos. Minerua quoque dicitur quadrigarum inuentrix, quas Erichthonius reperit, quoniam Athenienses omnia inuenta sua referunt ad Mineruam Athenis præsidem. Sed quicquid sit de proposito. Nostro Schemati nulla ratione conuenire possunt Virgiliani versus allati; quum in eo nulla quadriga spectetur, nulla prorsus equorum facies: verum sola Minerua veluti iaculum in Erichthonium iaculatura, qui deiectus in terram ictum metuens elato brachio se se tegere conatur vtcunque. A

Varij quadrigarum inuentores vt esse potuerint.

Propria sententia proponitur, & confirmatur, de Erichthonio a Pallade, seu filio spurio, & impuro proiecto. Cap: LXVI.

MVltifariam Erichthonij generatio proponitur ab Autoribus Classicis; at ea, quæ maxime congruit Emblemati nostro, & quam maxime respexisse videtur Autor huiusce modi Schematis, est quam proponit ex antiquioribus Natalis, inquiens: [a] *Vulcanus quum arma Ioui, quibus in bello aduersus gigantes vsus est, fabricasset; pro laboris diligentiaque mercede, obtinuisse, vt Iupiter iuraret per Stygiam paludem quodcumque poposcisset, se illi concessurum. At Vulcanus Minerua nuptias, cui Iupiter perpetuam virginitatem concesserat postulauit: id abnuere quidem non potuit; sed clam Mineruam monuit, vt reluctaretur. Quum igitur Mineruam adijsset Vulcanus, dicitur inter luctandum semen profudisse: quod in terram fusum in hominem conuersum est: Quare Pausanias inquit in Atticis, huic patrem fuisse neminem mortalium; sed quoniam ex terra & contentione sit genitus, Vulcani filium ita fuisse nominatum. Hunc terrigenam, & inter serpentes educatum fuisse scripsit Euripides in Ione hoc pacto:* B

[a] lib. 9. myth. cap. 11.

,, Seruans auorum legem, & e terra sati
,, Erichthonij. Iouis puella namque ei
,, Duos dracones corpori mox addidit
,, Custodes: deinde seruandum dedit
,, Athenienſibus puellis. manſit hinc
,, Mos ille Erechtidis vt ornent filias
,, Serpentibus aureis. . . . .

C

Alij tamen dictum fuisse volunt, non a contentione, quam ἔρις significat, sed ἀπὸ τῆς ἔριθου, a lana scilicet, qua Minerua femur sibi absterserit, quum semine Vulcani inquinata fuerat, in terram coniecta. Inde postea dicti sunt Terrigenæ omnes Athenienses. Neque vero Erichthonius solum, sed etiam Erechtheus dictus est: sic illum nominauit Homerus [b] in Catalogo:

[b] Illiad. 2.

,, Vrbem præclaram coluerunt illi at Athenas:
,, Fortis Erechtheus populum, quem nutrijt olim
,, Nata Iouis Pallas, peperit quem dædala tellus.

D

Fabulantur huic crura fuisse anguibus similia: quem recens natum a Minerua susceptum in cistam fuisse absconditum inquiunt. Hanc Aglauro custodiendam commisit, & Herse, Pandrosoque sororibus, &c. Similiter Boccatius agens de Genealogia [c] Deorum Gentilium, aic: *Erichthonius, quem Erechtheum appellat Homerus, filius fuit Vulcani & Mineruæ: de creatione cuius talis fertur fabula ab antiquis. Quod quum Vulcanus fulmina Ioui aduersus Gigantes pugnanti fecisset, petijt sibi loco præmij, vt liceret sibi cum Minerua concumbere: quod ipse concessit: data Mineruæ licentia, vt suam Virginitatem, si posset, viribus tueretur. Dum ergo Mineruæ cubiculum intrasset Vulcanus, & Mineruæ acriter se defendenti vim inferre conaretur, actum est, vt voluntate nimia percitus Vulcanus in pauimentum semen effunderet ex quo aiunt Erichthonium natum: eique serpentinos dicunt fuisse pedes: ad quos contegendos ætate prouectus currum primus excogitauit: vt dicit Virgilius:*

[c] lib. 12. c. 17

,, Primus Erichthonius currus, & quatuor ausus
,, Iungere equos, &c.

Huius

Digitized by Google

A *Huius autem fictionis intentum Augustinus in libro de Ciuitate Dei sic detegit: dicit enim apud Athenienses templum fuisse Vulcano & Minerua commune, in quo compertus est infans draconе circumuolutus: qui quum magnum virum futurum indicio Athenienſium portenderet, eum seruauerunt: & eo quod parentes essent incogniti, ijs quibus dicatum erat templum, in quo compertus erat, Vulcano scilicet & Minerua, dederunt in filium. Hic praterea, vt dicit Anselmus in libro de Imagine mundi, in celum inter alias celestes imagines assumptus, Serpentarius dictus est.* D. tamen Augustini verba nonnihil Boccatius immutasse videtur, & sensum, quod non suam, sed aliorum mythologiam allatam dicit S. Doctor verbis ipsissimis. [d] *Erichthonij regis Athenienſium: cuius nonissimis annis Iesu Naue mortuus reperitur, Vulcanus & Minerua parentes fuisse dicuntur. Sed quoniam Mineruam virginem volunt, in amborum contentione Vulcanum commotum effudisse aiunt semen in terram; atque inde homini nato eam ob causam tale inditum nomen. Graca enim lingua ἔρις contentio: χθὼν terra est: ex quibus duobus compositum vocabulum est Erichthonius. Verum quod fatendum est, refellunt, & a suis dijs repellunt ista doctiores, qui hanc opinionem fabulosam hinc exortam ferunt: quia in templo Vulcani & Minerua, quod ambo vnum habebant Athenis, expositus inuentus est puer* B *draconе inuolutus; qui eum significauit magnum futurum: & propter hoc commune templum, quum essent parentes eius ignoti, Vulcani & Minerua dictum esse filium: nominis tamen eius originem fabula illa potius quam designat historia.* Ex quibus aperte constat huiuscemodi mythologiam a D. Augustino non tanquam propriam proponi, sed tanquam alienam, quam scilicet idolatræ sacerdotes afferunt, vt Deos suos a crimine vindicent; quod immediate subnectit D. Augustinus adiungens: *Sed quid ad nos, quum isti in veracibus libris homines instruunt religiosos, illud in fallacibus dæmones delectet impuros, quos tamen illi religiosi tanquam Deos colunt? Et quum de illis hæc negant, ab omni eos crimine purgare non possunt quoniam ludos eis poscentibus exhibent, vbi turpiter aguntur quæ velut sapienter negantur; & his falsis ac turpibus dij placantur: vbi etiam si fabula cantat tam hominum crimen, quam numinum falsum, delectari tamen falso crimine crimen est.* Ceterum vt propius ad genuinam Schematis explicationem, iuxta sensum Autoris accedamus, in gemma fingitur armata Minerua, casside, scuto, iaculo, & induta corpus vniuersum; vt indicaretur Virgo Dea re-
C pugnans libidini Vulcani procacis, & cum eo contendens; etenim, vbi non aliter possunt, virgines pudicitiam suam tuentur ab impuris hominibus violentiam inferentibus, veste se se contegentes. At Minerua præterea casside, Clypeo, spiculoque ponitur armata, quod virgo prudentia, constantia, vique omni suam integritatem aduersus impudicum aggressorem quemcunque tueri debeat. Erichthonium vero maxime propulsare prorsus, & ab se penitus abigere, ferireque rectissime ponitur, quod intemerata mulier opprobriosa crimina sibi quomodolibet opposita tenetur opprimere prorsum. Quin & Erichthonius recte fingitur tum a Minerua, putata vtcumque matre, abiectus, tum cruribus anguineis; quod vtrumque vitium sibi gentilitium est, ac hæreditarium; etenim Vulcanus, illius pater, a matre fuit abiectus, & cruribus debilis, atque claudus; de Vulcani deiectione sic Homerus in hymno in Apollinem, Iunonem loquentem introducit:

,, Ipse meus natus claudus Vulcanus: ego ipsa
,, Hunc peperi, manibus capiens, & in æquora ieci.

scilicet eius turpitudinem abhominata: sicuti multo post ortum Iupiter iterum proiecit eum
D e cælo, quod Junonem a Ioue suspensam soluisset: vnde duplex crurifragium passus est: Qua de re Gyraldus: [f] *Cyllopodion, teste Theophilo cognominatus est Vulcanus, quod claudus esset; id enim Cyllos significat. Eadem ratione & Cholipus, vt notant Nicandri Interpretes in Theriacis, qui & ipsum Chalapoda cognominatum tradunt. A Catullo Tardipes ideo notatus.*

,, Scripta tardipedi deo daturum.

Quare vero claudus dicatur supra dictum est. Amphigyeis quoque Vulcanus appellatus, in primis ab Hesiodo in Theogonia, item in Ergis, id est Claudus vtroque pede: vbi de Pandora agit. [g] *Item ab Homero: & quod & Cyrillus contra Iulianum in tertio notat*, & paulo antea Gyraldo: *Vulcanum ex sola Iunone natum canit Hesiodus hoc carmine:*

,, Iuno Vulcanum nulli commista in amore
,, Edidit . . . . . .

Mythologia Erichthonij ex D. Augustino.

Boccatius notatur.

d 18. de Ciu. cap. 12.

Erichthonij ætuum quando.

Schematis genuina explicatio.

f 13. Syn.

g Ili-

Digitized by Google

Quem multi secuti sunt, inter quos Apollonius Rhodius in primo, quodcius plenius ostendunt A
„ *Interpretes: Idem & Ouidius: Lucianus in eo, qui est de Sacrificijs*: De Iunone, inquit,
„ ferunt, nempe hanc citra virilem congressum subuentaneo conceptu grauidam, puerum
„ edidisse Vulcanum, atque eum quidem non admodum fortunatum, verum excusorem &
„ fabrum ærarium, quique perpetuo tum igni, tum in fumo versetur, ac scintillis oppletum:
„ quippe cuius ars in fornacibus exerceatur. Tum autem, ne pedibus quidem integris;
„ claudicare enim e ruina, quum a Ioue præceps datus esset e cælo. Quod ni Lemnij pro-
„ sua bonitate, quum dum adhuc ferretur in aere, suscepissent, perierat Vulcanus. Hacte-
nus Lucianus. *At Isidorus*; Ideo, *inquit*, Fabrorum fornacis Vulcanum autorem fuisse di-
cunt, quia sine igne nullum metalli genus fundi extendique potest. *Sed enim Homerus Vul-*
canum ex Ioue & Iunone natum scribit: quas opiniones Phurnutus de Nat. Deorum explicat &
„ *allegorias interpretatur*. Pulchre sane Phurnutus ait: At bona hominum pars artes Mi-
„ neruæ ac Vulcano tribuere: Mineruæ quidem, quando hæc prudentia ac industria esse vi-
„ detur: Vulcano autem, quod ex artibus plurimæ per ignem sua opera exhibeant. Dein-
„ de certe æther ac splendor & purus ignis est Iupiter: at ille, qui in vsu est, ac aeri misce- B
„ tur, Hephæstius, id est Vulcanus, dictus est, ab incendendo, ducto nomine: hinc eum Io-
„ ue & Iunone prognatum esse dixerunt: & aliqui Iunone sola; nam crassiores ac pinguio-
„ res flammæ quodammodo ex solo incenso aere materiam sumunt. Verum traditur clau-
„ dus esse, quod ob materiæ crassitudinem cursum claudicantibus haud absimilem faciat:
„ aut fortassis, quod sine ligneo tanquam baculo progredi nequeat: Verum nonnulli,
„ quia superiorem motum ob nutrimentum inferiori dissimilem atque inæqualem faciat, illo
„ tardiore existente, eum claudicare dicebant. Ferunt autem, Iouem illum e cælo in ter-
„ ram dedisse præcipitem, quod fortassis, qui primi cæperint igne vti, ex ardenti fulminis
„ iactu hunc adepti sunt; quum antea nullis ingenij machinis ad ignita peruenire potuissent.
Ego vero dixerim Vulcanum, quasi volantem canum, qui flamma est, potissimum sub forma
fulminis ex æthere trusus; claudum assignari; quod fulminum motus tortuosus est; nec vn-
Fuminis motus tortuosus cur sit. quam recta incedunt: duplici ex causa natales habere; quarum altera est aer mediæ potissi-
mum regionis, quem in Cratylo Plato Iunonem esse vult, & appellari, lepida quadam Ety-
mologia, celeri repetitione nominis *Era*, quæ Iuno est, & Aer: quum aer sit materia flam- C
b 2. de gen. c. 28. 1. meteor. su. 2. c. 1. 4. meteor. su. 1. c. 3. *c* 1. phy. t. 80. & 1. *K* in Timæo. mæ, quam Aristoteles *b* definit esse fumum ardentem, atque ardorem sicci spiritus, quo no-
mine dictus est ignis materialiter ex sola Iunone genitus; quum aliam nullam obtineat mate-
riam proximam, quæ vices matris geritin productione rerum naturalium, Aristoteli simili-
terque Platoni. *K* Sed causam Effectricem æther habet, ac cælum, adeoque Iouem. Clau-
dicat autem etiam flamma, sicut innuit Phurnutus, quia ratione leuitatis ignis ad æthera sur-
sum ascendit, sed ratione crassioris materiæ fumosæ, quæ terrestris est particeps naturæ, atq;
gravitatis, deorsum sponte contendit; vnde motus ignis est inæqualis, & irregularis, claudi-
cationi persimilis. Quam claudicationem propterea fabulantur eum adeptum ex præcipi-
tatione de cælo in terras, tum a Ioue patre, tum etiam a Iunone matre: de quanos alibi fusius
in Encyclopædia, quam pridem edidimus ad Aram Dosiadæ. Sic Erichthonius Vulcani pa-
tris fatum subiens, suo a Pallade cum lana semine Vulcani coinquinata proiectus est, atque
deiectus in terram; minacique vultu, manuque telo armata perterritus. Quin & quod ex
l 2. de gen. an. c. 3. *m* de monstr. & de perf. const. hom. in vtero. læsis parentibus plerumque nascantur itidem infantes eadem parte læsi, vt ait *l* Aristoteles,
& nos ex eo fusius aliquando *m* demonstrauimus, ex leuiter claudi vtroq; *n* pede Vulcani se- D
n Gyrald. Synt. 15. mine natus est Erichthonius adeo infirmis pedibus, vt hi nihil firmitudinis habentes, eius cor-
pus apte regere sustinereque minime valerent, ac sub pondere corporis molles flecterentur,
& anguium imaginem potius quam crurum representarent; quem defectum adultus vt ce-
laret, imbecillitatique nativæ succurreret, instituit sibi currum, quem traherent equi. Sic
o in Apophth aliquando Cicero Plutarchi *o* relatu, per metaphoram dixit, *Claudus ad equum*, de homine
referente se turpiter ad iurgia, cui deessent rationes in animo conuincentes antagonistam,
p lib. 2. c. 64. cum quo desceptaret. Et quemadmodum, vt ait Natalis „ *p Memoriæ prodidit in Atticis*
Pausanias, Vulcanum iniuriæ acceptæ a matre minime oblitum, auream sellam cum occultis
quibusdam vinculis dono matri misisse, quæ Deam, quum assedisset, statim implicauerunt:
„ *quod etiam Plato innuit in secundo de Republica*: Atque poetæ cogendi sunt, vt moderata

„ vtan-

Digitized by Google

A ,, rantur oratione, vt Iunonis vincula a filio, & a patre (siue a matre) Vulcanum deiectum; ita Schematis Autor Erichthonium patrizantem inducit, quum contra Mineruam extolle-re, ac euibrare cruris anguem ore patulo finxit, velut vlorem deiectionis. Ceterum quum Minerua fuerit integerrimo, pulcherrimoque corpore, mentequeque vegeta: Vulcanus autem ex casu de cælo in mare leuiter claudus: vt constat Valerio Maximo scribente: *Tenet vi-sentes Athenas Vulcanus Alcamenis manibus fabricatus: præter cetera enim perfectissimæ ar-tis in eo præcurrentia indicia, etiam illud mirantur, quod stat dissimulatæ claudicationis sub veste, leuiter vestigium representans, vt non tanquam exprobratum vitium, ita tanquam cer-tam, propriamque Dei notam decore significans.* Eorum filius Erichthonius degener valde tu-pibus cruribus, & infirmissimis pedibus, tortuosis & mollibus ad instar anguium fuisse poni-tur; quod Heroum filij plerumque noxæ sint; vt ratio comprobat, & multiplex experien-tia; ratio quidem, quia quum in operibus animi, viri mente præstantes, & ingenio, quales Minerua fuerunt, & Vulcanus apud antiquos, multum spirituosæ substantiæ, ~~calidique~~ naturalis absumant; eorum semen debito spiritu, caloreque, fecunditatis omnis autore (vt B edocet Aristoteles) destitutum, vt minus secundum sobolem imperfectam generare cogi tur. Experientia quoque comprobat idipsum; etenim Mythologus Comes infit: *Neque mirari conuenis, si quum de Ioue superius loquerem, paucos filios illi tribuimus; quum præ-ter supradictos, Mercurius quidam, & Venus, & alij nonnulli eius filij extiterint; quoniam ita obscuri fuerunt, vt eorum nomina pene deleta, & extincta sint eodem, quo vita, die.* Sed lucu-,, lentius de mortalibus Adagiographus inquit ipsissima: Virorum heroum filij Noxæ. Ve-,, teribus illud obseruatum fuit, præstantium virorum filios multum a progenitorum mo-ribus abfuisse: Vnde & Demosthenes dixit, *A viris egregijs, perinde quasi fato quodam id ,, accidat, improbos proficisci filios.* Quæ quidem Demosthenis sententia refertur a ,, Ari-,, stide in Cimone. Interpres, quisquis is fuit, homo nec indiligens, nec indoctus, hoc lo-,, co prouerbium citat, quod modo retulimus. Manet & hodie vulgatus iocus: *Ex sapien-,, tissimis patribus stultissimos propagari liberos.* Euripides in Heraclidis generaliter hanc ,, sententiam ad omnes mortales retulit:

Vnum forsan inter plurimos
Inueneris, qui patre non sit nequior.

C ,, Adstipulatur huic sententiæ locis aliquot Homerus: nominatim Odysseæ E.

Æquat rara patrem soboles, sed plurimi ab illis
Degenerant, pauci superant probitate parentem.

Declamit hoc argumentum Ælius Spartianus in Seuero Cæsare, multis exemplis declarans; ita fere vsuuenisse, vt viri seu virtute, seu literis, seu fortunæ indulgentia insignes, aut nullos omnino liberos habuerint, aut tales reliquerint, vt magis ex vsu rerum humanarum fuerit, illos absque liberis decedere. Et vt ordiamur a Romulo, hic nihil liberorum reliquit: nihil Numa Pompilius, quod vtile posset esse Reipublicæ. Quid Camillus? num sui similes libe-ros habuit? Quid Scipio? Quid Catones, qui magni fuerunt? Jam vero quid de Home-ro, Demosthene, Virgilio, Crispo, & Terentio, Plauto, ceteriisque alijs loquar? Quid de Cæsare? Quid de Tullio, cui soli melius fuerat liberos non habere? Quid de Augusto, qui nec adeptiuum bonum filium habuit, quum illi eligendi potestas fuisset ex omnibus? Falsus est etiam ipse Traianus in suo municipe ac nepote deligendo. Sed vt omittamus adoptiuos, D ne nobis Antonini Pius & Marcus numina Reipublicæ occurrant, veniamus ad genitos. Quid Marco felicius fuisset, si Commodum non reliquisset hæredem? Quid Seuero Septi-mio, si Bassianum non genuisset? qui statim insimulatum fratrem insidiarum contra se cogi-tatarum, parricidiali etiam figmento interemit: qui nouercam, matrem quinimmo, in cuius sinu Getam filium eius occiderat, vxorem duxit: qui Papinianum iuris asylum & doctrinæ legalis thesaurum, quod parricidium excusare noluisse, occidit: & Præfectum quidem suum, ne homini per se & per scientiam suam magno deesset & dignitas. Ad hanc rem Ale-xander in suis problematibus ait: *Cur plerique stulti liberos prudentissimos procreauerunt; & contra, multi valde prudentes stolidissimos? Quod homines stultiores, quum concubunt, totos libidini se se dedunt: itaque animo penitus in corporis concreationem demerso, astrictoque rei tantum veneræ, semen vires optimas tum rationales, tum naturales adeptum perfluit, creatq;*

Heroum filij cur noxæ.

q l. 8. c. 11. f.

r 2. de gen. an. c. 3.

s lib. 2. c. 6.

Iouis cur pauci filij na-scuntur, quũ plurimos ha-buerit.

t lib. 1 probl. 28.

proinde hominem prudentiorem: At homines prudentes, & docti semper aliquid vel honesti, vel utilis animo complectuntur, nec in ipso quidem venereo coitu omnino a rerum studio desistunt: itaque animo remissiori profluens semen expers longe facultatis illius animalis incumbit. Hine etiam deduci ratio potest, cur homines stulti atque indocti filios robustos maxime procreant, prudentes & docti imbecillos. Itaque passim audiunt merito *Heroum filij noxæ*. Ad quod indicandum belle Schematis autor antiquus in gemmula finxit Erichthonium anguinis pedibus, longe deteriorem parentibus Vulcano leuiter Claudo, & Minerua, corpore pariter & animo integerrima, quæ ipsum vel in lana coinquinata fecundo Vulcani semine mox nasciturum abiecit, & ortum statim vultu minaci, teloque tantum non vulneratura perterrefaciens ab se penitus ablegauit in cista conclusum.

Humana vita est mors vndique miserijs obsessa.

Schema XII. Gemma.



Papilio? an nè rota est vitæ fugientis imago?
Vrna rogum? lethi fratrem signatne papauer?
obtinuit medium cur quæ vltima linea rerum est.
Apud equitem S.ti Stephani Franciscum Gualdum.

Aliena declaratio proponitur, & explicatur. Cap. LXVII.

PRofecto multum ad veritatem accessisse videtur vir eruditus appositis tribus versiculis præsenti Schemati:

„ Papilio? an nè rota est vitæ fugientis imago?

„ Vrna

A ,, Vrna rogum? fratrem signat ne papauer?
,, Obtinuit medium cur quæ vltima linea rerum est?

Enimuero Papilio vitam humanam signat: sed in eodem hieroglyphico duas imagines, Papilionem, & Rotam, idemomnino signate, vitam scilicet fugacem, non ne superuacaneum, atque vitium artis est? Vrna quomodo mortem signet, vbi caluariæ mortui ponitur? nonne pariter hæc superabundat in Emblemate? Sane papauer somnum indicit; qui frater mortis habetur: sed cur opponitur Vrna sepulchrali? Calvaria mortui cur media collocetur inter quatuor ista symbola, dum non explicatur, sed quæritur, imperfecta Schematis est expositio; quam interpres complere tenemur. Age nos hanc peculiarem aggrediamur.

Propria sententia proponitur: primumque Caluariæ symbolum medium explicatur de vita mortali. Cap. LXVIII.

B QVinque sunt in Schemate signa; quarum media, calvaria humana, desuper papilionem habens, infra se Rotam obtinens, ab vno latere Papaueris planam, & ab alio sepulchralem Vrnam: princeps est omnium figurarum. Est humana calvaria, spectabilis antrorsum, ad quam alia quatuor, tanquam ad proprium centrum lineæ, referuntur. Admirabile profecto Iobi patientis oraculum habetur, quod vniuersum hocce Schema declarat, velut inde sumptum; quo dicitur: [a] *Homo natus de muliere: breui viuens tempore: repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut umbra: & nunquam in eodem statu permanet.* Sane homo natus de muliere sapienter humana calvaria designatur: breue tempus humanæ vitæ papilione, quod animal ephemerum est: Vrna sepulchralis repletur ossibus, & cineribus calvarum, quæ sunt miseriæ nostræ: flos egrediens e surpo, qui conteritur, & fugit velut umbra, papauer est inter omnes florum species: Rota nunquam in eodem statu permanet, sed assidue volvitur instabilis. Age nunc singulas huiusmodi notas diligenter explicemus; a calvaria sumentes exordium. Profecto calvaria, quæ caput est hominis defuncti, mystice designat hominem degentem in hac vita mortali: quoniam recte scribit Apuleius, [b] *Homo tunc cæpit, & vixisse cœpit, quando prudentia, & sensus omnes in illa parte continebatur, cætera omnia secundum capitis vocabula nuncupantur.* Hinc apud Aristotelem [c] apte reprehenduntur illi, qui mundum ab inferiori sui parte sublunari determinant generationi & corruptioni obnoxium, quum a portione cælesti, quæ decreto Platonis in Timæo capiti & vultui proportione respondet, denominari debeat generationis & corruptionis expers: en verba Stagiritæ clarissima: *Non recte dicunt, qui totum mundum esse reprehendunt eos, qui ita arbitrantur, quoniam quum & ipsorum sensibilium plurima numero in se habere videantur, de toto tamen aliquo similiter sentiunt; hic enim qui circumest, solum sensibilium locus in corruptione & generatione est, quæ nulla vetat diuina, vniuersa pars est: vnde tota fuisset, propter illa, si ea etiam absoluisset; quam propter ista, illa condemnasse.* Quare solum caput, ac vultus, hominem totum mystice repræsentat. Quod veteres eo significarunt, quod in Numis, non totius corporis imaginem, sed calvam solummodo capite, vultumque Cæsaris, aut Augusti, Neronis, Agrippinæ, aut alius cuiuslibet. Quin & in oculo solo totius corporis habent signum indicat aperte sacra pagina, qua legitur: [d] *Lucerna corporis tui oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex totum corpus tuum lucidum erit; si autem nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit.* Sed & paulo antea faciem vniuerso corpori comparat, & homini toti, cui nunc oculum proportionalem fecit, vt oculi nomine signet a sensu præstantiore totam faciem & caput; dixerat enim nouissime: [e] *Quum autem ieiunatis, nolite fieri, sicut hypocritæ, tristes: exterminant enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. Tu autem, quum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam lauta, ne videaris hominibus ieiunans tu.* Ieiunium enim emaciat non solum caput & faciem, sed etiam manus, pedes, & vniuersum corpus reliquum; at hoc totum corpus a parte magis præcipua, magisque conspicua denominant Caput, atque faciem; quam mox denominat similiter a sensu nobiliore, conspicuoque magis, oculum, vt vidimus. Itaque caput, & facies vniuersum hominem apte repræsentat in Schemate. Sed hoc aperte fatetur etiam Dantes Alighenus inquiens: [f]

[a] Iob. c. 14. v. 2.

[b] l. de dogm. Platon.

[c] 4. met. t. 23

Caput solum Cæsaris cur insculptum numis.

[d] Luc. 11. 34. Matth. 6. 21. 22.

[e] Matt. 6. 16 & seq.

[f] Purg. cant. 29.

,, Pa-

,, Parean l'occhiaia anella ſenza gemme:
,, Chi nel viſo de gli homini legge OMO,
,, Ben hauria quiui conoſciuto l'Emme.

Quem locum commentator Landinus explicans infit: *Parea il tondo de gli occhi, doue ſtanno gli occhi, anella ſenza gemme, anella tonde, ſenza caſtone, doue entra la gemma: dicono che nella faccia dell'homo gli orecchi e'l naſo fanno vno* M, *in queſta forma* m, *& gli occhi ſono nel mezo due* o *in queſta forma*, O O: *& coſi dicono OMO. Adunque il Poeta vuol dimoſtrare, che la magrezza del viſo facea più eſpreſſamente apparire.* Nos autem olim agentes de Mundi & Hominis analogia ſecus hunc locum interpretati ſumus aſſerentes; [g] Quandoquidem in facie hominis duæ malarum eminentiæ, per ſuperciliorum arcus coniunctæ ſuperne cum naſo, inde ad labia protenſo, repreſentant literam m; intra cuius lineas duæ cauitates oculorum efformant duas literas O O; quæ quidem in vultibus hominum emaciatorum euidentius conſpiciuntur ſub hac imagine m. Nomen igitur Hominis, naturaliter inſcriptum eſt eiuſdem vultui: propterea que vultus & caput eſt ſymbolum totius hominis. Ceterum vitam humanam poſt primi parentis errorem eſſe veram, & continuam quandam mortem, ſeu moriendi paſſionem actualem, quam apte deſignet humana caluaria Schematis allati, facile probari poterit ex diuina pagina, ſacris doctoribus, & ex rei natura. Primum enim hiſtoria ſacra ponit homini ſtatim creato Deum iuſſiſſe: [h] *Ex omni ligno paradiſi comedo: De ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas: in quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris.* Quem locum, vt obſeruat [i] Pererius, viri præclari rationabiliter interpretantur de actuali morte, non tantum de neceſſitate moriendi: verum, mortem illi quidem intelligunt, non completam, ſed inchoatam, ſcholaſtici dicerent in fieri, non in facto eſſe; ſtatim enim vt Adam peccauit, corpus eius ſpoliatum iuſtitia originali, & munere immortalitatis deſtitutum, cæpit perpeti frigus, calorem, laſſitudinem, aliaque incommoda & mala, quæ ſunt certiſſimi venturæ mortis abſolutæ nuncij, cæpitque paulatim corrumpi, & ad interitum conſummatum delabi. Sicut enim Philoſophi alterationem, quæ præcedit procreationem formæ ſubſtantialis, quod ſit ad eam præparatio quædam neceſſaria, & velut certiſſima quædam via, non dubitant appellare generationem: ita alteratio, quæ paulatim animam a corpore ſeparat, & ducit homines ad interitum, nomen mortis & corruptionis ſibi vendicat. Sapienter igitur illa mulier Thecuitis ad regem Dauid: [k] *Omnes morimur, & quaſi aqua dilabimur in terram, quæ non reuertuntur.* Veriſſimum etiam eſt illud B. Gregorij: [l] *Temporalis vitæ æternæ vitæ comparata, mors eſt potius dicenda quam vita. Ipſe enim quotidianus defectus corruptionis, quid eſt aliud, quam quædã prolixitas mortis?* Corpus igitur Adæ in eodem ſtatu permanſiſſet, niſi ipſe peccaſſet; non enim paulatim fuiſſet diſſolutum aut vitiatum, & ad mortem delapſum; at poſt peccatum, cæpit paulatim diſſolui & corrumpi, & ad interitum fluere: & ex eo tempore, mors ei cæpit dominari. D. Auguſtinus, quem plurimi Theologorum ſequuntur, eandem ſententiam comprobat, & latius extendit ad omne mortis genus, inquiens: [m] [Quum ergo requiritur, quam mortem Deus primis hominibus fuerit cõminatus, ſi ab eo mandatum tranſgrederentur acceptum, nec obedientiam cuſtodirent: verum animæ, an corporis, an totius hominis, an illam, quæ ſecunda dicitur? Reſpondendum eſt, Omnes; prima enim conſtat ex duabus; ſecunda ex omnibus tota. Sicut enim vniuerſa terra ex multis terris, & vniuerſa Eccleſia ex multis conſtat Eccleſijs, ſic vniuerſa mors ex omnibus; quoniam prima conſtat ex duabus: vna animæ, altera corporis. Vt ſit prima totius hominis mors, quum anima ſine deo, & ſine corpore ad tempus pœnas luit: ſecunda vero, vbi anima ſine deo cum corpore pœnas æternas luit. Quando ergo dixit Deus primo illi homini, quem in paradiſo conſtituerat, de cibo vetito: Quacunque die comederitis ex eo, morte moriemini: non tantum primæ mortis partem priorem, vbi anima priuatur Deo: nec tantum poſteriorem, vbi corpus priuatur anima (*ſenſim ſecundum partes aſſi due abiens in elementa*) nec ſolum ipſam totam primam, vbi anima & a Deo, & a corpore ſeparata ponitur: ſed quicquid mortis eſt vſque ad nouiſſimam, quæ ſecunda dicitur, & qua eſt nulla poſterior, comminatio illa complexa eſt. Nam poſteaquam præcepti facta tranſgreſſio eſt, confeſtim gratia deſerente diuina, de corporum ſuorum nuditate confuſi ſunt: vnde etiam folijs ficulneis, quæ forte a perturba-

[g] 8 Cap. 1.

Caluariæ mortui ſignificatum.

[h] 2. Gen. 2. 16. 17.

[i] l. 4. in Gen. c. 2. qu. 2. nu. 259.

[k] 2. Reg. 14. 14.

[l] Homil. 37. in Euang.

[m] 13. de Ciu. c. 12. & 13.

turbatis prima comperta sunt, pudenda texerunt? quæ prius eadem membra erant, sed pudenda non erant. Senserunt enim nouum motum inobedientis carnis suæ, tanquam reciprocam pœnam inobedientiæ suæ. Jam quippe anima libertate in peruersum propria delectata, & Deo dedignata seruire, pristino corporis seruitio destituebatur. Et quia superiorem Dominũ suo arbitrio deseruerat, inferiorem famulum ad suum arbitrium nõ tenebat: nec omnino habebat subditam carnem, sicut semper habeee potuisset, si Deo subdita ipsa mansisset. Tune ergo caro cæpit concupiscere aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: cum qua controuersia nati sumus, trahentes originem MORTIS in membris nostris, uitiataque natura, contentionem eius sine uictoria de prima præuaricatione gestantes.] Itaque uiuere humanum ob culpam originalem est continuum mori; quo corpus assidue reluctatur animæ, atque ab eius obedientia separatur, & sensim sine sensu secundum partes corrumpitur abiens in elementa, ex quibus primo coaluerat. Hanc eandem sententiam, quod uita nostra in corpore mortali sit uere mors, Apostolus protulit inquiens: [a] [Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? (*Sed præstat integram Apostoli sententiam audire*)] [b] Itaque fratres mei, & vos mortificati estis legi per corpus Christi; vt sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, vt fructificetis Deo. Quum enim essemus in carne, passiones peccatorum, quæ per legem erant, operabamur in membris nostris, vt fructificarent morti: Nunc autem soluti sumus a lege mortis, in qua detinebamur: ita vt seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ. Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui, nisi per legem; nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces: Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat (*quia scilicet peccatum nihil est aliud, quam transgressio legis*) Ego autem viuebam sine lege aliquando. Sed quum venisset mandatum, peccatum reuixit. Ego autem mortuus sum: & inuentum est mihi mandatum quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem. Nam peccatum occasione accepta per mandatum, seduxit me; & per illud occidi. Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum & iustum & bonum. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum vt appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem, vt fiat supra modum peccans peccatum per mandatum. Scimus enim quod lex spiritualis est, ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. Quod enim operor, non intelligo: non enim quod volo bonum, hoc ago: sed quod odi malum, illud facio. Si autem quod nolo, illud facio: consentio legi, quoniam bona est. Nunc autem iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Nam velle adiacet mihi, perficere autem bonum, non inuenio. Non enim quod volo bonum, hoc facio, sed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo, illud facio: iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Inuenio igitur legem, volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de CORPORE MORTIS HVIVS? Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum. Igitur ego ipse mente seruio legi Dei: carne autem, legi peccati, (*qua mors est, & mortem affert assidue. Quod etiam Philo dixerat, 1 eni*) Sapiens, qui videtur vita mortali defunctus, immortalem viuit: malus autem viuens in vitijs, quantum ad felicem illam vitam est mortuus. (*Verum & alibi* [r] *dicit.*) Pœnalis vero *mors est*, quum anima e virtutis vita emoritur, & viuit in vita vitij. Quam opinionem Mosis secutus propemodum Heraclitus ait: Viuimus illorum mortem, mortui sumus illorum uitam: ac si dicat. Nunc, quum uiuimus, mortuam esse animam, tanquam monumento insepultam corpori; quod si mortui fuerimus, tum demum animam uiuere uita propria, liberata a malo, mortuo uinctoque corpore.] Quæ fuit etiam Platonicorum omnium sententia, decernentium corpus esse sepulchrum animæ, cum Præceptore suo. Ceterum & hominem in corpore mortali semper naturali morte secundum partes corrumpi; quod antea nouimus e sacra pagina legente quod, [t] *Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur*

[a] Rom. 7. 24.
[b] Rom. 7. 4. & seq.
[p] Exod. 20. 5. Deuter. 5. 26.
Cur sine lege peccatum nõ sit.
Homo viuẽs vt mortuus sit.
[q] 2. de insid. deter. potiori
[r] 1. de leg. alleg. f.
[s] in Cratylo. Corpus est animæ sepulchrum.
[t] 2. Reg. 14.

mur in terram, quæ non reuertuntur: ostendere quoque licet ex Aristotele, ponente substantiam materialem corporis nostri semper ad instar aquæ fluere, dum inquit: * *Quoniam autem dubitatum est de his sufficienter, oportet & dubitationem solutionis tentare inuenire, saluantes, manente eo, quod augetur, & adueniente aliquo augeri, recedente autem minui: Adhuc autem quodcunque signum sensibile, aut maius, aut minus factum esse: & non vacuum esse corpus, neque duas magnitudines in eodem loco, neque incorporeo augeri. Suscipiendum autem causam, quum determinauerimus primum, vnum quidem, quod ea, quæ sunt dissimilium partium, augentur, quia ea, quæ sunt cosimilium partium, augentur; componitur enim ex his vnumquodque: Deinde quod caro & os, & vnaquæque talium partium est duplex, quemadmodum & aliarum in materia formam habentium: etenim materia dicitur, & forma, caro, aut os. Quamcunque igitur partem augmentari, & adueniente aliquo, secundum formam quidem est possibile, secundum materiam autem non est. Oportet enim intelligere, quemadmodum si quis mensurabit eadem mensura aquam: semper enim alia, & alia, quæ generantur: sic vtique augmentatur materia carnis. Et non cuicunque partium aliquid adijcitur; sed hoc quidem defluit, hoc autem aduenit; figura autem, & forma, cuicunque particulæ.* Quum igitur ex humani corporis uiuentis hanc uitam mortalem (siue sit in augmenti tempore, siue in ætate consistentiæ, siue in decremento) quacumque particula semper recedat aliquid, per insensibilem saltem transpirationem a Medicis appellatam, abiens in excrementa, & in elementa, quod prius anima pollebat, a qua deseritur in corporis residue substantiæ partibus remanente: semper necessario singularum partium uiuentium & animatarum aliqua portio moritur, illa nimirum, a qua separatur anima permanens in corporis residua substantia. Quo nomine corpus humanum uiuens assidue moritur secundum naturam per partes; etsi secundum totum ratione formæ permanentis uiuere dicatur. Quod & alibi satis innuit Aristoteles, asserens: * *Generatio igitur est prima participatio cum calido nutritiua animæ: Vita autem, mansio huius: Incrementum autem est prima refrigeratiua particulæ augmentatio: Senectus autem, huius decrementum: Status autem, horum medium: Mors autem & corruptio, violenta quidem, calidi extinctio & marcor (corrumpitur enim vtique propter ambas has causas) quæ autem secundum naturam, eiusdem huius marcefactio propter temporis longitudinem facta & perfectionem: in plantis igitur ariditas, in animalibus autem vocatur mors. Huius autem, quæ quidem in senectute mors, marcor particulæ propter impotentiam refrigerandi, a senectute.* Sed mors, quæ ante senectutem simul cum vita pernat in humani corporis particulis, est marcor calidi nativi ad consumptionem assiduam humidi radicalis in ijs partibus, quæ iugiter in halitus dissoluuntur, & morientes ab anima recedunt, cui prius vnitæ viuere dicebantur. Illud enim de humano corpore proportionabiliter asserendum est, quod in scholis passim dicitur de elementis, quæ ponuntur æterna & incorruptibilia secundum totum, ratione formæ; sed assidue corrumpi secundum partes, ratione materiæ; non aliter homo secundum totum ratione animæ, quam obtinet, viuere dicendus est; ac simul ratione corporis, cuius assidue partes aliquas amittit, iugiter etiam mori constituendus est. Vt propterea nasci sit aperire carceres ad metam mortis, & dum currimus vitæ cursum, vna morimur: ac inter carceres & metam nil omnino diuidit; eodemque pede tangitur extremiras vtraque vitæ, quæ inducit, & quæ educit; ortus nimirum, & interitus. Itaque rectissime per humanam caluariam in Schemate nostro mystice signatur homo viuens hanc vitam mortalem. Ad prædicta si respexit, verissime scripsit Manilius †

,, Nascentes morimur, finisque ab origine pendet.

* 1. de gen. t. 35. 36.

Homo viuēs vt assiduè moriatur.

* de vit. & mort. c. 14.

† lib. 4.

Digitized by Google

A

De Papilione, significante breuitatem humanæ vitæ.
Cap. LXIX.

PORro vitam humanam esse breuem, non solum comparatione facta cum æterna immortalium vita; quod omnes vltro fatentur: verum etiam simpliciter & absolute, secundum se spectatam, constat ex rei natura; siquidem quum homo sit animal rationale, proindeque capax omnium artium atque disciplinarum; vt cuius intellectus natura sua potest omnia [a] intelligere; nullus tamen hominum repertus est adhuc (excipias Dominum, qui homo Deus extitit, in quo reconditi sunt omnes thesauri sapientiæ, [b] atquæ scientiæ Dei) qui sciuerit omnia, quin qui multa non ignorarit, quique multo plura non ignorarit quam scierit; quo nomine recte Socrates, quem oraculum sapientis titulo decorauit, animaduertens ea quæ sciebat, esse minimam partem eorum, quæ sibi restabant addiscenda, testimonio Platonis, [c] asseuerare consueuerat, hoc vnum se scire, quod nihil sciret; nimirum adeo breue spatium vitæ metitum fuisse se, licet esset iam senex, vt rerum homini scibilium nullam fere partem adhuc addiscere potuerit, vniuerso tempore vitæ suæ. Deinde vero, quod B ait Hippocrates, [d] vitam esse breuem, artem vero longam, id non de sola medicina verum est, sed absolute de qualibet arte; quia nullus artifex est omnino perfectus in sua facultate, quin vlterius proficere queat. Si ergo vita non sufficit ad vnam artem exactissime perdiscendam, cui nihil vlterius perfectionis adiungi potest; quomodo vita nostra secundum se breuissima non dicetur absolute, quum hominum nullus in omnibus artibus, quarum capax est humanus intellectus, excellere potuerit vnquam ob vitæ breuitatem? habitus enim artium, prudentiæque, diuturnitate temporis comparantur, ex multiplici experientia; propterea que non obseruantur in iuuenibus, vt notat [e] Aristoteles. Ita vita humana secundum se, ad hominis naturam comparata, qui facultatem habet omnia *f* sciendi, breuis est absolute. Plutarchus ex Aristotele breuitatem humanæ vitæ sic ostendit Apollonio: [g] *Hoc ipsum Aristoteles ait Silenum, quum captiuus ad Midam adduceretur, pronunciasse: cuius hæc sunt (præstat enim opinor ipsa apponere) in Eudemo, siue libro de Anima verba.* Itaque, *inquit*,

„ præstantissime omnium & beatissime, cum felices censemus esse & beatos, qui vita hac
C „ defuncti sunt: tum nefas putamus quicquam de ijs falso aut contumeliose dicere; quippe
„ qui melioris iam præstantiorisque naturæ facti sint compotes. Atque hæc nostra sententia ita vetusta est, vt eius & initium & autor prorsus ignoretur; sed ab infinita vsque æternitate continenter ea sic est propagata. Ad hæc, vides in ore hominibus esse omnibus
„ iam inde a multis annis tritum illud. Quodnam? inquit ille: Quod (ait) omnium optimum est non nasci: præstat autem mori, quam viuere: eiusque rei multis sunt diuinitus
„ perhibita testimonia. Atque huc pertinet, quod narratur, Silenum a Mida isto captum, & a venatione ei sciscitanti, Quidnam optimum homini, maximeque expetendum
„ esset: principio respondere noluisse, vocemque compressisse. Tandem quum vrgendi
„ vt aliquid diceret finem nullum Mida faceret, in hæc inuitum erupisse verba: Ærumnosi
„ genij, & difficilis fortunæ semen, in diem durans, quorsum me cogitis ea vobis dicere, Ignorate pro
„ quæ vobis nescire erat melius? maxime enim vacantes dolore viuunt, qui sua ingnorant pria mala bo
„ mala: Hominibus autem omnino optimum est non nasci; neque participes fieri præ- num.
„ stantioris naturæ: optimum enim omnibus vtriusque sexus hominibus hoc est: Proxi-
D „ mum huic, & inter ea, quæ consequi homo possit, primum est, quam celerrime mori.
„ Manifestum autem est, sic eum pronunciasse, quod melior sit mortuorum, quam viuo-
„ rum conditio. Quem locum alibi tractantes de Immortalitate [h] Animorum fusius explicauimus. In præsentia sufficiat ad nostri Schematis explicationem assumere, quod *Homo* dicitur *Ærumnosi genij, & difficilis fortunæ semen in diem durans*; adeoque vitæ breuioris, quam deceat humanam conditionem inter animalia cetera præstantissimam. Verum enim Dies humanæ vitæ qui fit.
vero dies ista mensurans humanam vitam absolute, nõ est vulgaris diecula viginti quatuor horis terminata; sed quæ longissimum humanæ vitæ cursum metitur, & ad mille vulgares annos producitur, vt inquit S. Irenæus, [i] & ostenditur ex ipso Psalte diuino concinente ad Dominum: [K] *Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna, quæ præteriit. Et custodia in nocte, quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt. Mane sicut herba transeat,*

[a] 3. de an. t. 4. 18. 37.
[b] Coloss. 2. 3.
[c] in Theage.
[d] 1. aph. 1.
[e] 1. Eth. c. 3. 6. Eth. c. 8.
[f] 3. de an. t. 4. 18. 37.
[g] de Cõsolat. ad Apollon.
[h] lib. 3. c. 8.
[i] lib. 5. aduersus hæres.
[K] Ps. 89. 4. & seq.

Digitized by Google

mane floreat, & transeat: vespere decidat, induret, & arescat. Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus (amittentes æternitatem vitæ corporalis in Adami peccato, simul cum eo ejecti de paradiso, procul ab arbore vitæ, cuius esu seruari poteramus immortales in corpore) *Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo: seculum nostrum in illuminatione vultus tui.* (Scilicet uniuersa vitæ nostræ duratio, quæ dicitur æuum, & seculum nostrum, adeo breuis est, ut ictu oculi diuini mensuretur) *Quoniam omnes dies nostri defecerunt: & in ira defecimus*) qui ob peccatum una cum Adamo deiecti fuimus e loco deliciarum, vbi vitam immortalem, nunquam deficientem viuere poteramus, in gratia tua permanentes) *Anni nostri sicut aranea meditabuntur:* (Et ex Hebræo Pagninus) *Consumpsimus annos nostros tanquam sermones* (quod verumque signat humanæ vitæ miseriam, atque breuitatem; sermo enim prolatus, vt notat Genebrardus, mox euanescit: volans irreuocabile verbum. Et Chaldaica translatio) *sicut vapor oris nostri in hieme* (qui citissime consumitur, & in Araneæ similitudine Glossographo, & Incognito, Miseria & breuitas huius vitæ exprimitur hic per similitudinem araneæ, quæ multo labore inanes telas texit, vt dolo capiat muscas.) *Dies annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni. Si autem in potentatibus octoginta anni: & amplius eorum labor, & dolor. Quoniam supervenit mansuetudo: & corripiemur.* (Apertius ex Hebræo Pagninus) *Dies annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni. Et si in fortitudinibus octoginta anni: & fortitudo eorum peruersitas, & iniquitas. Quoniam recessit cito, & avolauimus.* Quum ergo septuaginta anni, & octoginta, non sint adhuc decima pars millenarij; si mille anni nostræ vitæ comparantur apud Deum hesternæ diei, quæ præterijt; iam vniuersa vita hominis breuior est vnica die; quod & S. Petrus ait: [l] *Vnum vero hoc nō lateat vos charissimi, quia vnus dies apud Dominū sicut mille anni & mille anni sicut dies vnus.* Quum itaque nemo fere mortalium attigerit annum vitæ millesimum; prof. & tu vita hominis hoc sensu dici potuit a Sileno, *Ærumnosa genus, & difficilis fortuna semen, in diem durans*: Id autem apprime nostri Schematis autor hieroglyphico Papilionis indicauit; quod esse animal Hephemerum antea nos edocuit Valerianus, & Albertus; quorum verba sunt iterum huc afferenda. Pierius quidem [m] ait *DE EHPEMERO. Apud Cimmerium Bosphorum Hypani fluuio veluti folliculos acinis maiores ferente, gignitur Ephemerus, animal quadrupes volatile, quod nos Diarium appellare possumus.*

VNIVS DIEI VITA.

per hieroglyphicum eius infantem aliquem, qui non vltra vnius diei spacium vitam produxerit, nonnulli significandum censent. Id enim animalis genus vt exuperit e folliculo, in pomeridianum vsque diei tempus viuit, & volat: mox descendente Sole macrescit & languet: deinde Occidente moritur: vita non vltra diem vnum prorogata. Miror, virum eximium huius rei [n] Autorem non laudasse Aristotelem, cuius euidentia verba sunt in Animalium historia: [n] Hypanis fluuius apud Cimmerium Bosphorum sub solstitio defert veluti folliculos acinus maiores, quibus quadrupedes volucres erumpunt: quod genus animalis in posterum diurnum vsque diei tempus viuit, & volat: mox descendente Sole macrescit, & languet; deinde occidente emoritur, vita non vltra vnum diem peracta: vnde Ephemerum, id est Diarium appellatum est. Sed addit illico de suo Valerianus: *Eiusdem imbecillitatis est Papilio, in grandissima musca speciem, colore albido, qui ex folliculo bombycis intra suam araneam conditi transformatique erumpit, candidoque exceptus velo, ova haud ita multa post paparuerum seminibus paulo maiora, edit plura numero: mox intra pauciss imarum horarum spacium ab ouis editis emoritur:* Magnus autem Albertus in eandem sententiam inst: † *Papiliones sunt vermes volantes multorum colorum: Quidam enim sunt in alis sicut purpura, quidam albi, quidam hyacinthini, & quibusdam quadam inest rubedo: Hi sunt, qui in autumno coeunt, & post coitum masculus moritur: & tunc ova facit femina, & ipsa similiter moritur.* Itaque rectissime Papilio ponitur in Schemate supra caluariam humanam, ad indicandam breuitatem, ac si placet, imbecillitatem humanæ vitæ. Ceterum Joannes de la Casa Lyricus Italiæ celeberrimus vitæ nostræ breuitatem contraxit ad vnam vel duas horas mysticas, inquiens in Pœgnio, honorifico commendato laudibus Torquati Tassi, heroici poetæ.

Questa vita mortal, che'n vna, o'n due
Breui e notturne hore trapassa, oscura

Papilionis vita breuissima.

E fred-

[l] 2. Ep. 3. 8.

[m] lib. 26.

[n] 5. lib. c. 19.

† lib. 26. de animal.

A E fredda; inuolto haueo fin qui la pura
Parte di me, ne l'atre nubi fue,

De Papauere, simulachro somni, a quo prima desumis exordia, & in quo dimidium suæ durationis habet humana vita. Cap. LXX.

A Dextris humanæ caluariæ sapienter insculpitur Papauer; quia quum vita sit † motus quidam; decernente Magistro: *Vitam autem dicimus, qua per ipsum sit, alitionem, augmentationem, & diminutionem*: & mox: [a] *Decernus igitur principium accipientes considerationis, determinari animatum ab inanimato ipsa viuere. Multipliciter autem ipsi viuere dicto, & si vnum aliquid horum insit solum, viuere ipsum dicimus, vt intellectus, & sensus, & motus, & status secundum locum: adhuc autem motus secundum alimentum, & augmentum, & decrementum.* Primum autem humanæ vitæ tempus in alimento, & augmento pusilli corporis nuperrime geniti, somno detineri, sapienter ostendit alibi Philosophus [b] inquiens: *Principio pueri quum nati fuerint, dormire animum imperfectorum maxime animalium solent; quoniam intra parentem, quum primum sentire cæperint, tempus dormiendo totum fere consumunt. Sed quæritur de prima generatione, vtrum vigilia præcedat, an somnus: Quod enim proficiscente ætate magis expergisci visuntur, contrarium, id est somnum principio generationis inesse, probabile est. Tum etiam transito de non esse in esse per medium fieri solet: somnus autem talis sua natura esse videtur, vt viuendi & non viuendi interliminium sit: & neque omnino sit, qui dormit, neque non sit; vnitur enim patissimum vigilia propter sensum. Sed, si animal habere sensum necesse est & tunc primum est, quum primum contingit sentire; primam istam dispositionem non somnum, sed similem somno esse putandum, qualis plantarum est; etenim ita accidit, vt per id temporis vita plantarum animalia viuant: At plantis somnum inesse impossibile est; nullus enim somnus inexpergiscibilis est: affectio autem illa plantarum quæ somno est proportionalis, inexpergiscibilis est. Necesse est etiam animalia dormire partem maximam temporis, quoniam incrementum & pondus locis superioribus impositum est. causam autem dormiendi talem esse alibi exposuimus. Verumtamen expergisci in vtero etiam videntur; quod tum in dissectionibus, tum in prole ouipari generis patet: mox obdormiunt, & rursum resuscitati delabuntur: Quamobrem egressa quoque in lucem, bonam temporis partem dormiendo traducunt. Quum pueri vigilant, non rident: quum dormiunt, rident: interdum etiam lacrymant. Accidit enim dormientibus etiam animalibus sensus, non modo quæ somnia vocantur, sed etiam præter somnia, vt ijs, qui dormientes resurgunt, & quidem pleraque agunt sine somnio: sunt enim qui dormientes resurgunt; & ambulent videntes eo modo, quo qui vigilant; ijs enim sensus accidentium contingit, quanquam non vigilantibus, tamen non vt somnium. Infantes vero propter consuetudinem quasi neseij vigilandi, sentire, vtereque in dormiendo videntur: tempore autem procedente, incrementoque transeunte in partem inferiorem expergiscuntur. Iam magis & partem maiorem temporis ita degunt; sed imitio plus quam cetera animalia somno dediti viuunt; imperfectissimi enim omnium perfectorum partuum nascuntur, & incremento partis superioris exuperant*: in qua maxime somnus fieri solet, velut in proprio domicilio; nam alibi Philosophus [c] asseuerat, *somnum a cerebro proficisci*: & *somni dominum [d] esse locum, qui circa cerebrum.* Quum itaque vita consistat in motu: motusque principium in animalibus a dextris D initium habeat, Aristotele [e] doctore; propterea Papauer hieroglyphicum somni ponitur in Schemate a dextris humanæ caluariæ, vitam mortalem indicantis, vt visum est. Porro papauer esse hieroglyphicum somni, licet hoc nusquam Pierius asseruerit, aperte tamen constat, tum ex rei natura, quia papaueris succus Meconium appellatur, & opium, ac impense soporiferam vim obtinet: tum ex Virgilio, cui [f]

,, Vrunt lethæo perfusa papauera somno.

& infra: [g]

,, Inferias Orphei lethæa papauera mittes.

& alio loco: [h]

,, Spargens humi mella, soporiferumque papauer.

& Ouidio: [i]

,, Quotue soporiferum grana papauer habet.

† Animatum

[a] 2. de anim. t. 13.

[b] 5. de gen. an. cap. 1.

B Vtrum somnus an vigilia prior tempore sit in vita.

Dulcit.

Somnus nullus est inexpergiscibilis.

Solut.

C Dormientes vident, & lacrymant.

Dormientes agunt pleraque sine somnio.

Noctambuli dormientes.

[c] 2. de part. cap. 7. 2.

[d] de somn. & vig. cap. 5

[e] 2. cæl t. 8. 13. & seq.

[f] 1. Georg.

[g] 4. Georg.

[h] 4. Æneid.

[i] lib. 5. de Tristib.

Pro-

Digitized by Google

Protenditur autem papauer a dextris per totam caluariam, quia somnum inducens, adeoque somni hieroglyphicum indicat dimidium vitæ, quin & plusquam dimidium homines dormire, ac mortuis similes iacere fere sine sensu; quo nomine quoque maxime vita nostra signatur in gemma per humanam caluariam. Ad quem sensum respiciens Aristoteles [k] infit: *Bonus autem & malus discerni in somno minime potest. Vnde inquiunt felices in dimidia parte vitæ a miseris nihil distare. Atque hoc conuenienter euenit; ocium enim animæ somnus est, quæ vel bona mala dicitur. Nisi quatenus paululum motiones aliquæ ad eam pertinguns; eatenus enim modestiorum meliora quam quorumlibet visa apparent*, & alibi: [l] *Vnde manifestum redditur interdum, quo de controuertitur quare media vitæ parte boni honestique pranos nihil antecellant; nihil enim differiminis inter dormientes est. Somnus enim est vitæ ocium, non operatio.* Sed & apud Plutarchum: [m] *Dixit Aristo, temporis nobis ad vitam dati exigui, somnum quasi vectigalis exactorem, dimidiam auferre partem.* Platoni similiter: [n] *Nullus dormiens alicuius est pretij, nihilo magis quam is, qui vinus non est.* Papauer itaque somni causa pariter & simulachrum, ad indicandam humanæ vitæ miseriam ponitur in Schemate dextras obtinere partes, & alio quocumque signo Schematis ampliorem occupare sedem mortis huncfratrem in vita mortali. Quam calamitatem humanæ vitæ Mycerinus vt declinaret noctes in dies vertere, somnumque ac dormitionem in vigilias commutare conatus est; cuius historiam in Euterpe sic affert Herodotus: [o] *Huic regi* Micerino *post calamitatem filia, secundo loco hac accidisse: Ex vrbe Buti veniisse oraculum, fore vt sex omnino annos viueret, septimo defuncturus. Id hunc agreferentem, vicissim misisse ad oraculum contumeliosas querimonias: quod, quum pater suus & patruus, qui deorum immemores templa clausserant, hominesque perdiderant, tandiu vixissent: ipse pie faciens, tam cito foret vita defuncturus. Rursus ei venisse dicuntur ex oraculo responsa: ea propter ipsum propere vitam finiturum, quod non id faceret, quod deberet, Oportuisse enim Ægyptum centum quinquaginta annis affligi; idque duos, qui ante eum fuissent, reges didicisse; ipsum vero, nequaquam. Hæc vbi accepit Mycerinus, se iam a numinibus damnatum, lucernas fecisse permultas, quibus quum noctesceret accensis, potaret ac se oblectaret: neque diu neque noctu intermittentem quin per paludes (*Nilo adaucto) *perque nemora (*fluuio diminuto) *vagaretur, vtque audiretur inuenilibus in rebus studiosissime versari. Hæc autem idcirco excogitarat, quod vellet Oraculum conuincere mendacij, vt duodecim pro sex fierent anni, diebus factis ex noctibus.* Quæ forte fuit ratio sacra festi Lucernarum, postea per vniuersam Ægyptum quotannis fieri consueti; de quo festo pariter Herodotus. Verum enim vero neque sic ipse voti compos omnino factus est; quum sine somno totum tempus id viuere nequierit, sed naturæ debitam requiem per interualla dormiens, vigiliæ succedaneum alternis interuallis exhibere somnum coactus fuerit; adeoque perpeti vt vitæ dimidium fratri mortis quotidie concederetur. Papauer itaque soporiferum apte tenet in Schemate partes dexteras inter humanæ vitæ miserias.

[k] Eth. c. 13. Somnus eius animæ sit ocium.

[l] 2. Eudem. cap. 1.

[m] Cõment. Aqua an ignis sit vtilior. f.

[n] de Republ.

[o] lib. 2. c. 133 Micerini regis historia dulcbra.

[p] in Euterpe. cap. 62.

De Rota, signante humanarum actionum, in vigilia patratarum, perennem inconstantiam. Cap. LXXI.

Vigilia quid proprie sit.

SVccedit in hac vita mortali, somno vigilia; quæ proprie nihil est aliud, quam exercitium humanarum actionum, potissimum ab electione, ac humana uoluntate prodeuntium; nam quæ fiunt a natura citra uoluntatis electionem in homine functiones, altio, augmentatio, respiratio, pulsus, etiam dormientibus nobis obeuntur in humano corpore. Sed quæ fiunt operationes ad arbitrium nostræ uoluntatis in uigilia, scite per subiectam humanæ caluariæ Rotam figurantur in Schemate nostro; quæ mutabilitatem, & inconstantiam illarum indicat; quam ut uanitatem tum despiciebat sapientissimus hominum Salomon † & irridebat itidem sapiens ille Philosophiæ cultor Democritus, & ut miseriam lachrymabatur non minus sapiens Heraclitus. Quæ quidem Rota sex radios obtinuit; quia nostræ uoluntatis actiones omnes ex electione proficiscentes, fortunæ subiectæ sunt, ut ait [q] Aristoteles; quæ mire misereque uolubili Rota temeritatis & inconstantiæ nostratia cuncta uersans affidue, circa tria bonorum, totidemque malorum illis opposita genera, Rotæ suæ radios posuit. Bona quidem fortunæ tria sunt, Opulentia, Magistratus siue dignitas, & Amicorum

† Eccles. 1. Rota humanæ vitæ cur ex habeat radios

[q] 2. Phy. t. 52 & seq. Bona fortunæ quot quæque sint, & illis oppositamala.

siue

A siue filiorum copia; quibus opposita mala sunt, Inopia, Obscuritas nominis, & Orbitas. Neque de proposito Pierium audio, cui hieroglyphice [b] *Hominum vitæ vix tantum radijs compingi debent; tot enim sunt, ait, humanæ naturæ motus; in anticam, in posticam ingredi, vel retrocedere; in dexteram, aut in lævam ferri, sursum, aut deorsum, ascendere, vel descendere.* Quasi septimo motu se nequeat homo circumuoluere latione: quasique præter localem homo non cieatur in suis actionibus maxime motu alterationis. Quod obseruasse potuerat ex his, quæ paulo antea dixerat ipsemet Valerianus de rerum Mutabilitate, sic: *Quod autem ad rerum mutabilitatem facit, non pila tantum, verum etiam Rota in huiusmodi accipitur significatum. Psalmo enim octuagesimo tertio legitur: Deus meus pone eos vt Rotam: hoc est, tam facile eorum statum conuerte, quam volubiliter Rota ipsa conuertitur. Ita Euthymius, Eucherius & alij* & mox recte: *Sed cur id dissimulem, quod in Diuinis literis imperitorum præcipitantiam per Rotam significari comperimus? & in hanc sententiam a Psalmographo dictum citauerimus? Deus meus, pone illos vt Rotam: Rota quippe posteriore parte attollitur, anteriore cadit. Posteriora sunt bona fortunæ, quæ quia nostra non sunt, ex nobiscum transportare non*

[b] lib. 39. Pierius notatus.

Rota vt impiorum vitã signat.

B *possumus; ideoque a tergo relinquuntur. Anteriora sunt æterna, & quæ nos assidue comitantur: immo nos præcedunt, seque duces quo progrediendum sit, exhibent. Imperitus igitur, & imperitus rerum, quum fortunæ bonis augetur, auersus retro faciem quæ æterna sunt obliuiscitur; atque ita fit, vt anteriore parte neglecta, præceps eat: nam posterioris, quæ attolli videtur, admiratione captus, in quam rapiatur voraginem aduertere nequaquam potest, atque ita præcipitatur.* Ceterum Schematis autor iste Rota sua non tantum imperitorum, & improborum vitam actionesque designat, sed absolute vitam humanam; & eius actiones inconstantiæ ludibrioque fortunæ subiectas; quas licet imperitorum maxime ac improborum, ita deridebat Hippocrati [c] Democritus, ex Foesij versione: *Ego vnum hominem rideo, inquit, amentia quidem refertum, recte factis vacuum, in omnibus consilijs pueriliter agentem, nullius vtilitatis gratia immensos labores tolerantem, terra fines & infinitos recessus argenti & auri comparandi gratia immoderatis cupiditatibus peragrantem, & nunquam ab his comparandis cessantem, semper vero ad copiam tumultuantem, ne si ea destituatur, pudore suffundatur, quod felix non dicatur. Quod in terra hiatus inquirens, eorum manibus effodiat, qui partim a terra inani intereunt, partim vero diutius hac necessitate detenti, in supplicio tanquam in patria permanent, aurum & argentum perquirentes, pulueris vestigia & ramenta persequentes; arenam aliam aliunde excitantes, & terræ venas exscindentes, ad opulentiam semper terram matrem tanquam hostilem in glebas proscindunt quam eandem etiam cum admiratione calcant. Quantum vero rideri debet, quod terram latentem cum labore amant, apertam contumelia afficiunt? Canes emunt quidam etiam equos: quidam vero multa circumscripta regione eam sibi adscribunt, & quum multis dominari velint, sibijpsis imperare nequeunt. Vxores ducere cupiunt, quas paulo post repudiant: amant, deinde odio prosequuntur: cum cupiditate liberos suscipiunt, deinde eos adultos abdicant. Quodnam hoc inane studium & rationis expers, nihilq; ab insania discrepans? Bellum intestinum gerunt, quietem optabilem non ducunt; regibus vicissim insidias tendunt, homines necant; defossa terra argentum inuestigant, argento reperto terram emere cupiunt, terra empta fructum diuendunt, fructibus distributis rursus argentum cupiunt. Quibus mutationibus quantis vitijs obnoxij? Quum opes non habeant, eas expetunt; si habent, abscondunt, dissipant. Eorum res aduersas derideo, eorum infortunia intento risu*

[c] Epist ad Damaget. Democriti risus causæ.

D *excipio. Veritatis enim instituta violant, contentionis studio hostiles inter se rixas habent. Cum fratribus vero, parentibus, & ciuibus mutuas cædes exercent, idque pro ijs possessionibus, quarum nemo post mortem dominus esse potest. Iniustam vitam consectantes, amicorum & patriæ inopiam despiciunt, indigna & inanimata diuitiarum loco habent, pro vniuersis facultatibus statuam mercantur, quod simulachrum loqui videatur, eos vero qui vere loquuntur, odio habent. Res non faciles amore prosequuntur: in continente habitantes, maritima expetunt: rursusq; insulas tenentes, continentem affectant, cunctaque in suam cupiditatem pervertunt. Et in bello quidem fortitudinem laudare videntur; at in dies a libidinum indulgentia & auaritia vincuntur, & affectibus omnibus tenentur: Therſitis autem vitam omnes referunt. Quæ vero in re risum meum Hippocrates reprehendisti? Neque enim quisquam suam, sed alterius amentiam deridet: hi quidem Ebrios, quum ipsi sibi sobrij videantur: alij amantes,*

quum

quum ipsi grauiore morbo laborent: hi vero nauigantes, alij agricultura deditos, & mox: *Nunc vero velut in rebus vitæ conuenientibus mente capti cæcutiunt, neque mente ratiocinationis ex-* A
Humanarum Rerum omnium Rota. *perte inordinatum impetum facile addiscunt. Satis enim fuerit hac admonitio, Rerum omnium commutatio, quæ subitis conuersionibus incidens, repentinum & omnimodam rerum velut Rotarum agitationem in mentis motione reponit. Illi vero tanquam hac adaptata sit & firma, affectionum continenter incidentium obliti, aliter alius qua tristitiam adferunt expetentes, quæ sunt incommoda inquirentes, in multis calamitatibus assidue versantur.* & reliqua [d] superius
[d] cap. 45. ex Cornario relata: quibus apertissime Democritus ostendit, omnes actiones humanas assidue versari Rota fortunæ, nihilque firmitudinis habere. Quam sane Rotam optimo consilio pingit Autor Emblematis infra caluariam humanam, quod actiones hominis in vigilia proficiscuntur omnes ab humana voluntate secundum electionem agente, in quas solas habet locum & potestatem temeritas inconstantis fortunæ supra Rotam nunquam non versatilem deuolutæ. Quæ quidem Fortunæ Rota senis radijs innititur, ob rationem antea propositam, ad discrimen Rotæ tum Deorum, tum etiam Inferorum, quod illæ radijs octonis
[e] lib. 39. hier. polleant, istæ quaternis, vt recte notat Valerianus; [e] qui sicut in ratione numeri senarij Ro- B
tæ humanæ non acceptus a nobis est; ita plane recipitur in ratione tum octonarij cælestium, tum quaternarij manium inferorum, dum ait: *Sciendum enim Rotas a radiorum numero di-*
Rotæ deorũ cur octo radijs insigna. *stinctas esse. Num quæ dijs attribuuntur, octo radijs insignes figurantur; propterea quod rerum cælestium motus in octauam vsque sphæram, quantum humani oculi vis porrigi potest, obseruantur*, vel potius ex Aristotele, [f] quia motus omnes, etiam obseruati supra sphæram
[f] 2. meteor. 4. octauam ab Astronomis in orbibus anastris, instituti sunt a natura, & plane relationem essentialem habent ad lationem siderum, quæ cuncta consistunt, atque voluuntur in octo solummodo sphæris inferioribus: verba Magistri sut: *Nullam lationem possibile est esse, quæ non ordinetur ad lationem stellæ.* Nisi dicere velimus diuina cuncta perfectissimam habere conditionem; quum autem Antiquitas, obseruatu Bongi de Mystica numerorum significatione tractantis, octonarium numerum vsurparit, quum nihil alicui rei deesse significaret; ideirco Deorum Rotis octo radios prisci semper attribuere videntur. Inferorum autem Rotis quatuor tantummodo radij dati, quod crucis patibulum ad fontes torquendos in Rota formare conspiciantur: vnde scite Pierius addit mox: *Quæ vero Ixionis Rota fertur, quatuor tantum radijs compacta fingitur: vnde Pindarus dixerit* τετράκνημον τὸν ὄλεθρον. *In ea vero ita* C
districtus fingitur Ixion, vt manus singula singulis radijs affixæ essent, totidemque alijs pedes singuli. Quæ de re apud Pindarum legas in Pythijs, Ode ad Hieronem altera. Ego vero in ode secunda Pythiorum ad Hieronem lego Pindari verba: τὸν δὲ τετράκνημον ἵησεν δέσμιον. *Quadriradium autem ille vinculum fecit.* Isto mortis genere Martyrium assecutum le-
[g] lib. 1. c. 7. gimus apud nostros B. Andream Apostolum; de quo Lipsius [g] in opere suo de Cruce. Sed in Schemate nostro Rota senis radijs instructa significat Rotam fortunæ cunctas actiones hominum in hac vita mortali circa diuitias, & paupertatem, Honores, & obscuritatem nominis, Amicorum affluentiam, & Orbitatem, assidue versantis: vt antea notauimus.

De Vrna sepulchrali, ad quam terminantur actiones omnes humanæ vitæ mortalis. Cap. LXXII.

PRofecto vita nostra mortalis, quæ breui tempore mensuratur, ad instar vitæ papilionis, D
exordium sumens in vtero ab impotentia vigilandi, versata per fortunæ ludibria, denique terminatur ad mortem vniuersi corporis in vrna sepulchrali recondendi; quocirca sapienter a sinistris humanæ caluariæ, cui superponitur viuus papilio durans in diem, post soporiferi papaueris iconem a dextris, & Rotam instabilem infero loco, demum ponitur Vrna sepulchralis a sinistris. Quam rerum seriem, & humanæ vitæ cursum intet huiuscemodi
[a] ca. 7. 19. 20. miserias Autor iste Schematis hausisse videtur ex oraculo Iobi dicentis: [a] *Fuissem quasi non essem, de vtero translatus ad tumulum. Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui?* siquidem verbum, *Fuissem*, indicat vitam, quæ definitur Aristoteli, [b] *viuentibus*
[b] 2. de an. t. 35. *esse*; per notas illas, *quasi non essem*, indicatur apte mors assidua particularum corporis viuentis; quia mors est ipsum *non-esse*; sed quia mors ista partium corporis viuentis non est

abso-

A absolutum non esse totius viuentis, neque mors consummata corporis totius, ideo non dicitur *non-essem*, sed *quasi non essem*. Addit, *de vtero*, in quo semimortuus iacet veluti somno sopitus homo, inter esse & non esse consistens, vt ex Aristotele [e] vidimus, [d] explicantes imaginem papaueris in gemma somniferi, quum somnus audiat passim, & ab Aristotele, [e] quid epilepsiæ simile, proindeque frater mortis, illique propinquus. Optimeque subdit, *Translatus*, post dormitionem in vigilia proferens actiones humanas, per volubilis & inconstantis atque temerariæ sæuientisque Fortunæ Rotam, *ad tumulum*, vrna sepulchrali designatum. Quem vniuersum cursum humanæ vitæ statim asserit breui dierum curriculo mensurari, subiungens: *Numquid non paucitas dierum meorum finietur breui?* scilicet vt breui horarum curriculo mensuratur vita papilionis desuper caluariam volitantis. Quamobrem hoc oraculum non minus confert ad explicationem nostri Schematis, quam contulerit aliud eiusdem Prophetæ, [f] superius a nobis [g] allatum. Verum enimuero totum etiam hunc humanæ vitæ cursum inter assiduas calamitates, pulchre nobis expressisse videtur elegantissimus Etruscorum Lyricorum Joannes Casa in primo quaternario nobilis atque serij cuiusdam

B sui poematij dicens:

,, Questa vita mortal, che'n vna, o'n due
,, Breui e notturne hore trapassa, oscura,
,, E fredda: inuolto hauea fin qui la pura
,, Parte di me, ne l'atre nubi sue.

Nimirum ista vita mortalis per humanam caluariam exprimitur in gemmula, sicuti late [b] demonstrauimus: breuitas unius vel duarum horarũ, quibus illius cursus mensuratur, æuo volitantis papilionis indicatur aptissime: nocturnum uitæ nostræ tempus hieroglyphico soporiferi papaueris commonstratur: Transitus uitæ uelox instabilem Rotam Fortunæ, cunctas humanas actiones fere uersantis proprium sui symbolum agnoscit: obscuritas, & frigiditas uitam claudens optime per urnam sepulchralem ostenditur. Anima uero nostra, quæ quum sit ex sui natura materialis impuritatis expers, apte pura nostri pars appellatur; quod impuritas omnis in sola materia corporali sit, & ab ea sola dependeat in nobis. Cui materiæ dum anima sociatur in homine uiuente, dicitur inuolui mubibus atris corporalibus. Quo nomine sapienter Aristoteles una cum antiquorum sapientum plerisque de Intellectu nostro scri-

C bens ait: [i] *Laboriosum autem est & commistum esse corpori, non potens absolui, & præterea fugiendum; siquidem melius est intellectui non cum corpore esse; quemadmodum & consuetum est dici, & multis placet.* Quem locum luculenter explicauimus olim agentes De Animorum [K] Immortalitate ad mentem Aristotelis. Qui similiter alibi scriptum reliquit in proposito: [l] *An omne non habens materiam indiuisibile est, quemadmodum humanus intellectus aut qui compositorum in aliquo tempore se habet; nam non bene esse habet in hoc aut in hoc, verum in toto quoddam, quod optimum est, aliud ab eo existens: sic autem ipsa sui ipsius intellectio per totum æternum se habet.* Quam sententiam etiam late declarauimus in eiusdem operis non unis capitibus. [m] Denique uero uitæ nostræ mortalis breuitatem, atque miserias, fereque nihilitatem, ut ita dixerim, Autor iste Schematis indicare graphice uidetur, ista cuncta symbola ponens in gemmula omnium minutissima, quæ pusillæ lentis aream uix exsuperat. Hactenus de uitæ mortalis ærumnis, in Schemate signatis.

D

[b] cap. 78.

[d] 5. de gen. an. cap. 1.
[e] cap. 20. de somn. & vig. cap. 3

[f] Iob. 14. 1. 2.
[g] cap. 78.

[i] 1. de an. t. 49.


[K] lib. 3. c. 5.

[l] 12. meta. t. 51.

[m] 3. de im. an. cap. 2. 4. 25.

ASTV DELVDITVR ASTV.

Schema XIII. Gemma.



Apud Petrum Stephanonium in Gemma.

De Canopo, Deo Aegyptiorum, superante Deum Chaldaeorum Ignem, victorem omnium aliorum Nominum Gentilitatis. Cap. LXXIII.

PRofecto rem acu tetigit incognitus Autor, qui fronti noſtri Schematis huius titulum poſuit: CANOPVS VICTOR IGNIS DEORVM VICTORIS. At noſtri muneris eſt rem enucleatius ex antiquiorum eruditionibus haurire, ac luculentius explicare. Sane Canopi nomen apud Antiquos multa ſignificat; quæ tamen omnia referri poſſe videntur ad vnam originem: Nimirum Canopus primus fuit, vt ait Plutarchus in libro De Iſide & Oſiride, Gubernator Nauis Oſiridis, quæ nuncupabatur Argo, poſt vtriuſque fatum in Cæleſtibus aſteriſmis collocata non procul ab Orione, & Canicula. De cuius aſteriſmi ſtella, quæ maxime cluet in remo Nauis, Plinius ait, [a] *Canopum lucere noctibus, ſidus ingens, & clarum*. Tacitus agens de Germanici Cæſaris itinere in Aegyptum, vt illas antiquitates inuiſeret, inquit: [b] *Nilo ſubuehebatur, orſus oppido a Canopo. Condidere id Spartani ob ſepultum ibi Rectorem Nauis Canopum, qua tempeſtate Menelaus Graciam repetens, diuerſum ad mare, terramque Libyam delatus*. Succeſſu temporum Canopi monumentum, vt Euſebij teſtimonio moris erat antiquorum, [c] in templum ædificatum fuit, in quo Canopus tanquam Deus coleretur tanta veneratione ab Aegyptijs, vt vix eum Iſidi

[a] lib. 6. c. 22.

[b] l. 2. Annal.

Sepulchra veteres in templa vertebãt

[c] lib. 2. de præp. Euãg. cap. 9.

Digitized by Google

A Isidi ac Osiridi postponerent, aperto ibi Gymnasio celeberrimo, ad hieroglyphicas Ægyptiorum literas excolendas. Quem quidem Canopum Deum, templi eius Sacerdos vt omnium Deorum victorem ostenderet, astutiam callidus inuenit; de qua luculentam historiam omnium primus attulit Ruffinus, Paulini Episcopi Nolani frater, qui floruit sub Theodosio Secundo, circa Salutis annum quadringentesimum, [e] inquiens in sua Historia [f] Ecclesiastica: [Jam vero Canopi quis enumeret superstitiosa flagitia? vbi prætextu sacerdotalium literarum (ita enim appellant antiquas Ægyptiorum literas) magicæ artis erat pene publica Schola. Quem locum veluti fontem quendam atque originem dæmonum in tantum venerabantur Pagani, vt multo ibi maior celebritas, quam apud Alexandriam haberetur. Sed de huius quoque monstri errore, cuiusmodi originem tradant, absurdum non erit paucis exponere. Ferunt aliquando Chaldæos Ignem Deũ suum circumferentes, cum omniũ prouinciarum Dijs habuisse conflictum, quo scilicet qui vicisset, hic esse deus ab omnibus crederetur. Reliquarum prouinciarum dij, æris, aut auri, argentique, aut ligni, vel lapidis, vel ex quacumque materia constabant, quæ per Ignem proculdubio corrumperetur. Id quum audisset Canopi Sacerdos, callidum quiddam excogitauit. Hydriæ fieri solent in Ægypti partibus ficiles, vndique crebris & minutis admodum foraminibus peruiæ, quibus turbida aqua desudans, defæcatior ac purior redditur. Harum ille vnam cera foraminibus obturatis, desuper ceram varijs coloribus pictam, aqua repletam statuit vt Deum. Et excisum veteris simulachri, quod Menelai gubernatoris ferebatur, caput desuper positum diligenter aptauit. Adsunt post hæc Chaldæi: itur in conflictum, circa hydriam ignis accenditur: cera, qua foramina fuerant obturata, soluitur: sudante hydria ignis extinguitur. Saeerdotis fraude Canopus Chaldæorum victor ostenditur. Vnde ipsum Canopi simulachrum, pedibus perexiguis, attracto collo, & quasi suggillato ventre tumido in modum hydriæ cum dorso æqualiter tereti formatur. Ex hac persuasione velut Deus victor omnium celebratur. Sed profecerint hæc fortasse aliquando Chaldæis. † Nunc vero aduentante sacerdote Dei Theophilo, nullus profuit sudor, nec ceris fraus obtecta subuenit: Vastata sunt omnia, atque ad solum reducta.] Multo postea Suidas, qui tempore Caroli Magni floriut circa Salutis annum octingentesimum, hanc eandem historiam retulit verbis ipsissimis in Latinum versis

B C D

,, eius Græcanicis: Canopus. Ille, qui fuit in Ægypto. Olim (vt fama fert) Chaldæi suum ,, Deum, qui est Ignis, magnificis verbis extollentes, passim circumferebant, vt cum omnibus prouinciarum Dijs compararetur: & vt ille, qui ceteros vicisset, ab omnibus iudicaretur Deus. Ceterarum autem prouinciarum, *& nationum* Dij, quod ex ære, vel argento, vel ligno, vel lapide, vel alia huiusmodi materia *confecti*, *& in templis locisque sacris* ,, essent collocati, & huiusmodi materia facile ab igne consumeretur, vt vbique ignis necessario vinceret. Hoc audito Canopi sacerdos, quoddam huiusmodi callidum consilium inijt. In *varijs* Ægypti partibus ficiles hydriæ minutis, & continuis foraminibus interpunctæ fieri consueuerunt, vt per illa foramina aqua turbata, *turbida*, percolata, redderetur purissima, *& limpidissima*. Canopi sacerdos quum harum hydriarum vnam cæpisset, & illa foramina obturasset cera, & varijs coloribus depinxisset, aqua repletam, vt Deum collocauit. Quumque veteris statuæ caput amputasset, quæ Menelai cuiusdam gubernatoris fuisse dicebatur, id illi *suæ nouæ* statuæ imponens accurate accommodauit. ,, Aduenerunt postea Chaldæi: Accensus est ignis, & cera, qua obturata erant illa foramina, liquescebat. Hydria autem sudante, & aquam eijciente per foramina, ignis extinguebatur. Sic igitur hac Sacerdotis calliditate, Canopus victor Chaldæorum declaratus est, & ab eo tempore vt Deus colitur. Qui centum stadia, & qui vnum abest a Canobo, æque non est in Canobo. Sic etiam maius & minus peccatum pariter non est in ,, ipso felici rerum successu. Istam historiam Pierius aliquando variasse videtur, de proposito scribens in hæc verba: [g] *Canopus. Alij, qui philosophiam tam eludebant, quorum e numero Ruffinus est, Canopum quendam apud Ægyptios in hydriæ speciem figurari solitum aiebat, quod inuento callido, quum in certamen contra Persas deuentum esset, victorem Ignem euicerit. Persæ enim, vt alibi sæpe ostendimus, Ignem numinibus omnibus anteponunt. Is itaq; minutioribus quibusdam foraminibus hydriam, quam contra Ignem in periculum adducturus erat, a fundo perterebrauerat, ceraq; diligenter obtrauerat: qua super ignem solennia exerci-*

Canopi Dei origo apud Ægyptios.

[e] Turfell. Epit. [f] lib. 2. c. 26.

† Ægyptijs.

[g] lib. 24.

Digitized by Google

ne posita, vi caloris soluta, Ignis extinctus expirauit. Quæ quidem in narratione duo Pierius affert, quæ procul abesse videntur ab historia vetere; primum quidem est, quod Persas pro Chaldæis in præsenti certamine substituit; quum Ruffinus ab ipsomet citatus, atque Suida Persarum non meminerint in proposito, sed Chaldæorum tantum; quos tamen a Persis plurimum differre monstrat apertè [b] Strabo, Plinius, [i] & cum Pomponio Mela [k] Geographi seniores. Alterum autem est, quod ait Valerianus Canopi Sacerdotem callide perterebrasse a fundo suam hydriam, & eo loci foramina ceris obturasse; quum Ruffinus, & Suida nihil de fundi foraminibus agant; sed foramina ponant vndique in hydriæ corpore toto, veluti fieri solet in hydrijs huiusce modi, ad aquæ percolationem, atque clarificationem: quæ foramina, ceramque illa tegentem, vt celaret Canopi sacerdos astutus ille, variis coloribus obduxit. Verum enim vero facile fuit illi Chaldæis hydriam aqua plenam pro Deo Ægyptiorum obtrudere congressuro cum Igne Chaldæorum Deo; tum quod Ignis hydrias aqua plenas integras, atque non pertusas exhauriat, aquam sensim resoluens in vapores, omnino consumens: tum quod Ægyptij venerabantur hydriam aqua plenam, vt paulo prius asseuerat ipse Pierius conceptis verbis: [l] AQVA. *Sed enim vrnam potus Osiridi dedicatam videas: idque eadem de causa factum, quod eum non vini tantum, verum etiam totius humoris dominum intelligebant, eumque Oceanum, perinde ac Isidem Thetin. præferri enim vrnam in sacrificijs, qua Deum colerent, moserat. Hydriam enim quandam ingentem summo cultu, & attonita pene veneratione prosequebantur, quam obiectam, & casta religione susceptam, in sacram aedem solemni pompa gestabant; quo quum peruenissent, terra procumbentes manibus ad cælum sublatis, ijs gratiam agebant, qui primi diuinæ benignitatis munera mortalium vsui communicassent; vt pote qui ex humore oriri, omnia persuasum haberent.* Ceterum hanc e Suida, Ruffinoque Canopi narrationem affert etiam Gyraldus, non sine quadam etiam nota, dum scribit: [m] Canopus Deus cultus est ab Aegyptijs, cuius originem Suidas, & Ruffinus libro XI. Ecclesiasticæ historiæ commemorant. Ferunt enim, quod Chaldæi per varia orbis regiones Ignem suum circunferebant, & cum omnium nationum Deis contendebant, vt qui Deus vicisset, ab omnibus crederetur. Quare quum Dei, qui ex ære, auro, argento, ligno, vel alia quauis materia constabant, igne omnino absumerentur; Chaldæorum Deus locis omnibus præstabat. Hæc quum Canopi sacerdos audisset, quiddam contra Ignem callidum excogitauit. Solebant in Aegypto fictilia vasa quædam fieri, quæ hydriæ vulgo appellantur, minimis quibusdam foraminibus pertusæ, quibus turbida aqua limpidissima & defæcatissima effluit. Harum ille vnam, cera foraminibus obturatis, cepit: varijs coloribus vndique depictam, aqua repleram, ac vt Deum statuit: & exsidens veteris simulachri caput, quod Menelai Gubernatoris ferebatur, imponens diligenter simulachro aptauit. Adsunt post hæc Chaldæi: itur in conflictum: circa hydriam ignis accenditur: cera dissoluitur, qua foramina erant obturata: diffluente aqua, Ignis extinctus est. Astu igitur Sacerdotis Canopus Deus victor Dei Chaldæorum euasit: & ex eo Deus cultus est, centumq; & uno stadio distat a Canopo *vrbe*. Addit præterea Ruffinus & ipsius Canopi simulachrum, quod tale fuit; pedibus exiguis, attracto collo, & quasi fugillato, ventre tumido in modum hydriæ, cum dorso aequaliter tersi: ex hac persuasione, velut victor Deus omnium colebatur ab Aegyptijs. Hæc ille. In quibus videtur esse sphalma, forsasse typographi, quod citatur liber XI. Ecclesiasticæ historiæ Ruffini; quum iste duos tantum eius historiæ libros ediderit; in quorum secundo ponitur hæc enarratio Canopi, sub numero cap. XXVI. secundum Sphalma Gyraldi penitus est, quo dicit Ignem Chaldeorum deum omnino consumpsisse deos aliarum nationum, etiam qui constarent ex auro: tum quod Suidas deorum ex auro non meminit: tum quod aurum igne non absumitur omnino, sicut experientia quotidiana demonstrat, & Aristoteles alicubi confessus est, inquiens: [n] *Aurum autem solum non ignitur*; hoc est, inter alia metalla, non absumitur igne. Quæ difficultas etiam Ruffinum attingit, qui deorum ex auro meminit: a quibus abstinuit ipse Suidas. At vero Ruffinus ab igne dicit aureos deos corruptos, non autem omnino consumptos, vt ait Lilius. Nisi voluerit intelligere Ruffinus, & ex illo Gyraldus, Ignem omnino consumere Deos ex auro conflatos, nō quantum ad auri materiam, quæ semper inuicta permanet ac indemnis a posti omnem ignis actionem,

Pierij nota.

b lib. 11. & 12.

i lib. 6. c. 37.

k Mela. c. 8.

l lib. 56.

m 1. synt. deo. gent.

Gyraldi nota.

Aurum igne non absumi.

n 3. Meteo. cap. vlt.

A ſed quantum ad figuram ſimulachri; nam igne funditur ac eliquatur aurum, quod amplius non retinet idoli Deique priſtinam imaginem. Recte vero Gyraldus explicat ſatis obſcurum dictum Ruffini, cui *Fideles hydriæ, vndique crebris & minutis admodum foraminibus patulæ, quibus turbida aqua deſudans, defecatior ac purior redditur*: ne quis opinaretur, aquam turbidam exire de foraminibus, remanente puriore intra vas: At oppoſitum fieri clarius oſtendit Lilius, inquiens: *quibus turbida aqua limpidiſſima, & defecatiſſima effluit*, nimirum tenuiore per anguſta foramina, remanentibus in hydria cænoſis partibus impuris, vt pote craſſioribus, cui peruiæ non ſunt illæ rimæ vaſis anguſtiores. Hac de re quoq; poſt omnes cl. Caſalius agens de Veteribus Aegyptiorum ritibus, [a] qui propoſitam hiſtoriam ex Ruffino ſcribit *Conteſtari ex duobus antiquiſſimis ſimulachris hic Romæ Canopum repreſentantibus e ſilice Ægyptiaco; quorum vnum reperitur in palatio Farneſiorum, & alterum in domo, quæ erat Dominorum Iacobi, & Antonij de Boſijs: Vtrumque ante, & retro repletum eſt characteribus hieroglyphicis: & ſunt in forma Hydriæ, ſupra quam appoſitum eſt caput Canopi, eodem modo quo a Ruffino fit deſcriptio relata. Et maxime eſt mirandum, quod inter prædictos* B *characteres hieroglyphicos ſæpius expreſſa eſt varijs modis effigies ſalutiferæ Crucis. Hanc eandem Canopi, ignis victoris, repreſentatam hiſtoriam exacte refert Numiſma expreſſum in Prodromo Patris Athanaſij Kircherij cap. vltimo fol. mihi 227. Vbi idem Canopus ſindone amictus, forma autem tereti intra Hydriam poſitus quibuſdam ſignis, figuris, ſeu characteribus circumdatus: nec non quibuſdam lineis a prædicta hydria procedentibus, quibus facile aqua denotabatur, quæ a foraminibus hydriæ deſudabat. Et ex his patet, quod Ægyptij poſtmodum, more ſuo in omne ſuperſtitionis genus præcipites, iuxta relata hiſtoriæ ſeriem in certa materia dictum numiſma effigiantes, inter ſacra ſymbola collocarunt; eoque phylacterij loco poſtmodum contra ignis, flammarumque violentiam vſi ſunt. Vnde ego ad maiorem cognitionem hic delineari curaui tum ſimulachrum exiſtens in domo Dominorum de Boſijs, ac etiam Numiſma prædictum a Patre Kircherio effigiatum.* In quo ſane Canopo Kircheriano ſpectantur exigui pedes idoli, qui non viſuntur in Boſiano, nec in noſtro Stephanoniano; quum tamen Ruffinus Canopo ſuo dederit pedes exiguos. Quin & Boſiorum Canopus habet manus pectori admotas; quarum nulla mentio fit, nullaque videtur effigies in reliquis Canopis. Inſuper Canopus iſte Stephanonianus obtinet ſupra caput in aere per ſe ſtans, neſcio quid vtcumq; C ſimile Mitræ Epiſcopali, pendentibus hinc inde veluti tænijs; indicium forteſſe coronæ ſacræ, ob partam victoriam de Chaldæorum Deo. Non omittendum eſt, apud Tacitum legi Nauis Menelai Gubernatorem Canobum appellari, non Canopum, apud Plutarchum vero Nauis Oſiridis Gubernatorem appellatum fuiſſe Canopum, non Canobum; adeoq; duos iſtos extitiſſe gubernatores vt nomine, ſic æuo maxime diſtinctos ab inuicem; qui tamen eodem loco ſepulti fuere, ciuitatique conditæ nomen dedere, Canopi ab antiquiore, præſtantioreque, atque Regis Oſiridis, regionis Aegyptiæ Imperatoris gubernatore, denominati. Volateranus tamen [b] utroque nomine Canopi, & Canobi promiſcue uti ſcriptores ait ad idem ſignificandum. Vtcunque ſit, illud certum eſt, Aegyptiorum Deum Canopum, extinguentem ignem Chaldæorum, eſſe hieroglyphicum eius, qui artu deludit aſtutiam aduerſarij: Schematiſque fictorem in Anulari gemma conſilium hoc habuiſſe.

D 

Ruffini locus obſcurus elucidatus a Lilio.

[a] cap. 14.

Crux in hieroglyphicis Ægypti.

Canopus in Numiſmate.

[b] lib. 12.

Oratio

Oratio Vocalis atque Mentalis vna conspirantes Deum flectunt, & efficaciter exorant.

Schema XIV. Gemma.



Apud Petr. Stef. in gemma.

De viribus, & proprietatibus Orationis Vocalis, atque Mentalis Deo flectendo porrigenda. Cap. LXXIV.

NVllas ad hoc Emblema posuit vir eruditus adnotationes: vnde nos cogimur proprijs vti coniecturis ad eius explicationem. Duæ mulieres ad Aram, in qua focus ardens eminet, vna quidem seminuda pubetenus, læua manu serpentem ipsa stans porrigit: altera vero nuda penitus, dextro genuflexa, manibus vtrisque Cor offerre videtur. Profecto Ignis in ara exardens hieroglyphicum Dei est, qui vel in sacra pagina vocatur Ignis: [a] *Quia Dominus Deus tuus ignis consumens est.* Per Aram autem amplissima significatio Ignis ad vnum Deum contrahitur; quoniam Altaria soli Numini consecrantur: vt non solum constat e Diuina Scriptura [b] passim; sed etiam e profana; siquidem de Igne primum Valerianus [c] in Hieroglyphicis: *VITA DIVINA: At vestalis ignis ille, quem tanta diligentia Romanæ Virgines nutriebant, sublimiorem diuinioremq; vitam præferre videbatur. Hunc itaque & custodia & nutrimento adiuuabant, quod superioris illius vitæ symbolum æternum videretur,* & mox: *PIETAS: Pleriſque vero monumentis Ignis est Pietatis hieroglyphicum. Quod si inferiora hæc vlla nos superioribus conciliare possunt, nihil est quod maiore sit cum animo simili-*

[a] Deut. 4. 24. & Hebr 12. 29.

[b] Gen. 8. 20. & passim.

[c] lib. 46. Ignis est Dei symbolum.

Digitized by Google

A *litudine, quum lumine polleat, & illustret omnia, ac perinde Genios ac Deum ipsum nobis repræsentare videatur*: vt absque dubio facit in Ara Schematis nostri. Qua pietatem erga Deum signari posse adnotat idem Pierius addens: [d] *Ea vero præcipua est Aræ significatio, vt nostra erga Deum pietatis indicium sit, precesq; nostras igne, vt veteres opinabantur, internuncio ad Deum deferat. Vnde apud Maronem:* [e]

,, Audiat hæc genitor, qui fœdera fulmine sancit:
,, Tango Aras, medioſque ignes, & Numina testor.

d lib. 49. Ignis internuncius hominis ad Deũ

e 12. Æn.

Dictum, quod inter humanam naturam, & cœlestem, ignis medium ita obtineat, vt merito dici possit internuncius. Materia autem adhærescit, & in sublime semper fertur, tanquam rerum omnium nostrarum conscius, inferiora hæc cœlicolis manifestare videatur. Hinc sacrificiorum ritus eo tempore, quo natura tantum leges observabantur, non temere instituti sunt, & postea quam clarior illuxit Veritas, Ignis ita sacris nostris adhibitus, vt si absq; igne Deo preces allegemus, vix litare posse nos persuasum habeamus, & mox: *Dedicata vero nimirum Ara sacrificijs faciendis, & precibus allegandis, quibus Diuum animi nobis concilientur. Qui tamen*

B *esset apud Veteres probatus sacrificandi ritus, pauci admodum prodidere. Deo siquidem Deorum omnium supremo, mente & intellectu solo, sine sermone, sine sono sacrificabant. Vnde Crocodilus, quod elinguis est, diuini silentij ratione habita, cultus apud Ægyptios. Spiritibus, & beatorum animis laudes adhibebant.* Cuius differentiæ ratio mihi videtur ea esse potissima, quia solus Deus est humanorum cordium scrutator, vt edocet sacra pagina [f] non semel: quare non indiget oratione vocali ad intelligenda nostra desideria: sed mentalis oratio nostra non intelligitur ab Angelis, nisi Deus ipsis abdita nostra sensa reuelauerit. Id tamen non eo sensu sumendum est, quasi Deo solam orationem mentalem, nõ item vocalem offerre debeamus; etenim vtramque possumus offerre, tam mentalem solam, quam cum vocali coniunctam; non autem vocalem solam absque mentali; nam vtramque simul iunctam postulat, & mentalem solam: de sola mentali post Mosaicam, de qua postea, sic Dominus: [g] *Tu autem quum oraueris intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito: & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Orantes autem nolite multum loqui, sicut ethnici: putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis: scit enim pater vester quid opus sit vobis, antequam petatis eum.* Et Dauid: [†] *Tibi dixit cor meum:*

C *exquisiuit te facies mea: faciem tuam Domine requiram*, & infra: [*] *Et meditatus sum nocte cum corde meo, & exercebar, & scopebam spiritum meum. Nunquid in æternum proijciet Deus: aut non apponet vt complacitor sit adhuc? Aut in finem misericordiam suam abscindet a generatione in generationem? Aut obliuiscetur misereri Deus? aut continebit in ira sua misericordias suas?* Et alibi sæpe diuina Scriptura loquitur de oratione mentali sola, prout a vocali contradistinguitur. De sola vocali sic Dominus: [h] *Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Isaias, dicens. Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longe est a me.* Verba Isaiæ sunt: [i] *Et dixit Dominus: Eo quod appropinquat populus iste ore suo, & labijs suis glorificat me: cor autem eius longe est a me.* De vocali simul cum mentali coniuncta. [K] *Confitebor tibi Domine in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua. Lætabor, & exultabo in te: psallam nomini tuo Altissime.* Quas duas orationũ species vna iunctas expressit Autor in Schemate, simulachris duarum mulierum ante altare; quarum vna stans, & altera genuflexa sedensque conspicitur; etenim tres fuerunt hi vetustiores orandi modi stantium, genuflexorum, &

D sedentium.

Mentalis oratio cui numini fiebat apud antiquos.

f Psal. 28. 9. Ps. 7 10. Ierem. 11. 20 & 17. 10. & 20. 12.

g Matth. 6.

† Ps. 26. 8.

* Ps. 26. 7. & seq.

h Matth. 15. 7. 8. & Marc. 7. 6.

i cap. 29. 13.

K Ps. 9. 1. & seq.

De tribus orandi modis antiquis: stataria, adgeniculato, & sedentario.
Cap. LXXV.

SAne de stataria, siue de stantium Oratione aperte legimus in Sacra scriptura: [a] *Duo homines ascenderunt in templum vt orarent: vnus Pharisæus, & alter publicanus. Pharisæus stans, hæc apud se orabat: Deus gratias ago tibi quia non sum sicut ceteri hominum, raptores, iniusti, adulteri: vel vt etiam hic publicanus. Ieiuno bis in sabbatho; decimas do omnium, quæ possideo. Et publicanus a longe stans, nolebat nec oculos ad cœlum leuare sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori; Dico vobis, descendit hic*

a Luc. 18. 10 & seq. Oratio stataria.

iustificatus ab illo: quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur, & alibi; [b] *Et quum stabitis ad orandum, dimittite, si quid habetis aduersus aliquem: vt & Pater vester, qui in cœlis est, dimittat vobis peccata vestra.* Quin & in Roma Subterranea multæ visuntur imagines orantium Sanctorum, qui manibus ad cælum eleuatis orabant; elatio namque manuum erat proprium orantium; vt constat e sacra pagina manifestissime; vbi legitur, [c] *Dixitque Moyses ad Iosue: Elige viros, & egressus pugna contra Amalech cras. Ego stabo in vertice collis, habens virgam Dei in manu mea. Fecit Iosue vt locutus erat Moyses, & pugnauit cõtra Amalech. Moyses autem & Aaron & Hur ascenderunt supra verticem collis. Quumq; leuaret Moyses Manus, vincebat Israel: sin autem paululum remisissent, superabat Amalech. Manus autem Moysi erant graues. Sumentes igitur lapidem, posuerunt subter eum, in quo sedit. Aaron autem & Hur sustentabant manus eius ex vtraq; parte. Et factum est, vt manus ipsius nõ lassarentur vsq; ad occasũ Solis. Fugauitq; Iosue Amalech, & populũ eius in ore gladij;* exaudiente Domino mentalem orationem Mosis in monte tum stantis, tum etiam sedentis, absque verborum prolatione solummodo manus ad Dominum eleuantis, quem sola mente precabatur pro victoria populi Dei contra populum Amalechitam. Vnde colligimus orationem mentalem sine vocali, factam a Mose primum quidem stante, deinde vero sedente. Qui vocalem orationem obtulit postea Deo, reddens illi gratias pro suscepta victoria: subnectente sacro contextu: *Dixit autem Dominus ad Moysem: Scribe hoc ob monumentum in libro, & trade auribus Iosue: Delebo enim memoriam Amalech sub cælo. Ædificauitq; Moyses altare, & vocauit nomen eius* (nempe titulum ponens) *Dominus exaltatio mea, dicens: Quia manus solius Domini, & bellum Dei erit contra Amalech a generatione in generationem.* Verum de Oratione stantium Philo libro suo de vita contemplatiua sic: *Extant hymni inter sacra canendi a stantibus:* & mox: *Nocte canebant hymnos Therapeutæ ad auroram stantes,* & alibi: [d] *Vbi viderint deuictum aduersarium, conuenit pulcherrimum decentissimumq; hymnum canere datori victoriæ Deo; ita vt duo Chori, alter e virili, altero muliebri conclani e diuerso stantes, alterius carminibus sibi respondeant.* Dionysius Areopagita loquens [e] de Carpo Christi discipulo, *Circa vero mediam noctem, quo tempore consueuerat ipse semper apud se ad diuinos euigilare hymnos: expergiscitur quidem, & surgit, quum somnos parum quietos, & crebro interruptos, nec absque perturbatione capisset: Stans tamen ad diuinam precem, & collocutionem non satis intente, irreligiose tristabatur, &c.* Pariter Isidorus ait [f] in Originibus agens de Diuinis Officijs: *Chorus est multitudo in sacris collecta: & dictus Chorus, quod initio in modum coronæ circa aras starent, & ita psallerent.* & Athanasius: *Media nocte surgito, & psalmos dicito quantum potes, stans.* Regola Sancti Pachomij, & vtriusque [h] Macharij: *Adstantibus ergo ad orationem, nullus præsumat, sine præcepto eius qui præest, psalmi laudem emittere.* Basilius: [i] *Facta ad Deum confessione, tandem a contemplatione surgentes ad psalmodiam instituuntur.* Chrysostomus: [k] *Quum ante lucem gallus emittit vocem, omnes cum reuerentia discusso sopore consurgunt a Præsule excitati suo, adstantq; sacro choro; protinusq; expansis manibus, sanctos concinunt hymnos.* Loquitur de Syriæ monachis, qui nedum stando, sed manibus etiam expansis psallebant. Cyrillus Monachus in vita S. Ioan. Silentiarij scribit: [l] *Pachomius reuersus ad gymnasium veritatis, inuenit quidem fratres congregatos ad preces: & stans cum ipsis impleuit hymnodiam.* Gregorius Turonensis ait: [m] *Clericorum psallentium stare mos est.* Sophronius, siue Ioannes Moschius inquit: [n] *Ioannes Abbas Eunuchus, rursum nobis enarrauit, dicens: ingressus sum eodem Cœnobio sellulam senis cuiusdam, vidique, quia vbi stare ad precationem solebat, tabula erat supposita: vbi autem genua figebat, & manus, cõcauum erat plusquam . . . digitorum.* Idem alibi: [o] *Consueuerat Zosimus Abbas constituto diei tempore figere itineris cursum, & stans psallere, & genuflexo orare.* Monachi Vuerdunenses, scriptores vitæ S. Ludgeri Episcopi: *Vnde dum nocte stans Ludgerus iuxta lectum matutinales laudes cum Clericis psalleret.* Chrysostomus iterum: [p] *Expergefacti illico stantes propheticos hymnos concinnitate summa, & modulatis carminibus decantant.* Concilium Aquisgranense: [q] *Mox, vt datum fuerit signum, festinate omnes Canonici ad Ecclesiam conueniunt: quam non pompatice, vel inhoneste, vel incomposite, sed cum reuerentia, & Dei timore ingrediuntur: Nec cum baculis in choro, (exceptis debilibus) sed religiosissime illic standum, & psallendum est. Sunt enim quidam Clericorum, qui in secula-*

ribus

[b] Marc. 11. 25

[c] Exod. 17. 9. & seq.

Eleuatio manuum typus orantis.

[d] l. de Agric.

[e] Epist. 8.

[f] l. 6. c. vlt.

[g] de Virg. l. cap. 1.

[h] Epistol. ad Neocæs.

[i] Hom. 14. in 1. Tim.

[k] cap. 68.

[l] de Glor. mu. l. 1. c. 10.

[m] Prat. c. 184

[n] in Vit. S. Mar. Ægypt.

[o] Hom. de Inst. mon.

[p] cap. 131.

Digitized by Google

A *ribus negotijs, & disceptationibus pene totum infatigabiliter deducunt diem: & mox in Ecclesiam ad diuinum officium vt intrauerint, peragendum, ita fatigati videntur, vt nec orationi vacare, nec ad psallendum stare queant; sed potius sedentes, non diuinis, sed vanis instare solent loquelis.* Metaphrastes in vita S. Quiriaci dicit: r *Quamuis autem Quiriacus ad tantam perueniſſet ætatem, centum scilicet & septem annorum, & esset tam profunda senectute, ne tantillum quidem remittebat de sua statione ad diuinos hymnos.* Theodorus Studita in vita S. Platonis: *Psalmos*, ait, *ſ constanter solebat canere, stationis tolerantiam ferre.* Legimus item in vita S. Abramij Confeſſoris, Sanctum virum, ſuper ſtoream ſtando, pſalmodiam celebraſſe. Ne referam alia, quæ proponit cl. Caracciolus ad hunc orandi modum erecto corpore ſtantium, aduerſus inſignes nonnullos viros aliter opinantes. De orandi modo genibus flexis, nulla dubitatio eſt; quum Chriſtus Dominus ita genuflexus orauerit in horto; Nam t *& ipſe auulſas eſt ab eis quantum iactus eſt lapidis: & poſitis genibus orabat dicens: Pater, ſi vis, transfer calicem iſtum a me: verumtamen non mea voluntas, ſed tua fiat:* & mox: *& quum ſurrexiſſet ab oratione, & veniſſet ad diſcipulos ſuos*, & alibi ſacra pagina legit: u *Iectis autem omnibus foras, Petrus ponens genua, orauit*, & infra: x *Et quum hec dixiſſet* Paulus, *poſitis genibus ſuis orauit cum omnibus illis*, & Tertullianus inſit: y *Decet enim eos adgenicularī: quum exomologeſis, proſternendi & humilificandi hominis ſit diſciplina.* Ceterum præter hos duos, tertius eſt modus orandi, qui ſedendo fit; maxime quum pro mortuis oratio fit; qua de re priſcis temporibus Edinerus Anglus in vita S. Anſelmi Epiſcopi, *Corpus*, inquit, *Osberni monachi de more lotum, veſtitum, in feretro compoſitum, in Eccleſiam delatum eſt. Tum circumſederunt Patres, pſalmos pro eius anima decantantes.* Quin & hunc morem arguunt apertiſſime in choro poſita ſedilia pro Monachis orantibus ab ineuntis Eccleſiæ politioris temporibus.

r cap. 17.

ſ cap. 33.

Oratio genuflexorum.

t Luc. 23. 41. & ſeq.

u Act. 9. 40.

x Act. 20. 36

y de Pœnit.

Oratio ſedentaria.

De oratione vocali, ſignata per mulierem ſemiamictam, quæ dextera laciniam tenet, ſiniſtra ſerpentem porrigit. Cap. LXXVI.

B PRofecto mulier in Schemate ſtans, inferne veſtita, ſuperne nuda, laciniam dextera tenens, anguem ſiniſtra porrigens ad Aram, aptiſſimum ſymbolum eſt orationis vocalis, non quidem quia ſtans effingatur; nam quilibet trium modorum nuper explicatorum, ſtandi ſcilicet, adgeniculandi, & ſedendi, promiſcue congruit orationi tam vocali, quam mentali. Sed iſta ſtans vocalis eſt oratio, tum quia ſeminuda laciniam partibus inferioribus velandis dextra manu tenet; tum quia ſiniſtra ſerpentem ad Altare ſacrum exporrigit. In oratione vocali duo ſunt eſſentialia; vox, ſeu verba; & conceptus, ſiue ſenſus animi per verba ſignificatus, nam, vt ait Ariſtoteles, a ea quæ ſunt in voce, ſunt notæ conceptuum illorum notæ qui ſunt in animo loquentis; adeoque verba ſunt gratia conceptuum; qui primas obtinent in oratione. Quum autem conceptus de ſe nudi ſint, & verba ſint velut eorum indumenta; propterea vocalis oratio, ratione conceptus indicati, nuda partem ſuperiorem effingitur pubetenus; maxime quia conceptus in corde, vel cerebro formantur. Verba vero, quod infra conceptuum dignitatem ſint, apte referuntur per indumentum inferiores partes orationis vocalis amiciens. At vero dextram manum ad indumentum tenendum porrigit Oratio vocalis, quoniam oranti maxima cura de verbis eſt habenda, quapropter Deus olim Angelum ſuum miſit, qui prophetæ ſui labia purgaret ignito carbone; legimus b enim:

C

a 1. Periherm.

D *Et dixi: va mihi, quia tacui, quia vir pollutus labijs ego ſum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito, & regem Dominum exercituum vidi oculis meis. Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum, & dixit: Ecce tetigi hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum mundabitur.* vt pro peccato habeatur orantis incongrua locutio coram Domino, digna quæ purificetur igne ſacro; ſic Deum decet ſumma puritas orationis; adeoque vocalis oratio dextera manu ſuſtinet indumentum verborum, ueſtiens animi ſui conceptus. Læua uero manu ſua ſerpentem exporrigit ad altare, quia ſi mentali coniungitur ad preces oratio uocalis, proprios conceptus ex corde porrigit ad Deum; cor etenim homini ſalit atque vergit ad læuam partem pectoris: at ſi uocalis oratio ſolitaria ſit, neque ſociam mentalem habeat, precantis corde diſtracto prorſus ad alia, uocalis oratio de ſe debilis eſt, & uana, iuxta uerſiculum antiquum:

b Iſai. 6. 5. & ſeq.

Si cor non orat, in vanum lingua laborat.

Digitized by Google

Deoque penitus exosa, & reprobata; qui reprobos ad ignem æternum damnatos in Iudicio suo collocatos vult ad [d] sinistram; quique respuit orationem labijs [e] tantummodo fa- A
[e] Matt. 25. 33 [d] Isai. 29. 9 [e] Matt. 15. 7. 8 Marc. 7. 6. [e] cap. 68. f. [f] lib. 1. Hierogl. 44.
dam, non item corde; sicut antea [e] vidimus. Anguis autem ad Aram sacram oblatus, orationis vocalis proprium esse hieroglyphicum, apertissime constat ex Horo Apolline Niliaco, ius in Hieroglyphicis asserente: [f] QVOMODO OS PINGVNT. *Os Ægyptij significantes, serpentem pingunt; quoniam serpens nullo alio membro vales, nisi ore.* Vbi commentariolo suo vir eruditissimus ait: Tota vis anguium & veneni emissio, in capite & ore est, quæ vertere in auersum possunt reliquo quiescente corpore, vt notauit Aristoteles. [g] Si quando serpentes lædunt, non alio certe membro venenum, quam ore inspirant, In serpente Cadmæo hæc expendamus, de quo Ouidius. [h]

[g] 4. de part. cap. 11. [h] 7. Metam.

Tres vibrant linguas, triplici stant ordine dentes.

Quæ omnia sunt in ore serpentum. sit hæc ab ore: morsus, afflatus, sibila, & venenum.

Occupat hos morsu, ...
Hos necat effusum, funesto hos tabe veneni.
. . . . horrendaque sibila misit. B

& infra.

. . . . plenis tumuerunt guttura venis,
Spumaque pestiferos circumfluit albida rictus.
Terraque rasa sonat squamis, quique halitus exit
Ore niger Stygio, vitiatas inficit herbas.

Cadmus, qui vim omnem serpentis in ore sitam sciebat, hasta sua os tantum eius appetebat.

Sustinet incursus, instantiaque ora retardat
Cuspide prætenta . . . . .

Tandem infixo in os & fauces ferro, draconem interemit:

Donec Ægenorides conjectum in guttura ferrum
Vsque sequens pressit. I

Solis capitis vulneribus interimitur serpens: contra muræna, quæ læsa cauda perimitur potius quam contuso capite; quia spiritus eius vitalis, in extrema parte caudæ latet. Mirandum certe illud experientia nostra comprobatum, quod si serpens fugatus in foramen caput insinuet, nulla ui, nullo conatu toto reliquo tracto corpore retinere possis reducere, tantum in capite roboris inest. Cuius vis natura docente conscij occultant præcipuum illud membrum, quo sano fortes sunt. D. Ambrosius: [i] *Ferrum voluber, quam vrgetur periculo, caput semper absondere, & in orbem se colligere, obiecta reliqua parte corporis, hoc solum tueri, quod illisa feruntur membra cetera, saluo capitis vigore reparare.* Et paulo infra: *Hoc caput humani seruate serpentes, etiam si omnia membra cædantur: totum vratur corpus incendio, mergatur profundo, caniscerotur a bestijs; hoc tamen capite custodito, vita integra, salus tuta non est.* Ceterum vir insignis aut mendosum codicem habuit, aut inexpertem typographum; nam in Ambrosiani codicis parte priori, loco pronunciati, *quod illisa feruntur membra cetera*, legitur, *quod læsa feruntur membra cetera*: Similiter in parte posteriori, loco dicti: *totum vratur corpus incendio*, legitur: *totum vrauntur corpus incendijs*; & maiore lapsu mox, pro negatiua propositione: *salus tuta non est*: legitur affirmatiua: *salus tuta est.* Itaque tota serpentium vis in uno capite sita reperitur, & in ore præterea: siquidem in capite serpentis oculi sunt perspicacissimi de quo poeta: [k]

Muræna perimitur læsa cauda serpēs læso capite. [i] Psal. 118. serm. 20. C [k] Hor. ser. Sat. 3. D

Cur in amicorum vitijs tam cernis acutum,
Quam aut aquila, aut serpens Epidaurius?

sic oratio de terra penetrat cælos, vel etiã vindictã sceleris efflagitans, vnde legimus in sacra pagina: [l] *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* [†] *Et Stephanus, quũ esset plenus Spiritu Sancto, intendens in cælũ* (per orationem mentalem) *vidit gloriã Dei. Et ait: Ecce video cælos apertos, & Filiũ hominis stãtem a dexris Dei*, & apud Ecclesiasticum: [*] *Oratio humiliãtis se nubes penetrabit, & donec propinquet, nõ cõsolabitur: & nõ discedet donec Altissimus aspiciat.*

[l] Gen. 4. 10. [†] Act. 7. 55. [*] cap. 35. 21.

In

A In ore ſerpentis dentes acuti ſunt lacerantes famam proximi ; cuiuſmodi reperti ſunt in oratione Phariſæi ; qui [m] *ſtans apud ſe orabat : Deus gratias ago tibi, quia non ſum ſicut ceteri hominum, raptores, iniuſti, adulteri ; velut etiam hic publicanus.* Adeſt in ore ſerpentis venenum, & inde ſibilus exit ; quæ duo comperta ſunt in oratione publicani, confitentis venenum peccati ſui, & efflagitantis pio ſibilo diuinam miſericordiam, dicens : [n] *Deus propitius eſto mihi peccatori.* Præterea vocalis oratio ſine mentali, Deo exoſa eſt, & ſerpens, cui Deus maledixit : [o] *& ait Dominus Deus ad ſerpentem : maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ* : nomine ſerpentis peccatum indicans ; & orationem vocalem abſque mentali ſolitariam omnino reſpuit [p] in populo labijs tantummodo Numen ſuum honorante, corda procul a Deo auertente ; vt antea nouimus. At oratio vocalis vna cum mentali Deum rogans, innoxij ſerpentis eſt ſuauis Deo ſibilus ; quam coniunctionem Dominus exoptat in nobis orantibus ; eamque ſatis innuit ſuis diſcipulis aliquando dicens : [q] *eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.* Nam orans cum prudentia, cupiens exorare Deum, iungit vocalem orationem cum ſimplicitate cordis columbini ; quam ſuper omnia Deus in orante requirit. Autor autem noſtri Schematis ; vt indicaret huiuſmodi ſocietatem

B orationis vocalis cum mentali, feminæ ſerpentem Deo nunc offerenti, ſociam dedit mulierem aliam cor Numini ſimiliter offerentem : de qua iam tempus eſt vt loquamur.

[m] Luc. 18. 10. & ſeq.
[n] loc. cit.
[o] Gen. 3. 14.
[p] Iſai. 29. & 30. Matth. 15. 7. 8. Marc. 7. 6.
[q] Matt. 10. 16.

De oratione mentali, ſub hieroglyphico nudæ mulieris genuflexa, ſedentis, & vtcumque decore ſtantis, ambabus manibus Deo cor offerentis. Deque Antiquo more tenendi Aras ab orantibus.
Cap. LXXVII.

PRofecto nuda mulier optime refert orationem mentalem, quæ purum putum animi humani deſiderium, mentiſque conceptum exponit, nullis omnino verborum indumentis obuolutum contectumque. Sita mulier eſt inter ſóciam, & altare diuinum media ; quod animi deſiderium, & conceptus orantis, ante prolationem vocis Deo cognitus eſt ; adeoque Deo proximior oratio mentalis, quam vocalis ; dicente Domino : [a] *Scit enim pater veſter quid opus ſit vobis, antequam petatis eum.* Quod autem vix fieri poſſe credebatur, affabre

C pinxit Autor in eadem muliere tres, antea ſatis explicatos, orandi modos, ſtantium, genuflexorum, atque ſedentium ; etenim iſta nuda mulier orans pedem læuum habet cum crure ſuper eum ſtantem innixo : genuflexum obtinet dextrum crus : & ſuper ipſum apte graphiceque ſedere femina conſpicitur. Manibus autem ambabus integrum cor offert Deo ; quod proprium eſt orationis mentalis a Deo nunquam non efflagitatum : [b] *Præbe fili mi cor tuum mihi : & oculi tui vias meas cuſtodiant*, & alibi : [c] *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua*, & alio loco Dauid : [d] *Cernitis inquiens quod Dominus Deus veſter vobiſcum ſit, & dederit vobis requiem per circuitum, & tradiderit omnes inimicos veſtros in manus veſtras & ſubiecta ſit terra coram Domino & coram populo eius. Præbete igitur corda veſtra & animas veſtras, vt quæratis Dominum Deum veſtrum : &* (poſt hanc orationem mentalem, qua voſmetipſos totos Deo conſecraueritis) *conſurgite, & ædificate ſanctuarium Domino Deo, vt introducatur Arca fœderis Domini, & vaſa Domino conſecrata in domum, quæ ædificatur nomini Domini.* Cordis autem figura pinus fructus referens

D hic habetur, vt & apud Pierium. * Quum autem inter Aram & primam mulierem ſeminudam media ſit iſta nuda penitus ; & illa manu dextera veſtimentum ſibi teneat, & læua ſerpentem ; hæc autem nuda manibus ambabus offerat Deo cor ; iam nulla videtur antiquum orantium morem Aras manibus apprehendendi, tenendiq ; ſacras Aras : de quo Macrobius in
„ Saturnalibus ita : [e] Eſt profundam ſcientiam huius poetæ in vno ſæpe reperire verbo,
„ quod fortuito dictum vulgus putaret : multifarie enim legimus quod litare ſola non poſſit
„ Oratio ; niſi & is, qui Deos precatur, etiam Aram manibus apprehendat. Inde Varro
„ Diuinarum libro quinto dicit Aras primum Aſas dictas, quod eſſet neceſſarium a ſacrifi-
„ cantibus eas teneri. Anſis autem teneri ſolere vaſa quis dubitet ? commutatione ergo li-
„ terarum Aras dici cœptas, vt Valeſios, & Fuſios dictos prius, nunc Valerios, & Furios
„ dici : Hæc omnia illo verſu poeta exſecutus eſt : [f]

[a] Matth. 6. 7.
[b] Prou. 23. 26.
[c] Matt. 22. 27.
[d] 1. Par. 22. 18.
* hierogl. 34.
Dub. de priſco ritu orantium, tenendi aras.
[e] lib. 3. c. 2.
Nominum alteratio.
[f] Æn. 4.

Talibus orantem dictis, Arasque tenentem
Audijt omnipotens. . . . . .

A

„ non ne eo additum credideris non quia orabat tantum, sed quia & Aras tenebat, audi-
g Æn. 6. „ tum? nec non quum ait: g

Talibus orabat dictis, Arasque tenebat.

h Æn. 12. „ Item: h

Tange Aras, medios ignes et numina testor.

Dub. solut. Ceterum Autoris in Schemate propositum fuit, ob oculos ponere nobis essentiale semper Orationi necessario inexistentia, non autem accidentalia, quæ possunt ab Oratione frequenter abesse: semper etenim oportet Orationem esse vel vocalem, vel mentalem: siue quis vel stando, vel genuflectendo, vel sedendo. Sed non oportet Orantem semper Aras tangere: nam & ipse Virgilius, vel a Macrobio propositus, ait: i

i Saturn. 1

Di quibus imperium est pelagi, quorum æquora curro,
Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum
Constituam ante Aras voti reus, extaque salsos
Porriciam in fluctus, & vina liquentia fundam.

B

In quorum explicatione Macrobius, nulla prorsus facta mentione moris antiqui, tangendi Aras a precantibus, immediate subiungit ipsissima uerba: Ex his docetur in mare rite po-

Porrici, & proici vt differant. „ tuisse *porrici* exta, non *proici*.

Constituam ante Aras voti reus.

Voti reus vt differat a damnato voti. „ Hæc uox propria sacrorum est: ut reus uocetur, qui suscepto uoto se Numinibus obli-
„ gat; damnatus autem, qui promissa uota non soluit. Verum enim uero præterea quis
Dub. 2. ob iciat, omissum fuisse morem orandi quartum, prostrato humi corpore toto; quem quidem modum, ut hodie seruare uidentur Monachi nostri Carthusiani, dum sacram Missam immediate celebraturi sunt; ita priscis temporibus Elisæus prostratus super puerum Sunamitidis uita defunctum, oratione mentali suscitauit a mortuis ad vitam reuocasse, ut habetur
k 4. Reg. 4. 32. & seq. in sacra pagina. k Ceterum si recte consideretur historia sacra, Propheta non orauit prostratus super puerum; at ante sui prostrationem orauit pro resurrectione defuncti, post ora-
Solut. tionem autem prostrauit se supra corpus mortui, ut calore proprio membra frigida calefaciens ad vitam, quæ consistit in participatione caloris, l disponeret ac præpararet: uerba
l Arist. de vit. & mor. c. 13 14. diuinæ scripturæ sunt ipsissima: m *Ingressus est ergo Elisæus domum: & ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius. Ingressusque clausit ostium super se, & super puerum: & orauit ad Dominum. Et ascendit, & incubauit super puerum: posuitque os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius: & incuruauit se super eum: & calefacta est caro pueri. At ille reuersus, deambulauit in domo semel huc atque illuc: & ascendit, & incubuit super eum. Et oscitauit puer septies: aperuitque oculos.* Quibus apparet euidentissime, Prophetam orasse priusquam se prosterneret super puerum iacentem mortuum; prostrauisseque se non ad orandum, sed ad calefaciendum corpus pueri. Minus obstat Carthusianorum sacerdotum consuetudo se prosternendi ante celebrationem missæ;
m 4. Reg. 4. 32. & seq.

C

n lib. 7. c. 3. quod illorum Monachorum institutio non antiqua sit admodum; etenim n Polydorus Vergilius, agens de rerum inuentoribus, eius primum institutorem agnouit Brunum, uirum
o Hist. relig. cap. 27. Colonensem, anno Domini Millesimo octuagesimo: cui consentiunt o Morigius, Turselp Part. histor. linus, p & alij plerique. Schema uero nostræ gemmulæ mores antiquiores valde repre-

D

sentat. Sic ergo recte tres orandi modi, duæque species orationis, Vocalis atque Mentalis, quæ simul una conspirantes Deum facile flectunt, & exorant ad hominum beneficia, proponuntur in allato Schemate.

De Oratione Mentali veteres profanos egisse. Cap. LXXVIII.

Dub. 3. Oratio mentalis apud antiquos ethnicos quæsita.

VErum enim uero nir eruditus aliquando mentionem a me fieri de mentali oratione veterum audiens, apud Ethnicos obiecit, se nunquam eius legisse uerbum; vt ut apud sacratum literarum cultores oratio mentalis habeatur expressa. Nos tamen illam etiam legimus euidentissimam in ethnicorum monumentis; quæ de re superius illustre testi-

monium

Digitized by Google

A monium Valeriani retulimus, nunc repetendum vberius. Pierius Valerianus eam sane cultam a veteribus Ægyptijs, atque Deo soli Maximo porrectam ait, quum infra Deum spiritibus beatis vocalis offerretur: q *Dedicata vero nimirũ*, inquit, *Ara sacrificijs faciendis, & precibus allegendis, quibus diuum animi nobis concilientur. Qui tamen esset apud veteres probatus sacrificandi ritus, pauci admodum prodidere. Deo siquidem Deorum omnium supremo, mente & intellectu sola, sine sermone, sine sono sacrificabant. Vnde Crocodilus, quod elinguis est, Deorum silentij natione habita, cultus apud Ægyptios. Spiritibus & beatorum animis laudes adhibebant.* Quibus apertissima mentio fit orationis mentalis a vocali distinctæ. Quin & ad Aras confugiebant veteres tanquam ad asylum, nihil ore proferentes, at corde solum implorantes auxilium diuinum; qua de re mox idem Pierius: *Fuisse vero Aras apud veteres, uti etiam nunc sunt sanctioris asyli loca, nulli non exploratum est. Hinc apud* r *Maronem Priamus, omni alia salutis spe abiecta, ad Aram confugit, cui dixerat vxor:*

q hier. l. 49.

Crocodilus cur cultus ab Ægyptijs

r Æn. 2.

B
,, Ædibus in medijs, nudoque sub æthere axe
,, Ingens Ara fuit, iuxtaque veterrima laurus
,, Incumbens Aræ, atque vmbra complexa Penates.
,, Hic Hecuba, atque natæ nequicquam Altaria circum,
,, Præcipites atra cum tempestate columbæ
,, Condensæ, & diuum amplexa simulacra tenebant.
,, Ipsum autem sumptis Priamum iuuenilibus armis
,, Vt vidit: quæ mens tam dira miserrime coniunx
,, Impulit his cingi telis? aut quo ruis? inquit:
,, Non tali auxilio, nec defensoribus istis
,, Tempus eget, non si ipse meus nunc adforet Hector.
,, Hue tandem concede: hæc Ara tuebitur omnes,
,, Aut moriere simul. Sic effata recepit
,, Ad se, & sacra longæuum in sede locauit.

Vbi nulla mentio fit de vocali oratione; quum certum sit pauidas puellas mente Deum precatas pro sui salute, atque parentum incolumitate. Addit atque Valerianus immediate: C *Et M. Tullij dictum pro Roscio Comœdo: Sicut in Aram confugis ad huius domum. Et apud Terentium: Nemo te accusat: sine, ne tibi Aram, aut deprecatorem pararis.* Vbi contradistinguens Aram a precatore, facis manifestum confugientes ad Aram, vocali non vsos oratione, sed mentali. *Et Ouidius de Tristibus:*

,, Vnica fortunæ Ara reperta meæ.

Apud Athenienses Ara peculiaris fuit misericordiæ sacra, de qua Papinius poeta, & Lactantius grammaticus neque non Abstinius in Rhetoricis meminere. Plutarchus in opusculo de Superstitione: *Ara sunt, inquit, ad quas confugere tuto seruus possit: multa sunt, quæ a latronibus non violantur templa: & qui hostem fugit, simulachrum, aut plumum tenes, animum recepit. Superstitiosus hæc maxime timet & expauescit, in quibus spem habens repositam, qui extremorum malorum sunt in metu.* Quos ad Aras, atque templa confugientes necesse est, ibi diuinam opem implorare sibi mentali prorsus oratione; quum eis vocalem nullam adscribant autores. Adiungit hisce Pierius: *In profugij sane significato Vestam pro Ara po-*
,, *nit apud Xenophontem Insaniæ rerum Græcarum libro secundo:* Hæc quum Theranenes au-
D ,, disset, ad Vestam sibi profugium parauit. Immo veteres ad morborum profligationem remedia salutaria retulisse dudum, non vocali prece, sed oratione mentali, desiderioque silenti, tum vigilantes oracula tantum operientes in locis sacris; tum etiam dormientes; dum taciti sola mente poterant orare; monet ex Antiquis itidem antea Pierius: s *Medici nam autem multifariam ab oraculis petere, antiquorum mos fuit, & suis quoque temporibus petitam memorat Plinius: illi enim quotiens grauiore aliquo morbo correpti essent, solitis erãt in templis, aut sacris locis depositi operientes* (& hic voce postulantes vel saltem desiderio petita) *vel oracula, vel somnia quibus quid ad sanitatem faceret, edocerentur,* & mox: *Et Astrologi quosdam hominum a genesi fore fatis nasci prædicant, vi votorum potius ope, quam medicinis, ab ægritudinibus & morbis liberentur.* (Vota vero hinc potius, saltem non minus desideria tacita, quam vocibus expressa) [Notum est Alexandri Macedonis exemplum, cuius milites

s Lact. hier.

ple-

plerique, & cum his Ptolemæus, cui postea Ægypti regnum obtigit, sagittis veneno in-
tinctis ad Sæmi regnum, vel, vt alij scribunt, in Musicanis, quum vulnerati essent, neque A
remedium vllum ad salutem inueniretur, draconem in somnijs, qui herbam quandam ore
gestaret, oblatum Regi; qui remedium sibi ex illa imagine commonstratum ratus, exquisita
inuentaque herba ea vulneribus adhibita, vel, vt nonnulli traduat, potionibus instillata, cun-
ctos sanauerit. Solitum enim esse Deum Opt. Max. hac etiam ratione mortalium rebus fer-
re opem, & vt a Dæmonibus quoque ferretur, permittere.] Cuius rei rationem simul &
a lib. 6. comprobationem reddit in suis Stromatibus Clemens Alexandrinus inquiens: "Et quo-
„ modo eis adhuc videntur incredibilia, quæ per Mosen & alios prophetas facta sunt mira-
„ cula? Omnium enim hominum curam gerens Deus omnipotens, alios quidem præcep-
„ tis, alios vero minis, & nonnullos quidem signis prodigiosis, aliquos vero benignis pro-
„ missis conuertit ad salutem. Verum enim uero quum diuturna siccitas Græciam aliquan-
„ do affligeret, & fructuum esset maxima sterilitas, qui remanserant, inquiunt, propter fa-
„ mem Delphos supplices venientes, rogarunt Pythiam quomodo liberarentur a tam gra-
„ ui calamitate. Ea respondit, calamitatis vnum esse remedium, si vterentur precibus
„ Aeaci. Eis ergo morem gerens Aeacus, quum in Græcum montem ascendisset, mundis B
„ in cælum extensis manibus communem Deum inuocans precatus est, vt afflictæ misere-
„ retur Græciæ. Simulatque cæpit precari, felix statim tonitru insonuit, & totus aer cir-
„ cumcirca fuit obductus nubibus. Vehementes autem & continui imbres erumpentes
„ totam implicuere regionem. Hinc efficitur abundans & copiosa fructuum feracitas, Aea-
„ ci, quæ agriculturæ instar fuere, impetrata precibus. Et inuocauit, inquit, Samuel Do-
„ minum; & dedit Dominus voces & pluuiam in die messis. Vides vnum esse Deum, qui
„ per subiectas potestates pluit super iustos & iniustos. Plena est autem nostra Scriptura
„ Dei exaudientis, & vnamquamque efficientis petitionem, per iustorum orationes. An
vero mentali oratione solis expansis manibus, vt Moses in colle, Deum inuocauerit Aeacus,
an oratione vocali numinis opem Græcis implorauerit, incertum est. Deum autem Alexan-
dri regis Macedonis peculiarem habuisse curam & protectionem, illique plurimum fauisse,
b lib. 11. c. 8. demonstrat aperte Iosephus in Antiquitatibus, referens ipsissima: "[Rex enim *Darius* col-
latis cum Macedonibus signis victus est, & magna exercitus parte amissa, matre etiam &
Alexandri pulcherrima historia. vxore cum liberis in hostium potestatem redactis, fugit in Persidem. Alexander vero in C
Syriam veniens cepit Damascum, & occupata Sidone, Tyrum quoque oppugnabat: scrip-
tisque ad Iudæorum Pontificem literis petebat, vt sibi rerum venalium præberet exerci-
tui: vt & quæ prius Dario conferre sit solitus, nunc det Macedonibus, prælata eorum ami-
citia; fore enim vt illum non pæniteat. Quumque Pontifex nuncijs respondisset, sacramen-
to se obligatum Dario, ne arma contra eum sumeret, idque ratum fore quamdiu ille vixerit.
Iratus Alexander Tyri quidem oppugnationem non omisit, qua breui potiturus videbatur:
minatus est tamen hac capta, mox se ducturum contra Pontificem; vt omnes discant, cui
ius iurandum seruari oporteat. Quare non parcens labori tandem Tyrum expugnauit, &
constitutis in ea rebus Gazam profectus, *& mox*: Septem autem mensibus in Tyri oppu-
gnatione, & in Gazæ duobus absumptis, Sanaballetes fato functus est. Alexander vero ex-
pugnata Gaza, Hierosolyma propere petijt. Iaddus vero Pontifex postquam hoc audiuit,
solicitus hærebat inops consilij; nec inueniens quomodo Regem deberet excipere, iratum
eo quod antea neglexisset imperata eius facere. Ergo indictis populo supplicationibus, & D
immolatis Deo victimis, ad opem eius confugit, illi publicam salutem commendans. Pro-
xima deinde post sacrificium nocte, in somnis ei Deus apparuit, iubens vt bono esset animo,
& coronata vrbe portas aperiret: vtque populus in albis vestibus prodiret obuiam: ipse
vero cum reliquis sacerdotibus solenni cultu sui ordinis, securi de Dei prouidentia. Exper-
rectus autem e somno lætus ciuibus hoc oraculum indicat: & paratis omnibus, vt in som-
nis præmonitus fuerat, Regis aduentum præstolabatur. Et quum renunciatum esset, eum
iam nō procul ab vrbe adesse, progressus est cum sacerdotibus & vrbana multitudine pom-
pa quadam noua & venerabili vsque ad locum, qui dicitur Sapha, quæ vox speculam signifi-
cat: quod ibi & vrbs & templum in prospectu sit. Et quum Phœnices ac Chaldæi spera-
rent sibi licere quicquid iratus Rex posset permittere, direptionem vrbis, & Pontificis ex-

quisi-

Digitized by Google

A quisitum supplicium: plane contrarium euenit. Alexander enim vt vidit e longinquo candidatum populum, & sacerdotes ante agmen in amictu byssino, Pontificemque in stola hyacinthina auro distincta, tiaram in capite gestantem cum prefixa aurea lamina insculpta Dei nomine: solus ad eum accedens Nomen illud adorauit, & salutauit Pontificem. Iudæis autem omnibus vno ore Alexandrum consalutantibus, & in orbem cingentibus, Syriæ reges & reliqui obstupuerunt, uix credentes Regem mentis compotem: solus Parmenio propius accedens rogauit familiariter, quid ita, quum ipse adoraretur ab omnibus, nunc adoraret Iudæorum Pontificem. At ille non hunc se adorasse respondit, sed Deo, cuius Pontifex esset, honorem eum exhibuisse: hunc enim, inquit, uidi & antea hoc ipso habitu, quum adhuc essem in Dio Macedoniæ, qui me deliberantem quomodo Asiam possem subigere, hortatus est forti esse animo, & sine mora exercitum traijcere, nam suo ductu potiturum me Persarum imperio. Quapropter quia nunc primum talem habitum uidi, agnoscens hunc, & uisionis memor quæ me ad hanc expeditionem impulit, puto me non sine numine in Darium exercitum ducere, & breui fore victoriæ compotem: & sublato Persarum imperio, cessura mihi omnia ex sententia. Hæc locutus ad Parmenionem, & comiter complexus Pontificem, deducentibus sacerdotibus in urbem peruenit. Et ascendens in templum immolauit Deo ex sacerdotis præscripto, ac Pontifici quoque suum honorem exhibuit, Ostensoque sibi Danielis libro, in quo Græcum quendam Persas debellaturum significat, hunc ipsum se esse interpretatus, lætus dimisit multitudinem. Sequenti vero die vocatis eis iussit vt quicquid vellent, peterent: Pontifice autem petente, vt patrijs legibus uiuere sibi liceat, atque septimo quoque anno concederetur eis tributorum immunitas, concessit omnia. Rogantibus deinde vt eos quoque Iudæos, qui Babyloniam ac Mediam colerent, sineret uti institutis proprijs, hic etiam postulatis eorum satisfacturum se esse pollicitus. Et quum fecisset eis potestatem, si qui vellent suis suis ritibus sequi eius militiam, multi in eam expeditionem dederunt nomina. Atque his apud Hierosolyma actis, mouit inde in alias prouincias exercitum.] Quæ sane mirifice comprobant alata superius a Valeriano de summi Dei assistentia cum exercitui Alexandri, tum cæteris hominibus, quibus a Dæmonibus etiam, opem sæpe tulerit. In quam rem illico subiungit idem Pierius: *vt nostra nunc missa faciamus, ex multis veterum hominum & poetarum responsis confirmatur: Nam quod pertinet ad Æsculapium, quem ipsum non esse transfretasse longo Bellunensium obsequio rum vico, memoria est huiusmodi.*

Deum omnibus hominibus assistere, prodesseque.

B

C

ASCLEP
IO. P. XE-
LIVS. PO-
LIO. MO-
NITVS. PO-
SVIT.

Et Pannoniam e Norico a Bellunensi territorio proficiscentibus, Albæ Iuliæ monumentum offertur in hunc modum:

D

I. O. M. STAT.
C. VALERIVS
VALERIANVS
EX. VISV. P.

Multaque huiusmodi passim reperiuntur. At etiam inferius ex Adamantio mentalis orationis apud antiquos habitæ meminit idem Valerianus, ita: * *ARDENS ORATIO. Sed cur non potius dicamus, cor ita in thuribulo positum significare orationes, precesque quæ puro ex corde proferuntur ad Deum? idque esse thus illud mundum, quod sibi Deus offerri mandat in Di-*

* lib. 33. hier.

minis literis, ex quo scilicet odorem capiat suauitatis. In Euangelio Matthæi, vbi Dominus perperam agere Phariſæos inquit qui non obligare iuramentum, quod per altare fieret, arbitrabantur, ſed quod per donum altari illatum. Adamantius Cor hominis inter alia ſignificata idem & altare intelligit: per votum vero recti alicuius operis deliberationem, quod faciundum ſimul ac inſederit animo, oblatum, vti votum, interpretatur. Nam & Latini vota alia concepta vocant: Priora illa ſunt, de quibus hic intelligit Adamantius. Itaque veteres orationem exercuere mentalem, ſine voce, ſine ſono, mente ac intellectu ſolo Deum Optimum Maximum potiſſime ſibi propitium deprecantes; quem morem apud Ethnicos Ægyptios obſeruatum fuiſſe paſſim, priore loco notauimus ex eodem Valeriano. ℑ Non ſolum, vt vidimus, ſed etiam late magis id patefacit Gyraldus, inquiens: ☙ [Tribus autem de cauſis Deis ſacrificandum cenſuere theologi gentium, vt veneremur, vt gratias referamus, vt ab ipſis neceſſaria petamus, & mala propellamus. Ad hæc autem perficienda votum animi ſatis eſſe: cui & addi poſſe credebant quædam ex frugibus munuſcula, animalia vero mactare nefas ducebant: etſi id licuiſſe videmus per Hebræorum leges. Theologi igitur qui dicebantur apud gentes, Deo nihil quod ex materia eſſet, offerendũ ſtatuebant, quod ipſi Deo ab omni prorſus materia ſecreto, ſubito non fieret impurum: quapropter neque ei ſermo vocalis ſatis accommodatus eſſe videtur: neque etiam ex animo ſermo intimus, propterea quod animi quadam inquinatus affectione putaretur; ſed puro ſilentio, puroque animi affectu Deum illi colendum arbitrabantur; quem Ægyptij, vt Jamblichus ſcribit, Icton, & primum exemplar appellabant: qua de re & in Pythagoræ ſymbolis ſuper ipſius ſilentio plura ſcripſimus. Porphyrius quoque, oportere ait coniunctos ſimileſq; Deo iam effectos homines, ad Deum mentis ecſtaſin, ac eleuationem, velut ſacram quandam victimam dedicare, quæ quidem ipſamet diuina laus eſt & ſalus: in qua Dei contemplatione, omnis affectus ex parte ſacrificium vere compleri ac perfici aſſeruit. Filijs autem Dei, quos & Deos intelligibiles vocabat, laudes iam ex ipſo quoque ſermone adhibendas cenſebat, atque vnicuique ipſorum iuſtam primitiarum oblationem faciendam, ex ijs rebus quas ipſi mortalibus largiri dicebantur, vel quæ eos nutrire & conſeruare putabantur.] Quare ſublatis omnibus difficultatibus, iam manum de tabula Schematis, orationum ad Deum antiquitus oblatarum repreſentatis modos atque ſpecies, referamus ad aliud Emblema vetus enucleandum, huic & pulchritudine ſimul & obſcuritate, nec non & antiquitate, materiaque compar, & affine.

ℑ lo. 48. hier.

☙ Synt. 17.



Oraculorum Diuinorum proprium est, hominibus eventus futuros demonstrare tanquam præsentes.

Schema XV. Gemma.



HOMERVS ILIAD. 7. STRABO LIB. IX.
DIODORVS LIB. XVI. C. VI. IVSTINVS LIB. XIII
ALEXAND. AB ALEX. LIB. VI. C. XXI.
GIRALDVS DE DEIS GENT. SYNTAG. VII

Apud V. C. Marcum Mibesium Saraianum in Gemma.

Incogniti viri explicatio indicata ex fenis anteribus proponitur, & expenditur. Cap. LXXIX.

QVisquis ille fuit, qui Schematibus huiusmodi veterum gemmarum adnotationes aliquas apposuit, huic aliam explicationem non dedit, nisi Delphicum hoc oraculum esse: ponens sex Autorum Classicorum loca, vnde putat eam hauriri posse: scilicet Homerum, Strabonem, Diodorum, Iustinum, Alexandrum, atque Gyraldum nominans. Nunc age singula perpendamus. In primis Homerus omnium antiquitatum Condus promus affertur, velut ex quo propositi Schematis elucidationem habere queamus, eius Iliadis opere septimo consulto. Dubio procul Poeta nullum eo libro vaticinium Apollinis affert, nullamque Delphici oraculi mentionem fecit: meminit in fine tantum Jouis, prædicentis Achiuorum victoriam, & reditum ad patriam terram, ita Neptuno dicentis: [a] Homerus.

[a] Iliad. 7. f.

„ Hunc autem valde commotus allocutus est nubicogus Iupiter:
„ Proh terræ-quassator, late-potens, quid dixisti?
„ Alius aliquis Deorum hoc reformidaret commentum,
„ Qui esset multo te imbecillior manibusque & robore.
„ Immo tua tibi gloria erit quam late extenditur Aurora.

,, Agedum, quando rursus capitibus comati Achiui
,, Abierint cum nauibus dilectam in patriam terram,
,, Murum diruptum, hunc quidem in mare totum demergito:
,, Rursus autem littus magnum arenis obtegito,
,, Vt tibi ingens murus euanescat Achiuorum.

Nec in eo libro toto fit vllius alterius oraculi, nedum Delphici Apollinis vspiam mentio, sed totus in singulari certamine Hectoris & Aiacis Telamonij describendo consumitur; quare nihil ex Homeri citato libro depromere nobis valemus ad explicationem Schematis. Qui † lib. 9. Iliad. solum inferius † videtur meminisse diuitiarum in Delphico templo contentarum, inquiens

Nec quantas lapideum limen iaculatoris intus continet
Phabi Apollinis Pytho in saxosa.

& alibi nonnulla, de quibus Strabo. Quod autem ad Strabonis bonum nos vocat, vir cl. id ♭ Strabo l. 9. quidem verum est, ibi celebrari Delphicum fanum, & oraculum his plane verbis: ♭ *Delphi ob templum Apollinis Pythij, & oraculum, quod vetustum esse apparet, siquidem Agamemnonem poeta inde tulisse responsum dicit; nam introducitur Citharœdus canens:*

,, Rixam iurgantis cum Dulichio Pelidæ
,, Immodicis acrem verbis fuisse regem Agamemnon
,, Heroum audiuit læta coniicio mente:
,, Responsum recolens animo, quod Phœbus Apollo
,, Quærenti Delphi dederat . . . . .

Hoc ergo Delphos nobilitat, & mox: *Quanquam Delphico fano maiorem honoris tanti partem oraculum comparauit, omnium minime fallax existimatum; tamen situs quoque loci nonnihil contulit. Sunt enim Delphi fere in medio siti totius Græciæ, quæ & extra isthmum, & intra est. Quin etiam in medio totius terrarum orbis iacere quidam senserunt, terræque umbilicum dixerunt. Fabulam insuper commenti, quæ apud Pindarum quoque refertur, ibi locorum conuenisse duas aquilas (alij cornos aiunt) a Ioue emissas, alteram ab ortu, ab occasu alteram Solis. Monstratur etiam umbilicus quidam in eo templo, fascijs velatus, inque eo duæ imagines istius fabulæ, &c.* Quibus nihil habetur, quod aperire valeat hieroglyphicum nostri Schematis, præsertim de Lauro non recta sursum tendente, sed in latus extra templum ab eius medio culmine se se extendente: deque peregrino, vultum non antrorsum, vt humana natura fert, sed retrorsum collocatum, & adspicientem obtinente. Diodorus autem Siculus de Oracu- e lib. 16. c. 6. li Delphici origine, ac eius tripode, prodit ad verbum huiusmodi narrationem: e *Hinc Philomelus multis populationibus factis, militem suum præda onustum reduxit Delphos: vbi per oraculum rescire cupiens belli, quod gerebat, euentum, Pythiam coegit, vti tripodem inscenderet, sibique daret responsum. Sed quoniam Tripodis occurrit mentio, haud abhorrens videtur, veterem de eo traditam historiam repetere. Antiquitus fama ea innaluit, Capras oraculum ipsum inuenisse: cuius gratia & Delphici hac tempestate capris vt plurimum sacrificant in consulendo oracelo. Iuuentum vero ita aiunt. Quum eo in loco, vbi nunc templi adytum est, terræ hiatus pateret, circumque terram pascentes capræ (quod scilicet Delphi eo tempore inculti erant) frequenter contigit vt ad cauum illud capra quapiam accedens, & introspiciens, miris quibusdam exultationibus, & voce prius ei insueta, incredibilem pastori suo admirationem concitaret, adeo vt & ipse spectatum eius loci situm accesserit. Eum tunc, quod capris euenerat, perturbatio ingens corripuit: vt illa ea propemodum, quæ diuino furore vexatis accidunt, paterentur: hic vero, præter illud, etiam futura prædiceret. Quapropter apud eius regionis homines diuulgata commotique mentis (quæ ad hiatum accedentibus aboriretur) complures illuc conueniebant, tentandique gratia quicumque propius se inferebant, diuino agitabantur spiritu. Propterea res in admirationem versa, creditumque terræ istic esse oraculum. Et aliquandiu seruatum est, ex consulturi de rebus suis, ad hiatum se præmittebant, alter alteri responsa redderent. Sed quum multi ex furore in præceps desilirent, itaque interirent; qui eum locum seruabant, instituerunt, ne quispiam periclitaretur, ibi fœminarum vatem ad omnium vsum deligi, a qua prædictiones acciperentur. Ei vero machinam erigi, super quam tuto & diuinitus afflari, & consulentibus respondere posset. Quia vero a machina fulturis tribus sustinebatur, ideo tripus nuncupata est: cuius faciem ferme & nunc retinent anei tripodes.*

Delphi vt in medio sint totius Græciæ ac orbis.

Diodorus.

Tripus Apollinis explicatus.

Quo

A *Quo igitur modo & oraculum inuentum sit, & quibus initijs tripus in vsum venerit, pro re dictum satis arbitror. Solebant etiam primo illo tempore Virgines ob naturam puriorem & quod Dianæ videantur propinquitate quadam iungi, ad officium illud diuina enunciandi adsumi. Aptissimæ enim credebantur ad seruandaea arcana, quæ in responsis contineantur. Sed annis posterioribus Echecratem quemdam Thessalum fama est, quum ad oraculum peruenisset, visam Virginem Pythiam summæ venustatis adamasse, & raptam violasse. Vnde ob admissum facinus Delphici sanxerint, ne in posterum respondendi officio fungeretur virgunculæ; sed senior femima, annorum saltem quinquaginta, quæ tamen Virginali habitu, in memoriam veteris vaticinandi moris, vteretur. Et hæc quidem sunt, quæ fabulose de oraculo inuento traduntur.* Ex quibus Diodori dictis, tantum abest, vt completam nostri Schematis explicationem haurire valeamus; quod potius præcipuæ Schematis imagines intactæ, ac inexplicatæ relinquuntur; etenim ex Diodoro nil haberi potest de arbore ad latus e culmine templi protensa, non autem, vt arborum natura fert, in altum erecta: neque de baculo, quo peregrinus oraculum consulens innititur: neque de viro numen consulente, faciem retro prospectantem habente, situ naturali vultus non seruato, penitusque impossibili. Nec in Schemate tripodis, aut
B hiatus vllum vestigium: de quibus tantum hic agere videtur Diadorus. Nunc ad quarto loco citatum accedamus: Iustinus ille fuit historiarum libro XXIV. vbi talia refert: *Templum autem Apollinis Delphis positum est in monte Parnasso, in rupe vndique impendente: ibi ciuitatem frequentia hominum facit. Qui ad affirmationem maiestatis vndique concurrentes, in eo saxo consedere. Atque ita templum ciuitatemque non muri, sed præcipitia, nec manufacta, sed naturalia præsidia defendunt: prorsus vt incertum sit, vtrum munimentum loci, an maiestas Dei plus hic admirationis habeat. Media saxi rupes in formam theatri recessit. Quamobrem & hominum clamor, & si quando accidit tubarum sonus, personantibus & resonantibus inter se rupibus, & multiplex audiri, amplierque quam editur, resonare solet. Quæ res maiorem maiestatis terrorem ignaris rei, & admirationem stupentibus plerumque affert. In hoc rupis anfractu, media ferme montis altitudine, planicies exigua est, atque in ea profundum terræ foramen, quod in Oracula patet. Ex quo frigidus spiritus in quodam velut vento in sublime expulsus mentes vatum in vaecordiam vertit, impletosq; Deo responsa consulentibus dare cogit. Multa*
C *igitur ibi & opulenta Regum populorumque visuntur munera, quæ magnificentia sui reddentium vota gratam voluntatem, & deorum responsa manifestant.* His quidem Iustinus partem nostri Schematis elucidat, oraculi templum scilicet, ac eiusdem situm; at vero reliquas intactas relinquit, arborem in latus vergentem, peregrini consulentis baculum, & vultum interga datum. Alexander autem ab Alexandro citatus capite vigesimo primo sexti libri suorum Genialium, proponit *miraculum de homine, qui extrusus a carcere, rursusq; in eum intrusus, inferna se loca adiisse enarrauit*: nihil omnino proferens, quod ad oraculum Delphicum attineat, vel ad nostræ gemmæ Schema. Sed multo prius egit de Oraculo Delphico, voluminis eiusdem capite secundo, dicens: [Inter Oracula, quæ apud Græcos Afrosq; præcipuo cultu fuerunt, ad quæ homines ventitabant, Delphicum in terris clarissimum fuisse cultu & religione longe excellens, vno omnium testimonio traditum est. Fuit Delphos totius orbis vmbilicus, & commune humani generis oraculum. In monte Parnasso excelso & prærupte alto sita ciuitas: nullis mœnibus, sed tantum abruptis rupibus saxisque munita, arduo & difficili ascensu; in quo Nisa Ciuitas Libero consecrata: Cyrra vero ad montis
D radices iuxta mare. Erat autem Parnassus Phocidis mons in Boeotia, in duos diuisus colles: Cytherea, & Nymphæum; quorum alter Libero, Apollini alter dicati fuere: Helicon vero Musis: In Cytheronis autem vertice Spharticarum Nympharum antrum colebatur; qui mons iuxta Olympum situs erat, supra quem Olympi editissimus vertex decem fere stadijs attollebatur. Qui eiusdem nominis mons & in Macedonia, & in Thessalia, Mysia, Cilicia, Elide, & Archadia excelsus quidem attollitur. Templum vero intra vrbis ambitum fuit, quod pariter non manu extructum, sed naturæ præcipitia muniuere, aditu difficili & angusto. Quippe quem ex quinque lapidibus tantum, velut mole obiecta, obstructum ferunt. In medio autem exigua planicies, & in ea hiatus, ex quo ventus & acer spiritus manans, mentes vatum in vaecordiam vertit. Eoque spiritu ex intimo specu edito, quasi diuino afflatu Phebas in tripode stans, mẽte furibunda statis diebus, quibus fari licet, cõsulentibus respõsa

Virgines puellæ ab oraculo Delphico, semotæ, & seniores positæ.

Iustinus l. 24

Descriptio templi Delphici.

Alexander ab Alex.

canit. Licet ferant, Apollinem ſex menſibus apud Lycios, ſex apud Delum vaticinari: reliqua vero oracula aliquando Idibus, nonnunquam Kalendis: nunc die oriente, nunc deſinente reſponſa dabant; quæ a mulieribus tantum, quæ erant templi vates, vaticinantis in modum ferebantur. In quo id præcipuum fuit, vt qui oraculum conſulit, breui admodum oratione, quid velit, expoſcat: utque nullum Latine edatur oraculum: neque edi prius, quam ab imo dum ſacrificant, tota uictima contremiſcat: Nec capitis commotione ſatis eſſe, ſed omnibus illam partibus quati oportere. In quo proditur memoriæ, quum infauſto die Pythiam reluctantem & inuitam Alexander cogeret, illam ui coactam, Quod eſſet inuictus, reſpondiſſe: quod pro omine acceptum ueridico præſagio futuræ magnitudinis præ-nuncium fecit. In eo quidem templo, Apollinis oraculum fuit humana effigie, in Delo Draconis, in Lycia uero Lupi. Quam urbem Python, ob interfectum Pythonem dictam comperimus: nam & Pythius Apollo, & Pythia feſta, & ludi Pythij, & ipſa uates Pythia dicta, & Pythicum oraculum locus. Sparthæ quoque Pythios nuncupant, qui Delphos ad conſulendum oraculum mittebantur, quï publice cum Regibus cibaria habent, & veſcuntur vna. Huc ex omni orbe prauæ religione incuſſa, qua ſe hominum vanitas confundebat, viri principali dignitate inſignes frequentes conſultum ibant; eaque ex omnibus vera & longe clariſſima oracula habita ſunt. Quare Regum populorumq; ampliſſimis donis muneribuſque, & multarum vrbium theſauris refertum templum fuit. Inter quos Agilinorum & Spineſium non in poſtremis gazæ fuerunt. Quod quidem cuncta oracula antiquitate excellebat.] Hæc ille ſola De Oraculo Delphico, quæ præter attinentia ad ſicum, & loci conditiones, a Iuſtino prius allata, nihil omnino faciunt ad imagines, in Schemate noſtro poſitas, illuſtrandas. Vltimo loco producitur inſpiciendus Lilius Gyraldus in vii. Syntagmate Hiſtoriæ Deorum, vbi legimus ipſiſſima: *Delphicus etiam Apollo eſt cognominatus: Ouid. Placuit tibi Delphice certe. Orpheus in hymo*:

,, Antique, & Smintheus, Pythonis-occiſor, Delphice Vates.

Dictus vero a Delphis eſt, qui Pythius, orbis vmbilicus, vt legitur in Priapeis. Hinc apud Varronem antiquus poeta:

,, O ſancte Apollo, qui vmbilicum certum terræ obtines:

[Quod tamen impugnat, & exponit Varro pluribus, in lib. de Ling. Lat. & Phurnutus: ſed & Strabo quare dictus ſit Orbis vmbilicus, & Pindarus, & Lactantius grãmaticus in Theb. & Claudianus; quod pluribus in noſtris Annotationum dialogis ſumus executi. Delphos igitur Apollo, a Delphorũ oraculo notiſſimo: quod quomodo caperit, primũ ſcilicet a capra oſtenſum, tũ a paſtoribus, demũ a pythia Virgine tamdiu oracula reddita, quoad ab Echecrate vna violata, ſtatutum eſt, vt a vetere muliere, in habitu tamen puellæ, redderentur, in tripode ſedente, Lege xvi. Diodori Siculi Bibliotheces librum, qui hanc omnem hiſtoriam copioſe deſcribit. Delphicum vero hoc Oraculum multis theſauris donariiſque refertum legimus, adeo vt a Barbaris, & Gallis in primis deprædatum fuerit: & ſæpe etiam arſiſſe; & ter quidem a Thracibus concrematum, prodit Euſebius. Herodotus etiam ab Amaſi Rege reſtitutum ait Delphici Apollinis templum, toto orbe terrarum celeberrimum. Quinquies exructum, ac reſtauratum ad ſua tempora ſcribit Pauſanias: & primum quidem ex lauri ramis e Theſſalia deuectis in ſpecus modum exædificatum. Secundo ab apibus ex cera & alarum membranulis; ex quo Pteran nuncupatum: alij, a viri nomine Ptera. Tertio æneum conditum aiunt; quod mirum non videri debere ſcribit, quum & eiuſmodi alia legantur, & Chalciœcus Pallas. Quo conſumpto, quartum ex quadrato lapide Trophonius & Agamedes Ll. Olympiade extruxere. Quinto ab Amphyctionibus inſtauratum, ex ſacra pecunia, architecto Spintharo Corinthio; quod ſuo tempore Pauſanias durare ſcripſit.] Ex quibus nihil additur explicationi noſtri Schematis, præter laurum, quæ uidetur e culmine templi protendi ad latus: de conſulentis baculo, pallio, facieq; in tergum verſa, quibus vniuerſa vis huiuſce Schematis innititur, ne verbum quidem. Quare partem Schematis explicare videntur duo ſoli, Iuſtinus, atque Gyraldus ex Pauſania; quorum ille rupem oraculi declarat, iſte laurum vtcumque templi. Nos igitur ſingulas emblematis partes iam explicemus.

Oraculi leges.

Apollinis varia ſimulacra.

Gyraldus Synt. 7.

Propria

A

Propria Schematis explicatio, declarans ſpeciatim arborem in latus propendentem, & hominis conſulentis oraculum tum pallij partem, & faciem in terga verſam, tum ligneum ſcipionem. Cap. LXXX.

PRofecto nulli dubium eſt, hic repreſentari Delphicum oraculum Apollinis, olim celeberrimum; quod templum oſtendit in alta rupe ac inacceſſa conſtructum, ut [a] audimus apud Iuſtinum, [b] & ſimulachrum humana effigie, ut ex Autore Genialium [c] agnouimus. Quamobrem ignotus Autor uerum titulum poſuit DELPHICVM ORACVLVM Schemati noſtro. Ceterum arbor e culmine templi propendens in latus, una Laurus eſt, etſi uiſui referre uideatur oliuam; etenim Apollini Laurus eſt ſacra, non olea: quæ Mineruæ conſecrata dicitur. Laurus autem Apollini dicata, potiſſimum quoniam uſta reſonat, quod quandam prædicendi uim habet, obſeruatu Pierij: [d] *Igni ſpicium enim non tantum ſplendore, verum etiam crepitu portendit, frequentiſſimo poetarum omnium aſſenſu. Eſt & alia ratio cur Laurus Apollini ſacra dicatur; legimus enim apud Serapionem Aſcalonitam, Lauro ad dormientium caput appoſita, vera videri ſomnia. Idipſum Antiphonem Philocrum, & Artemonem,* B *qui de ſomniorum interpretatione ſcripſerunt, aſſeueraſſe comperimus. Neque quidem Euſtathij interpretamentum ſuper hoc, parui fecerimus, qui Daphnem ideo dictam ait, quod* Δα *ſit intenſionis particula, &* φαύειν, *quod loqui & canere eſt, in compoſitionem accedant. Apud Heſiodum interpres Theogoniæ, Laurum ait energiam ad Enthuſiaſmum, diuinumque furorem vaticinantium. Hinc vaticinantes lauro coronari ſolitos ait Interpres Ariſtophanis. Et qui bella ſequebantur vates, in ſumma galea Lauri ramum geſtabant.* (Qua ratione forſan in ſummitate Delphici templi, vnde vaticinia exibant, velut in ſumma galea vaticinantis Dei Laurus poſita fuit a Schematis autore: vel veluti corona non in altum recta ſurgit, ſed in latus excurrere videtur.) *Quocirca non imperite Laurum Aphthonius vaticinij ſymbolum eſſe dicit, quam diuinatricem plantam Dionyſius in præceptis de Panegyricis ſcribendis appellat. Nam quod Vates Daphni phagi vocitarentur, non ex eo tantum, quod ille dixerit, Laurumque momordit: & Sibylla apud Tibullum:*

,, Sic vſque ſacras innoxia lauros
,, Veſcar. . . . . .

C *deſumptum eſt; verum etiam ex Sophoclis Caſſandra dicentis* [e] *Laurum mandens dentibus aperit (ſeu porrigit os* vaticinio. Eodem modo Lycophron: *Laurum comedens vaticinabatur ex gutture vocem. Porro Daphnen puellam, vt Plutarchus ſcribit in Agide, Paſiphaes nomine Spartani coluerunt, qua oracula, vt aiunt, certiſſima ſit dare ſolita.* Quin & Laurus eidem Valeriano, vim poeticam indicat; propterea que congruit oraculo Delphico, tum quod Apollo Poetarum atque Muſarum pater atque Deus colebatur antiquitus: tum quod oraculorum Delphicorum reſponſa verſibus tanquam a poeta fere dabantur omnia. Præterea vero Laurus multitudine foliorum ſuorum, quæ linguæ figuram exertæ referunt vtcumque, ſimul & in igne ſaliunt, crepitant, & edunt ſonum, hieroglyphicum eſt Oraculi Delphici, quod in eo vates æſtuans & agitata diuino furore multiplicia fundit omnibus poſtulantibus reſponſorum genera. Non aſſurgit autem in altum recta laurus in Schemate, ſed a templi ſummitate deuexa fertur ac obliqué veluti deſcendens protenditur in latus, tum vt oſtenderetur, oraculi voces ad conſulentes dari manentes ante templum: tum etiam ut D indicaretur, olim antiquiſſimum illud templum, ex lauro fuiſſe conditum, ſicut obſeruat Pauſanias, inquiens in Phocaicis: [e] *Antiquiſſimam Dei ædem e lauro erectam eradunt: & ex lauri quidem ramos ex ea arbore decerptos, quæ ad Tempe eſt. Fuit adis eius forma quaſi tugurium quoddam.* In quam formam multi rami ſuperne deuincti, ſenſim ad latus expanſi, (ſicut in Schemate videtur unicus procedere) belliſſime conuenire poſſunt.

[a] cap. ſup.
[b] lib. 24.
[c] Alex. ab Alex. l. 6. c. 2

Arbor Lauri procedens e templo Delphico.

[d] l. 30. hier.

Daphnis etymologia.

Laurus cur non recta ſurgat.

[e] lib. 19.

De forma templi Delphici in Schemate. Cap. LXXXI.

LAuro ſubeſt in Schemate rotunda figura templum Apollinis Pythij, quod in eo reſponſa naſcerentur ex halitu de terræ foraminne vatibus inſpirato; quo nomine Telluris illud oraculum primo fuiſſe ſcribit ex antiquitate Pauſanias: [e] *De ipſis quidem Delphis multa*

[e] in Phocicis

Digitized by Google

ac diuersa traduntur, atque in primis de Oraculo Apollinis. Aiunt enim ab initio fuisse Telluris eam oraculorum sedem: & ab ipsa Tellure Daphnen, *quæ præsideret, delectam: de Nymphis,* A
[b] l. 49. Hier. *quæ montem incolerent, Daphnen vnam fuisse.* Pierius adnotat: [b] *Rotundam ædem Vestæ Numa Pompilius Romanorum Rex consecrasse fertur, quod eandem esse Terram, qua vita hominum sustentaretur, crediderit. Eam pilæ formam esse, vt sui simili templo* Dea *celeretur.* Quamobrem eadem ratione Delphicum oraculum, quod ab initio Telluris erat, antiquissimum tem
Figura templi Delphici cur rotunda plum rotundum habuit, vt Vesta. De templi vero culmine Laurus prominens indicat præsidem Telluris oraculo Daphnen extitisse Nympham eius montis accolam. Quomodo vero Delphicum hoc Oraculum de Tellure concesserit in Apollinem, illico detegit Pausanias addens: *Poesin Græci habent, quæ Eumolpia appellantur: eius autorem Musæum perhibent, Antiophemi filium. In ea proditum est memoriæ, commune Telluri & Neptuno oraculum illud fuisse: ipsam quidem Tellurem ore suo responsa dedisse: Neptunum interpretem habuisse Pyrconem. Ea de re versus huiusmodi sunt:*
Oraculi Delphici mutationes variæ

„ Telluris cuncti sanctas cognoscite voces:
„ Et magno Pyrcon Neptuno sacra ferebat.

Neptunus deinde Telluri dicitur parte sua concessisse: illam Themidi oraculum totum dono de- B
Oraculi delphici mutationum causæ explicatæ *disse: ab ea Apollinem illud accepisse, tradita Neptuno, quæ ante Træzene est, Calaurea.* Cuius fabulæ mythologia physica sit: Oraculum initia sui ventum, & halitum mineralem de spe-
[c] 2. Meteor. sui. 2. cap. 1 cu promanentem habuisse; quorum ventus exhalatio frigida & sicca Tellurem [c] solam sui
[d] 3. Meteor. sum. 3. matrem agnoscit: halitus autem mineralis, atque metallicus ex humore [d] surgens Neptunum, qui totius humoris pater ac sedes est, autorem proprium tenet. Quod autem ventus ex hiatu Delphicæ terræ prodiens cum impetu sibilum quendam edere potuerit; ideo Tellus ore suo responsa dedisse dicitur; nimirum præcedens halitum crassiorem segnioremque, prodromusque vatem feminam admonens de tempore mox insecuturi mineralis halitus, quo susceptο mente commoueretur, & Deo plena prædiceret percontantibus euentura; quare Neptunus non ore suo sed per vatem halitu vaporoso susceptο dicebatur oracula dare; quem vatem ab ignea natura fumoso illi halitui permista, quæ multa reperitur in halitibus metallicis, Pyrconem apte nuncupauere ueteres; metalla siquidem omnia constant ex hydrargiro, mercurioue aqueo prædominante, subdominanteq; sulphure naturam igneam habente. Non continenter autem, sed statis diebus, ex hiatu delphicæ terræ prodire consueuisse uentum, & halitum uates ad oracula fundenda commouentem, ac inspirantem, apertum C
[e] cap. sup. est ex his, quæ scripsit Alexander ab Alexandro [e] prius allatus, aiens [f] *ex antiquorum mo-*
[f] l. 6. genial. cap. 2. *numentis: Delphicum vero templum intra vrbis ambitum fuit, quod pariter non manu extructum, sed naturæ præcipitia muniuere, aditu difficili, & anguſto: Quippe quem ex quinque lapidibus tantum, velut mole obiecta, obstructum ferunt. In medio autem exigua planicies, & in ea hiatus. ex quo ventus, & acer spiritus manans, mentes vatum in vecordiam vertit. Eoq; spiritu ex intimo specu edito, quasi Diuino afflatu Phœbas in tripode stans, mente furibunda statis diebus, quibus fari licet, consulentibus responsa canit. Licet ferunt Apollinem sex mensibus apud Lycios, sex apud* Delum *vaticinari: reliqua vero oracula aliquando Idibus, nonnunquam Kalendis: nunc die oriente, nunc desinente responsa dabant; quæ a mulieribus tantum, quæ erant templi vates, vaticinantis in modum ferebantur,* & mox: *In quo proditur memoriæ, quum infasto die Pythiam reluctantem & inuitam Alexander cogeret, illam vi coactam, quod esset inuictus, respondisse.* Quod autem dicitur, post Neptunum, atque Tellurem, ab D
ista Themidi concessum oraculum, & a Themide tandem Apollini, totum id ordinem causarum oraculi sibi adinuicem succedentium mystice designat; etenim Themis, ut ait Festus, est Dea quæ præciperet hominibus id petere, quod fas est: petebant autem consulentes oraculum quod fas erat, ubi iam Pythia diuino spiritu plena fureret; post petitionem autem, in ore Vatis aderat Apollo fundens oraculum responsi.

De simulachro in templo Delphico. *Cap.* LXXXII.

QVamobrem apte Schematis autor intra templi sepia simulachrum posuit; nescias an Apollinis, an fatidicæ mulieris lyram chelimue tenentis: Apollinem cithara, seu

Digitized by Google

A vetus lyra chelisue signat; vatem feminam corpus muliebre nudum a pube superne, mamillis femineis, molle, delicatum, capite nullis redimito radijs. Verum enim vero forte dedita opera verumque voluit autor; neque lyra chelisue puellæ faridicæ neganda, quæ versibus oracula caneret. Id quod aperte Pausanias asserui inquiens de Delphica vaticinatrice: [a] *Maxima vero fuit nominis celebritate Phemonoe, vt quæ Dei interpres prima fuerit, prima etiam senarijs* longioribus *oracula decantarit. Hæc tamen indigna mulier Delphis hymno composito, aduenas ab Hyperboreis profectos, oraculum Apollini dedicasse tradidit, cum alios, tum Olena, qui primus vaticinatus in eo loco fuerit, primusque senarios longiores reperit. Hi sunt, quos Hæc fecit versus:*

[a] in Phocicis

,, Hic posuere tibi Iuuenes penetralia Phæbe,
,, Olim ab Hyperboreis Paganoque & dius Ægyieus.

Enumeratis alijs Hyperboreis, in ipsa hymni fine Olena nominauit:

,, Atque Olem, primus cecinit qui oracula Phæbi,
,, Et veterum primus modulari carmina cæpit.

B *Communis tamen hominum opinio, prisca memoria autoritatem secuta, solas agnouit mulieres oraculorum interpretes*: quæ quum carminibus canerent, ad hoc indicandum lyra vetus in Schemate posita simulachro, sine fuerit id Apollinis Pythij, siue Pythiæ mulieris in Delphico templo stantis ad oracula fundenda. Etsi vero Strabo monet aliquando Pythiam e tripode vaticinatam oratione soluta; subdit attamen ibi poetas extitisse, qui sermonem vatis ad numeros metricos apte redigerent: atque Pausanias ait in Phocicis, *Hesiodum repulsam tulisse, quod carmina sua ad lyram canere non didicisset* apud Delphos. Verba vero Strabonis ea sunt: [b] *Oraculum ipsum aiunt esse cauum profunde specum, aditu non admodum lato: ex ea spiritum efferri furoris diuini efficacem: supra orificium tripodem situm sublimem, quo ascenso Pythia vbi spiritum exceperit, carmine soluta que oratione sortes ab ea pronunciari: porro poetas esse quosdam fani administros, qui prosa oratione edita in versus numerosque redigant.* Inue simulachrum in templo stans Lyra donatum ab autore Schematis. Nulla vero videtur in Schemate Tripodis imago, siue gemmæ sculptor fuerit ille, siue significare oraculum Delphicum ante Tripodis institutionem, quod eius maximam indicat vetustatem.

[b] lib. 9.

C

De rupe templo Delphico subiecta. Cap. LXXXIII.

SVbest autem templo rupes inaccessa, de qua prius, vt vidimus, ita Iustinus, [a] nobis referenda pro Schematis vberiori dilucidatione. [Templum autem Apollinis Delphis positum est in monte Parnasso, in rupe vndique impendente, vbi ciuitatem frequentia hominum facit. Qui ad affirmationem maiestatis vndique conueniunt, in eo saxo considere. Atque ita templum ciuitatemque non muri, sed præcipitia, nec manufacta, sed naturalia præsidia defendunt: prorsus vt ineertum sit, vtrum munimentum loci, an numinis Dei plus huc admirationis habeat. Media saxi rupes in formam theatri recessit. Quamobrem & hominum clamor, & si quando accidit tubarum sonus, personantibus & reboantibus inter se rupibus, & multiplex audiri, amplior que quam editus, efformare solet. Quæ res maiorem maiestatis terrorem ignaris rei, & admirationem insuperantibus plerumque affert. In hoc rupis anfractu, media ferme montis altitudine, planities exigua est, atque in ea profundum terræ foramen, quod in oracula patet. Exquo frigidus spiritus in quodam velut vento in sublime expulsus mentes vatum in væcordiam uertit, impletoque Deo responsa consulentibus dare cogit.]

[a] lib. 24.

Rupis descriptio & explicatio.

Echo clarior & vehementius inuale, scens post exortum sol.

D

De consulentis Delphicum oraculum baculo. Cap. LXXXIV.

INter alios autem consulentes in Schemate nostro proponitur unus, triplici re singulari notabilis; prima quidem, quod ante templum atque rupem stans, ambabus manibus innititur baculo: secunda, quod illius pallium quasi vento pellitur ab anterioribus partibus in tergum: tertia mirabilior est, quod vultum non obtinet antrorsum pectori supereminentem uersus templi fores, ut reliquas corporis partes anteriores; at valde præter ordinem

natu-

Digitized by Google

naturæ faciem conuersam habet in terga, prorsus auersam a templo, vnde sibi præstolatur A
efflagitatum oraculum. Primam sane Baculi proprietatem, apud Valerianum in hieroglyphicis, & Suidam explicatam vtcumque legimus, vnde Pierius, & Adagiographus. Verba Suidæ sunt Latio donata: *Laureum gestè baculum. Hoc dicere consueuerunt, quibus ab aliquibus insidiæ struuntur; quia laurus creditur esse remedium arcendorum malorum vim habens.* Adagiographus adiungit Suidæ Plinium, [a] *qui demonstrat laurum lustrationibus adhiberi solitam. Videtur & aduersus fulmina huius vis tueri; quandoquidem arborum vna non icitur fulmine. Id adeo verum credidit Cæsar Tiberius, vt nusquam non gestaret capite coronam lauream, quod in ipsius vita prodidit Suetonius.* Verba Plinij de Lauro leguntur: *Eadem purificationibus adhibetur.* Valerianus ait in proposito: [b] *REMEDIVM: Quæ vero de scipione laureo memorantur, significare id remedium contra pericula, & insidias, quæ a quopiam intententur, vt apud Sudam legitur, non ea tantum causa est, quod contra venena pollere Laurus creditur; sed huc faciunt ea omnia, quæ superius recensuimus, vbi tutelam, & custodiam per Laurum docuimus. Quin & Æsculapij caput laurea redimitum non alia de causa dicunt, nisi quia ea arbor plurimorum sit remediorum.* Nuper autem asseruerat: *Pro custodia vero Laurum poni, & incolumitatis esse symbolum ex Procle didicimus, qui veteres ait Laurum tutelæ consecrasse, & in sacrificijs, & in locis vbicumq; vel sata, vel affixa fuerit, incolumitatem præbere. Cuius rei non ignarus Ouidius, tutelæ huius ergo illud de Lauro dixit:*

,, ... mediamque tuebere quercum.

Quod ita mihi libet interpretari, vt ad civica corona sospitamentum, & tutelam statueretur: id quod ex numis quibusdam intellexi, in quibus civica posita est, quam duo laurei rami circumplectuntur, non ipsi in coronam deducti, sed ad osculum quodammodo adcurvati. Literæ: OB CIVIS SERVATOS. Duo huiusmodi sunt apud me, in quorum vno litera circumducta, C. GALLIVS C. F. LVPERCVS. III. VIR. A. A. A. F. F. in altero, L. NEVIVS SVRDINVS. III. VIR. A. A. A. F. F. Quid vero sibi velint elementa illa, quippe A triplex, & F geminum, si quis quæsierit, sciat id significare, Auro, Argento, Aere, Flando, Faciundo. Inueniuntur vero & in Augusti numis, & alibi. Eadem vero specie ciuicam eam fuisse crediderim, quam Augusti foribus affixam Ouidius scribit; quamuis nonnulli arbores ipsas satas putant, quia ita scriptum a poeta sit:

,, Postibus Augustis eadem fidissima custos
,, Ante fores stabis, mediamque tuebere quercum.

Idem sibi vult numus Argenteus, in quo duo Lauri surculi cum radicibus, in quorum medio ara est columna Ionica, supra cuius capitulum carchesium est, in medio parma affixa, cum literis. S. C. Nam ab vtraque Columnæ parte in albo singulatim litera E. X. adscripta. Altera Inscriptio est, DIVVS AVGVSTVS VESPASIANVS: quod apotheosim ipsam sapit. Sed ex his satis superque est ostensum Laurum pro custodia & tutela poni, & eorum quæ perpetuo sospitari, conseruari, ac viuere volumus, signum. Accedit & illud ad sospitamentum, quod eius arboris folia fulmen non icit, eaque de causa Tiberius quum fulmina coruscationesque supramodum expauesceret, calo turbido Lauream sibi solitus est imponere, non secus ac eadem de causa Augustus ex vituli marini pelle cingulum gestare. Sapienter itaque Schematis autor accedenti ad oraculum Delphicum, vnde teter halitus homines dementans effluebat, atque iam prope templi fores stanti, baculum ex Lauro dedit in manus, quo tum inniteretur ex itinere fessus, tum maxime custodiretur, incolumisque seruaretur a noxia telluris euaporatione, congenea fulminum exhalationi. D

Explicatio Baculi, quo cõsulens innititur.

Vituli marini pellis contra fulmina cingitur.

[a] lib. 15. c. 30. f

[b] lib. 30. hier.

Pallij motus in terga declaratur. Cap. LXXXV.

SEcunda proprietas huius oraculum Delphicum consulentis erat, pallij retrorsum impulsio de pectore; quam non aliunde nobis explicare licet, nisi ex eo, quod quum vellet Autor Schematis indicare præcipua, quæ pertinent ad oraculi Delphici miram potestatem; quumque niteretur illa fere tota spiritu halituoso de cripta telluris exeunte, mentem Pythiæ commouente statim ad vaticinandum; de quo spiritu Strabo [a] testimonium id exhibuit: *Oraculum ipsum aiunt esse cauam profunde specum, aditu non admodum lato; ex ea spi-*

[a] lib. 9.

ritum

A *ritum diuinum efferri furoris diuini efficacem.* Consentire Straboni Iustinum[b] nouimus asserentem: *In hoc rupis confractu, media ferme montis altitudine, planicies exigua est, atque in ea profundum terræ foramen, quod in oracula patet: ex quo frigidus spiritus quodam velut vento in sublime expulsus mentes vatum in vacordiam vertit, impletoque Deo responsa consulentibus dare cogit.* Inde pariter Alexander ab Alexandro suis in Genialibus repetit.[c] *In medio autem exigua planicies, & in ea hiatus, ex quo ventus & acer spiritus manans, mentes vatum in vacordiam vertit: eoque spiritu ex intimo specu edito, quasi diuino afflatu Phœbas in Tripode stans, mente furibunda statis diebus, quibus fari licet, consulentibus responsa canit.* Hunc igitur ventum atque spiritum, quod ob sui raritatem, tenuitatemque materiæ visu percipi nequiret, vt ob oculos poneret Autor inspectanti Schema, pallij consulentis impulsionem a vento sensibilem in terga consulentis eiusdem artificiosa delineauit.

[b] lib. 24.

[c] lib. 6. c. 12.

Faciei mira versio in tergus explicata. Cap. LXXXVI.

B

PRoprietas autem illa tertia, monstrosa nimirum, quæ ponit viri consulentis faciem in terga penitus & omnino versam, duas causas habere posse videtur. Altera quidem est, quæ primo Schematis intuitu mihi venit in mentem, scilicet hominem consulentem oraculum, ne læderetur ab halitu tetro specus dementante, faciem auertisse prorsus in terga, putiorem aerem inspiratione trahere satagentem intra cerebrum atque præcordia. Sed postea dum attente consido, tum eo spiritu totum aerem prope templum impleri, nec vlla penitus oris auersione a templo posse vitari quin inspiraretur a proximis: tum illam adeo magnam auersionem vultus a pectore non posse fieri viribus naturæ, prorsum repugnantibus ad eum situm, tantamque detorsionem colli vertebris; in aliam causam mysticam inclinare libuit; vt scilicet indicaretur euentuum futurorum, ab oraculo prænunciatorum, prospectus ab oculis mentis consulentis in terga datis; etenim & oculi sunt intellectus humani symbolum, vt ait Aristoteles,[d] cui *quemadmodum in corpore est visus, sic in anima est mens:* & humanum tergus indicium est futuri temporis, euentuumque futurorum; quod in Hieroglyphicis adnotauit Valerianus agens de Delphini symbolis,[e] *Sed & gibba,* inquit, *suum habet significatum, vt pote quæ futurorum indicium sit: vt apud Tranquillum aruspices Domitiani gibbam per somnium sibi accessisse visam interpretati sunt. Et quoniam pars est prudentia, futura præuidere; gibberosos aiunt omnes astutos esse, multaque pollere sagacitate.* Verba Suetonij sunt in fine vitæ Domitiani pronunciata: *Ipsum etiam Domitianum ferunt somniasse, gibbam sibi pone ceruicem auream enatam: pro certoque habuisse, beatiorem post se, latioremque portendi Statum Reipublicæ: sicut sane breui euenit, abstinentia & moderatione insequentium principum:* Quin & antea quoque Pierius de proposito retulerat,, agens de Columba: *f ANIMORVM FVTVRA FELICITAS:* Sed quoniam in oracula, nusquam ego plura notis hieroglyphicis similia comperio, quam in diuinis nostrorum literis: ita omnia sensu mystico conscripta, quæcunque Moses, quæ Dauid, quæ Prophetæ reliqui diuino afflatu spiritu protulere. Talis est argentea Columba illa, cui aurum in dorso, posteriorem partem versus inductum.[g] Significat quidem hoc, vt Theogi nostri interpretantur, instare a tergo aurum perpetuæ felicitatis. Nam quam quis quietem in humanis assequatur, quæ præ manibus sit, & ante oculos sita, eam per argentum, quo anteriores Columbæ istius partes bracteatæ sunt, accipiunt. Longe autem pretiosiorem illam, quæ subsecutura est post obitum, per aurum a tergo illitum, intelligunt: si modo, vti superius monuimus, ante noctis tempus ad arcam cum oleæ surculo reuertamur. Nam & apud aruspices profanos, feliciora tempora subsecutura indicatum est, ex aureo gibbo, quem sibi accessisse in tergus Domitianus Imperator, paulo ante quam interficeretur, per nocturnam imaginem visus erat se videre. Sic itaque tergus, & post tergum accedentia, futurorum indicia sunt; ideoque consulens Oraculum Delphicum in Schemate, ponitur

[d] 1. Ethic. cap. 6.

[e] lib. 27.

[f] l. 22. hier.

[g] Pf. 67. 14.

Auersæ faciei nota.

Gibba quid mystice denotet.

Gibbosi cur astute fiant, & sagaces.

Tergus indicat mistice ventura.

nitur vertere faciem retro supra tergum, vt significaretur, eum accepto petitionum suarum responso, per oraculi dicta cernere ventura, de quibus Deum consuluit, ac si præsentia sibi forent. Quod apertissimum est e sacra pagina, in qua frequenter Prophetæ loquuntur de venturis eventibus, ac si presentes illos haberent: vt significatur in Schemate nostro. Ita Isaias in persona Christi venturi, tanquam præsentis prophetauit, inquiens: [b] *Et iugiter tota die nomen meum blasphematur. Propterea hoc sciet populus meus nomen meum in die illa: quia ego ipse, qui loquebar, ecce adsum*, vbi notae Interlinearis: *per meipsum, prophetæ de filio* venturo: & Lyranus: *& iugiter tota die nomen meum blasphematur: scilicet nomen Christi, qui ab infidelibus magus & decepter fuisse dicebatur. Propter hoc: ideſt propter iniurias istas: Sciet populus meus, ideſt Christianus, Nomen meum, ideſt efficaciam nominis mei per experientiam suæ salutis, sicut vocor Iesus, ideſt salus, vel Saluator: in die illa, scilicet notabili famosa, quando Constantinus recepit baptisma: Quia ego ipse, qui loquebar, in humanitate assumpta discipulis meis: Ecce adsum, per salutionis effectum, & etiam in propria persona, quia Constantinus de baptismo consurgens confessus est se vidisse Iesum Christum.* Et antea Isaias: [c] *Ecce nomen Domini venit de longinquo: Ardens furor eius, & grauis ad portandum. Labia eius repleta sunt indignatione, & lingua eius quasi ignis deuorans.* Vbi Lyranus, & Alexander Alensis aiunt hic Isaiam tanquam de præsenti agere de tempore finalis Iudicij longe postea futuri. Similiter Malachias prophetauit de Ioanne Baptista, præcursore Domini venturo, tanquam de præsente, dicens in persona Patris Filio suo: [K] *Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam*, & de Filio venturo mox dicit: *Et statim veniet ad templum dominator, quem vos quæritis, & Angelus testamenti, quem vos vultis: Ecce venit, dicit Dominus exercituum.* Et Zacharias de Christo venturo tanquam de præsente prophetauit, inquiens: [l] *Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem: Ecce Rex tuus veniet tibi iustus, & Saluator, ipse pauper, & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ*, vbi vel Rab. Salomon istam scripturam nō posse intelligi nisi de Rege Messia venturo. Et Salomon de Christo venturo, gentiles inuitante ad Eucharistiæ Sacramentum, [m] vt communiter interpretantur orthodoxi Patres: *Et insipientibus locuta est sapientia: Venite, comedite panem meum & bibite vinum, quod miscui vobis*, & Ezechiel de Christo passionem subituro: [n] *Et tu fili hominis, ecce data sunt super te vincula: & ligabunt te in eis: & non egredieris de medio eorum.* Zacharias item de fuga discipulorum in capturam Christi Domini: [o] *Percute pastorem, & dispergentur oues.* Autor libri Sapientiæ similiter de Christo venturo tanquam de præsente, sub Iudæorum personis ait: [p] [Circumueniamus ergo iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ. Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum. Grauis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est aliis vita illius, & immutatæ sunt viæ eius. Tanquam nugaces æstimati sumus ab illo: & abstinet se a viis nostris tanquam ab immunditiis, & præfert nouissima iustorum, & gloriatur patrem se habere Deum. Videamus ergo si sermones illius veri sunt, & tentemus quæ ventura sunt illi, & sciemus quæ erunt nouissima illius. Si enim est verus filius Dei, suscipiet illum, & liberabit illum de manu contrariorum. Contumelia & tormentis interrogemus eum, vt sciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius. Morte turpissima condemnemus eum: erit enim ei respectus ex sermonibus illius.] Quæ singula de Christi Domini persecutione passioneque a Iudæis enarrantur in Euangelio. Et Dauid [q] in persona Christi venturi, qui talia dicturus erat in Cruce: [r] *Deus Deus meus respice in me: quare me dereliquisti?* Et Micheas [s] de Christi morte, descensu ad inferos, & resurrectione loquens ad gentem Hebræam, quæ Dominum ad mortem deductura erat sibi contrarium, ac exosum: *Ne lateris inimica mea super me, quia cecidi: consurgam, quum sedero in tenebris.* Et Isaias item de Christo post passionem, & resurrectionem in cælum ascensuro, cum signis passionis: [t] *Quis est iste, qui ascendit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? iste formosus in stola sua gradiens in multitudine fortitudinis suæ?* Psalmista pariter iterum de Christo post Ascensionem Cælos ingrediente: [u] *Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ.* Et Daniel de Christo ascensuro, & ingressuro in cælum, atque suscepturo gloriam & honorem a Patre in sua huma-

[b] cap. 52. 6.
[c] cap. 30. 27.
[K] cap. 3. 1.
[l] cap. 9. 9.
[m] Prou. 9. 4. & seq.
[n] cap. 3. 25.
[o] cap. 13. 7.
[p] Sap. 2. 12. & seq.
[q] Psal. 21.
[r] Matth. 27. 46. Marc. 15. 34.
[s] cap. 7. 8.
[t] cap. 63. 1.
[u] Psal. 23. 9.

Digitized by Google

A humanitate, in qua cum poteſtate venturus eſt in fine mundi ad iudicandum omnes gentes : * *Aſpiciebam ergo in viſione noctis : & Ecce cum nubibus cali quaſi filius hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierum peruenit ; & in conſpectu eius obtulerunt eum, & dedit ei poteſtatem, & honorem, & regnum : & omnes populi, tribus & linguæ ipſi ſeruient &c. Et, vere tu Deus abſconditus, Deus Iſrael Saluator,* ait Iſaias ȝ prophetans de Chriſto venturo ; quod omnes Doctores orthodoxi communiter interpretantur de Chriſto Deo ſub ſpeciebus panis & vini, in auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, multo poſterius inſtituendo. Ne multa congeram alia Sacræ ſcripturæ loca, in quibus paſſim Prophetæ de rebus venturis a Deo ſibi reuelatis eloquuntur tanquam de præſentibus, quas ipſi videant : frequentiſſima namque leguntur in ſacris literis huiuſmodi prophetarum oracula. Quorum ea ratio eſt, quia Prophetæ loquuntur non niſi verba, quæ Deus in ore ipſorum ponit, & Deus ipſe ſit, qui per eorum vocem loquitur : Deus autem in æternitatis momento ſtabili cuncta ſibi præſentia cernit, quorum nobis alia præterita ſunt, alia futura. Deus autem ore prophetarum loquens de rebus, quæ nobis futuræ ſunt, & ſibi præſentes, vaticinari facit eos de rebus futuris ac ſi præſentes illis eſſent ; quæ ſiquidem hominibus in tempore

* cap. 7. 13. 14.

ȝ cap. 45. 15.

Deo cur ſint cuncta præſentia.

B futura ſunt, Deo in æternitatis momento ſtabili præſentia ſunt ; & quando illa reuelat Prophetis, & per eorum oracula mortalibus ipſos conſulentibus, vtriſque futura demonſtrat tanquam præſentia. Quod indicare myſtice volens noſtri Schematis autor, aptiſſime fecit hominem, qui conſulit oraculum Delphicum de rebus ſibi euenturis, vultum & oculos proprios in tergum vertere, nimirum ad inſpicienda tanquam præſentia, quæcunque ſibi ſunt eventura.

C



D

Digitized by Google

Mundi Systema, partesque vniuersum integrantes explicantur.

A

Schema XVI. Gemma.



B

C

Explicatio nostra de Mundi Systemate partibusque integralibus proponitur: primumque Zodiaci declaratur imago pro toto Cælo.

Cap. LXXXVII.

TEnebricosa procul dubio fuit insigni viro Schematis huius, & omnino latens intelligentia; cui dilucidandæ ne verbum quidem impendit. Profecto cælestia signa proponuntur fere cuncta, præter Minervam, atque Neptunum, quæ locum in cælo non habent apud Astronomos; vnde tota nascitur obscuritas Emblematis; ad quam tollendam subijt in D animum sententia fere Pythagoræorum de Mundi systemate; quos ait Aristoteles [a] asseruisse Terram esse Carcerem Jouis, medium scilicet Vniuersi maxime custodiendum, tanquam omnium Mundi corporum principalissimum. Porro quinque sunt in Schemate præcipua, seorsim a nobis explicanda, Zodiacus duodecim signis distinctus, omnia complectens intra sui ambitum: Iupiter in medio: Neptunus in imo: Mercurius a dextra Jouis: & Pallas a læua. Sane Zodiacus mihi totam cælestem regionem designat, quæ complectitur vndique intra se mundum vniuersum elementarem: etenim Zodiacus Astronomis [b] primum sui situm obtinet in primo mobili, sphæras inferiores omnes continente; duodecim signis distinctus; in quibus quidem signis non solum contineri dicuntur ab Astronomis planetarum sidera, quæ semper terere videntur in cælo circulum illum obliquum; sed etiam quælibet astra, duodequin-

[a] 2. Cæl. t. 37

Zodiaci locus in primo mobili.

[b] Clau. in Sacrob. c. 1.

Digitized by Google

A quinquaginta cæleſtium imaginum, vel prope polos exiſtentia; ſiquidem [e] *a polis mundi circuli ducti, qui vniuſcuiuſque ſignorum Zodiaci terminos ſecent, vniuerſum ſphæra mundialis corpus in duodecim partes æquales diuidunt: veluti ſi peponem quis*, ait Sacrobuſtus, *in duodecim partes æquas diſſecaret. Et quidquid inter duos huiuſmodi ſemicirculos, vt ita nunc vocem, ab vno polo ad eorum alterum continetur, eius ſigni regio eſſe dicitur, quicquid in medio continuerit. Inde ſtella quauis extra Zodiaci ſpatia quantumlibet procul ſita, in Ariete, vel Tauro, vel Geminis eſſe perhibetur*, vel alio quouis duodecim ſignorum Zodiaci, deſcriptorum in Schemate. Quare per vnius Zodiaci figuram aptiſſime Schematis autor Ætheream regionem omnem, hoc eſt mundum cæleſtem eunctis orbibus ſuperelementarijs, tam anaſtris, quam ſtellatis coagmentatum, repreſentare potuit aſtronomice. Ceteræ vero quatuor illæ figuræ Deorum gentilium, intra Zodiaci totius ambitum incluſæ ſignare mihi videntur elementa quatuor, intra cæli fornicem conſtituentia mundum elementarem. Quos quidem duos mundos ita diſtinxit, vt alibi, ſic in Meteorologia Philoſophus inquiens: [d] *Quoniam enim determinatum eſt prius a nobis, vnum quidem principium corporum, ex quibus conſtat circulariter latorum corporum natura: alia autem quatuor corpora propter quatuor principia, quorum duplicem eſſe dicimus motum, hunc quidem a medio, illum autem ad medium: quatuor autem exiſtentibus his, igne, aere, & aqua, & terra: omnibus his ſupereminens eſſe ignem: ſubſtans autem, terram: duo autem, quæ ad ipſa his proportionaliter ſe habent: aer enim ignis eſt propinquior quam alia: aqua autem terræ. Qui itaq; circa terram eſt totus mundus, ex his conſtat corporibus, de quo accidentes paſſiones dicimus eſſe ſumendum. Eſt autem ex neceſſitate continuus quodammodo iſte ſuperioribus lationibus, vt omnis ipſius virtus inde gubernetur*, & alibi prius etiam Ariſtoteles a cæleſti corpore toto contradiſtinguens regionem elementarem, illi dedit attributum vnius corporeæ ſubſtantiæ, ſed huic multiplicis conſiſtentiæ rationem aſſignauit, inquiens, tum: [e] *Ex his igitur manifeſtum eſt, quod eſſe nata eſt quædam ſubſtantia corporis alia, præter eas, quæ hic ſunt conſiſtentias, diuinior, ac prior his omnibus*: tum paulo poſt: [f] *Quapropter ex omnibus his aliquis ratiocinando crediderit, quod eſt aliquod præter corpora quæ hic, & circa nos ſunt, alterum ſeparatum, tanto honorabiliorem habens naturam, quanto quidem plus diſtat ab his, quæ hic ſunt*. Sapienter itaque Schematis autor vniuerſum cælum, ex omnibus ætheris orbibus coagmentatum, repreſentauit vnico Zodiaco: mundum autem elementarem quatuor Deorum gentilium figuris.

[d] lib. 1. ſu. 1. cap. 2.

[e] 1. cæl. t. 12.

[f] tex. 16.

Iouis figura vt ſit aptum terra hieroglyphicum. Cap. LXXXVIII.

ET ſane terram in medio tum cæli totius, tum elementorum poſitam, ſecutus Pythagoricorum ſententiam, qui dicebant Terram eſſe carcerem Iouis, indicauit autor in Schemate per ſimulachrum Iouis, aquilam ante ſe habentis, & manu dextera ſceptrum. Ariſtoteles quidem huiuſmodi Pythagoricorum ſententiam referens ait: [g] *Multis autem, & alijs videbitur non oportere terra medij regionem aſſignare, fidem non ex ijs, quæ apparent, conſiderantibus: ſed potius ex rationibus. Honorabiliſſimo enim putant conuenire honorabiliſſimam competere regionem: eſſe autem ignem terra quidem honorabiliorem; terminum autem medijs ipſis; extremum autem, & medium terminum eſſe; quare, ex his ratiocinantes, ipſam non putant in medio ſphæra iacere, ſed magis ignem. Amplius autem Pythagorei quidem, propterea quod maxime conuenit id ſeruari quod eſt principaliſſimum ipſius vniuerſi; medium autem eſſe tale (quem Iouis carcerem nominant) hanc habere regionem ignem. Tanquam medium ſimpliciter diceretur, & magnitudinis medium & rei medium eſſet, atq; natura: quamuis quemadmodum in animalibus non idem eſt animalis & corporis medium, ſic exiſtimandum eſt magis & circa totum cælum. Propter hanc igitur cauſam nihil eos oportet turbari circa vniuerſum, neque adducere carcerem ad centrum: ſed illud quærere medium ipſum quale quid eſt, vbi natura aptum eſt eſſe. Illud enim medium principium eſt & honorabile: loci autem medium aſſimilatur extremo magis quam principio; quod enim determinatum eſt, medium eſt; quod vero determinat, finis eſt: Honorabilius autem eſt continens, & finis, quam finitum; hoc enim materia eſt: illud autem ſubſtantia conſtitutionis eſt*. Ex quibus nobis ampla ſuppetit occaſio tum conciliandi Pythagoricos cum Ariſtotele: tum explicandi Schema noſtrum intimius.

[g] 2. cæl. t. 73. 74.

Mediũ aliud magnitudinis, aliud rei ſint naturæ.

Quum

[b] l. de mund. c. 2. & 7. [i] 1. cæl. t. 1. & seq.

Quum enim Mundus, vel ex Aristotele, [b] bifariam considerari possit a nobis, tum vt corpus naturale, [i] constans omnibus corporibus physice mobilibus ad sua loca, & in eis naturaliter quiescentibus: tum vt corpus a summo Deo tamquam optimo principe rerum omnium bene gubernatum; quam distinctionem habemus ab Aristotele, perspicuis verbis asseuerante, primum quidem: [k] [Mundus est compages e cælo terraque coagmentata, atque ex ijs naturis, quæ inter ea continentur, &c: [l] Tripliciter igitur quum dicatur cælum, totum ab extrema contentum circumlatione necesse est ex omni constare naturali & sensibili corpore: propterea quod neque vllum est extra cælum corpus, neque contingit esse. Si enim est extra extremam circumlationem corpus naturale, necesse est ipsum aut simplicium esse corporum, aut compositorum: & aut secundum naturam, aut præternaturam se se habere. Simplicium igitur nullum vtique erit; quod enim circulariter fertur, ostensum est quod nõ potest permutare suum ipsius locum. At vero neque id, quod a medio, esse potest; neque quod subsstat; secundum enim naturam non vtique erunt; alia enim ipsorum sunt propria loca. Præter autem naturam si sunt, alij cuidam erunt secundum naturam, qui extra est, locus; eum enim, qui huic præternaturam est, necessarium est alij esse secundum naturam; sed non est aliud corpus præter hæc. Non ergo est possibile vllum simplicium corporum extra cælum esse. Si autem non simplicium, neque mistorum; necesse est enim & simplicia esse, misto existente.] Quibus aperte patet, Aristoteli mundum physice consideratum constare totum ex cælo, & elementis quatuor, naturaliter moueri natis ad sua loca, & ibi quiescentibus. De Mundo vero spectato, quatenus a summo Deo, tanquam a iusto principe recte gubernatur, habemus eiusdem Aristotelis aperta testimonia; primum quidem vbi dicit: [m] [Dicitur etiam aliter mundus, ordo & digestio vniuersorum, quæ a Deo, & per Deum asseruatur, *& infra*:] [n] Vt vero summatim iam loquamur, quod in naui gubernator est, quod in choro præcentor, quod denique lex in ciuitate, & dux in exercitu, hoc Deus in mundo. Nisi si hactenus interest, quod labor & motus multiplex illos exercet, & curæ angunt variæ; quum huic elaborata succedant omnia, omnis molestiæ expertia, citraque corporis infirmitatem; quippe cui in loco stabili, immotoque collocato, omnia mouere, & circumagere pro arbitrio liceat, quo libitũ est eunque, & quomodo libitũ est: Id autem ratione simili facit ille, atq; lex ciuilis; quæ immobilis ipsa existens in vtentiũ animis, regit omnia ad rempublicam pertinentia. *Deus alibi*: [o] Perscrutandum autem hoc, quonam modo natura Vniuersi habeat ipsum bonum, & ipsum optimum: vtrum vt separatum quiddam, & ipsum, an per se, an ipso ordine. An vtroque modo, quemadmodum exercitus: etenim bene esse eius in ordine, & dux ipse est, ac magis ipse; non enim ipse propter ordinem, verum ordo propter ipsum est. Cuncta autem coordinata quodam modo sunt; verum non similiter, & natantia, & volatilia, & plantæ: nec ita se habent, vt sit vllum aliud ad alterum, sed sunt ad quippiam: ad vnum namque coordinata sunt omnia. Verum quemadmodum in domo liberis quidem minime licet quodcunque facere, sed ea omnia, aut plurima, quæ ordinata sunt: mancipijs vero, & bestijs parum quod ad commune conferat, sed vt plurimum quodcunque contingit (tale nanque principium cuiusque eorum natura est.) Dico autem partformiter quod necesse est omnia in discrimen venire, & alia ita sunt, quibus omnia communicant ad Vniuersum, *ac tandem*: [p] Qui vero dicunt mathematicum numerum primum, & ita semper aliam attiguam substantiam, ac alia cuiusque principia, inconspirantem Vniuersi substantiam faciunt (nihil enim altera alteri confert, siue sit, siue non sit) & principia multa. At entia nolunt male gubernari: nõ est bonum pluralitas principatuum: vnus ergo princeps.] Igitur aperte constat ex Aristotele, mundum tum physice considerari posse, quatenus est corpus ex omni sensibili substantia constitutum, naturaliter ad sua loca contendente, ac in ijs physice manente: tum politice spectari, valere, quatenus est rerum omnium ordinata congeries, a summo Deo bene gubernata, & conseruata. Dum Aristoteles, [q] negat ignem esse in medio vniuersæ magnitudinis, at ponit ipsum in medio naturæ sub cælo, & supra tria elementa grauitatis participia, considerat mundum physice, in ordine ad motum & quietem naturalem corporum, ex quibus coagmentatur: Dum vero Pythagorici ponunt ignem in medio mundi ac in vniuersæ magnitudinis centro, considerant mundum vt optime gubernatum a summo Deo, qui Iustus vindex omnium scelerum, in centro mundi tartareo tanquam in Carcere

[k] de mund. cap. 2. [l] 1. cæl. t. 97. Mundus vt physica constet e corporibus mobilibus.

Mundus vt a Deo gubernatus politice.

[m] de mund. cap. 2. [n] cap. 7.

[o] 12. Meta. t. 52. & seq.

[p] 13. Meta. t. vlt. f.

[q] 2. cæl t. 87 & 34.

A B C D

Digitized by Google

A cere ſuo punit vltricibus flammis improborum omnium culpas: quod & Ariſtoteles Pythagoreos aſſeuerare dicit: [r] *Anne ergo ſi eſſe contingit, & fieri contingit quemadmodum ſi ſenex, quum extinguitur ignis, neceſſe eſt ſtridere & ſtrepere, vt Pythagorei aiunt, minarum gratia ij, qui ſunt in tartaro, vt timeant.* Tartarum autem in terræ profundo centro ponunt omnes. Hanc veramque veritatem ſecutus, & indicaturus ante Schematis autor, huiuſmodi ſyſtema conſtituit, in quo mirifice hieroglyphica duo poſuit verumque ſorſum ignem ſignantia; primumque deliteſcentem, ac ardentem iugiter intra terræ viſcera, torquentem ibi fontes velut in Diuino carcere contentos, per figuram Jouis, Aquila ſignati (niſi enim aquila fuiſſet appoſita, non potuiſſet intelligi cuius imago eſſet, Jouis ne an alterius) manu ſceptrum tenentis, virgamque rectam, ſuæ Iuſtitiæ ſymbolum, qua punit impios in terræ barathro; ſiquidem in terræ penetralibus Deus operatur vt iudex igne iuſte puniens omnia ſcelera prauorum; quam rectam diuinæ Iuſtitiæ virgam ita pulchre nobis ob oculos ponit Ariſtoteles inquiens: [ſ] *Enimuero Deus (vt eſt vetuſto verbo proditum) principium, & finem, & media rerum omnium tenens, rectaq; linea incedens, operatur ille quidem ſecundum naturam, e veſtigio comitem habens iuſtitiæ præſidem, quam Δίκην nominauerunt, diuinæ legis vindicem, ſimul vt quicquam ſanctionum eius prætermiſſum eſt.* Deigne vero, quo diuina Iuſtitia cruciat intra terræ barathrum fontes, non ſolum Sacra ſcriptura loquitur, ſed etiam profana gentilitas: in illa quidem legitur: [t] *Quum autem venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ* (iudicaturus omnes: & mox) *Tunc dicet & his, qui a ſiniſtris erunt: Diſcedite a me maledicti in Ignem æternum qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius.* Et reuera Iupiter in Schemate pingitur ſedens in maieſtate cum ſceptro regali. In hac autem legit Boccatius agens de genealogia Deorum: [u] *Arbitrati ſunt quidem veteres circa terræ centrum locum eſſe concauum, & in eodem ſontium animas pœnis affligi: vt ſatis in deſcenſu Æneæ ad inferos oſtendit Virgilius. Hunc Tartarum dici volunt*, ibique ponunt fluuium ignis phlegetonta dictum, quem ſic idem Boccacius [x] *ardentem* interpretatur: & Marſilius Ficinus in Phædonem Platonis ait: *Plato his, & in Republica ſignificat præmia virtutum, & ſupplicia vitiorum ad alteram vitam poſſeſſorem pertinere. Acheronem igitur ſub terra flumen locus eſt purgatorius, atq; ad curam pertinet & emendationem: vt ſpondet quoque aeri, portæq; mundi meridiana. Phlegeton igni reſpondet, aq; vrenti, vinque puniendi conuenit per celerem: & ira, quidem ſatisfactionem ſeruentem punit.* Verba Platonis in Phædone de Animæ ærumnis, ea ſunt in propoſito: *Item perpetuorum fluminum ſub terra incredibilis magnitudines, aquarum, tum aliarum, tum etiam frigidarum, plurimumque ignem, & ignis ingentes amnes*, & mox: *Tertius vero fluuius horum medius deorſum ruens effluit. Nec admodum longe progreſſus in locum cadit vaſtum multo igne flagrantem, effici; paludem noſtro mari maiorem, aqua lutoque feruentem. Hinc vna turbidus inuolutuſq; circumfluit, terraque circumdata, & alibi, & ad extrema paludis Acheruſiæ peruenit, nec tamen illius aquæ miſcetur, ſed ſub terra ſæpius reuolutus abſorptuſque defluit infra Tartarum. Hunc fluuium Pyriphlegetontem nominant*, & mox: *Quum vero hæc ita maiores diſpoſita ſint, quando in eum locum defuncti peruenerint, quo Dæmon vnumquemque perduxit primo illic iudicantur, & qui honeſte ſanctæque, & qui aliter vixerint. Itaque quicumque in vita quodammodo tenuiſſe medium quiddam comperiuntur, ad Acherontem profectis vehiculis, quæ vnicuique adſunt, in paludem perueniunt Acheruſiam, ibique habitant, purganturque pœnas delictis iniuriarum: & quum purificati ſunt, abſoluuntur, ruſuſque pro merito ſinguli beneficiorum præmia reportant. Qui vero ob ſcelerum magnitudinem inſanabiles eſſe videntur, qui quidem ingentes ſacrilegia multa & magna, vel cædes iniquas, vel alia horum ſimilia perpetrauerint, hos omnes competiens ſors mergit in Tartarum, vnde nunquam egrediuntur.* Horum doctrinam ſecutus noſtri Schematis autor, animaduertens Deum quidem eſſe per eſſentiam, præſentiam, atque potentiam vbique; dicente vel Ariſtotele, [y] *Patet autem ſic eſſe, quemadmodum in vniuerſo eſt Deus, & viciſſim cuncta in illo; mouentur enim omnia ab inexiſtente in nobis numine*: Nihilominus iuxta varias habitudines ad humanum genus conſideratus Deus, recte modo ponitur in cælo ſedem habere, modo tertam incolere, profundamque telluris abyſſum. Namque Deus vt bonus, a quo cuncta mortalibus bona proueniunt; aptiſſime ponitur in cælo; quocirca ſibi poſtulantes homines aliquod a ſummo Deo beneficium,

r 2. poſt. anal. 54.

ſ de mund. cap. 7. f.

t Matth. 25. 31. 41.

u lib. 1. c. 11.

x cap. 14. & lib. 3. c. 16.

C

D Plato poſuit Purgatorium animarum. Et inferni pœnas æternas.

y 7. Eud. cap. 18.

oran-

Digitized by Google

orantes attollunt ad cælum & oculos & manus tam barbari, quam fideles; nam & Apoſto- A
c Iaçob.1.17 lus ait: c *Omne datum optimum, & omne donum perfectum, de ſurſum eſt, deſcendens a Patre luminum*, & Dominus edocens diſcipulos petere ſibi gratias a Deo dixit: d *Orantes autẽ, nolite*
d Matth.6.7. *multum loqui, ſicut ethnici. Putant enim quod in multiloquio ſuo exaudiantur. Nolite ergo aſſimilari eis: ſcit enim pater veſter, quid opus ſit vobis, antequam petatis eum. Sic ergo vos orabitis: Pater noſter, qui es in cælis &c.* Deus autem vt iuſtus iudex impiorum crimina puniens, maxime ponitur vltor ſcelerum in inferno per ignem; quod & in Pſalmis habemus de
e Pſ.138.7.8. peccatore dicente: e *Quo ibo a ſpiritu tuo? & quo a facie tua fugiam? Si aſcendero in cælum, tu illic es: ſi deſcendero in infernum, ades.* Ad hunc ſenſum reſpiciens Autor noſtri Schematis, elementa myſtice ſignans intra cæli fornicem, in medio Terram indicauit imagine Iouis, dextera manu ſceptrum tenentis, velut Iudicis in terræ profundo iuſtitiam ſuam in ſontes exercentis, per adminiſtros ſpiritus igne potiſſimum vltore malos affligentis.

Pallas nuda vt ſignet Ignis Elementum. Cap. LXXXIX.

B

A Læua Iouis nuda Pallas, haſtam manu gerens, & in capite galeam, aſpicitur ſtare; quæ nobis ignis elementum naturale hieroglyphice deſignat; nuſquam enim alibi nuda Pallas apud antiquitatis monumenta viſitur; neque decet virginem caſtam atque pudicam proſtare nudam, verendaſque corporis partes oſtendere præſentibus. Ceterum hic Pallas Ignis elementum indicat, quod nullum patitur circa ſe veſtimentum, omnia penitus abſumens, quæcumque ſibi proxima tangenda ponuntur. Probe quoque Pallas ignem refert virginitate, ſterilitateque ſua; quoniam ignis ille ſupernus nihil patitur admiſceri ſibi, ſterilisque prorſus eſt in ſua regione; quod & Ariſtoreles teſtatur, cui † *Ignis nullum animal generat*. Quin & Ouidius id ipſum confirmat, inquiens:

Pallas nuda cur in Schemate ficta.

Pallas vt ignem refert.

† 2. de gen. an. c.3.

,, Nec tu aliud Veſtam, quam puram intellige flammam:
,, Nataque de flamma corpora nulla vides.

Plinio quoque dicitur f *Ignis contrarium generationi elementum*. Et Plutarchus in Numa ſcriptum reliquit: *Inſuper Virginum Veſtalium cuſtos erat: quarum item conſecrationem, & perpetui ignis, quem aſſeruant hæ, curam, & religionem aſſignant Numa: ſiue puram & incorruptam ignis naturam integris & impollutis crediderit corporibus; ſiue infecundam & ſterilem aggregauerit Virginitati.* Hanc vtramque ob cauſam Schematis autor Ignis elementum indicare potuit per Palladem, quæ Virgo, & ſterilis ab antiquis ponebatur. Verum & galea caput eius contegens indicat, ignis elementum ſupremam ſui partem contectam habere cæleſti ſubſtantia, qua vndique munitur inſuperabili; nam eo nunquam ferri queunt igni contraria, quæ ſupremam partem ignei elementi lædere labefactareue valeant. Denique lancea cuſpidis acutæ poſita in manu Palladis iſtius nudæ, ſignat ignis vim apprime penetrantem, & a longe quoque per intermedia concalefacta, & ignita ferientem. Vt hoc Mineruæ ſignum nudum, galeatum, & haſtatum aptiſſimum ſit in Schemate ſymbolum Ignis elementi.

f 2.de gen. an. c.3.

C

Ignis cur galeatus.

Ignis cur haſtatus.

De Mercurij ſigno Elementum aeris repreſentante. Cap. XC.

D

SEd & in Aeris elemento duo, vel tria ſunt, quibus illius hieroglyphicum apte fingitur in Schemate Mercurius cum ſuo caduceo poſitus a dextro latere Iouis: Primum quidem eſt, quod Aer eſt volatilium locus, vt aqua natatilium, & tetra reptilium animantium: Mercurius autem volatilis fingitur per aerem Deorum nuncius, cui propterea talaria pedibus adaptantur, & pileo pinnæ; licet hæc inſtrumenta volatus in effigie Mercurio non habeantur, eo quod ob huiuſmodi cauſam Autor Schematis ipſum non poſuit Aeris apertum hieroglyphicum. Alia vero proprietas Aeris eſt, vt motu pulſuque ſuo ſonum conſtituat, vocem, atque ſermonem, quæ duo ſunt proprie ſoni ſpecies. Qua de re ſeriam, & euidentem
g 2.de an.c.7 & ſeq. habemus Ariſtotelis doctrinam, aſſerentis: g *Fit autem ſecundum actum ſonus ſemper alicuius, ad aliquid, & in aliquo; percuſſio enim eſt, qua facit. Vnde & impoſſibile eſt, quum ſit vnum, fieri ſonum; aliud enim eſt, quod verberat, & quod verberatur; quare ſonans ad aliquid ſonat;*

Mercurius cur Aerem indicet.

Digitized by Google

A *ſonat; ictus autem non ſit ſine latione. Sicut autem diximus, non quorumlibet ictus ſonus eſt; nullum enim faciunt ſonum lana, & ſi percutiantur; ſed as, & quæcunq; lania, & concaua ſunt: as quidem, quoniam lane eſt: concaua autem reflexione faciunt multos ictus poſt primum, non potente exire, quod motum eſt. Amplius auditus in aere, & in aqua, ſed minus. Non eſt autem ſoni dominus aer, neque aqua; ſed oportet ſolidorum percuſſionem fieri ad inuicem, & ad aerem; hoc autem fit, quum permanet percuſſus aer, & non diſſipatur. Vnde, ſi velociter & fortiter percutiatur, ſonat; oportet enim vt motus ferientis anticipet fracturam aeris, ſicut ſi acervum, aut cumulum arena percutiat aliquis latum velociter. Echo autem fit, quando ab aere, vno facto propter vas quod terminauit, & prohibuit frangi, iterum aer repellitur, quemadmodum ſphæra,* & mox: *Vacuum autem recte dicitur audiendi dominus; videtur enim eſſe vacuum Aer; hic autem eſt faciens audire, quum monetus continuus, & vnus. Sed propterea quod fragilis eſt, non ſonat, niſi lane ſit, quod percutitur; tunc autem vnus ſit ſimul, propter planum; vnum enim eſt lane planum. Sonatiuum igitur eſt, quod motiuum eſt vnius aeris continuitate vſque ad auditum. Auditus autem connaturalis eſt aeri; propterea autem quod in aere eſt, moto exteriori, qui intra eſt monetur. Vnde non vndique audit animal, neque quocunque tranſit aer; non enim vbique habet aerem quod moueri debet ſecundum partem, animatumque eſt, ſicut pupilla humidum. Per ſe igitur inſonus eſt aer, propterea quod facile diſſipabilis eſt. Quum vero prohibetur diſſipari, huius motus ſonus eſt.* Hanc profecto ſoni generationem, ex percuſſione duorum corporum ſolidorum in aere, apertiſſime ſignat Mercurij Caduceus. Is veteribus dicitur Virga, qua Mercurius duos litigantes adinuicem ſerpentes percutiens, maſculum & feminam, in concordiam iunxit; vt ait Hyginus: [b] Porro virga ſolidum corpus eſt percutiens: angues corpora ſolida ſunt item, ſed percuſſa: ſerpentum ſibilus eſt ſonus ex illorum litigantium ore proueniens; Maſculus autem & femina litigantes angues in caduceo ponuntur, quia ſoni differentiæ duæ ſunt inter ſe contrariæ, grauis & acutus; per maſculum enim ſonus grauis editur, per feminam acutus, etiam in humano genere; quas differentias in ſono determinat Ariſtoteles aiens: [c] *Differentia autem ſonantium in ſono ſecundum actum oſtenduntur; ſicut enim non videntur colores ſine lumine: ſic neque ſine ſono acutum, & graue.* Sibilus autem ſerpentium vox eſt ſoni ſpecies, aerque motus ab animalis parte viuente; ſicuti ſcribit mox Ariſtoteles addeas: [d] *Vox autem ſonus quidem eſt animati; inanimatum enim nullum vocem edit; ſed ſecundum ſimilitudinem dicuntur vocem edere, vt tibia, lyra, & quæcunque alia inanimatorum extenſionem habent, & melos, & locutionem; videntur enim, quia & vox hac habet.* Non autem omnia vocem habent animalia; quod illico monet Ariſtoteles: cui *Multa autem animalium vocem non habent, vt & quæ ſunt ſine ſanguine, & ſanguinem habentium piſces: & hoc rationabiliter; ſiquidem ſonus Aeris motus. Sed qui dicuntur vocem edere, vt qui in Acheloo ſunt piſces, ſonant branchijs, aut quodam alio huiuſmodi. Vox autem ſonus animalis eſt; & non qualibet parte. Sed, quoniam omne ſonat verberante aliquo, & aliquid, & in aliquo; hoc autem eſt aer; rationabiliter vtique vocem edent hac ſola, quæcunque ſuſcipiunt Aerem. Iam enim eo, quod reſpiratur, vtitur natura ad duo opera, ſicut lingua ad guſtum, & locutionem: quorum guſtus quidem neceſſarius eſt; interpretatio autem, vt bene ſit: ſic & ſpiritu* (aere ſcilicet inſpirato) *& ad calorem interiorem, tanquam neceſſarium (cauſa autem in alijs dicta eſt) & ad vocem, vt bene ſit. Inſtrumentum autem reſpirationi guttur: cuius autem cauſa hac pars eſt, pulmo; hac enim particula plus habent caloris pedeſtria alijs. Indiget autem reſpiratione & qui circa cor locus primus: vnde neceſſe eſt intro reſpiratum ingredi aerem.* Quo nomine Mercurij Caduceus Aeris hieroglyphicum eſt, quia facundiæ, vocis, & orationis eſt ſymbolum, vt aperte docuit Valerianus; [e] Itaque Caduceus quatenus eſt facundiæ, ac eloquij teſſera, vociſque, diſcordes animos ad pacem concordantis; quum vocis materia ſit Aer, Aeris hieroglyphicum aptiſſimum eſt in Schemate. Cuius nihilominus, at euidentius eſt ſymbolum ipſe Mercurius, qui pro ſermone paſſim accipitur; etenim Plato ſic inquit in ſuo Cratylo: *Inueſtigemus itaque quid Hermetis, ideſt Mercurij nomen ſignificet, vt ſi quid veri hic loquitur, videamus. Hermes, ideſt Mercurius ad ſermonem pertinere videtur, quatenus Hermineus eſt, hoc eſt interpres & nuncius, furtiuus in loquendo ſeductor, ac*

Echo vt fiat.

[b] lib. 2.

Caduceus vt ſit hieroglyphycum ſoni

[c] 2. de. an. t. 86.

[d] tex. 87. & ſeqq.

Vox eſt ſonus animalium.

Animalium voce carentia quæ.

Linguæ duplex vſus.

[e] lib. 1. hier.

vehemens concionator: Totum id circa sermonem versatur. Profecto, quemadmodum A
superioribus diximus, Herin, sermonis vsus. Sæpenumero de hoc Homerus ait, Emesato, id est machinatus est. Ex vtrisque igitur nomen huius dei componitur, tum ex eo, quod est: tum ex eo, quod machinari & excogitare dicenda, perinde ac si nominis autor nobis præciperet. Par est, o viri, vt deum illum, qui Herin-Emesato, id est loqui machinatus est, Hiremen Vocetis. Nos autem arbitrati sic elegantius eloqui Hermen vocamus. Ab isto fonte Platonis hauserunt
f lib. 14. hier. *g* Synt. 9. *h* In arg. Cratyl. *i* 2. de anim. t. 88. 89. 90 omnes Mercurium esse hieroglyphicum sermonis, Pierius, *f* Gyraldus, *g* Ficinus, *h* & alij; cui propterea linguam consecratam volunt, quæ præcipuum vocis est instrumentum, atque sermonis, vt ait Aristoteles, cum faucium, gutturis, palati, & dentium, labiorumque; vnde colligit: *Quare percussio respiratæ aeris ab anima, quæ est in his partibus, vox est*; quæ materies est immediata, proximaque sermonis, qui est vox articulata. Quapropter ex his apparet euidentissime, per Mercurium in Vniuersi systemate significari decenter ab autore Schematis elementum Aeris.

De Nepturno repræsentante totum elementum Aquæ. Cap. XCI. B

NEptunus etsi peculiari quadam ratione vulgo signet Oceanum, atque maris aquam; attamen absolute totum aquarum omnium elementum apud antiquos Neptunum indicasse, notauit apte Natalis in sua Mythologia: *a* cuius ea ratio proponitur, quia de mari
a lib. 8. c. 22. *b* Eccles. 1. 7. cuncta flumina nascuntur, & paludes, in quod se se semper exonerant; vt ait Salomon: *b Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat: ad locum, vnde exeunt, flumina reuertuntur, vt iterum fluant.* Quem locum interpretatur ordinaria Glossa: *Dicunt Philosophi aquas dulces, quæ mari influunt, vel ardente Sole consumi, vel sulfuginis maris esse pabula. Sed Ecclesiastes noster: Conditor aquarum dicit eas per occultas terræ venas ad capita fontium regredi, & de matrice abysso in sua semper ebullire principia.* Lyranus duas rationes affert, asserens: *Omnia flumina intrant in mare, quia etsi aliqua flumina aliquando absorbentur a terra, alibi tamen exeunt, & vsque ad mare currunt; Et mare non redundat, exeundo propter hoc ripas suas: cuius causa subditur, quum dicitur: Ad locum vnde exeunt, flumina reuertuntur, scilicet de mari. Quæ quidem reuersio dupliciter intelligitur. Vno modo, quia per* C
Aqua vt naturaliter ad montium culmen ascendit. *vias subterraneas de mari fluunt aquæ ad loca remota, & motu naturali possunt tantum ascendere, quanta est altitudo superficiei maris, & adhuc plus; quia transeundo sic per terram efficiuntur dulces per talem colationem, & per consequens leuiores quam aquæ maris salsæ; & sic erumpunt in fontes & flumina in loco altiori quam sit superficies maris. Alio modo per influentiam Solis & Stellarum eleuantur vapores humidi a mari, & condensantur in nubes, quæ per ventos deferuntur longe super aridam, & tandem resoluuntur in pluuias, ex quibus augmentantur flumina ad mare currentia.* Quarum cautarum primam vtcunque mutuatus esse videtur a Platone, secundam ab ipsomet Aristotele Lyranus; etenim Plato sic in Phædone
Platonis sic terra Barathrum. scribit: *Vnus aliquis ex terræ hiatibus est profecto quammaximus, perque vniuersam terram traiectus & patens, de quo Homerus:*

,, Longe ruinus barathrum stat sub tellure profundum.

[Quod & ipse alibi, & multi poetarum Tartarum appellarunt. In hoc vtique receptaculum omnia confluunt flumina, atque inde rursus effluunt. Talia vero sunt singula, per quales labuntur terras. Quod autem hinc effluant omnia, rursusque refluant, hæc est causa, quod hic humor D
nec fundamentum habet, nec firmamentum. Itaque eleuatur, & rursum deorsumq; redundat. Idemque facit aer & spiritus, qui circa ipsum versatur. Sequitur enim ipsum, & quando ad superiora terræ, & quando ad hæc nostra perlabitur. Et quemadmodum in respiratione
Cur ex omnibus fluuijs cum aqua vento prodeat. flatus continue expirat atque respirat, sic & ibi spiritus vna cum humore elatus vehementes quosdam ventos & ineredibiles commouet, siue influat, siue effluat. Quapropter cum aqua in locu inferiorem delabitur per meatus terræ iuxta eiusmodi riuos influit, passimq; per eos exundat, & implet velut hi qui hauriunt. Quum vero illinc huc erumpit, hæc quoque, iterum loca complet. Plena vero quum sint, per riuos terræq; meatus exuberat. Et quum humores singuli illuc profluxerint, quo quisq; profluit oportunius, maria, lacus, flumina, fontes efficiũt.

Proin-

Digitized by Google

A Proinde rursus hinc relabentes per terram, partim quidem per longiores pluresque anfractus, partim vero per pauciores atque breuiores, rursus in Tartarum confluunt: alij certe multo profundius quam hausti fuerint, alij vero paulo; omnes autem inferius influunt, quam effluxerint: & alij per contrariam partem elabuntur quam elapsi fuerint, alij vero per partem eandem. Ac quidam passim circumfluentes aut semel, aut sæpius, spiraſque circa orbem terrarum instar anguium replicantes, quantum fieri potest infra relapsi iterum commiscentur. Licet autem vtrinque ad medium vsque defluere: vltra vero nequaquam; vberior enim prolapsus vtrinque foret ascensus. Proinde sunt & alia multa & magna variaque fluenta, sed præcipua quatnor. Quorum quidem maximum atque extimum, terram circumdans Ocennus appellatur. E contraria vero huius regione fluit Acheron: qui per deserta alia loca, atque subterranea, in paludem defluit Acherusiam, &c.] Quibus Plato nititur illustrare dictum Ecclesiastis. In quam sententiam Isidorus in Originibus, [e] [Abyssus, *inquit*, profunditas aquarum impenetrabilis: siue speluncæ aquarum latentium, de quibus fontes & flumina procedunt, vel quæ occulte subter eunt. Nam omnes aquæ, siue torrentes per occultas venas ad matricem abyssum reuertuntur.] Aristoteles autem Oceani nomen ex antiquioribus etiam ad pluuias & vapores aqueos circa terram fluentes extendit, inquiens: [d] [Manente autem terra, quod circa ipsam est humidum, a radijs, & ab alia, quæ desuper est caliditate, euaporans fertur sursum. Quum autem caliditas, quæ duxit ipsum sursum, dereliquit: & illa quidem disperditur ad superiorem locum, hæc autem extinguitur; propterea-que suspenditur longius in aerem, qui est super terram: cogitur iterum vapor infrigidatus, & propter derelictionem caloris, & propter locum, & fit aqua ex aere: facta autem iterum fertur ad terram. Est autem, quæ quidem ex aqua exhalatio, vapor: quæ autem ex aere in aquam, Nubes: Caligo autem, nebulæ decidentia, eius quæ in aquam cõcretionis; quapropter signum magis est serenitatis, quam aquarum; est enim caligo veluti nebula sterilis. Fit autem circulus iste imitans Solis circulum; simul enim ille ad latera permutatur, & iste sursum & deorsum. Oportet autem intelligere hunc veluti fluuium, fluere circulariter sursum & deorsum, communem aeris & aquæ; propè enim existente Sole, vaporis sursum fluit fluuius: quum autem elongatur, aquæ deorsum: & hoc perenne vult fieri secundum ordinem. Quare si obscure dicebant Oceanum priores, forte vtique hunc fluuium dicebant circulariter fluentem circa terram.] Sic igitur Oceani nomen, adeoque maris, omnes aquas nostrates complectitur, ex antiquorum sententia; qui dubio procul id hauserunt e Sacra pagina, vbi legimus: [f] [Dixit vero Deus: Congregentur aquæ, quæ sub cælo sunt, in locum vnum, & appareat arida: & factum est ita. Et vocauit Deus aridam terram: congregationesque aquarum appellauit maria. *Quod agnouit & Isidorus in Originibus aiens*: [g] Mare est aquarum generalis collectio. Omnis enim congregatio aquarum, siue salsæ sint, siue dulces absque Maria nuncupantur: iuxta illud; & congregationes aquarum vocauit maria. Proprie autem mare appellatum, eo quod aquæ eius amaræ sint.] Verum quia mare amarum, est omnium maxima congregatio aquæ, in quam omnes influunt, & a qua omnes effluunt, vti visum est; ideo denominatione facta totius aquei elementi a sui parte maiori, præcipua, & fundamentali (vt ore loquar scholasticorum) nomine Maris, & Oceani totum elementum aquæ significatur a veteribus. Ceterum vt apud Ægyptiorum sapientiores Osiris idem est cum Oceano, quo significatur vniuersum elementum aquæ, sic idem elementum aquæ totum Neptuni nomine significatur: de primo verba Plutarchi sunt euidentia: [h] [Sed Sacerdotum sapientiores, non Nilum dumtaxat Osiridis, Mare Typhonis nomine accipiunt; sed Osiridem in vniuersum censet omne principium facultate humectandi præditum: vt pote causam ortus & substantiæ seminis: & Typhonem omne siccumigneum, & quicquid denique exsiccandi vim habens aduersum est humori. Ideo rufum & subpallidum fuisse Typhonem censentes, non admodum libenter compellant qui tali colore sunt homines, ingrataque ipsis horum est consuetudo. Osirim autem nigro colore fuisse fabulantur, quia aqua omnem terram, omnem vestem, & nubes etiam nigras reddit admista. *Ex mox*: Existimant Homerum [i] etiam vt Thaletem ab Ægyptijs doctum, principium & ortum omnium rerum posuisse aquam: esse enim Oceanum Osirim, Thetyn Isim, quæ omnia nutriat, atque educat. Etenim Græci seminis emissionem Apusiam, & Ortum Synusiam vocant: & filium Hyen ab aqua &

B C D

[e] lib. 14. c. 2.

[d] 1. meteo. fu. 3. c. 1.

[f] lib. 13. c. 14

[g] lib. de Isid. & Osirid.

Aqua nigra facit omnia.

[i] Iliad. v. 206

Digitized by Google

pluuia, hydor, & hyin: & Bacchum Hyen apellant, vt humidæ Dominus naturæ: Qui sane non est alius ab Osiride; quippe Hellanius Hysirin pro Osiride ponit.] Si ergo Veteres Osirim cum Oceano prorsus idem esse dicebant, & vtrumque signare totum elementum aquæ; quem nihilominus Oceanum idem esse cũ Neptuno conferent; illi certe per Neptunũ indicarunt omnem aquæ naturam, totumque penitus aqueum elementum. Quod alibi docet idem Plutarchus assignans rationem, cur Neptuno tridens attribuatur: dum ait eodem opere de Isside & Osiride: *Neptuni Tridens signum est tertiæ regionis, quam mare obtinet, post cælum & aerem collocata; & a ternione etiam Amphitritæ ac Tritonum sunt nomina.* Porrò tertia illa regio post cælum & aerem supra quartam, quæ telluris est, continet in se totum elementum aquæ, tam dulces quam salsas aquas in se comprehendens, quod nomine Maris appellari consueuit, ob rationes nuper allatas. Insuper agens idem Plutarchus de primo frigido, sub nomine Neptuni & Apollinis opponit elementum aquæ Ignis elemento dum ait: *Id quoque argumentum, quod de interitu asserebatur, vanum est. Non enim in contrarium abit, quicquid interit, sed a contrario corrumpitur. Sic ignis vel aqua, dum perimitur, in aerem mutatur. Nam Æschylus non tam tragice, quam vere dixit:*

„ Compesce aquam, ignis supplicium.

Et Homerus fluuio Vulcanum, Neptuno Apollinem in pugna physice magis quam fabuloſe opposuit. Et Plato in Critia Neptunum ponit ex æquo maris & fluuiorum deum, inquiens: *Sane Neptunus insulam sortitus Atlanticam; filios ex mortali femina in quodam insulæ loco progenuit huiusmodi. Secus mare plana erat: sed in media insula planities erat, quæ omnium speciosissima feracissimaque dicitur extitisse. Prope planitiem rursus in medio mons erat obtusus, stadijs quinquaginta distans: hic a quodam eorum, qui principio terra nati sunt, nomine Edeno re colebatur: Is ex Leucippe vxore Clitonem vnicam filiam genuerat. Parentibus mortuis, & matura iam puella, Neptunus eius desiderio captus, illi se misceri, circumsepsitque collem, quem habitabat, spiris aqua circumfluis, terraque Zonis alterne, partim ampliotibus, partim & angustioribus. Ex quibus duo quidem terræ, tres vero maris fuere circuitus; quæ veluti torno descripti, pari vndiq; interuallo per insulam mediam distabant, inaccessibilemque hominibus collem ipsum reddebant. Neque enim tunc naues erant, neque nauigandi peritia. Ipse vero, vt pote Deus, facile mediam insulã exornauit, humoremq; duplicis aquæ, frigidæ & calidæ, ex terra abditis per fontes exteriores erumpere, alimenta item varia & abundantia per terras pullulare iussit.* Ergo Platoni per Neptunum indicatur omnis aqua, tam marina, quam fluuiatilis; tam frigida, quam calida; proindeque totum aqueum elementum. Verum inter omnes hoc ex antiquorum sententia clarissime nobis aperuit Fulgentius in sua Mythologia scribens ad verbum: *Neptunum vero tertium aquarum voluere elementum: quem ideo Græci etiam Posidona nuncupant, quasi ποσιν τα ὑδατα, quod nos Latine* facientem imaginem, *dicimus: illa videlicet ratione, quod hoc solum elementum imagines in se formet spectantium: quod nulli alij ex quatuor competat elementis. Tridentem vero ob hanc rem ferre pingitur, quod aquarum natura triplici virtute fungatur, id est liquida, fœcunda, potabili. Hinc & Neptuno Amphitriten in coniugio deputant; ἀμφὶ enim Græce* circumcirca *dicimus: eo quod omnibus tribus elementis aqua contexa sit, id est in cælo, in aere, in nubibus, & in terra vt sunt fontes, & putei.* Sic ergo per Neptuni Tridentigeri simulachrum aptissime Schematis autor indicare potuit vniuersum elementum aquæ, contradistinctum a tribus alijs, aere, terra, & igne, atque a cælesti corpore, simul cum illis vniuersam orbis mundani magnitudinem integrans, atq; componens.

Itaque subobscuro, quemadmodum mystice rerum naturas ob oculos representantem decet, sed nobili Schemate nobis hieroglyphice delineauit antiquus autor in gemma totius Mundi corporei systema, compacti suis ex partibus vniuersam diuini operis machinam integrantibus: intra Zodiaci sinum, Cælestes omnes orbitas indicantis, ponens tum medioxumum Iouem cum Aquila sceptrigerum, Terræ symbolum, in cuius centro velut in Carcere diuina Iustitia fontes punit: tum a sinistris Mineruam nudam solo capite galea tectam, & hastam manu gerentem, Ignei elementi telleram, quod nullo patitur alieno corpore se vestiri, cuncta comburens, cæli solo fornice prorsus incombustibili superne tectum: & acuta lancea flammarum cuncta reliqua citissime penetrans: nihil ex se generans virgo sterilis: tum a dextra Mercurium cum Caduceo, indicem Aeris, cuius vnius motu sonus, vox, atque sermo

progi-

Osiris & Bacchus idem.

Tridens cur datus Neptuno.

Plato in Atlantico.

Posidona cur appellarint aqum prisci.

Tridentis ratio:

Aqua cur Amphitrite dicta.

Digitized by Google

A progignitur, & in quo solo pennigera volare possunt; quum Mercurius Deorum nuncius alatus fingatur, & vocis, orationis, atque sermonis Deus esse censeatur: tum denique Tridentigerum Neptunum, verum atque proprium indicium vniuersi elementi aquei: ex quibus tota Mundi Machina coagmentatur.

Beneficij vel a brutis accepti Deum esse gratum remuneratorem,

Schema XVII. Gemma.

TVQVOQVE DICTÆIS ARVIS FIDISSIMA NVTRIX
SVCCOLLATA IOVI, GRATVM TESTARIS ALVMNVM.

B



C

Apud Petrum Stephanonium in Gemma

D

Explicatio viri Cl. recta proponitur, & latius corroboratur.
Cap. XCII.

NVlli dubium est, virum eruditum, adhuc ignoti nominis, animam huiusce Schematis aperuisse distichio illius fronti appositio, verbis ipsissimis:

,, Tu quoque Dictæis arvis fidissima nutrix
,, Succollata Jovi, gratum testaris alumnum.

Nimirum vulgatissima fabula Jovis Ægiochi legitur apud omnes antiquitatis cultores; quam ita Lactantius effert in suis diuinis Institutionibus,[a] a quo Boccatius,[b] Gyraldus,[c] & alij; *Ipsum autem*, inquit, *Cretes Jovis sacra quid aliud, quam quemodo sit aut subtractus patri, aut nutri-*

[a] lib. 1. c. 21.
[b] lib. 11. c. 10.
[c] Syn. 2.

nutritus ostendant? Capella est Amalthea Nympha, quæ uberibus suis aluit infantem: de qua A
Cæsar Germanicus Cæsar in Arateo carmine sic ait:

,, ... illa putatur
,, Nutrix esse Iouis, si vere Iupiter infans
,, Vbera Cretææ mulsit fidissima Capræ,
,, Sidere quæ claro gratum testatur alumnum

Huiusmodi Capram Oleniam dictam fuisse testatur Aratus, eo versu:

,, Oleniam Iouis altricem dixere Capellam.

[d] lib. 2. Quem secutus Ouidius in Fastis cecinit: [d]

,, Olenia surget fidus pluuiale Capellæ,
,, Quæ fuit in Cunis officiosa Iouis.

Scilicet apprime stella pluuialis representat eam capellam, e cuius uberibus pluerat humor lactis in os infantis ad eum alendum; quum astra pluuialia, succum humoris alimentarij stirpium depluant in terras, Iupiter autem huius beneficij memor, adultus curauit vt eius nomine cæleste sidus in æternum appellaretur, benefactrici sempiternæ gratiæ remunerationem præstans. Vt hinc ediscant homines ingratitudinis vitium teterrimum euitare; singulaque beneficia congruis gratijs compensare, maioribusque cumulare; a quocumque, atque in quemcumque beneficia conferantur; siue ab æquali in æqualem, siue a superiori in inferiorem, siue ab inferiori in superiorem, ea ratione, vt gratia semper exsuperet beneficij pondus; nam æqualis beneficio, mera quædam restitutio est, non gratia; minor beneficio, portio est quædam ingratitudinis. Additia vero gratia reddentis animo mensurari debet, non re ipsa munere data. Dum autem Iupiter introducitur, seu Cretæ Rex, seu Cæli Rex apud Gentiles, adeo grandi nobilique remuneratione vilem Capram remuneratus esse: quis homo princeps non recompensabit condigno premio sibi præstita beneficia vel a minoris dignitatis hominibus? siue beneficia res materialium munera sint, siue longe præstantiora muneribus corporeis virtutis monimenta, & laudum æterna præconia. Siquidem, vt ait ille, [e] *Ingenij egregia facinora, sicuti anima, immortalia sunt.* Vere mortales ingrati, quantum a Dei benefici conditione recedunt, tantum item ab humanitate descendunt in brutorum animantium naturam; quum homo solus ad imaginem [f] & similitudinem Dei creatus sit. Immo & infra bruto- C
rum animalium conditionem deprimitur ingratus homo; quum multas animantes, etiam feras, & agrestes, nedum ciues, prodant historiæ beneficia susceptæ paribus, & maioribus beneficijs pro temporis opportunitate, suæque naturæ facultate compensasse. Aptissime vero pingitur in Schemate Iupiter infans nudus Capellam humeris velut in cælum portare, quo significaretur acceptri beneficij semper habendam esse recentem memoriam, perinde ac si nuperrime susceptum fuisset. Oleniam enim Capram nutricem suam in cælum transtulit non nisi iam adultus & regno potitus, vnde patrem Saturnum exulerat. Quare Diuinitatis est, nunquam beneficiorum obliuisci, nunquam de negligere parumque facere velut antiquata & rancida, sed semper viridia præsentiaque in animo grato conseruare, neque permittere vt vlla temporis longitudo vim habeat ea deterendi, ac labefactandi. Quod apud homines rarissimum est, quibus plerumque collata beneficia diuturnitate temporis exolescunt, nec vllam gratitudinis memoriam ingerunt, aut notam efficere possunt, effœta, euanida, & veluti mortua, in ingrati animi profundo tumulata. Non ita, diuinitatis magis participes incliti viri, qui beneficiorum memoriam viuidam atque viridem, vegetamque semper alta mente repositam D
alere consueuerunt, oportuneque remunerare, vt Iupiter adultus Oleniæ beneficium. Cuius vt mythologiam aperiamus, ex antiquitate dicimus olim Saturnum Cretæ Regem, quum ab Aruspicibus intellexisset se Regno spoliatum iri tandem a filio, quem procrearet, præcepisse coniugi suæ, filium quemcumque pareret, ad se statim adduceret, quos voraret, [g] hoc est voce satellitibus iuberet suis vt occiderent. Iouem vnum a matre occultatum Saturno, cui loco pueri nuperrime nati sit oblatus lapis fasciis inuolutus, quem peperisse diceret, clamque Nymphis dicari montis alendum fuisse traditum a matre; quarum vna in antro Montis Amalthea nomine susceptum nutrierit Oleniæ capellæ suæ lacte; scilicet, infans in antro lapideo conclusus, lapidi fasciis inuolito comparatur. Adultus & regno potitus, Patre pulso, qui

sibi

Remuneratio qualis vt sit debeat.

[e] Salust. in Iugurth.

[f] Gen. 1. 26. 27. Ingratus infra brutu deprimitur.

Beneficiorũ acceptorum memoria cõseruanda.

Saturnus filios voratis mythologia.

[g] Boccat. 2. genealo.


Lapis fasciis inuolutus vt pro filio datus a matre Saturno.

A sibi necem innocenti machinatus fuerat, Oleniæ Capellæ nutricis beneficæ memor, gratitudine motus, eius æternam memoriam in cælo poni iussit ab astronomis, illius nomine nuncupato sidere præclaro, cuius ortus pluuiosus haberetur, in memoriam lactis infanti sibi præbiti; siquidem pluuiæ sunt lactis instar, quo tenellæ plantæ nutriuntur ad adultam ætatem.

Poeta bonus ad Lyram canere nescius: vel absolute, Frustra laborans.

Schema XVIII. Gemma.

B



C

D

Explicatio viri docti de Cicada citharæ chordam fractam supplente affertur, & expenditur. Cap. CXIII.

INclytus Emblematum parens Alciatus[a] erudito viro persuasit, hoc esse hieroglyphicum facti Eunomij & Aristæi, tali symbolo probari dicens *Musicam Dijs cura esse*, nobili epigrammate! [a] Emb. 145.

„ Locrensis posuit tibi Delphice Phœbe Cicadam
„ Eunomius hanc, palmæ signa decora suæ.
„ Certabat plectro Spartyn commissus in hostem,
„ Et percussa sonum pollice fila dabant.

„ Trita

,, Trita fides rauco cæpit quum stridere bombo,
,, Legitimum harmonias & vitiare melos.
,, Tum citharæ argutans suauis se se intulit alès,
,, Quæ fractam impleret voce cicada fidem.
,, Quæque allecta, soni ad legem descendit ab altis
,, Saltibus, vt nobis garrula ferret opem.
,, Ergo tuæ vt firmus stet honor, o sancte, cicada
,, Pro cithara hic fidicen æneus ipsa sedet.

Hinc enim innominatus desumpsit epigraphen, quam Schemati suppolsuit, inquiens

Pulsare certant plectra, victurus agens
Cicada fractam voce suppleuit fidem.

[b] Geogr. l. 6. Strabo describens Italiam, luculenter hoc explicat ex Timæo factum, inquiens: [b] *Monstrabatur apud Locros statua Eunomi citharœdi, cicadam habens citharæ insidentem. Narrat Timæus hunc Eunomum & Aristonem Rhegiensem aliquando Pythijs canendo concertasse de victitione; ac Aristonem quidem a Delphis contendisse vt sibi fauerent, quod suos maiores Apollinis sacros diceret, indeque deductam esse coloniam: at Eunomum contra dixisse, nihil prorsus certamina de cantu ad Rheginos pertinere, apud quos ipsa etiam cicada, animal alioqui vocalissimum, voce destituerentur: interim tamen nihilominus placuisse Aristonem, ac victoriam speransse: sed vicisse Eunomum: statuamque, quam diximus, in patria posuisse; quod & rupta in ipso certamine fide, cicada præsto fuerit, sonumque nerui expleuerit.* vt omittam fabulamentum Platonis de cicadis in Phædro dicentis: *Fertur has olim homines fuisse, priusquam Musæ natæ essent. Natis autem Musis, & cantilena in lucem prodita, ita quosdam eius aui homines præ cantus voluptate consternatos fuisse, vt cauentes & cibos & potus neglexerint, & se mori non animaduerterint. Ex quibus postea cicadarum genus natum est, quod hoc a Musis munus accepit, vt nullo alimento opus habeat statim vt natum est: sed sine cibo, & sine potu mox canat, donec moriatur: Et postea ad Musas profectum denunciet, quis ex his, qui hic sunt hominibus, quamque ipsarum colat.* Quæque concinit Anacreon de Cicada:

Expl. de solitij ex Philone.

,, O ter quaterque felix
,, Cicada, quæ supremis
,, In arborum virétis,
,, Roris potum vt bibisti,
,, Cantare dulce gaudes:
,, Reginam agens potentem,
,, Quocunque conspicaris,
,, Tuum est, quod arua gignunt,
,, Quod silua cunque profert:
,, Te amplectitur colonus,
,, Quod eius in labores
,, Iniuriosa non sis.
,, Colunt, Cicada, te omnes
,, Diuina quod puteris
,, Æstatis imminentis.
,, Te diligunt Camenæ,
,, Te diligitque Phœbus,
,, Vocemque dat canoram;
,, Te non senecta carpit.
,, Festina terræ alumna,
,, Cantus amica, & omnis
,, Mali, & doloris expers.
,, Vlla nec aucta carne
,, Nec aucta sanguine vllo,
,, Ipsis abes parum a Dijs.

Cicada non est in Schemate, sed papilio.

Illud tamen omittere non debeo, cicadæ propositam historiam de certamine cantus Aristonis & Eunomi, nihil omnino conuenire Schematis nostri simulachris: etenim primum in eo cicada non aspicitur canora, sed carens omnino voce papilio; qui nullo cantu supplere potest infractæ chordæ sonum amissum. Deinde cicada non canit, aut strepit in aere suspensa, sed firma stans in arborum ramis; & ipse Strabo monuit, Euonimum victorem cantus habuisse cicadam suæ citharæ insidentem, nō autē procul ab ea in sublimi suspensam, & elatis alis volantem; vt insectum in Schemate nostro depictum conspicitur. Atuero Lyra, in Emblemate Alciateo delineata, chordis omnibus integris est, cui Papilio similiter, non autem cicada videtur insidere: cuiusmodi imaginem in Gemma sua Pignorius noster habuisse dicitur ab Alciati Commentatore scribente: *Imago huius Emblematis cernitur in veteri gemma Sarda incisa, apud D. Laurentium Pignorium, quam Roma nactus se cum alijs plerisque venerandæ antiquitatis cimelijs, asserit: proinde hanc ita hic appingi curaui, secus quam habent cetera editiones.* Aptius tamen Valerianus in hieroglyphicis agens de Cicada, dum

[c] lib. 16.

Musicæ

A Muſicæ ſymbolum eam ponit, ſua propria figura facit inſidere citharæ chordis, contractis alis: & ſimiliter paulo ante, dum illam ponit eſſe teſſeram vanæ garrulitatis, contractis alis inſidentem pingit ligneo baculo; quod earum ſonus non alarum motu, nec ore prorſus elidatur, ſed vt ait Ariſtoteles, membranarum ad ſuccinctorium poſitarum attritu: Ariſtoteli- d 4. de hiſt. an. c. 9.
ca verba ſunt ipſiſſima: d *Mox quemadmodum vox ſe habeat diſſeremus. Differt proculdubio vox a ſono, & tertia his adnumeranda eſt locutio. Gutture parte vna vox agitur: quocirca quibus pulmo deeſt, ijs nulla vocis emittendæ facultas eſt. Vocales igitur litera a voce & gutture, conſonantes a lingua & labris proferuntur: quibus literis omnem locutionem confici, nulli dubium eſt. Quamobrem quibus animantium lingua libera abſolutaque non eſt, ea neque vocem emittunt, neque ſermocinantur: at ſonus elidi vel alijs partibus poteſt. Ergo inſectis animalibus neq; vocis, neq; locutionis vlla facultas: ſonuſq; ijs ſpiritu interiore mouetur, non exteriore.* Voces vt efformetur in ore.
Nullum enim ex ijs ſpirat, ſed alia murmur edunt, vt apes: alia canere dicuntur, vt cicadæ: omnia vero in eo genere membrana, ſepto tranſuerſo ſubdita, qua præcinctum corpus diſtinguitur, ſonant: vt genus cicadarum attritu ſpiritus, & alibi quoque. e *Et attritione ad membra nam faciunt bombum, quemadmodum diximus, qualem per arundines perforatas pueri, quando* e de Reſpir. cap. 11.
B *ſuperpoſuerunt membranam tenuem: propter hoc enim cicadarum canentes canunt; calidiores enim ſunt, & diſſectum eſt ipſis ſub ſepto tranſuerſo: non canentibus autem hoc eſt non ſciſſum.* Cicadas ore non canere.
Quin etiam cicadam non alarum motu ſonum efficiendo canere, conſtat ex eo luculentiſſime, quod nos experti ſæpe fuimus in pueritia, dum apprehenſam cicadam manu tenentes ad cantum excitabamus, atque ſolicitabamus digito terentes illius præcordia, ſiue ſuccinctorium ab Ariſtotele nuncupatum. Quod igitur in Schemate volans exponitur inſectum, cicada non eſt ſupplens cantu ſuo ſonum effractæ fidis in cithara. Deinceps autem Strabo ſcribit euidentiſſime monſtratam apud Locros, non ſimpliciter cicadam citharæ inſidentem, ſed ſtatuam Eunomi Citharædi, cuius Citharæ cicada inſideret; at in Schemate ſtatua nullius citharedi viſitur, ſed ſola cithara, ſupra quam fere procul volitat inſectum animal Papilio. Non ergo Schemari congruit explicatio viri præclari de cicada ſonum diſruptæ chordæ ſupplente in citharædi, muſico inſtrumento, qua de re Strabo tractauit.

Propria Schematis explicatio proponitur, de Heſiodo poeta bono, carmina ſua ad lyram canere neſcio. Cap. XCIV.

C NObis autem Schema refert eximium poetam, qui bona carmina formare calamo ſciat, ſed ad lyram verſus ſuos voce canere neſciat. Etenim poetam huiuſmodi fuiſſe pridem in Ludis Pythicis Heſiodum teſtatus eſt in Phocicis Pauſanias; quum alij multi carmina cecinissent, cum ſua, tum aliena; de que bonitate cantus victoriæ palmam reportaſſent, He-
,, ſiodum vnum repulſam tuliſſe monens verbis ipſiſſimis: *Quum capti iam eſſent Pythici ludi celebrari*, ant quiſſimum fuiſſe *omnium* certamem memorat inter eos, qui præmio pro-
,, poſito hymnum in Apollinis honorem cecinissent: & primum quidem omnium pſallentem viciſſe Chyſothemin e Creta, cuius pater Carmanor Apollinem de cæde purgaſſet.
,, Conſecutos Philammonem Chyſothemidis ipſius, & Philammonis filiũ Thamyrin. Nam
,, Orpheum myſteriorum ſcientia, & reliqua vitæ dignitate clarum: tum etiam Muſæum, Orpheum non luiſſe certare de muſica in ludis Pythijs.
,, quod Orpheum ſibi quem æmularetur propoſuiſſet, negant in muſicum illud certamen
,, deſcendere voluiſſe. Tuliſſe narrant Eleutherem Pythicam palmam votis cauſa, quum
D ,, alioqui cantilenam non ſuam decantaſſet. Heſiodum tradunt repulſam tuliſſe, quod car- Heſiodus a Eythijs cur repulſum.
,, mina ſua ad lyram canere non didiciſſet. Homerus Delphos quidem venit conſulendi,
,, quod opus fuit, cauſa: ſed ei, etiamſi fidibus didiciſſet, propter oculorum calamitatem
,, nulli vſui ars eſſe potuiſſet. Ita Pauſanias de poetis eximijs in ludis Pythijs concertantibus. In quibus cum repulſam Heſiodum tuliſſe narret e veterum teſtimonijs, quod carmina ſua non didiciſſet ad lyram canere, caſum hunc Heſiodi myſtice ſignificari cenſemus in alato Schemate; quo Papilio mutum animal, idemque volans, & e floribus alimenta ſibi decerpens melleos rores, optime deſignat Heſiodum poetam pulchra carmina de ruſticorum vita & Herculis clypeo, alijſq; rebus calamo pangens, at ea voce ſua canere neſcius; nam de poetarum natura ſic in Ione Platonem diſſerentem audiuimus interprete Cornaro: *Omnes enim poetæ boni, non ex arte, ſed numine afflati ac correpti, omnia hæc pulchra poemata dicunt.*

Digitized by Google

Et carminum poeta boni eodem modo. Quemadmodum enim Corybantes non sana mente præditi saltant; sic etiam cantilenarum poeta non sana mente præditi, pulchra illa carmina faciunt, sed postquam in harmoniam & in rythmum insurgunt, debacchantur: & dum numine corripiuntur, velut Bacchæ correptæ ex fluminibus hauriunt mel & lac quum vero sana mente sūt, hoc non item: etiam carminum poetarum anima hoc operatur, quod sane ipsi dicunt. Sic enim ad nos poeta dicunt, quod de fontibus melle fluentibus, & quibusdam Musarum hortis ac saltibus carmina decerpentes ad nos afferunt, velut Apes, etiam ipsi ita volantes. Et vera dicunt. Leuis enim res poeta est, & volatilis, & sacra. Et non prius facere quid potest, quam numine corripiatur, & mente moueatur: ita vt non sit amplius mens in ipso. Et vere quidem Plato poetas eximios carmina sua pariter & pangere, & canere scientes Apibus comparat, quæ de floribus & fontibus hauriunt mella dulcedinis, & ex intimo corde bombum canorū, ac murmur edunt, vt ait Aristoteles: [a] *Musea etiam, Apes, & reliqua his similia quum volant, se se attollunt & contrahunt. Sonus enim attritus interioris spiritus est.* Atuero peroptime Schematista noster poetam sua carmina calamo descripta, de Musarum hortis excepta, voce canere nescium volatili Papilioni lyræ superuolanti comparauit, qui de floribus quidem & fontibus carpit, sed nullum omnino sonum edere potest. Aptissime vero Papilioni subiecit lyram, vel vna chorda fracta non omnino perfectam, quia cithara sine voce canentis non absolutum melos edit, perinde ac si fides vna sibi deesset. Itaque Schema, forte desumptum ab Hesiodi fato, qui bonus poeta, sua carmina cantare nescius, in Pythijs certaminibus repulsam tulit, optime muto ac insono Papilione superuolante Lyræ, chordam fractam habenti, mystice signat bonum poetam sua carmina canere nescium ad lyram.

Poeta volatilis est.

[a] hist. c. 9.

A

B

Secunda Schematis explicatio depromitur ex Adagio vetusto de viro frustra laborante. Cap. XCV.

ADagiographus inter vetera Prouerbia citat illud e Suida: *Ad fractam canis*: Subaudi ,, vel chordā, vel citharam Suidas ostendit dici solitum de ijs, qui frustra laborant; ,, Antiquis mos erat ad cithara canere: in qua si qua chorda rupta sit, ad eam frustra vocem ,, accommodes; quum illa non respondeat. Fabulam de cicada, fractæ fidis vicem supplente, diximus alibi. Quanquam non insicite acommodabitur, vbi non respondetur officijs ,, alicuius, aut vbi qui suadet obstinato, aut orat inexorabilem. Quibus alia Schematis explicatio mihi suboritur, de viro frustra laborante. Licet quum Papilio mutum omnino sit animal, neque bombum, neque murmur vllum sonorum edere valeat vlla sui parte, Paræmia, *Ad fractam canis*, non ita conuenire videatur primo aspectu. Ceterum si Papilio, quasi plectrum, aut alis, aut pedibus, aut corporis alia parte fides pulsauerit, næ sonum excutiet: si quidē cithara fuerit integra, chordamq; singulam obtinuerit, ac bene temperatam, profecto vel mutus Papilio, quemadmodū silens ipse Citharœdus, harmoniā elicere poterit, apto loco ac tempore chordas attingens digitis, aut plectro. At vero si vel cithara fracta fuerit, vel aliqua fides in ea, sicuti videtur in Schemate nostro, Citharædus ipse silens, digitis, aut plectro perinde ac mutus Papilio pedibus aut alis, melos efficere nullo pacto poterit, sed inharmonicum edet sonū. Quocirca quadrabit optime prouerbiū, & Schema propositū, in hominem, qui frustra laboret, dum vel inexorabilē atq; ferum quempiam exorare: vel implacabilem ac immitem delinire: vel etiam indocilem edoeere conatur. Ceterum hic omittendum non est, Cl. Rhodium nostrum apud se gemmam habere cum persimili Schemate; sed in quo Lyra prisca longe melius effigiata visitur, cum suo vmbilico inferne, cornua connectente velut in caluariæ parte, radices cornuum habente; quum ista Stephanonij gemma Lyram vetustam habeat, compactam e cornibus in imo plano iunctis, absque naturali artificio. Rhodianæ consimilem pinxit eruditissimus Pignorius inquiens: [a] *Nos hic aliquot delineandas curauimus, varieres illas quidem, sed & studiosis antiquitatis adiumento futuras, ad cognoscendas testudinis partes, labra, cacumina, brachia, humeros, scapulas, pectines, modulum, tympanum.* Tres autem tantum appinxit; quarum minor, supra secundam, Rhodianæ persimilis est.

C

D

Rhodij gemma artificiosior.

[a] pag. 86.

PRIN-

Digitized by Google

A

PRINCIPATVS ANIMALIVM.

&

Ducis exercituum proprietates:

&

Amoris genitabilis imperiosa potestas.

&

Amoris tres differentiæ.

&

Elementa vitalia.

Schema XIX. Gemmæ.

B



C

Explicatio viri Cl. de principatu animalium. Cap. XCVI.

HIeroglyphicorum, quæ pluribus aptari possunt rebus indicandis, ceteris perfectiora sunt; adeoque Valerianus vnicuique hieroglyphico Ægyptiaco multas attribuere nititur significationes. Quare non est mirum, si præsenti Schemati multa congruere possunt significata: primumque proponitur ab erudito viro de Primatu Animalium, dicens, sub efficta Regali corona: Hieroglyphica plures habent significationes singula.

D

DEDIT HIS NATVRA PRIMATVM:
Inter aerea Aquila:
Inter terrestria Leo:
Inter aquatilia Delphinus.

Vere quidem omnibus volatilibus tanquam Rex Aquila præficitur, & omnibus terrestribus animalibus Leo. Sed etiam quod piscium omnium dominium habeat Delphinus, vt Aquila volucrum, obseruat in suis Hieroglyphicis Valerianus, inquiens: [a] *Apud Pindarum legas, Aquilam ita volucrum reginam ab Ioue declaratam, veluti Delphinum piscium: vtriusque pernicitate genus omne suum exuperante.* Porro de pernicitate Delphini portenta tradit Aristoteles ita: [b] *Quin etiam de velocitate huius animalis mira, & incredibilia quædam ac*

[a] lib. 19.

[b] 9. Hist. c. 48

Digitized by Google

cepimus: omniũ enim velocissimum esse creditur animalium tum aquatilium, tum terrestrium. Supersiliunt etiam malos nauigiorum maiorum; quod tunc potissimum euenit, quum aliquem insectantur piscem, quem deuorent; tunc enim, si quem impetunt longius fugit, ad ima gurgitum persequuntur propter famis necessitatem, quod reditus longior sit, retinent se se, quasi spacium cogitantes, conuersique feruntur perinde ac sagitta pernices, vt celeritate oportuna longo transmisso itinere ad locum spirandi deueniant: quo impetu fit, vt se iaculentur in aerem, & supersiliant malos nauigiorum, quæ sorte affuerint. Hoc idem Vrinatores faciunt, quum se in profundum dimiserunt: pro viribus enim conuersi enixius efferuntur, vt spirent. Sed infra quoque Pierius: [a] *Ita vero Delphinus maris regem significat, vt pro aqua, mariq; ipso passim in numis excudatur. Præcipue autem Sunij Neptunus sub Delphini imagine colebatur. Neptuno vero aquarum domino nullo non in signo eius adsculpebatur.* Quare laudabilis est explicatio Schematis a cl. viro propositi de Primatu brutorum animalium.

a lib. 27.

Nostra explicatio de Ducis exercituum triplici proprietate.
Cap. XCVII.

Imperatoris militum proprietates.

QVod si Schematis hieroglyphicum morale voluerimus esse, atque ad humanam vitam attinere; primum eo signari putamus tres conditiones Imperatori militum, exercituumque Ducibus apprime necessarias; quæ sunt, Perspicacia, Celeritas, & Fortitudo; quarum prima dos est Aquilæ, visu pollentissimæ, quæ vel inconniuentibus oculis fulgentissimum Solis iubar intueri potest: alia propria est Delphini, cuius incomparabilem, & admirabilem omnino pernicitatem nouissime [a] nobis confirmauit Aristoteles: tertia peculiariter conuenit Leoni, cunctorum animalium generosissimo fortissimoque. Quas quidem tres conditiones habuisse Cæsar Imperator omnium fere bellicosissimus apud Plutarchum apophthegmate nobili gloriatur, dum deuictis hostibus, ad amicum Romam scribere non dubitauit: VENI, VIDI, Vici. Vidit enim protinus a longe tempus oportunum rei bene gerendæ: Venitque celeriter ad opprimendum hostem: & militum fortissimorum robore vicit inimicum exercitum. Cæcutiens Imperator non agnoscit quid, & quando, & quomodo sit agendum: segnior dux elabi sinit fugacem occasionem victoriæ: viribus non pollens fortitudineque destitutus exercitum regens, facile suos milites hostibus necandos exhibet; vnde recte dicebat [b] Chabrias Athenienſium Dux, vel ut alij dicunt, Philippus Macedo, formidabiliorem esse Leporum exercitum duce Leone, quam exercitum Leonum Duce Lepore.

Aquilæ perspicacitas oculorum

Delphini velocitas.

a cap. sup. Leonis fortitudo.

Cæsar optimus Imperator exercitus.

b Pier. l. Hierg.

Tertia declaratio nostra de Amoris genitabilis imperiosa potestate.
Cap. XCVIII.

VErum & isto Schemate nostro potestatem ac imperium Amoris genitabilis in tribus elementis indicari, nimirum, Aere, Aqua, & Terra, vbicumque nascuntur animantes, optime colligitur ex Lucretij Musa suauissime concinente: [a]

a lib. 1.

„ Æneadum genetrix hominum diuumque voluptas,
„ Alma Venus, cæli subter labentia signa,
„ Quæ mare nauigerum, quæ terras frigiferenteis
„ Concelebras: per te quoniam genus omne animantum
„ Concipitur, visitque exortum lumina Solis.
„ Te, dea, te fugiunt venti, te nubila cæli,
„ Aduentumque tuum: tibi suaueis dædala tellus
„ Summittit flores, tibi rident æquora ponti,
„ Placatumque nitet diffuso lumine cælum.
„ Nam simul ac species patefacta est verna diei,
„ Et reserata viget genitabilis aura Fauoni,
„ Aeriæ primum volucres te, diua, tuumque
„ Significant initum perculsæ corda tua vi.

„ Inde

Digitized by Google

A ,, Inde feræ pecudes persultant pabula læta,
,, Et rapidos tranant amneis: ita capta lepore,
,, Inlecebrisque tuis omnis natura animantum
,, Te sequitur cupide, quo quamque inducere pergis.
,, Denique per maria ac montes, fluuiosque rapaceis,
,, Frondiferasque domos auium, camposque virenteis,
,, Omnibus incutiens blandum per pectora Amorem,
,, Efficis, vt cupide generatim sæcla propagent.

Cl. Alciatus Emblemate suo [b] Potentiam Amoris exponens, eam ad elementa duo sola coarctat, Aquam, atque Terram, omisso penitus Aere, dum cecinit: [b] Emb. 107.

,, Nudus Amor viden vt ridet, placidumque tuetur?
,, Non faculas, nec quæ cornua flectat, habet.
,, Altera sed manuum flores gerit, altera piscem:
,, Scilicet vt terræ iura det, atque Mari.

B Quod ex Valeriano desumpsisse videtur [c] vir eximius, vbi de Delphino, vel potius vterque de Græco Palladæ tetrasticho [d] propositis versiculis Latine verso. Sed tamen & in Aere quoque genitabilem vim Amoris clarissime demonstrat Auis-Paradisi nuncupata, nomine proprio Manucodiata; quæ totam sui vitam agit in Aere, ibique fœtificat, nuuquam terras attingens, nunquam arbores, aut maria, nisi demortua de sublimi deorsum concidens. Cuius historiam luculenter a Cardano, Scaligeroque seniore descriptam in vtriusque Subtilitatibus, inferius [e] oportuniore loco proponemus, atque considerabimus. Non posuit autem in Gemma noster Autor Manucodiatam, sed Aquilam; tum quod eius ævo non esset apud Europæos nota Manucodiata, nondum apertis nauigationibus ad Indias Orientales, vnde portatur e Iaua, & Moluchis insulis ad nostrum hemisphærium auiculæ eadauer: tum quod ad alia significata Schematis nihil attinet Manucodiata: tum quod Aquila nidificat in editissimis locis Aeris. Nam Autori libri de Natura rerum, *Aquila altissimis arboribus nidificat: vbi mala bestia non accedit*. Ita quoque Bartholomæus Anglicus de genuinis rerum proprietatibus opere, dicit [f] *Leuat se Aquila plus quam alie volatilia. Hinc eadem in altissimis rupibus nidificat; vbi loci sublimitate ab animado cursu aduersaria se tutificat, & defendit*. Similiter cl. Aldrouandus Præceptor in Ornithologia, de Aquila scribit [g] *In nido ex sublimi rupe, aut celsa arbore constructo, ex conchinne præparato, ova deponit, vt incubet*. Vt hinc haberi possit, Aquilam in Aere vtcumque fœtificare. Sed nihilominus Aerem esse genitabile animantium elementum probare valemus ex eo, quod alibi tradantes de Quinto Quæsitis [h] late confirmauimus ex autoribus Classicis, Virgilio [i] Aristotele [K] Varrone [l] Lactantio [m] Equas alicubi Zephyro vento susceptо concipere sine coitu maris, adiecta & explicata luculenta ratione physica propositi: quam theoriam longiorem non est operæ pretium huc inde transferre. Quin & Vultures hoc idem efficere, [n] D. Basilius & Horus Apollo [o] persuasere Cælio Rhodigino [p] quibus consentit aperte D. Ambrosius [q] & Magnus Albertus, [r] ne plures alios referam eo loco productos, & explicatos. Non est igitur Aer eliminandus ex elementis, genitabilis Amoris vim obtinentibus.

[c] l. 27. Hier.
[d] l. 4. Epig. Græc.
[e] cap. 91.
Aquilæ nidus altissimis locis.
[f] lib. 12. c. 1.
[g] lib. 1.
[h] cap. 42.
[i] 3. Georg.
[K] 6. Hist. 18.
[l] 2. de re rust. c. 1.
[m] lib. 4. c. 12.
[n] Hexam. hom. 8.
[o] l. 1. hierog.
[p] lib. 27. c. 17
[q] 2. Hexam. cap. 20.
[r] Hist. an. cap. 26.

Amoris tres differentias, Iracibilis, Concupiscibilis, & Rationalis, explicari Schemate. Cap. IC.

D Quarta Schematis explicatio nobis occurrit de tertiis Amoris differentijs, quas olim nouimus esse Concupiscibilem Appetitum, Irascibilem, & Rationalem. Profecto Delphinus est apertum hieroglyphicum Appetitus Concupiscibilis, dicente Aristotele: [a] *In marino etiam genere plurima de Delphinis narrantur indicia morum placidorum ac mitium: amores quoque in pueros, & affectus libidinis, cum circa Tarentum, & Cariam, tum etiam locis alijs referunt*. Valerianus pariter in hieroglyphicis ait: [b] *Ioannio etiam ex Delphini simulachro Amorem in simpliciorem ætatem significari, quem puerilis ætatis amasium non vno exemplo actum est exemplo, qualia ab vtroque Plinio referuntur: vt non immerito tot in Numis Delphinum cernere sit ab alato Cupidine frænatum. Et Veneris statuas pluraque vidimus, quibus*

Delphino signatur Amor concupiscibilis.
[a] 9. Hist. c. 48
[b] lib. 27.

Digitized by Google

bus adſculptus eſt Cupido, qui vel Delphino inſideat, vel alio quoquo modo regat eum apprehenſum, & mox: *Phyſiognomici ſane laſciuos & petulantes eos in primis indicant, qui ſimum, vt Delphini, naſum habeant; propterea q. Socrati nequitia, quam ex ipſa facie præferret, vitio data eſt: quod ita ſe natura affectum in ſicias non inuit: ceterum ſe naturam continentia domuiſſe. Id quod etiam Plato in Sympoſio ſine multis argumentis teſtatum facere eſt aggreſſus.* A

Ita ergo Delphinus eſt apte ſymbolum Amoris Concupiſcibilis. At Leonem eſſe hieroglyphicum Appetitus Iraſcibilis Valerianus idem aperit, aſſerens: [a] [Immenſum itaque furorem, quo quis impotentius exardeſcat, ſignificare ſi collibuiſſet, Leonem effingebant catulos ſuos diſcerpentem, immo exoſſantem, vt Græcum vocabulum ἐξωστίζοντα interpretemur, non autem ἐντείνοντα (vt in vulgatis Hori exemplaribus eodem capite bis poſitum nihil ſignificat) quo quidem furore correptum olim Herculem, autores tradunt, eoque inſaniæ prouectum, vt non in hoſpitis tantum filios, verum & in ſuos ipſius filios vſque adeo ſæuire ſolitum, vt eos interfecerit, quod non abſimile eſt a pictura leonis proprios catulos diſcerpentis. Sane Theocritus in Megara Herculis femina, de furore, quem is in liberos exercuerit, hæc dicit, Latine verſa:

[a] Lor. hieregl. Leo ſymbolum Amoris Iraſcibilis.

B

Infelix, qui miſſilibus de munere Phœbi,
Siue ea Parcarum, vel Erinnyos impia tela,
Quatis ipſe ſuis furijs agitatus ademit
Charam animam, vt domus ipſa cruore aſperſa nataret.
Hos ergo confoſſos manibus cecidiſſe paternis
Iuſſa oculis ſpectare meis, miſerabile viſu!

Poetæ quoque noſtri Leonem iracundum notant: vnde illud apud Horatium, Promethea inſani Leonis vim ſtomacho appoſuiſſe noſtro, quùm de excandeſcentia loqueretur. Elegantiſſime quoque, neque non eruditiſſime Lucretius cauſam furoris iſtius perquirit, cuius carmina non iniucunda quæ repetantur ponere non pigeat:

Sed calidi plus eſt illis, quibus aeria corda,
Iracundaque mens facile effœrueſcit in ira,
Quo genere in primo vis eſt violenta Leonum,
Pectora qui fremitu rumpant plerumque gementes,
Nec capere irarum fluctus in pectore poſſunt.

C

Superius vero dixerat, quum de varietate animi loqueretur:

Eſt etiam calor ille animo, quem ſumpſit in ira,
Quum ferueſcit, & ex oculis micat acrius ardor

Eius vero indicium excandeſcentiæ eſt, quum cauda verberibus ſe ſe excitare viſus fuerit: quod ita Heſiodus tangit in Herculis Scuto:

Ipſe autem hominum corrupterem Martem proprogredientem obſeruans,
Terribiliter intuens oculis, Leo tanquam corpus conſecutus,
Qui & valde accurate pellem tenacibus vnguibus
Scindens, quam celerrime dulcem animam abſtulit.
Conſtanter autem vtique nigrum ipſius impletur cor.
Ignitis autem intuens oculis terribiliter, & latus & humeros
Cauda verberans, pedibus fodit: neque aliquis ipſum
Toleraret contra aſpicions prope ire, neque pugnare.

D

Vt hinc apertiſſime pateat, Leonem eſſe typum Amoris bellici, & Appetitus-Iraſcibilis. Addit autem Valerianus: Quem *Heſiodum* Catullus ſecutus Galliambico ſuper Atti dixit:

Age: cade terga cauda tua, verbera pateant
Face cuncta mugienti fremitu loca retonent.

Et quæ ad furoris incitamentum & indicium ſequuntur: nam & corrugare frontem pugnaturus cernitur *Leo*, quod συστέλλειν Græci dixere: & ſuperciliorum contractionem, ἐπισκύνιον vocant. Index autem præcipuus eſt Leonini animi cauda, perinde ac equorum aures; eoq; proprie in Leone dicitur Alcea, quod præcipuum in ea robur conſtet: vel quod incitamentum quoddam ſit ad aſſumendas vires, animumque commouendum. Initio irarum terra flagellatur, increſcente vero excandeſcentia terga etiam ſua verberant. Id ea de cauſa fieri

putat

A putat Alexander* Aphrodiſeus, quod eorum anima vehementius moueatur, ſitque vltionis admodum appetens: eauda vero vtatur, velut homines manu, qua illi ſe plerumque in excandeſcentia complodere ſolent: ita animalia hæc ira commota, quum id quod ſe ſe lædit vlciſci nequeunt, eo ſibi modo ſolatium ſolent excogitare. Eſt itaque furor Leoni familiaris; vnde apud Marouem,[d]

Hinc exaudiri gemitus, iraque Leonum
Vincla recuſantum, & ſera ſub nocte rudentum.

& Ouidius:

Iram vultus habet,

de eiſdem ait: quare poetæ Leonem peculiariter feram dicunt. Ita Callimachus:

Οὐχὶ διαπλήσω λέοντα κατσμάδιον.

Quod vero catulos ab eo exoſsari pingerent, cauſa eſt, quod medulla leoni vel nulla, vel perexigua eſt, vt omnium animalium ſolidis omnino oſſibus conſtare videantur, quaſi inde accreſcat furor, quod labor his confringendis ſit mercede minor; quum minimum id ſit, quod ſuctui poſſit inſeruire.] Sic ergo Leo ferociſſimum, & iracundiſſimum animal hieroglyphicum eſt bellici furoris, Amoriſque, ſiue Cupiditatis Iraſcibilis. Tertium animal hiſce duobus eminens, atque ſuperuolans Aquila ſymbolum eſse rationalis Appetitus, Amoriſq; ſciendi, conſtat item ex antiquis, teſte Pierio, qui per eam indicari ſcribit; † [INGENIVM VELOX: cui Pindarus, & alijs pleriſque locis, tum præcipue Nemæis, ingenij promptitudinem & velocitatem per Aquilam oſtendit, ſumpta ab eo comparatione, quod prædam etiam valde procul diſtantem mira pernicitate naneiſcatur, viſuque ita polleat, vt profundiſſima quæque proſpectet: quæ omnia ingeniorum acumini ſunt accomodata. Idem quum Bachillidis & æmulorum ſuorum gloriam eleuat, coruos illos, ſe vnum Aquilam iactat, quod promptiſſimo ingenio nihil non concipiat, quantumlibet arduum, & a terra marique remotum, mox & ſtyli velocitate quæcunque conceperit, aſſequatur. Ad huiuſmodi rerum amplitudinem alludere mihi videtur Ariſtophanes, Auibus, quum Athenienſibus aut adulaturus, aut eorum ſpes inanes eluſurus, ait, διότι ἐν πάσαν γνώμην, Nimirum enim Oraculum acceperant Athenienſes, Fore vt tanto vrbes reliquas poſt ſe interuallo relinquerent, quanto Aquila reliquas anes volatu ſuperat. Et Soſithei dictum illud celebre ſuper vi eius impetuoſa:

Vna Aquila innumeras exagitabit anes.

& mox idem Valerianus: [ALTA COGITATIO: Non deſuere tamen, qui Aquilam huiuſmodi Promethei cor arrodentem, ad mores trahere conarentur, ac profundæ cogitationis principem ſignificare contenderent. Sed ne diutius in Prometheo hæſitemus, quæ noſtri ſuper Aquila ſenſerint, potius aperiamus. DIVVS JOANNES. Sane homines quum ſolam auium omnium Aquilam eſſe diuinam autument, & antiquitas eam Ioui tela geſtare crediderit, inde perſuaſi ſunt, quod eam omnium maxime oculo valere conſpexerant, longiſſimoque interuallo minutiſſima quæque diſcernere. Homeri ad hoc accedente teſtimonio, ita dicentis:

. . . . . *vt Iouis Ales,*
Cuius acutam aciem perhibent præſtare volucres,
Ante alias, quotquot cælo ſpatiantur aperto.

D Et hymno Mercurij, vbi Apollo de Mercurij occultatione loquitur, qui ita latitaret, ait, vt neque ipſum vel Aquila, quæ tam acute videt, inſpexiſſet. Hinc Theologi noſtri Diuum Ioannem Euangelij ſcriptorem per Aquilæ hieroglyphicum a diuinis illis vatibus præmonſtratum deprehendere. Sane Aquilam (vt nomen etiam interpretemur) ab acute videndo dictam nonnulli ex veteribus aſſerunt, vt pote qui Aquilam, quaſi Aculam ab acumine dictam velint: quamuis, vt paulo ante dicebamus, alij ab aquilo colore vocem ducant; eſt enim aquilus color fuſcus, & ſubniger, ab aqua denominatus. Vtcunque autem acutiſſimi viſus Aquila eſt Ioannes, qui oculi acie in altiſſimæ diuinitatis receſſum directa, præ omnibus maxime ſuperioris naturæ ſecreta reuelauit: cuius facie Ezechieli viſa ſupremum ex quatuor locum obtinere; qui ad abolendam Abionitarum hæreſim, quæ Chriſtum hominem tantum, non Deum etiam aſſeuerabat, ad altiſſima remotiſſimaque rerum principia præpe-

tibus

* lib. 1. prob. 49.

d 7. Æn.

Medulla leoninis oſſibus an ſit.

Aquila typus Amoris Rationalis.

† lib. 19. hier.

tibus euolauit pennis, deque penitiſſimo Diuinitatis nido nitidiſſimas ac maxime pellucidas illas gemmas ſurripuit, quæ poſtmodum intuentium oculis, quantumlibet conniuentibus hallucinantibuſque, micantiſſimi luminis claritatem attulere. Illic enim erat lux vera, quæ ſola lumen mortalibus elargitur. Hic ille deprehendit humanarum diuiuarumq; rerum omnium λόγον initio fuiſſe, atque penes Deum, ipſum denique Deum, ipſam eſſe rationem, quæ apud nos ſub Verbi nomine recepta eſt: vt reliqua miſſa faciam, tam multis Diuinæ ſapientiæ luminibus illuſtrata. Hæc eſt denique illa Aquilæ volantis effigies, diceret Irenæus, quam ſacri præuidere vates, quæ Ioannis noſtri beneficio, ſpiritus in Eccleſia aduolitantis gratiam manifeſtat. Nam hic alte exorſus principium, quod a Patre eſt, effigiem Verbi, quæ refertur in Filio, & præclaram eius generationem enarrat, tanta cum fiducia rem tam arduam aggreſſus, vt Aquilæ Symbolo merito figuretur: Ioannes inquam ille altiloquus, quod Aquilæ referatur hieroglyphico, ipſa ſuſceptæ lucubrationis materia ſublimis, ait Eucherius, & ab ipſo rerum principio repetita, in cauſa fuit. Proinde quum volatu ſublimi in ipſam Dei omnipotentis aulam elatus ſit, & oculorum aciem viſu præpollens in admirandæ diuinitatis faciem infixerit, doctrinam nullo antea mortalium ingenio cõceptam ab alto detulit, cuius initium, In principio erat Verbum.] Hæc ille. Quibus apertiſſime conſtat, Aquilam eſſe hieroglyphicum Amoris contemplatiui, & Appetitus intelligendi, Cupidiniſque pulchræ ſciendi, qua cuncti mortales natura detinentur, vt ait Ariſtoteles. [c] Vnde patet in Schemate ſub ternis iconibus, Delphini, Leonis, & Aquilæ, ſignari belle tres Amorum differentias in Anima noſtra vigentes, quæ ſunt Appetitus Concupiſcibilis, Iraſcibilis, & Rationalis: de quibus etiam luculenter in primo Schemate tractauimus, ſub alijs Cupidinum imaginibus.

A

B

c 1. metaphiſ.

Elementa viuentium feracia & altricia terna produntur in Schemate.
Cap. C.

QVinta demum explicatio Schematis ea ſit, qua ternis his imaginibus animalium in tribus elementis grauitatis participibus præcellentiam atque dominium habentibus, indicetur horum trium elementorum natura ferax, & altrix animalium, ad Ignei elementi diſcrimen, in quo nullum omnino naſcitur, neque viuit animal. Profecto de Terra per Leonem, & de Aqua per Delphinum repreſentata, nulli dubium eſt quin elementa ſint animalium feracia pariter, & altricia. Dubium eſſe poſſe videtur de Aere, atque de Igne. De Aere quidem, quia ſicut in prima coæuaque mundi creatione volucres ex Aqua productionem habuere: nam in ſacra pagina legimus: [a] *Dixit etiam Deus producant Aqua reptile animæ viuentis, & volatile ſuper terram ſub firmamento cæli. Creauitque Deus cete grandia, & omnem animam viuentem, atque motabilem: quam produxerant aquæ in ſpecies ſuas: & omne volatile ſecundum genus ſuum. Et vidit Deus quod eſſet bonum. Benedixitque ei dicens: Creſcite, & multiplicamini, & replete aquas maris: auesque multiplicentur ſuper terram*: nulla prorſus Aeris mentione facta. ſic etiam in ſubſequenti phyſica generatione volucres in tærra fere generantur ex ouo, non in Aere. De Igne pariter habemus communem famam, in ipſo Salamandram viuere; quin & Ariſtotelis teſtimonium eſt: [b] *In Cypro inſula, ærarijs fornacibus, vbi Chalcites lapis ingeſtus compluribus diebus crematur, beſtiolæ in medio igne naſcuntur pennatæ, paulo muſcis grandibus maiores, quæ per ignem ſaliant, atque ambulent. Emoritur hoc genus, & illud ninis alumnum, quum alterum ab igne, alterum a niue dimotum eſt. Nonnulla corpora eſſe animalium, quæ igne non abſumantur, Salamandra claro documento eſt: quæ vt aiunt, ignem, inambulans per eum, extinguit.* Verum enim uero re intime perſpecta, ſolui poterit vtraque difficultas. Ad primam enim de volucribus, certum eſt autorem Schematis non reſpexiſſe primam Auium ſupernaturalem Creationem, de qua Moſes eloquitur; ſed illarum ſecundam generationem phyſicam ex ouo, & habitationem naturalem plurimum in arboribus procul a terra in elemento aeris; quo nomine tum Lucretium audiuimus accinentem [b]

,, Frondiferaſque domos auium, campoſque virenteis:

tum etiam in Sacra ſcriptura legimus frequentiſſime *Volucres cæli*: [c] nomine cæli ſignãte Aeris

C

D

Dubit.

a Gen. 1. 20. 21.

b 5. hiſt. c. 19

Animalia in igne naſci & viuere.

Solutio de Auibus.

Auium ortus & vita vt in aere.

b lib. 1.

c Gen. 1. 19. 28. & paſſim.

A ris elementum, quod primum est cælum vulgare, contradistinctum à cælo secundo, quod ætherεum est circulo mobile, nec non à tertio cælo Empyreo immobili, vsque ad quod raptum se testatur Apostolus, inquiens: [d] *Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim, sive in corpore nescio, sive extra corpus nescio, Deus scit, raptum huiusmodi vsque ad tertium cælum. Et scio huiusmodi hominem, sive in corpore, sive extra corpus nescio, deus scit; Quoniam raptus est in Paradisum: & audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui.* Sed in eo loco citato: [e] *Producant aquæ reptile anima viventis, & volatile super terram sub firmamento cæli*: Aquarum nomine significatur aggregatum ex elemento aquæ vulgaris, ex quo reptile genus piscium primo conditum est: & ex aere nostrate vaporoso, quem Aquæ nomine, fluuij, ac Oceani veteres appellasse, dudum notauimus apud Aristotelem. [f] Et reuera *super terram sub firmamento cæli* (quod ab incorruptibili firmaque substantia firmamentum apte nqncupatur) est Aeris elementum, ex quo Moses Aues primo creatas memorat. Insuper his addendum est vnam Auem Manucodiatam nomine, semper in aere sublimi generari, viuere, ac mori, nec nisi demortuam in terris aspici: de qua Scaliger ad Cardanum ita: [g] *Indicarum Apodum modo vnam tibi notam video, Manucodiatam. Quam tamen*

B *inuenculam absit visam suspicor: qui corpus eius hirundinino æquale scribis. Quod si ita, vti dico, verum est: illud etiam erraſti, quum putares non morbo, sed senecta dissolui eas. Quippe Apodes Columborum instar, in Iana maiori prodiderunt se vidisse nauigatores, pennarum varietate pulchras: quibus ad cristas vtantur milites. Hanc ego esse arbitror. Quare tua illi vita morbo præcisa fuit: si non peruenit ad iustum incrementum* (etsi Cardanus respondere posses, in humana specie senes emori, tam pumiliones Africæ, quam proceriori corpore Germanos, pariter & Italos mediocri statura; quas differentias corporeæ magnitudinis in Apodibus Indicis, pro varietate regionum, inueniri nihil omnino prohibet) *Bernardus Oruesanus, regia triremi præfectus, studiorum meorum studiosissimus, misit ad me hac scripturienti Manucodiatam vnam, maxima pica non minorem. Illam metitus a rostro ad vropygium, semipedem excedere inueni. Caput non rotundum, sed pressum est, quale hirundinis, tam grande, quanta nux inglans est. Cauda longissima, bifurcata. Pluma in capitis parte superiore adeo minuta, vt pilo propior pene visum fallat. Ei viriditas, qua in feris Anatibus: sed ita vegeta, vt Smaragdi splendorem imitetur. In parte inferiore sub gula etiamnum & minutior, & brevior, verum flaua, ac nitore Citrij. Ad stomachum vergens dilutior & lucidior: figura plumæ vulgaris latiuscula. A capite collum in supera parte densissima tegitur, fulgore fuliginoso: quæ ad caudam se se demittens paululum grandescit, ac de coloris illius intentione pedetentim, quasi per gradus, semper aliquid remittit. Par sub aluo magnitudo. Color haud absimilis. Alarum protensarum prolixitas sesquipedalis. Pennarum color inferne buxeus: superne candor leuissima fuligine semitinctas. Illud imprimis admiratione dignum: Ei quum semper in aere sit agendum, pennarum pinnulas non cohærere: sed dissitas aerem transmittere. Rigor tamen tubi, qui illis quasi carina est, insignis. Earum quoque aliquæ ad medium vsq; pinnulis vtrinq; muniuntur. Inde ad cuspidem in pilos quosdã rarissimos, minutissimos, mollissimos desinũt. Primores alarũ pennæ, quibus scindunt aerem, firmissimæ sunt, & quibusdã fuluis maculis per interualla conspicuæ.* Sed antea Cardanus luculentius de proposito dixerat: [h] Vnde in Mo-

,, luchis insulis sub æquinoctio Auis mortua in terra aut mari colligitur: quæ viuens nun-

,, quam videri solet, quoniam pedibus careat; tametsi neget Aristoteles auem vllam pedi-

D bus carere. (Sed aristoteles agit de auibus ævo suo cognitis, & negligere potuit vnicam auem Antipodarum, recens ad nostram notitiam productam) Hæc igitur, quam ter vi-

,, dere iam contigit, sola, vt ita dicam, ob id pedibus caret, quod in sublimi aere atque pro-

,, cul ab omni visu humano habitet. Corpus eius rostrumque magnitudine & forma simile

,, hirundini, pennæ alarum & cauda accipitrem magnitudine, dum alas extendit, superant; æquant vero ferme aquilam. Pennarum crassitudinem excogitare potes: tanta

,, enim est, qualem pro auiculæ paruitate conuenire ratio docet. Sunt igitur tenuissimæ,

,, & persimiles, præter tenuitatem, pennis pauonum fœminarum ex toto: neque masculo-

,, rum pauonum pennis assimilantur, quod non sint oculatæ, vt quæ in masculi pauonis cau-

,, da cernuntur. Masculi dorsum auiculæ huius sinuatur intus, in eamque cauitatem oua

,, femina facere ratio ipsa docet; quum & ipsa femina cauum habeat ventrem, vt sic vtraq;

Aer vt donetur nomine cæli.

Cælum tertium quid sit D. Paulo.

d 2. Corinth. 12. 2. 3. 4.

e Gen. 1. 20.

Aque nomine aerem intelligi.

f 1. Meteo. sum. 3. c. 1.

g Exerc. 228. 2. Manucodiatę descriptio

Cardanus de sensus.

h de Subtil. lib. 10.

Aristoteles defensus.

Mira constitutio auis in aere semper degentis, & incubantis:

A

,, cauitate possit oua incubare. Masculo hæret in cauda filium longius tribus palmis, co-
,, loris nigri, medium inter quadratum rotundumue, neque crassum, neque admodum te-
,, nue, verum ei non absimile, quo crepidas cerdones consuere solent. Hoc existimamus,
,, dum femina oua incubat, alligari firmius illam masculo. Neque mirum est in aere perpe-
,, tuo habitare; nam cauda & alis in orbem extensis haud dubium est sponte sustineri. Vi-
,, cissitudo etiam, si quid est lassitudinis, illam excutere potest. Cibum nullum esse puto
,, præter cæli rorem, qui simul sit cibus & potus: & ita naturam prouidisse diligenter tan-
,, to miraculo videtur, vt in aere habitare posset. Vesci autem aere puro haud verisimile
,, est, quod nimis tenuis sit. Vesci animalculis, neque id, quod ibi non fiat congregatio
,, ad generationem illorum haud dubie necessaria: neque in auium ventribus illa cernun-
,, tur, qualia in hirundinum: sed tamen hoc non cogit; quum Manucodiatas solo senio
,, confici credendum sit: at nec vapore, quum infra copiosior sit; vnde descendentes vi-
,, derentur: vapor etiam nonnunquam pernitiosus est: rore igitur per noctem vesci veri-
,, simile est. Vt vero Manucudiata ita auis est, vt nunquam habitet terram &c. Verum vt
hinc appareat Manucodiatam auem semper in aere viam agere, in quo primum enascitur, ac B
demum emoritur: ita non facile Cardano dedero solum senio confici, nec morbo pariter
interire posse; quum in aere illo, vbi rorem sibi reperit ad pabulum, caloris, atque frigoris,
humoris, & siccitatis intensiores esse valeant qualitates, quæ morbificas afferant intempe-
raturas iuuenibus etiam Manucodiatis; quæ mortuæ proinde minusculo corpore colligan-
tur in terra, vel in mari apud Indos. De quorum victu in aere sublimi, non est vt hic ea re-
petamus, quæ late discussimus in opere nostro [K] *De his qui diu viuunt sine alimento.* Carda-
neque contradicit Aristotelis [l] doctrina, qua scribitur, oriri rorem in aere inferiori prope
terram: dicit enim: *Ex ea autem, quod in die euaporat, quantum non suspensum fuerit, præ-
ter paucitatem sursum ducentis ipsam ignis, ad eam quæ circumstat, aquam, iterum quum deor-
sum feratur, quando infrigidatum fuerit nocte, vocatur Ros, & Pruina, & mox: Signum au-
tem est, quod fiunt hæc, quia non longe suspenditur vapor; in montibus enim non fit pruina.
Causa autem est, vna quidem hæc, quod sursum ducitur ex oauis, & humectis locis; quare, ve-
lut onus portans maius, sursum ducens caliditas, quam secundum seipsam, non potest elenare
ipsum ad multum locum altitudinis, sed prope dimittit iterum. Alia autem est, quia diffluit
magis aer, existens in altis; qui dissolvit consistentiam talem. Fit autem Ros vbique, australi-
bus, non boreal bus, præterquam in Ponto &c.* Vnde satis iam subiata fuit prima dubitatio C
de Aeris elemento, quod mystice signatur in Schemate per Aquilam auium regnum.
Neque vero maioris momenti est, quod obijcitur ex Aristotele de Pyraustis, in igne for-
nacum Cypriarum orientibus & solientibus, easque ignem viuere ne momento quidem valenti-
bus: deque Salamandra, quæ per ignem inambulat illæsa: tum quia refert id Aristoteles nõ
ex mente propria, sed ex vulgi fama, quam in Salamandra nouimus esse falsam, ambulla in
igne maiori: tum quia fornacum Cypriarum ignis æquiuoce cum quarto elemento dicitur,
de quo nunc agimus, supra regionem aeris altissimi degente sub cæli siderei fornice conti-
guo; qui quidem ignis nullum omnino generat, aut alit animal, vt etiam expressis verbis nos
[m] 2. de gen. an. cap. 3. edocuit Aristoteles [m] aliquando. Sapienter itaq; Schematista noster tria tantummodo si-
gnauit elementa viuentium animalium habitationi physice destinata, Terram, Aquam, & Ae-
rem, per Leonem, Delphinum, & Aquilam hierogliphice denotata.

D



Cardanus notatus de Manucodiatæ natura.

[K] lib. 2. c. 32. 33. 49. & lib. 3. c. 11

[l] 1. Meteo. su. 3. c. 1.

Astro-

Digitized by Google

Astronomi Lunarium motuum, & phasium observatoris hieroglyphicum.

Schema XX. Gemma.



Explicatio Fabulosa, sive poetica, viri docti, de Endymione a Diana adamato.
Cap. CI.

INcognitus gemmæ declarator, non inepte symbolum hoc Endymioni, a Diana peramato, poetarum fabulam secutus, applicauit appositum tum fronti Schematis nomine Græcanico ENΔYMIΩN: tum calci disticho Latino:

„ Te fortunatum, Endymion, super omnia, quando
„ Pergit in amplexus pulchra Diana tuos.

Etenim quum multifariam a Poetis, & a Mythologis Endymionis antiqua fabula proponatur, & explicetur: Hieroglyphici nostri mitta videtur eos esse secutus, qui ponunt Endymionem fuisse Pastorem Amasium Dianæ; quos Natalis in sua Mythologia [a] memorat, inquiens: *Me tamen non præterit, alios fuisse, qui pastorem fuisse Endymionem putarint, qui nocturnis pascuis delectaretur; quum alij pastores clausos greges in stabulis haberent: atque quum huius greges magnopere pinguescerent; fabulæ datus est locus, quod Luna eius amore capta illud Endymionis gregibus donaret. Hunc mortuum esse, & sepultum apud se testati sunt Elei, qui insigne sepulchrum illi erexerunt. Nihil aliud autem per hac significatur, quam diligentiam omnibus in rebus esse vtilem; quum maxime Dei auxilium ijs præcipue præsto esse soleat, qui & ipsi non sint desides, & illud suppliciter impetrauerint. Nam certe quidem Deus non fauet desidiæ.* Sed Interpres Arati satis hanc explicationem approbare videtur dicens de Diana (quam eandem cum Luna ponit, atque Proserpina) *Endymionem amasse fertur, quia nocturni roris humor, qui est siderum quoque, ipsius Lunæ animandis herbarum succis infundatur, & pastoralibus prosunt successibus.* Quam quidem interpretationem vtcumque videtur ea parte recipere Schema, qua pingitur Endymion cum pedo pastoricio, pariter & vreeo pastorali & cucurbita, caneque pastorali. Sed quum gregis nullum omnino vestigium appareat in Schemate, licet ipse grex nacturno Lunæ rore lætis herbis pinguescere supra modum dictus, anima sit explicationis allatæ; propterea fit vt eam respexisse non videa-

[a] lib. 4. c. 8. f.

Refellitur anonymi sensus prior de Endymione pastore.

videatur Autor noſtri Schematis. Alij fortaſſe dixerint Endymionem adamatum a Diana, non quia paſtor ad eius nocturnos rores paſcua ſuo grege frequentauerit; at quia venator nocturnus Dianæ ſtudia coluerit; quod ex antiquis ita confirmat Comes Natalis: [b] *Nunc quæ cauſa horum ſingulorum fuerit, inueſtigemus. Atque primum ſcire conuenit, multa antiquos ad illuſtrium virorum perpetuam memoriam confinxiſſe, quæ poſtea fabuloſis ornamentis veſtita ad humanæ vitæ vtilitatem & eruditionem fuerint informata. Sic illa, quæ dicta ſunt de Endymione, vt perpetuam eius viri memoriam ab antiquis poetis fuerunt ficta. Qui vero magis hiſtorice rem explicarunt, dicunt Endymionem dictum fuiſſe in eo monte perpetuo dormire, & a Luna amari, quia quum dormiret per diem; per noctem, quo tempore feræ exire ſolent de ſuis latebris, ad Lunæ lumen venaretur: neque vnquam per diem videbatur.* Cui quidem opinioni quamuis fauere videatur Endymionis pictura cum cane, nihilominus aperte repugnat ſedens homo cum pedo paſtoricio, caneque non venatico, minime venationem ageus, nuduſque, Lunam & ſidera ſpeculans, non autem feras vllas inſequens. Neque Diana pingitur in Schemate venationem exercens cum canibus, iaculis, & arcu, ſed inermis Luna nullam omnino venationis partem agens.

A

b loco cit.

Fabularum antiquarum occaſio, & finis.

2. Explicatio refellitur de Endymione.

B

Propria Schematis explicatio proponitur de Aſtronomo, Luna, ſiderumque curſus, & phaſes obſeruante. Cap. CII.

NOs autem cunctis in Schemate poſitis attente conſideratis, in eam denique ſententiam deſcendimus, vt ea nihil aliud quam Aſtronomi, cæleſtes aſteriſmos, Lunæque motus, & varietates obſeruantis, hieroglyphice nobis demonſtrent: Quam explicationem haurire licet non ſolum ex antiquis autoribus, uerum etiam ex natura rerum in Schemate repreſentatarum. Ex antiquis primum quidem, quia de Luna legimus apud Plinium: † *Sed omnium admirationem vincit nouiſſimum ſidus terriſque familiariſſimum, & in tenebrarum remedium ab natura repertum, Lunæ.* (quod e ſacra pagina videtur hauſiſſe, [a] vbi legitur, feciſſe Deum Luminare minus vt præeſſet nocti) *Multiformi hæc ambage torſit ingenia contemplantium, & proximum ignorari maxime ſidus indignantium, creſcens ſemper aut ſeneſcens. Et modo curuata in cornua, modo æqua portione diuiſa, modo ſinuata in orbem, maculoſa, eademque ſubito prænitens, immenſa orbe pleno, ac repente nulla: alias pernox, alias ſera, & parte diei Solis lumen adiuuans: deficiens, & in defectu tamen conſpicua: quæ menſis exitu latet, quum laborare non creditur. Iam vero humilis, & excelſa, & ne id quidem vno modo, ſed alias admota cælo, alias contigua montibus: nunc in Aquilonem elata, nunc in Auſtrum deiecta: quæ ſingula in ea deprehendit hominũ primus Endymion, & ob id amore eius captus fama traditur.* Alexander item Aphrodiſeus a vulgo ſalutatus in ſuis problematibus inquit: [b] *Vt etiam Endymion, homo cæleſtium curſuum ſtudioſus, quum Lunæ curſus, facieſque varias quæreret, nocteque vigilaret, interdiu dormiret, delicia Lunæ fuiſſe, ſomnoq; dormiuiſſe inexpugnabili, edoctuſq; ab ea, vt Philoſophus, cauſa ipſius ſolutionem fingitur. Illum etiam paſtorem fuiſſe fenunt, quod in ſolitudinibus, ac excelſis montibus Lunæ motum ſpecularetur.* Arati pariter Interpres infit: *Endymionem vero paſtorem amaſſe* Dianam *dicitur, duplo ſcilicet modo: ſeu quod primus hominum Endymion curſum Lunæ inuenerit; vnde & triginta annos dormiſſe dicitur, quia nihil aliud in vita ſua niſi repertioni ſtuduit, ſicut Mnaſeas in primo libro de Europa ſcribens tradidit.* Natali quoque Mythologo: [c] *Alij dicunt primum Endymionem rerum ſublimium ſpeculationem inueniſſe; cui rei fabulæ locum dedit Luna, ob tam varias luminis formas & mutationes, quum de illa præcipue cognoſcenda eſſet ſollicitus; qui quum noctu his conſiderationibus eſſet intentus, ſomno non fruebatur, ac dormiebat per diem. Hic prior, vt teſtatur Lucianus in Aſtrologia, Lunæ rationem mortalibus oſtendit, ſicut Phaethon deprehendit Solis curſum: Quæ cauſa extitit cur Luna illum amaſſe dicta ſit.* Quumque multos diſcipulos habuerit, hinc forte factum, vt Pauſaniæ in Eliacis, [d] priſci dixerint, Endymionem *hunc a Luna adamatum, & ex ea filias quinquaginta ſuſcepiſſe fabulantur. Qui vero magis veritati conſentanea loquuntur, ipſum Endymionem aiunt tres tantum genuiſſe filios. Pæonem ſcilicet, Epeum & Ætolum, filiamq; vnam Eutycyden: & hoc ex Aſterodia vxore, ſiue ex Chromia Ithoni filia, Amphictyonis nepte, ſeu ex Hyperippe Arcadis filia; varie*

enim

a Gen. 1. 16.

Lunæ phaſes plurimæ, ac mirabiles.

C

Endymion primus Lunæ phaſes deprehendit.

† lib. 2. c. 9.

b l. 1. Prob. 134.

c lib. 4. c. 8.

D

d Init.

Digitized by Google

A *enim sunt de uxoribus sententiæ*. Nempe tres hosce filios naturali generatione procreauit: at quinquaginta filias ex Luna per metaphoram genuisse dicitur. Enim vero discipuli nuncupantur filij Præceptorum: Ita sane Paulus ad Galatas, quos eruditor Magister in Fide Christi scribens ait: e *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis*. Filias autem Endymion ex Luna genuisse dicitur, hoc est mentes hominum effecit Astronomiæ peritas. Neque vero mirum esse debet, Pastorem adeo præstanti præditum intellectu fuisse, qui sublimium scientiam inuenire potuerit, & alios edocere; namolim pastores fuere Principum, & Regum filij; pastorem Ida mons habuit Alexandrum Priami filium; quare pastor esse potuit Endymion in monte Lathmo, filius Æthlij regis, f Pausaniæ relato. Pastorem Endymionem in Schemate plane demonstrat, vt dictum est, pastorale pedum, pastoricius vrceus, & canis minime venaticus. Astrorum, Lunæque speciatim obseruationi nocturnæ studuisse, ac incubuisse, constat ex ipsius tum imagine capite ad pubem nuda, inde ad pedes vestimento contecta: tum vultu ad sidera verso: tum manu vmbra luminis intensionem oculis remittente: tum Diana, cum effigie Lunulæ corniculatæ fronti prominentis, ad se venientis celeri gressu. Nam in primis contemplatio mathematici partim abstrahit a materia, quæ formæ velamentum est, partim materialia considerat: vt ait Aristoteles ita: g *Speculandum est, quo differt Mathematicus a Physico. Etenim plana, & solida habent physica corpora, & longitudines, & puncta, de quibus considerat Mathematicus. Amplius autem si Astrologia alia est, an pars Physica. Si enim Physici est, quid sit Sol aut Luna scire, accidentium autem per se nullam, inconueniens est: & præsertim quum videantur dicere qui circa naturã versantur, & de figura Solis & Lunæ non vtrã sphæricã sit verum, & mundus, an non. De his igitur negociatur & Mathematicus, sed non quatenus Physici corporis terminus est vnumquodque; neque accidentia speculatur quatenus talibus existentibus accidunt; quapropter & abstrahit; abstracta enim sunt intellectu a motu: & nihil refert neque sit mendacium abstrahentium. Latent autem qui hoc faciunt, & qui Ideas ponunt; physica enim abstrahunt, quam minus sunt abstracta mathematis* & mox: *Demonstrant tamen & quæ ex Mathematicis magis Physica sunt, vt Perspectiua, & Harmonica, & Astrologia. E contrario enim quodammodo se habent ad Geometriam. Geometria enim de physica linea considerat, sed non quatenus est physica: Perspectiua autem Mathematicam quidem lineam, sed non quatenus mathematica, sed quatenus physica est*. Vnde constat Astrologum considerare magnitudines & numeros mathematicos, quorum natura est abstracta, sed quatenus in corporibus cælestibus reperiuntur, adeoque quadantenus in materia. Differentiam autem istam considerationis Astrologicæ, tum de Mathematica abstractione, tum de Physica concretione participantis, mystice representaturus Autor in Schemate suo, pinxit Endymionem Astronomiæ parentem superiore corporis parte nudum, inferiore velatum vestitumue; quod superior pars indicet præcipuum Astrologi scopum, qui est agere de rebus formisque mathematicis, secundum se ab omni materiæ velamento separatis: inferior pars indicet secundariam Astrologi considerationem, qua fere per accidens intuetur materialia corpora, quibus cõcretæ sunt, ex necessitate naturæ, formæ mathematicæ, ab se primario, atque per se penitus pertractatæ. Vultus in astra, Lunamque versus Endymionis, quid aliud quam attentum cælestium constellationum obseruationem Astrologicam indicet in Schemate? Manus autem obumbrans oculorum aciem aperte signat Astrologi cautionem tum vt a Lunæ pleniori lumine D non lædatur, eam intente conspiciens: tum vt eiusdem astri lucem segreget a cõspectu propinquorum & interiacentium siderum, luce sua sinceram Lunæ phasim vtcumque confundere valentium. Stellæ vero Lunæ circumponuntur visibiles in Schemate, quo signaretur obseruationes astronomicas Lunæ maxime nocturno tempore fieri, quo solo stellæ conspicuæ sunt, non autem diurno. Luna vero citato gressu cõtendens ad Endymionem, ostendit Astronomum obseruare Lunæ motum proprium ab occasu in ortum, qui concitatior atque velocior est motibus aliorum omnium astrorum tam errantium planetarum, quam fixorum in firmamenti octaua sphæra; nam minus sentiens raptum velocissimum primi mobilis, omnes orbes sibi subiectos ac intra se contentos circumducentis ab ortu ad occasum, triginta fere dierum spatio propriam absoluit circulationem, quum suas alia sidera compleant longiori temporum interualla segniores. Habet in Schemate Diana Lunulæ corniculatæ si-

Pastores antiqui regum filij.

e cap. 4. 19.

f 1. Eliac. init.

g 2. phy. t. 16. & seq.

Abstractio mathematica qualis sit.

Endymion cur seminudus in Schemate.

Manus obumbrans oculos intuentis Lunam quid indicet.

Stellæ cur circam Dianam pictæ.

Lunæ motus celer.

Dianæ habitudo in Schemate declarata.

gnum

gnum in fronte, brachijsque incuruatis in altum cum veli sui semicirculo figurans orbita m integram; vt signaretur Astrologum obseruare Lunæ figuras omnes, imminuti scilicet, atque pleni luminis. Ceterum & Canis Endymionis ad astra tendens obtutum atque nares, hieroglyphicum esse potest Astronomi siderum motus & phasmata obseruantis, ac inuestigantis; etenim Plato in Parmenide Canes Lacenas ponit esse bonas insectatrices, ac inuestigatrices, quas comparat menti philosophi scientias, ac earum veritatem sectantis, ac vestigantis, dum ait; *Ita est, o Socrates, dixisse Zenonem. Non omnino tamen rem tenes; quamuis cem Canes Lacena bene insequeris & vestigas dicta.*[b] Similiter in sua Republica ponit Canem esse symbolum viri philosophi blandientis domesticæ sibi veritati, & allatrantis ignotæ falsitati, scribit enim: [Nosti generosi canis hūc a natura morem esse, vt latret aduersus ignotos. Noui certe. Ergo neque impossibile est, neque præter naturam, quod quærimus, talem videlicet esse custodem. Sic apparet. An videtur præterea sibi opus esse, vt qui futurus sit custos, ad ferocitatem illam addat, vt natura philosophus sit? Quomodo istud ais? Non enim intelligo. Atqui & hoc in Canibus intueri licet, quod quidem in bestia dignum admiratione sit. Quale istud? Quem enim ignotum viderit, grauiter fert, etsi nihil mali ab eo sit perpessus: noto autem blanditur, quamuis nihil boni ab eo susceperit. An nondum hoc admiratus es? Haud valde hucusque animaduerti, quod autem hoc facit, manifestum est. At enim videtur hic naturæ ipsius effectus ingenitus, ac vere philosophus. Qua ratione? Quoniam aspectu nulla re alia amicum & inimicum discernit, quam, quod hunc quidem nouit, illum autem ignorat. Nonne igitur merito dicendū erit discendi cupidum, atque studiosum, quod cognitione & ignorantia domesticum ab extraneo discernit? Erit. Quidni? Porro discendi studiosus, & philosophus idem. Idem. Cur igitur audacter non ponamus & in homine, si quidem aduersus familiares & notos mitis futurus est, philosophum ipsum esse, & discendi cupidum oportere? Ponamus. Philosophus igitur & iracundus, & velox, & robustus natura erit, qui ciuitatis custos optimus est futurus.] Itaque canis hieroglyphicum est viri philosophi, proindeque Astronomiæ cultoris, quæ pars est[i] philosophiæ contemplatricis. Ceterum quum intellectus humanus intelligendo separetur a corpore ea ratione, qua corporeo non vtitur vllo prorsus instrumento,[k] ac intelligens corpori mistus[l] non sit, ac omnino nullius conporis[m] actus in actione intelligendi, sicut Aristoteles edocet; propterea speculari dicitur mystice mori, non solum Platoni, definienti philosophiam esse[n] mortis meditationem, siue Philosophi mortem esse contemplationem: sed etiam Plinio[o] constituenti, morbum esse aliquem, *per sapientiam mori*, qua de re nos alibi latius agentes de Lucernis[p] antiquorum reconditis: adstipulante Seneca[q] dum ait *Sapientem, affectatoremque sapientiæ adhærere quidem in corpore suo, sed optima sui parte abesse, & cogitationes suas ad sublimia intendere*; qualem se gerit Endymion in Schemate, quem affirmatu Natalis[r] Hesiodus tradit *id a Ioue obtinuisse, vt vita mortisque sibi esset arbiter*: quia scilicet humana speculatio est arbitraria, & ad nutum cuiusque speculantis, ad sensus differentiam, dicente Aristotele: *[s] Causa autem, quoniam singularium quidem secundum actum sensus, scientia autem vniuersalium: hæc autem in ipsa quodammodo sunt anima. Vnde intelligere in ipso est, quum vult: sentire autem non est in ipso: necessariū est enim esse sensibile.* Propterea que de Endymione sublimium contemplatore meminerunt antiquiores, obeunte mortem philosophicam. Licet Julius Camillus in theatro referre videatur hæc ad mortem corporalem, inquiens: [t] Endimione addormentato sopra vn monte, & basciato da Diana. Si legge appresso i Cabalisti, che senza la morte del bascio non ci possiamo vnir di vera vnione co'celesti, nè con Dio. Questo dico, percioche fra il numero de più morti, nelle quali entra ancor quella, che dicemmo di Anteo, è questa del bascio della quale Salomone fa cosi mentione nel principio della Cantica, *Osculetur me osculo oris sui.* Il qual senso per altre parole è più apertamente detto da Paolo, quando dice: *Cupio dissolui, & esse cum Christo*: il qual desiderio non è espresse da Salomone nella significatione del Verbo, come da Paolo, ma si nel modo desideratiuo. Et il Petrarca lo mise nell'indeclinabile, quando disse:

O felice quel dì, che dal terreno
Carcere vscendo, lasci rotta e sparta
Questa mia graue & frale, & mortal gonna,
Et da si lunghe tenebre mi parta,
Volando tanto sù nel bel sereno,
Ch'io vegga il mio Signor, e la mia donna.

Adun-

Canis vt ad Astronomum referatur.

b Dial. 2. de Iusto.

Canis vt ad philosophū referatur.

i 6. meta. t. 1. 30.

Mens intelligendo vt separetur a corpore.

k 3. de an. t. 67.

l tex. 4.

m 2. de an. t. 11.

n in Phædone.

o l. 7. c. 80.

p lib. 3. c. 7. lib. 4. c. 13.

q Epist. 65.

r lib. 4. c. 8.

Endymion vt sibi foret arbiter necit ac vitæ.

s 2. de an. t. 60.

Intellectus operatio voluntaria est, non sensuum

t Grad. 5. Pasiphæ.

A ,, Adunque il corpo essendo quello, che ci tien separati dalla vnion vera, & dal basciо, che
,, vorrebbono fare le cose celesti alle anime nostre, raccogliendole a loro, segue che per la
,, dissolutione di quello si verrebbe a questo basciо. Il che i Teologi symbolici volendo
,, aprire, hanno lasciato nelle lor fauole, che Diana (la qual tenendo il regno di tutte le
,, misure sopracelesti, & per lei passando tutti gli influssi superiori, è vicaria & luogotenen
,, te di tutte le cose superiori) hanno finto dito, che questa innamorata di Endimione, cioè
,, dell'anima nostra, la quale si aspetta la sù, desiderosa di poterlo basciare mentre fugge,
,, l'addormenta sopra di vn monte, & hauendolo addormentato, può nel basciarlo satiar le
,, sue voglie: il qual sonno perpetuo significando la morte, questa imagine contenerà l'esser
,, mortale, la morte, & tutti gli anelli a lei appartenenti, come la pompa funebre, &c.

Luna cūctas orbium superiorum mensuras vt recipiat.

Quo sensu Schema nostrum habebit Endymionem dormiturientem, accedente Diana, qui recumbens manu tegit oculos ad aucupandum sibi somnum, illos iam iam grauantem. Sed plausibilior mihi videtur prior explicatio de mystica morte contemplationis: quam mirifice dilucidat in Phædone Plato. Præstat autem hic aurea verba Platonis audire: *Quicumque philosophiam recte aliquando attigerunt, nimirum videntur latuisse ceteros homines, quod nihil*

Mors vt ad philosophiā se habeat.

B *aliud ipsi commentarentur, quam mori, atq; esse se mortuos. Quod si id verum est, per absurdum foret, si quum nihil prater hoc aliud per omnem vitam studuerint, hoc ipso adueniente, quod iamdiu agitabant, exercebantque, grauiter ferrent. Hinc Simmias arridens: per Iouem, inquit, o Socrates, mihi quidem, haud multum ridere cupienti, risum expressit. Nam multos arbitror fore, qui si id audierint, aptissime in philosophos dictum putent nostrosq; homines consensuros & valde quidem, philosophos reuera mori, nec tamen ignorare quam digni sint morte. Forte id recte, o Simmia inquit, dicerent, praterquam quod non ignorare addunt. Latuit sane eos, qua ratione veri philosophi & mori studeant, & morte sint digni. Sed iam relinquamus illos, nobisque ipsi loquamur. Putamus ne aliquid esse mortem? Aliquid certe, inquit Simmias. Numquid aliud, inquit, quam animæ a corpore solutionem? Esseque id mortuum esse, scilicet solutum ab anima corpus per se seorsum esse? Seorsum quoque a corpore animam solutam ipsam per seipsam existere? Numquid mors prater hoc aliud est? Nihil aliud, inquit Simmias. Considera, inquit, bone vir, num tibi idem quoq; & mihi videatur. In his enim nos arbitror planius qua perquirimus, inuenturos. Videtur ne tibi, philosophi officium esse, sectari eas quæ appellantur voluptates, quales sunt epularum, atque poculorum? Minime quidem, o Socrates, inquit. Sed nunquid*

C *Venereorum? Nullo modo, inquit. Quid reliquum corporis cultum, an multi facere philosophus videtur, an nihil pendere, nisi quando magna cogit necessitas illis vti? Mihi quidem videtur verus philosophus hæc omnia floccipendere, inquit Simmias An non tibi videtur, inquit eiusmodi studium haud ad corpus quidem declinare, sed quantum fieri potest ab illo discedere, atque ad animum se conuertere? Mihi quidem, inquit Simmias. Nonne igitur in eiusmodi rebus primum manifeste apparet philosophus prater ceteros homines animum quam maxime potest a commercio corporis segregare? Apparet, inquit. Putant vero plerique, o Simmia, quum hominem, cui nihil talium dulce sit, neq; illis fruatur, reuera viuere existimandum non esse, sed pene mortuum, quum voluptates corporis non percipiat. Verissima narras, inquit. Quid autem circa sapientiæ ipsius acquisitionem? inquit Socrates. Virum impedimento est corpus, si quis ipsum socium ad inuestigandum assumpserit, nec ne? Quale vtique tale aliquid dico. Habentne visus & auditus veritatem in hominibus aliquam? An talia quædam ipsi quoque poetæ semper ca-*

D *nunt, nihil nos audire, nihil videre sincerum? Atqui si ij corporis sensus sinceri certique non sunt, neque etiam alij; quippe quum ceteri omnes his quoddammodo deteriores sint. An non tibi videtur? Prorsus, inquit. Quando igitur animo veritatem attingit? inquit. Quando enim aliquid cum corpore tentat inuestigare, proculdubio decipitur a corpore. Vere loqueris, inquit. An non ergo in ipsa ratiocinatione sit sibi aliquid eorum, qua vere sunt, manifestum? Ita est, inquit. Ratiocinatur autem tunc optime, quando horum nihil eum perturbat, neque auditus, neque visus, neque dolor, neque voluptas; sed quam maxime seipsum in se recipiens deserit corpus, neque quicquam quoad fieri potest, cum illo communicans, neque attingens, ipsum quod vere est, affectat. Est ita, inquit. Nonne, inquit Simmias, & in hoc philosophi animus maxime contemnit corpus, ab eoque aufugit, quæritque secundum seipsum viuere? Apparet inquit.* Ita ergo Platoni philosophus dum contemplatur, animum a corpore seducit

Sensus certi non sunt.

Ratio vt valeat veritatem intueri.

Animus philosophi vt deserat corpus.

Digitized by Google

cit vtcunque, proindeque mori dicitur myſtice; quum mors nihil aliud ſit abſolute, quam animæ ſeparatio a corpore. Cui ſententiæ ſubſcripſit Ariſtoteles, dum ait tum* Nihil prohibere quaſdam partes animæ, nimirum voluntatem, & mentem, eſſe a corpore ſeparabiles, propterea quod nullius corporis ſunt actus in ſuarum functionum editione: tum* intellectum in actu intelligendi non eſſe miſtum cum corpore: nec vllo prorſus vti famulatu corporalis iſtrumenti.

* 2. de anim. t. 11.

* 3. de anim. t. 4. 6. 7. 8.

Hactenus de contemplatiuo cæleſtium Endymione.

Aurora nectens Æthera terris prouehit orta diem.

Schema XXI. Gemma.



Aurora diei nuncia, celeriter orbem terrarum circuit.

Cap. CIII.

NEminem latere poteſt, Auroram iſto Schemate repreſentari, quæ diem prodroma prænunciat, affertque toti terrarum orbi, ſinguliſque mundi partibus vnius dieculæ ſpacio; quod incognitus autor exprimit Petro Stephanonio collectore noſtrarum gemmarum, ſuo diſticho:

„ Petre

A ,, Petre vides: noſtras rapide Dea deſerit oras:
,, Exerat vt nitidam ſubdito in orbe facem.

Auroram Solis, & Lunæ ſororem in Theogonia cecinit Heſiodus

,, Thia parit Solem magnum, Lunamque nitentem,
,, Auroram, quæ fert lucem mortalibus almam,
,, Cœlicoliſque Deis cunctis: Hyperionis almi
,, Semine concepit namque illos Thia decora.

Nimirum Aurora lucis Solaris aduenientis prodroma, & nuncia ſoror eſt, lumenque præcedens Solis, a quo colluſtrantur non ſolum in terris animantia cuncta mortalia, ſed etiam in cælis omnia ſidera, de Sole, fonte luminum, ſibi ſplendorem haurientia, communi Doctorum placito. Quapropter ab Orpheo ſalutatur in hymno proprio Aurora,

,, Nuncia Titanis celeris, lateque nitentis.

Hanc propterea iucundiſſimam, & ſuauiſſimam non hominibus ſolum, ſed omnibus animalibus, & plantis aduenire, ceeinit idem Orpheus, dicens.

B ,, Qua gaudet mortale genus: vitare nec vllus
,, Conſpectum vult diua, tuum quum fluctibus exis
,, Excutis & ſomnum cilijs: lætantur vbique
,, Serpentumque, hominumque genus, volucreſque, feræque.
,, Quæque coluut altas ſpumoſi murmuris vndas.

Etenim ad pabula cuncta redeunt animantia pariter, & ad gratam ſibi quibuſque lucis vſuram, quæ tenebris nocturnis triſtata ſopita iacuere. Thia ſane, hoc eſt diuina. Trias ex Hyperionis nihilo primam deduxit lucem, ante Solis ortum, poſtea quam tenebræ ſuper faciem abyſſi ex aqueo cælorum (cælum enim appellatur in ſacra pagina, *ibi-aqua*) terreoque elemento conſtituti mundum obumbrabant, quæ quidem [a] prima lux Auroræ ſymbolum fuit antiquis ante Solem creata. Quæ quum primis tribus mundi diebus, ante creationem Solis, Lunæ, *Stellarumque* firmamenti, circuiuerit terram, apte poſuit in Schemate vetus Autor Auroram circuire calcatum ſibi terræ globum. De qua videtur egiſſe Pſaltes diuinus alibi concinens: [b] *Tuus eſt dies, & tua eſt nox: tu fabricatus es auroram, & Solem.* Vbi

[a] Gen. 1. 1. & ſeq. Theologica explicatio Auroræ.

[b] Pſ. 73. 16.

C non ſolum contradiſtinguit Auroram a Sole, ſed etiam Auroræ fabricam anteponit fabricationi Solis: plane conſentiens hiſtoriæ Moſis in prima mundi conſtitutione, qua lux creata ponitur in prima die, ante creationem Solis, Lunæ, ac ſiderum in die quarta; nam apud Moſem habemus: [c] *In principio creauit Deus cælum & terram. Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi: & ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas. Dixitque Deus: fiat lux: & facta eſt lux. Et vidit Deus quod eſſet bonum: & diuiſit lucem a tenebris. Appellauitque lucem diem, & tenebras Noctem: factumque eſt veſpere, & mane dies vnus.* & poſt creationem firmamenti, die ſecundo, & ſeparationem aquarum ac terræ & procreationem furpium de terra, die tertio: ſolem, lunam, & ſtellas produxit, die quarto, dicente Moſe: [d] *Dixit autem Deus: Fiant Luminaria in Firmamento cæli, & diuidant diem ac noctem: & ſint in ſigna, & tempora, & dies, & annos. Et luceant in firmamento cæli: & illuminent terram. Et factum eſt ita. Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præeſſet diei: & luminare minus, vt præeſſet nocti, & ſtellas. Et poſuit eas in firmamento cæli, vt lucerent ſuper terram: Et præeſſent diei, ac nocti: & diuiderent lucem ac tenebras. Et vi-*

[c] Gen. 1. 2. 3. 4. 5.

[d] Gen. 1. 14. & ſeq.

D *dit Deus quod eſſet bonum. Et factum eſt veſpere & mane, dies quartus.* At vero non de iſta prima videtur egiſſe Schematis autor ante Luminarium magnorum & paruorum viſui conſtitutionem; quum eam circundatam aſtris pinxerit. Aurora definitur ab Iſidoro [e] *diei clareſcentis exordium & primus ſplendor aëris, qui Græce dicitur ἠώς, quam nos per deriuationem Auroram vocamus, quaſi* Eo-ram. *Vnde eſt illud:*

[e] lib. 5. de Nocte.

,, Lætus Eois Eurus equis,
,, Eoas acies.

Iungere vero dicitur Aurora nobis cælum cum terra, quia nihil aliud eſt quam *ſplendor matutinus, quo cernimus* (vt ait Boccatius) *f ante Solem eleuatum, cælum albeſcere; quam ideo Titanis dicunt filiam, non quia a Titano natam credant, Sed ex Sole, quem ſæpiſſime ex no-*

[f] 4. geneal. cap. 27.

Digitized by Google

mine aui Titanum vocant. Nam ex Sole procedit, vt dictum est, illa claritas cæli, quam Auroram dicimus. Terra autem ideo dicitur filia, quia horizontem orientalem superans, videtur intuentibus ex terra exire. Nobis autem nomine terræ nunc intelligitur globus ex terra, & elemento aquæ circumfuso telluri, coagmentatus; de quo sic Aristoteles: [g] *Nulla enim, vt ita dicam, particula, terræ moles est, in qua contenta est & tota aquæ multitudo, ad ambientem magnitudinem.* Alioqui nauigantibus, & insulas incolentibus horizon orientalis est aqua, non terra. Quare Titani & terræ filia dicitur Aurora, quoniam est lumen inter cælum & terram fulgens, ortum ex astris omnibus præcipueque Sole, repercussum a globo terreno in regionem intermediam. Quod optime Schematista signauit, Auroram ponens astris vndique fere circumdatam, pedes habentem supra globum ex terra & aqua in aere suspensum, veluti catena, seu vinculum connectens cælum cum terra. Hinc apud sacram paginam legitur, [h] *Aurora consurgens*: consurgit enim de tenebris nocturnis, quæ nihil aliud sunt, quam vmbra telluris in perspicuo medio inter cælum & terram: deque globo ex terra & aqua coagmentato, lumen æthereum ante Solis ortum imminentem repercutiente. Facem habet manu dextera deorsum ad terræ globum versam, qua designat se nunciam esse prodromamque diei, quem ita definit in originibus Isidorus: [i] *Dies est præsentia Solis, siue Sol super terram: sicut nox Sol sub terra: vt enim dies, aut nox fit, causa est, aut super terram Sol, aut sub terra.* Fingitur autem Aurora pedem sinistrum super globo telluris perfecte rotundo stabilem figere, dextrumque mobilem tenere; tum quia semper in motu velocissimo versatur, pernicissimo gyro totum orbem circuens cum primo mobili spacio viginti quatuor horarum, vnam dieculam absoluentium, integreque mensurantium: tum quia motus omnis postulat aliquod stabile, quo nitatur; atque speciatim elementum terræ stabile centrum est in mundo, circa quod omnia cælestia voluuntur, & cum his Auroræ lumen, clarusque splendor diem prouehens, atque nuncians immediate sequentem: tum quia Doctore Aristotele [k] *Dextrum vnius cuiusque dicimus, vnde principium est eius, qui secundum locum fit, motus: circumlationis autem cæli principium est vnde astrorum ortus sunt: quare hoc vtique erit dextrum: vbi autem occasus, sinistrum.*

g 1. Meteor. sup. 1. c. 3.

h Cant. 8. 5.

Nox quid proprie sit.

i lib. 5. Aurora cur facem inuersam gerat.

Cur pede læuo terrâ promat, dextrũ mobilem suspendat.

Terra stabile illud est, circa quod omnia cælestia voluuntur.

k 2. Cæl. t. 15

A

B


C

D

Digitized by Google

A *Pulchra fœcunditas a terræ calore rapta, sex menses latet intra terræ viscera, totidemque supra terram in aere degit.*

Schema XXII. Gemma.



B

C

De Cereris filia Proserpina, sex menses intra terram cum Plutone rapere manente, totidem supra terram apud matrem degente, mythologia communis explicata. Cap. CIV.

COmmunis est opinio, Schemate proposito representari Cereris filiam Proserpinam, a Plutone raptam, sub terras agentem, dextera manu mala punica gerentem: sinistra
D ramum eiusdem stirpis. Quod Anonymus, & superposito titulo, PROSERPINA, & nobili hexasticho suo subscripto satis ostendit, accinens egregie:

,, Plutonis dum rapta subit Proserpina regnum,
,, Mœsta Iouem genetrix conscia facta petit.
,, Iuppiter hinc reducem superas decernit ad auras:
,, Dum modo tartáreas nesciat illa dapes.
,, Punica gustasset quum mala, æqualiter anni
,, Diuisere suas Disque Ceresque vices.

Quam fabulam apud omnes notissimam, ita lubet ex antiquis explicare. Sane Diuus Augustinus ex Varrone scribit: [In Cereris autem sacris prædicantur illa Eleusina, quæ apud Athenienses nobilissima fuerunt. De quibus ille *Varro* nihil interpretatur, nisi quod attinet

Explicatio Varonis. a 7. de Ciu. cap. 20.

net ad frumentum, quod Ceres inuenit, & ad Proſerpinam, quam rapiente Orco perdidit. Et hanc ipſam dicit ſignificare fecunditatem ſeminum. Quæ quum defuiſſet quodam tempore, eademque ſteritate terra mœreret, exortam eſſe opinionem, quod filiam Cereris, id eſt ipſam fecunditatem, quæ a proſerpendo Proſerpina dicta eſſet, Orcus abſtulerat, & apud inferos detinuerat. Quæ res quum fuiſſet luctu publico celebrata, quia rurſus eadem fecunditas redijt; Proſerpina reddita, exortam eſſe lætitiam: & ex hoc ei ſolennia inſtituta. Dicit deinde multa in myſterijs eius tradi, quæ niſi ad frugum inuentionem nō pertineant.] A

Natalis. b lib. 3. c. 16.

Natalis ex antiquitate ſcribit; [b] Scriptū reliquit Sophoclis enarrator, Proſerpinam raptam fuiſſe a Plutone; quum Narciſſum colligeret. (& mox) [Atque quum nuſquam Proſerpina inueniretur a Cerere, dicta eſt demum ab Arethuſa Nympha, a Plutone rapta fuiſſe, & ad Inferos deportata. Tum vero Iupiter roganti Cereri pro filia, & temeritatem fratris accuſanti, promiſit ſe facturum, vt filia ſibi reſtitueretur, ſi ea conditione ad eam capiendam accederet, vt nihil eorum guſtaſſet, quæ forent apud Inferos. Verum quum illa tria grana mali punici, vel nouem, vt alij maluerunt, ediſſet, indice Aſcalapho, filiam liberam educere omnino non potuit, Verumtamen ad mitigandum Cereris dolorem, ſtatuit Iupiter vt alterne ſex menſes apud maritum, totidemque cum matre degeret Proſerpina. Sic enim ab omnibus, qui de Deorum antiquorum natura ſcripſere, memoriæ proditum eſt. (& mox:) At nunc cur fabulas iſtas finxerunt, explicemus. Cicero 2. de Natura Deorum vim omnem terrenam ſcribit eſſe Plutoni patri dedicatam; qui & Pluto & Dis ideo vocatus fuit quod omnia & recidant in terras, & oriantur e terris. Is igitur rapuit Proſerpinam, quam frugum ſemen eſſe volunt, abſconditamque quæri a matre fingunt, illa Cereris filia nominatur, quia ſemina quæ iaciuntur præteritis frugibus ſunt exempta. At cur, quum flores coliigeret, fuit a Plutone rapta? aut cur Narciſſum præcipue colligens? quia per flores Siciliæ fertilitatem, & aeris temperiem demonſtrarunt ſcriptores: quippe quum in Sicilia, per omnes prope menſes anni flores eſſe conſueuerint: ſicut de Luſitania ſcripſit Athenæus lib. 8. quod ibi roſæ ac violæ per maius ſpacium trium menſium deeſſe non conſueuerunt. Præterea, quum ſub terra occultatur ſemen, tanquam ſpongia ad ſe nutrimentum attrahit, & impletur per hyemem, quod in radices trahitur; quippe quum a ſuperiore frigore ſemen depreſſum exereſcat in caput, radiceſque in loco tepidiore dilatet. Illud ſemen quum impleatur nutrimento, in futuram æſtatem ſemen colligit; quare colligens flores Proſerpina ſub terra detinetur a Plutone. At quos flores? Narciſſum præcipue, quod nomen torporem & ſegnitiem ſignificat. Non enim ſtatim erumpit ſemen, vbi nutrimentum collegit, ac florum materiam; ſed in ſe continet, donec anni tempore illud paulatim euocatur & in thyrſos diffunditur. Rapta dicitur eſſe in Sicilia, quod ea inſula ceterarum omnium tritici feraciſſima ſit, quæ etiam horreum fuiſſe dicitur Romanorum. Hæc ab Arethuſa, quæ virtus eſt ſeminis, vt nomen ipſius ſignificat, Cereri indicatur, quia apto tempore ab ipſa inſita virtute expellitur. Hæc latet ſex menſes apud maritum, dum Sol in ſignis Auſtralibus a ſemente fuerit, donec ad maturitatem fruges perducens ad Borealia paulatim redierit: tunc enim non amplius ſemen eſt ſub terra per ſex menſes, ſed in horreis agricolarum, & apud ſuperos in locis editioribus. Dicta eſt, vt quidam putarunt, a Latinis a ſerpendo, quia ſemen per terram ſerpat; quam alij ita dictam exiſtimarunt, quia Luna ſit, & modo ad dexteram, modo ad ſiniſtram declinet. Hæc filia eſt Iouis & Cereris, calores ſcilicet ac terræ.] Sed iſta quum eam partem Schematis attingere non videantur, quæ præcipua eſt, nimirum mala punica, ramulumque, manibus Proſerpinæ geſtata; propterea Boccatij mythologia ceteris anteferenda videtur; qua dicit [c] [Eſt quidem Proſerpina loco frugis habenda, quæ ex iacto ſulcis ſemine, niſi cæli temperies agat, incrementum habere non poteſt. Et niſi eiuſdem iuuetur calore, in maturitatem venire non poſſet. Iuppiter autem & cæli temperies eſt, & calor, cuius opere ſuis temporibus & creſcunt ſegetes, & maturitatem ſuſcipiunt: & ſic ex Ioue & Cerere Proſerpina naſcitur: Quæ tunc a Plutone, id eſt terra rapitur, quando ſemen ſulcis iniectum non redditur; quod aliquando contingit, ob nimium frequentatam ſationem: ex qua adeo bona terra humore emungitur, vt exhauſta nequeat dare ingeſtis ſeminibus nutrimentum. Hinc turbata Ceres, ideſt agricultore, qui terrei dici poſſunt homines, inſtrumenta frangit ruralia, ideſt fruſtra operata cognoſcit, & negligit, & vlulatu femineo, ideſt agricultorum querela, incenſis facibus, ideſt

Sicilia floribus abundat per totū annum.

Luſitania ferè ſemper flores habet.

Narciſſi etymologia.

Sicilia feraciſſima.

Arethuſæ etymon.

Proſerpinæ etymologia.

Boccatij. c l. 8. genealog. cap. 4.

Satio nimis frequens inducit ſterilitatem, & cur.

exultio-

Digitized by Google

A exuſtione agrorum, per quam humores aduerſi, qui ſunt circa terræ ſuperficiem, exhalant: & vtiles ab inferiori terra euocantur in altum: & ſuadetur a Ioue Cereri, vt papauera comedat, ideſt vt in quietem vadat; habent enim papauera ſomni quietem præſtare, per quam quietem intermiſſio culturæ intelligenda eſt, vt poſſit terra ob intermiſſionem emunctos humores reaſſumere. Redire autem ad ſuperos rapta Proſerpina, ideſt abundantia fructuum non poteſt in continenti, quia grana mali punici guſtauerat, per quæ intelligenda ſunt vegetatiuæ vitæ principia, quæ tunc inijciuntur, quando ex humore terræ humectatur, & calefit ſemen iniectum, inde putrefactum proſilit in radices, quarum opere ſegetes vegetantur. Quæ principia ideo per grana mali punici deſignantur, vt intelligatur, quia ſanguini ſimilia ſint, ſicut ſanguis eſt nutrimentum animalis ſenſitiui, ſic & illa principia vegetatiui: & vt placet Empedocli, ſicut in ſanguine vita conſiſtit animalium ſenſitiuorum, ſic & ſegetum in humore terreſtri. Sed Iouis ſententia, ideſt cæli diſpoſitione agitur, vt poſt ſextum menſem, qui anni dimidium deſignat, ad ſuperos redeat Proſerpina, ideſt ſegetum abundantia, eo quod a die ſationis, ſeu a menſe, in menſe ſeptimo incipiant ſpicæ ſegetum apparere, & grana ſuſcipere, & in maturitatem etiam deuenire; quæ grana vſque ad ſationis nouæ tempus apud ſuperos commorantur. Theodontius ex Cerere iſtam vetuſtiſſimam refert hiſtoriam, ex qua videtur multum cauſæ fictionis ſuperioris aſſumptum: & dicit Cererem Saturni filiam, Sicani regis fuiſſe coniugem, & Siciliæ reginam, ingenio clariſſimo præditam; quæ quum per inſulam cerneret homines vagos glandes, & mala ſilueſtria comedentes, nec vllis obnoxios legibus; prima in Sicilia terra agriculturam excogitauit; & adinuentis inſtrumentis ruralibus boues iunxit, & terris ſemina dedit: ex quo homines cœpere inter ſe campos diuidere, & in vnum conuenire, & humano ritu viuere: ex quo a Virgilio [d] dicta eſt.

Agroſi exuſtio ad quid conducat.

Papauera Cereris quid.

Grana mali punici Proſerpinæ quid

B Theodontij.

[d] 1. Georg.

„ Prima Ceres vacuo terram dimouit aratro:
„ Prima dedit fruges alimentaque mitia terris:
„ Prima dedit leges: Cereris ſunt omnia munus, &c.

Proſerpinam vero dicit ſpecioſiſſimam fuiſſe virginem Cereris reginæ filiam: & ob inſignem eius pulchritudinis famam ab Orco Moloſſorum rege raptam, & in coniugem ſuſceptam. Quod etiam teſtatur Euſebius.] Ita quidem omnia pulchra, & ad Antiquorum ſententiam dicta ſunt: ſed tamen nec illos tres verſus in Virgilio reperire potui: nec ad Schematis noſtri plenam explicationem reliqua facere videntur; tum quia nihil de veſtimento Proſerpinæ, nihil de corona floreæ: nihil de ſtante Proſerpina: nihil de ramulo ſiniſtra manu geſtato: nihil de pomis in dextera coronam non habentibus; proindeque punicorum faciem, & naturam peculiarem non obtinentibus; quæ præcipua ſunt in Schemate notabilia. Quare nobis alia mythologia Schematis aſſignanda.

C Expenditur ſententia communis, & Boccatij.

Propria explicatio de Vegetabilium, ſeu ſtirpium natura generica, Proſerpinæ Schemate, fabuliſque repreſentata. Cap. CV.

EQuidem, habita ſemper eruditionis antiquæ veneratione, non verebor in præſentia noſtri Schematis mythologiam de communi ſtirpium natura ſub nomine Proſerpinæ interpretari. Sane primum in Schemate fingitur Proſerpina, dum rapitur, Virgo femina, ſicut etiam dicitur in fabulis; quia ſtirpium natura maſculei ſexus admiſtionem non habet, D vt animalium genus; at ex ſemetipſa Virgo pullulat, ex coniugio maſculi cum femina generationem non agnoſcens. Coronam in capite geſtat, quia & filia regum dicitur Proſerpina; quod non ſolum primi hominum, a Deo conſtituti Dominium habentes omnium animantium, poſiti fuerunt in horto paradiſi diuitiarum, vt operarentur [e] in eo circa plantarum culturam: ſed etiam, quia priſcis temporibus inciti potentiſſimique Reges Agriculturam exercuerunt. Sane Xenophon in Oeconomico ſuo ſcriptum reliquit de Cyro Re-

Scirpes carent ſexu maſculeo.

Virgo quæ non ſterilis.

Proſerpina cur coronata Regis filia

[e] Gen. 2. 15.

Agricolæ Reges.

„ ge: Ad eundem dicitur quondam Lyſander cum donis miſſus a ſocijs belli, vt ipſe poſtea
„ cuidam hoſpiti ſuo apud Megaram retulit, deductuſque ab eo in paradiſum, quem Sar-
„ dibus habebat, quum vidiſſet ordinem, elegantiamque arborum in quincuncem poſitarum, angulorumque ſymmetriam, & ambulationum ſubſequentium odorem ſenſiſſet,
„ admiratum dixiſſe: Hæc me ſuſpicientem Cyre, multo magis magiſtri admiratio cœpit,

„ qui-

,, quicunque is fuerit, qui talia disposuerit. Cyrum autem animo lætatum respõdisse: Hæc A
,, egomet Lysander, ordine quo vides dispositi; vt facile cernere est, quæ mea serui dextra.
,, Tunc eum Lysander, vt erat ornatus respiciens, vestium fragrantiam, ac sumptus & ar-
,, millarum decorum contemplatus, dixisse: Quid est quod ais Cyre? Tuæne hæc omnia
,, manus plantauerunt? Ad hæc Cyrus: Admiraris Lysander? Iuro per Methrem, me
,, nunquam quum per valetudinem licet, prius prandere solitum, quam aut bellicum ali-
,, quod, aut rusticum, siue actionum aliquid honestarum, quod me magis moueat, absoluam.
,, Ille deinde hoc ceteris laudibus addidisse: iure mihi videris Cyre beatus, qui bonus
Homo felix vt esse possit ex Agricultura. ,, quum sis, es etiam felix. Hæc ille recte. Quibus aperte constat, Deum homini custo-
diam paradisi, & operationem in eo commisisse, priusquam peccaret, nõ ad laborem ac pœ-
nam, cuius nondum reus erat, verum ad voluptatem, delicias, & felicitatem humanam; quam
ex agricultura rex omnium creatarum rerum a summo Deo constitutus homo poterat in-
† Georg. 2. nocens adipisci. Quod innuit aliquando Virgilius † accinens;

,, O fortunatos nimium, sua si bona norint,
,, Agricolas! quibus ipsa, procul discordibus armis,
,, Fundit humo facilem victum iustissima tellus. B

Qualem in innocentiæ statu primis hominibus exhibebat absque labore, simul & absque tri-
bulis, & spinis. Ad quas ærumnas propter peccatum damnatus est homo miser e paradiso
voluptatis eiectus. Profecto Proserpina dicitur vniuersa plantarum natura, quia tum ra-
mis in altum sublatis per aera sublimè serpit: tum maxime quia radicibus tortuosis in ter-
Proserpina cur totam plantarũ naturam iudicet. ram actis, ijs ad instar anguium per terræ sinum serpit. Amicta est indumento duplici Proser-
pina, quia stirps vnaquæque simul & semen quoduis, duplici cortice, ceu tunica vestitur,
interiore tenui, pariter ac exteriore crasso. Duo poma gestat dextera manu, quibus indi-
Proserpinæ cur duplex indumentum catur arborum pomiferarum natura nobilior; at læua surculum frondosum eleuat, indicium
plantarum, seu herbarum infra sortem arboream humi fere serpentium, sine pomis: quibus
Poma cur duobus vniuersam stirpium naturam contineri, legimus in Sacra pagina, scribente * Mose:
duo dextra manu gerat, & surculum sinistra. *Et ait* Deus: *Germinet terra herbam virentem, & facientem semen: & lignum pomiferum,*
faciens fructum iuxta genus suum; cuius semen in semetipsõ sit super terram. Et factum est ita.
* Gen. 1. 11. 12. *Et protulit terra herbam virentem, & facientem semen iuxta genus suum, lignumq; faciens fru-*
ctum, & habens vnumquodq; semen secundum speciem suam. Hinc apparet etiam Pro- C
serpinam, hoc est vniuersam stirpium naturam, filiam esse Iouis atque Cereris, nempe Dei,
Proserpina cur filia Iouis & Cereris atque Telluris; quia iubente Deo Tellus omnem plantam ex se se peperit. Proserpina fin-
gitur in Schemate stans, non autem incedens; quia stirpium omnium natura stabilis est, infixa
Proserpina cur stans efficta. solo, vnde sibi radicibus haurit conueniens alimentum; non autem mobilis, & vaga, qualis
est animalium natura. Quin & Cereale papauer dicitur, quod a frumenti, frugumque natu-
‡ 1. Georg. ra procul abest. Virgilio ‡ siquidem:

,, Nec non & lini segetem, & cereale papauer
,, Tempus humo tegere, & iamdudum incumbere aratris.

‡ 1. Georg. & infra: ‡

,, Nec requies, quin aut pomis exuberet annus,
,, Aut fœtu pecudum, aut Cerealis mergite culmi,
,, Prouentuque oneret sulcos, atque horrea vincat.

Vnde patet Cerealia, proindeque Cereris filiam Proserpinam, esse nõ tam fruges triticeas, D
quam plantas alias: etsi Papauer ideo Cereale dici potuerit, quod somnum & requiem indi-
cat, a Ioue Cereri iussam in obliuionem doloris. At vero, quod in fabula celebratur, Proser-
pinam esse Iouis, & Cereris filiam, habere mythologiam de plantarum ortu ex cælo, nomine
Iouis expresso, velut ex causa efficiente, nec non ex terra, Cereris nomine signata, ceu ma-
§ 1. de gen. an. c. 2. tre, materialem causam stirpibus exhibente, constat etiam apud Aristotelem, cui § *Quamobrem in vniuerso quoque naturam terra quasi femineam matremque statuunt: Cælum autem*
& Solem, & reliqua generis eiusdem nomine genitoris patrisque appellãt antiquiores. Iouis au-
‖ lib. 2. c. 2. tem nomine cælum signari, potissimum apud Persas obseruat Natalis asserens: ‖ [Fue-
runt alij, qui Iouem opinarentur esse cælum; vt sensit Cicero in secundo de Natura Deo-
rum, ex opinione antiquorum, qui dicebant, Ioue tonante, aut fulgente, ideſt cælo; quem

etiam

Digitized by Google

A etiam omnipotentem Olympum vocarunt, vt Virgilius libro x.

„ Panditur interea domus omnipotentis Olympi.]

Quin & cæli, Iouisque nomen ad aerem extendere poetæ consueuerunt, quibus in Heptaplo[b] Picus assentitur: vnde vel Horatius: †

„ . . . . . manet sub Joue frigido
„ Venator teneræ coniugis immemor,
„ Seu visa est catulis cerua fidelibus,
„ Seu rupit teretes Marsus aper plagas.

[b] Expos. 2. cap. 2.
† Car. lib. 1. ode. 1.

Aeris autem bonâ temperiem tempore verno stirpes omnes promouere de terra, cunctis est in aperto; decernitque Philosophus [i] Accedente Sole fieri rerum, plantarumque specialim annuarum, & fructuum omnium generationes, & exortus ex terras; Quin & sex anni menses a fine veris ad occasum autumni vigent supra terram omnia plantarum genera; sed sex alios ab autumni fine ad finem veris omnia veluti mortua sub terra latitant; vnde Proserpina sex menses supra terram cum matre Cerere dicitur viuere, sex alios hiemis cum Plutone marito sub terra degere dicitur. Quam æqualitatem mensium plantis omnibus tum ge-
B nerandis supra terram, tum corrumpendis intra terram seminibus dedisse videtur Aristoteles, immo vel & animalibus vtcunque, de Sole, dicens: [k] *Quocirca, si in adueniendo, & in prope esse generat, & in recedendo, & longe fieri, id ipsum corrumpit. Et si in sex adueniendo generat, & in sape recedendo corrumpit; contrariorum enim contraria causa. Et in aquali tempore corruptio, & generatio, qua secundum naturam. Ideo & tempus & vita vniuscuiusq; numerum habent, & hoc determinatur. Omnium enim est ordo. Et omne tempus & vita mensuratur circuitu. Sed tamen non eodem omnia; sed hac quidem minori, hac autem maiori. His enim annus, his autem maior, alijs autem minor circuitus est mensura. Apparent autem & secundum sensum confessa his, qua a nobis dicta sunt. Videmus enim, quod adueniente quidem Sole generatio est, recedente autem corruptio: & in equali tempore vtrumque: aquale enim tempus generationis, & corruptionis, qua secundum naturam.* Nimirum toto tempore, quo Sol in sex signis borealibus est prope nos, e terra pullulant stirpes, & e stripibus fructus omnium generum: totoque tempore vicissim, quo Sol in sex signis Australibus versatur, nihil e
C terra pullulat, nihilque fructuum producitur in plantis. Hinc apte Proserpina, nim rum stirpium natura viget super terram adolescens, atque fætificans anni semestre tempus æstiuum; & sub terra delitescit, nihil ad nos ostendens suorum fætuum, ac fructuum aliud semestre tempus hyemale. Rapta fingitur aptissime Proserpina a Plutone, siue ab Orco, dum flores colligeret; quia Pluto, siue Orcus Terræ symbolum est, cui regnum in terræ profundo contigit; quia semina plantarum in terram decidunt e floribus: & a terræ calore cõcentrato rapiuntur ad prolem stirpium propagandam; qui terræ calor viget in profundo totam hiemem, rapta semina stirpium, radicesque plantarum subigens ad nouam fæturam, Verni temporis fine vsque ad autumni finem sex mensibus integris exerendam. Qui calor quum hieme ac vere maxime vigeat intra terram, æstate ac autumno supra terram in aere contermino; propterea Pluto, Deus ignis subterranei, dicitur ad auras æstate conscensus rapuisse Proserpinam in plantarum seminibus vel sponte decidentibus e sinu florum, vel etiam satis agricolarum manu, secumque perduxisse intra Telluris profundum, in regno proprio. Vbi Proserpina mystice ponitur edisse grana mali punici, tum quod ea rubro colore sanguinem refe-
D rant, qui est alimentum animalium: tum quod multitudine sua stirpium fætus multiplicatos ad centuplum indicat; quo nomine Proserpina, seu semen plantæ, cognominatur Hecate; tum quia terna grana mali punici signant alimẽtum e terræ succo haustum nutrire tres vniuscuiusque plantæ substantias, duos nimirum cortices, atque medullam, seu corpulentiam solidam. Cui quidem Plutoni foras e terra prodeunti æstate ad rapiendam mysticam Proserpinam, quam hyeme secum detineat intra terræ caueas in mundo magno, correspondere naturalem ignem imi ventris in microcosmo docuit Hippocrates asserens: [l] *Ventres hieme, & vere natura calidissimi sunt, & somni longissimi; quare per ea tempora copiosiora alimenta sunt exhibenda; etenim tunc calor innatus plurimus est.* Ventrem autem animalium correspondere terræ ad plantas relatæ, nos apertissime docuit Aristoteles, dum ait: [m] *Sed vt os animalis vibi inconcocti meatus est: atque etiam pars ei annexa, quam gulam appellamus, ci-*

[k] 2. de gen. t. 56. & seq.

Proserpina cur sex menses sub terra sit, supra terram totidem

Semestre stirpium otium, & semestre fructificatio.

Pluto cur & quando Proserpinam rapuit.

Proserpina cur edisse tria grana sub terra ponitur.

Tres plantæ partes, [l] 1. aph. 15.

Venter terræ correspõdet.

[m] 2. de part. an. c. 3.

bum

bum quibus data eſt animalibus vſque ad ventriculum deducit: ſic alia quoque adeſſe principia oportet, quorum opera membra omnia corporis ex ventre, naturaque inteſtinorum, quaſi præſepi pabulum capiant. Stirpes enim, ſine planta ſuis radicibus alimentum iam confectum ex terra hauriunt: quocirca ne excrementum quidem contrahi in ſtirpibus ſolet; terra enim caloreque eius perinde ac ventre vtuntur. Sic ergo Proſerpina ſtans immota, podere veſtita interius, & ſuper poderem amicta peplo, coronata floribus, & frondoſum ramuſculum læua manu geſtans, binaque poma dextera manu ferens, eſt aptum hieroglyphicum vniuerſæ naturæ ſtirpium, quæ ſunt immobiles, fixæque telluri; duplici cortice contectæ, interiore tenui, & ſuperiore craſſo: flores in apice culmineque ſuo gerentes: quarum aliæ pomiferæ ſunt arbores, aliæ ſine pomis humiliores herbæ. Quæ ſingulæ ſex menſes æſtiuos ſupra terram vigent germinantes, florentes atque fructificantes; hybernos autem ſex alios torpent ſupra terram velut emortuæ, ſed intra terræ viſcera vegetantur in radicibus atque ſeminibus a concentrato calore dominante ſub terra; quo nomine Proſerpina dicitur medietatem anui degere cum matre Cerere Agricolarum Dea ſupra terram, & aliam medietatem ſub terra cum marito Plutone inferni ignis Deo. Hactenus de Schemate Proſerpinæ.

Stirpes cur careant excrementis, ad animalia differentiam.

Schematis explicatio.

A

B

Sapientia, & fortitudine, ſagacique prudentia Regna bene gubernantur.

Schema XXIII. Gemma.



C

D

Digitized by Google

A

De Mercurio Canicipite, Regnum Ægyptium optime gubernante. Cap. CVI.

PRofecto quì pingitur in Schemate Cynocephalus, dextera manu Caduceum, ſiniſtra gerens palmæ ramum viridem, Anubis eſt, Ægyptiorum Rex, ob recte gubernatam rempublicam a ſubditis inter Deos relatus, & ea forma cultus Mercurius: de quo primum hiſtorica nobis referenda ſunt, deinde myſtica, ad Schematis exactam explicationem. Anubim fuiſse filium Oſiridis & Iſidis Ægypti Regum, ita ſcribitur a Diodoro Siculo: [a] *Oſiridem vero duo filij virtute diſpares Anubis & Macedo comitati ſunt. Vterque armit vſus eſt inſignibus, aliquo animali haud ab eorum natura diſſimili. Nam Anubis Canem, Macedo Lupum inſigne armorum tulit. Quæ ex re hac animalia Ægyptij ſummo in honore habent, & horum animantium forma apud Ægyptios colunt*ur : Anubis capite Canino, Macedo Lupino. De Cynocephalo ſic Horus Apollo Niliacus in ſuis [b] Hieroglyphicis: *Præterea hoc animal Mercurio dicatum eſt, qui literarum omnium particeps eſt.* Atuero luculentius ita Cicero: Mercurius [c] *Quintus, quem colunt Feneata, qui Argum dicitur interemiſſe; ob eamq; cauſam Ægypto præfuiſſe, atq; Ægyptijs leges & literas tradidiſſe. Hunc Ægyptij Their appellant; eodem nomine anni primus menſis apud eos vocatur.* Lactantius de Falſa religione ſcribens ait: [d] *Nunc ad diuina teſtimonia tranſeamus: ſed prius vnum proferam, quod eſt ſimile diuino, & ob nimiam vetuſtatem, quod is, quem nominabo, ex hominibus inter Deos relatus eſt. Apud Ciceronem C. Cotta pontifex diſputans contra Stoicos de religionibus, & de varietate opinionum, quæ ſolent eſſe de Dijs, vt more Academicorum omnia faceret incerta, quinque fuiſſe Mercurios ait: & enumeratis per ordinem quatuor, quintum fuiſſe eum, a quo Argus occiſus ſit: ob eamq; cauſam in Aegyptum profugiſſe, atque Aegyptijs leges, ac literas tradidiſſe. Hunc Aegyptij a Theuth appellant; a quo apud eos primus anni ſui menſis, ideſt September, nomen accepit. Idem opiddum condidit, quod etiam nunc Grace vocatur Hermopolis: & Saita ſeruant, & colunt eum religioſe. Qui tametſi homo fuerit antiquiſſimus: tamen & inſtructiſſimus omni genere doctrinæ: adeo, vt ei multarum rerum, & artium ſcientia Triſmegiſto cognomen imponerent: Hic ſcripſit libros quidem, & multos, ad cognitionem diuinarum rerum pertinentes, in quibus maieſtatem ſummi, ac ſingularis Dei aſſerit: ijſdemque nominibus appellat, quibus nos, Deum, & Patrem. Ac nequis nomen eius requireret, Anonymum, ideſt ſine nomine eſſe dixit, eo quod nominis proprietate non egeat, ob ipſius ſcilicet vnitatem. Ipſius hæ verba ſunt: Deo igitur nomen non eſt, quia ſolus eſt; nec opus eſt proprio vocabulo, niſi quum diſcrimen exigit multitudo, vt vnamquamque perſonam ſua nota, & appellatione deſignes. Deo autem, quia ſemper vnus eſt, proprium nomen eſt Deus.* Hæc ex hiſtoria: nunc ad myſticam doctrinam & Mythologiam accedamus. Porro Schematis imago nobis ob oculos ponit Aegyptium Mercurium Triſmegiſtum, qui fuerit in illa ditione maximus Antiſtes diuinorum, maximus Philoſophus, & maximus Princeps; quæ munia ſignificantur myſtice potiſſimum canino capite, tum caduceo, tum uirenti ramo palmæ manibus geſtato. Sane caninum caput ex æquo deſignat uirum Philoſophum, & Vrbis bonum cuſtodem, adeoque Principem, qui ſubditis atque notis blanditur, & ignotis hoſtibus allatrans aduerſatur: ut affirmat in ſua Republica Plato dicens, ut antea uidimus: bonum urbis cuſtodem, perinde atque bonum philoſophum cani generoſo ſimilem eſse debere, qui domeſticæ familiarique ſibi ueritati blanditur mitis, e contra latrat, & reclamat Ignorantiæ fallacijs. Vnde [f] Ricciardus ex Goropio: [g] *Canino capite Aegyptij Anubin, ſiue Hermanubin ſuum figurabant, vt ſignificarent hominem, qui nobis iter ad cuſtodiam oſtenderet, & ad tutelam noſtri eſſet. Et dicebatur Anubis a voce An, quæ in prima lingua ſignat, Ad, & ex voce, hu, & nijs, qua notat cuſtodiam monſtro, vt myſtice ſignificetur, Regis eſſe officium cuſtodire, & iter ad tutelam domonſtrare: ſed eius caput Canium, ſignificat, neminem niſi ſagacem, vt eſt canis, iter ad cuſtodiam poſſe monſtrare; & de nomine Canis neminem hoc iter poſſe docere, niſi quod docet, ipſe prius norit. Demonſtrat præterea illum qui docet, animoſum eſſe debere, & audacter, ignorantes debere allatrare. Canis ex Hebraica notatione ſignificat amicum notitiæ, qui eſt fere idem, quod eſt Philoſophus, ideſt Cælcb. quæ vox in-*

[a] lib. 1. c. 2.

[b] Hier. 14.

[c] 3. de nat. Deor.

[d] lib. 1. c. 6.

September primus eſt annis menſis apud Ægyptios.

Deo vt nomen non ſit.

Mercurius Triſmegiſtus qui fuerit.

Canis Philoſophum deſignat.

[e] Dial. 2.

[f] in Symbol. n. 27. & ſeq.

[g] Hermat. lib. 6. Anubis etymon. Regis officia.

 interpre-

Digitized by Google

terpretatur amicus notitiæ. Quin & Canem habere hieroglyphicum Sacrorum Antistitis, Philosophi, atque Principis, apud Ægyptios, late demonstrat Pierius inquiens: [b] [SACRARVM LITERARVM PROFESSOR. In primis autem rerum diuinarum professorem per Canis effigiem interpretabantur, propterea quod eum, qui sacras literas professurus sit, id omnium plurimum meditari oportet, vt canis instar assidue lauetret: hominum vitia nunquam incessere desistat: animum ferum gerat, nullius profani gratiam ineat; quod & canes faciunt in eos, quos herilis non esse familiæ, vel visu, vel olfactu deprehenderint. Tales apud Hebræos habentur, Elias, Hieremias, Ezechiel, Ozeas; ac plerique alij. Talis apud Græcos cum primis Diogenes, cui nomen a Cane etiam vulgo dictitatum, & ab eo Cynica familia perpetua vitæ austeritate celebris. Cui quidem haud multum absimilis altera per omnem pene orbem in nostram vsq; diem propagata: quanquam ea sanctioribus apud nos institutis, & verioris disciplinæ professione laudabiliorque profanæ cuiusque rei contemptu, sub eodem duplici panno, & perpetua pedum nuditate conspicua. Non defuerunt enim vnoquoque tempore, qui luxum & delicias aspernarentur, paruoque & minimo contenti, quum vitam ipsi a vitijs liberam profiterentur, impuros omnes reprehensionibus arguerent, castigarentque. Atque hue denique progredi debet Sacerdos Optimus, vt dum nullum flagitiosum hominem verbis incastigatum præterit, vel ipsam impudentiæ notam minime pertimescat.] & mox [PRINCIPES: Præterea, quæ iam posita sunt de Cane significata, Sacerdotes ijdem Aegyptij si Principem aut legislatorem significare vellent, Canis hieroglyphicum cum diademate, siue fascia, vel amiculo faciebant, reliqua corporis facie nuda, propterea quod veluti leuisomna Canum, vt cum Lucretio iocer, fido cum pectore Corda in Deorum simulachris diligenter obseruandis detinentur. Sic etiam Princeps, qui iura sit daturus, Regem qui anteacto tempore claruerit, nudum contemplari debet, quidque sibi velit ea fasciola, examinare: id quod omnium maxime Periclem Athenien-sem factitare solitum perhibent. Quotiescumque enim is magistratum aliquem inibat, ipsa honoris delati insignia, & vnumquodque gestamen pro concione alloquebatur, quid ea sibi vellent, qualem virum poscerent, percontabatur: seque mox ad personam, quam induebat, strenue decenterque gerendam adhortabatur, tanta omnium admiratione, vt non immerito eum & tonitrus & fulgura ciere prædicarent: apesque mel in os eius infantis congessisse faterentur. Quod vero fascia regium sit insigne, ostendimus commentario de Gestaminibus reliquis.] Et certe Schematis nostri Cynocephalus fasciam de nudo brachio dextero dependentem habere conspicitur. [Atque Proemphanes populi ex Africæ parte Canis non effigiem, pro Principe coluerunt, sed viuum ipsum pro Rege sibi delegere, cuius motum obseruabant, ac ex eo quid faciundum, vbi standum, quo progrediendum, religiosissima quadam auguratione intelligebant.] & paulo antea [PHILOSOPHIA COMMVNICATA. Hieroglyphicum & Cerberus argumentum habet. Græcorum enim nonnulli non incongrue forsan existimarunt, abstractum Herculis opera ex obscuris Erebi penetralibus tricipitem Cerberum, patefactam ab Heroe Philosophiam, quæ prius in arcanis delitescebat, indicare. Ea vero vna ceruice contenta, tribus distinguitur capitibus, quorum vnum Rationi, Naturæ alterum, tertium moribus inseruit. Vnde præter edomita tot monstra, Herculem ipsum ferunt sagittas in Iunonem iaculatum, & Plutonem etiã telo, vt Homerus inquit, trisulco sauciasse. Philosophus enim vir, dum solerti indagine sublimia quæque perueſtigat, natus aliquid captu dignum, mente veluti pennato quodam vtitur telo, quo quicquid illud fuerit assequatur. Neque quidem locus vllus est, neque abscessus tam remotus, tam abditus, tam inaccessus, quo non peruenerit Philosophia, &c.] Anubis itaq; Trismegistus apud Aegyptios aptissimo hieroglyphico signabat Mercuriũ summum Sacerdotem, Maximum Regem, & Optimum Philosophum vno capite canino. Licet caninũ caput Anubidis indicare speciatim potuerit eius galeam, in qua canis insigne gestaret, ad hæc tria sua munera denotãda. Manu vero dextera gerit in Schemate Caduceum, quo significetur propriũ Mercurij gestamen; & officiũ tũ Principis esse virga suæ iustitiæ sedare discordias subdito-

[b] lib. 5.

Canis hieroglyphica. Princeps, Antistes, Philosophus.

Principis symbolum

Cerberus Philosophiæ Rationalis, Naturalis, & Moralis hieroglyphicum.

Caduceus vt Principẽ docent, & denotet.


Digitized by Google

A ditorum: tum optimi Sacerdotis componere dissidentes animos: tum Philosophi mores hominum ad concordiam redigere. Ramus autem palmæ in manu sinistra symbolum est victoriæ reportatæ de vitijs, & hostibus ab optimo Principe, Philosopho, & Sacerdote. Quare sapientia, & fortitudine, sagacique prudentia Regna bene gubernantur a Trismegistis, qui sint Principes vna veræ religionis eximij cultores, & viri sapientes. Habet autem inter cimelia sui Musei Cl. Joan. Galuanus Patauinus incisum chalybe Anubim cum Apolline faberrime.

Sapientia, & Eloquentia litigantes, atque pugnaces animos apte facileq; componit.

Schema XXIV. Gemmæ.

B *Superat Eloquentia uires.*



C *Apud Petrum Stephanonium in Gemma.*

De viribus Sapientiæ, ac Eloquentiæ in componendis apte facileque dissidijs tum animorum disceptantium, tum corporea violentia belligerantium.
Cap. CVII.

D CAduceum esse pacis, & concordiæ symbolum, apte nobis ostendit in suis Hieroglyphicis Valerianus, inquiens: [Caducei species tota prorsus Ægyptiaca est, quam Mercurio præcipue veteres consecrarunt, draconibus duobus, mare scilicet & femina, parte media voluminis sui inuicem in nodum, quem Herculis vocant, obligatis: quorum primæ partes reflexæ in circulum pressis osculis ambitum circuli iungunt: caudæ vero ad Caducei capulum reuocantur, ornantu-que alis ex eadem capuli parte nascentibus. (& inferius) CONCORIA: Verum si quid in longa huiuscemodi rerum indagine ariolari licet, putarim ego picturationem hanc Caducei in Pacis, & Concordiæ significatum inde sumptam, quod serpentis effigies plerisque locis pro bello & odio, funestaque alia quauis clade poni solita est: osculum autem & pacis & concordiæ signum esse, negarit nemo. Quin & sacræ pietatis nostræ literæ pacis osculum identidem attestantur. Virga, vt loco suo latius ostenditur, tum disciplinam; tum eloquentiæ vim significat.

,, cat. Si quis igitur pietate grauis, & eloquentia potens, altercantes aggressus, nullam A
,, bello salutem esse docuerit: dubium bellorum omnium euentum dixerit: funesta perni-
,, ciosaque demum esse bella commonstrarit: & quæcunque alia ad huiusmodi rem pro lo-
,, co, tempore, personisque facientia excogitare & eloqui potuerit, perfacile is discordes
,, animos in concordiam trahet, duosque angues, hoc est, odia mutua doctrinæ suæ virga
,, in vnum obligabit; quibus ad osculum coeuntibus, conuenire animos & ad concordiam
Angues in Æthiopia plurimi. ,, conuersos esse, meridiana luce clarius apparebit.] & mox: [Pax. Plerisque sane locis
,, videre est anguium huiusmodi globos in vnam quasi massam adstrictos, de iugorum verti-
,, cibus ad ima peruolui. Et in Æthiopia aiunt tantam anguium vim conuenire, conuo-
,, luique in gyrum inuicem, vt montis speciem procul aspicientibus reddant: cuiusmodi
b lib. 29. c. 3. ,, quidem complexus anguium, & frugifera eorum concordia, causa, vt inquit Plinius, b vi-
,, detur esse, quare exteræ gentes Caduceum in pacis argumentum circumdata effigie an-
,, guium fecerint: neque enim cristatos esse in Caduceo mos est. Ad hæc numismata tot,
c 1. hist. c. 1. & alibi. ,, caduceis insignita, Pacis inscriptionem præferunt. (& adhuc infra) ELOQVENTIA.
d Matth. 10. 16. ,, Sed qui serpentem pro astu poni docti fuimus ex Aristotele dicente, animalia quædam B
e Gen. 3. 1. ,, esse astuta per se, sicuti sunt serpentes: magis vero ex lectione sacra, quæ prudentiam
,, huic in primis animali tribuit: ea etiam de causa angues Caduceo complicari putamus,
,, quod ostendere voluerint, & calliditatem & prudentiam necessarias Eloquentiæ, quæ
,, per Virgam significatur; quippe quæ regat dictis animos. Neque desunt, qui virgam au-
,, ream in Mercurij manibus, a qua Deus ipse Chrysorrapis appellatur, dignitatis & excel-
,, lentiæ, quæ illum ornant, qui & scite & oportune norit orationem contexere, signum
Virga Symbolum sapientiæ. ,, esse contendunt. SAPIENTIA. Virga vero Palladi totius sapientiæ deæ, ab Homero
,, passim accomodatur. Vlyssis quoque socij vao virgæ capite, falsa quippe persuasione ac
,, insipientia, in brutorum species transformantur: altero vero Virgæ capite, vera quippe
,, disciplina ac rerum peritia, in humanam restituuntur effigiem. Reliqua vero taceo, quæ
,, Moses vbique Virgæ fretus munere scribitur effecisse; nam alibi supet hoc suus erit lo-
,, cus. Quam vero nunc tractamus, ea est diuina Virgula, de qua M. Tullius ait: † *Quod si*
† 1. offic. f. ,, *omnia nobis, quæ ad victum cultumque pertinent, quasi Virgula diuina, vt aiunt, suppedi-*
,, *tarentur*. Atque hanc dicendi formam apud alios etiam autores inuenies, qui ex hoc ef- C
,, fusissimam eam Dei Opt. Max. munificentiam intelligunt, quæ omnia secundat, fortunat,
,, atque felicitat. VERA DISCIPLINA. Eundem hunc scipionem nostri sic figurant,
Historiæ S. Christophori allegoria. ,, vt ad omnium fere templorum facies iuxta limina, colossææ magnitudinis figuram huma-
,, nam pingant, quæ Christum puerulum in humeros sustulerit: quod, vt mea fert opinio
,, (nam historia omnino apocrypha est) ea de causa fit, vt si Christum gestare humeris, hoc
,, est veram sapientiam enancisci volumus, dandam esse operam impensissimam disciplinæ
,, admoneamur, robori cuius innixi, rapidos quorumcunque amnium cursus profundita-
,, temque, ac torrentium impetus facile superemus. Et quod Iacob ait: In virga nostra
,, Iordanem pertranseamus: sane Iordanis, vel quoduis aliud flumen, fluxos animi motus,
,, & voluptariæ mollitudinis affectus indicat; Virga disciplinam, sine qua non esse progre-
,, diendum Græco mouemur adagio; qua qui firmiter innituntur, nullis perturbationum
,, occursibus deturbantur, nullis vndarum quantumlibet inturgentium fluctibus immer-
,, guntur: pedibus vero per ima vel ipsius pelagi demersis, vix crure genuumue tenus allui-
,, mur: capita autem, vt ait ille, condimus intra sidera, Deumque ipsum sustinere humeris D
,, videmur, ac veri demum euadimus Christophori: in quos vbi sagittæ fuerint immissæ,
,, eædem in iaculatores suos sponte retorquentur, vt in vulgata habetur historia. Quid
,, enim in vniuersa literarum peritia facilius, quam eorum calumnias repellere, ac suismet
,, vnumquemque iaculis conficere, qui sanctissima nostræ pietatis instituta vel incessere,
,, vel conuellere aggrediantur, quæ certo Dei sit præsidio firmata, ac magni verique numi-
,, minis munimento quamualidissimo roborata? Hæc ad verbum Pierius: cui quæ de Sãcto
Digressio de Sancto Christophoro. Christophoro mystice proponit, vt accipi quo quomodo possunt; ita quod ait omnem aliam
historiam de illo penitus apocrypham esse, mihi recipi nõ potest; nam apud Isidorum, auto-
rem elassicum & veridicum legimus hymnum ad Vesperа huius Sancti; qui celebratur etiam
† lib. 13. c. 24 tum a Vincentio Gallo in suo Speculo historiali, † tum ab Vsuardo, tum a Francisco Mau-

rolico

A rolico ſuis in Martyrologijs, nec nõ etiam ab Vnicello martyrium illius ponente temporibus Iuliani Apoſtatæ ſub anno Domini CCCLXIV. Sed & vniuerſalis illa conſuetudo pingendi Sanctum Chriſtophorum ad fores omnium templorum coloſſea magnitudine portantem humeris puerulum Chriſtum trans fluuium, grandiore baculo innixum, qui floribus, frondibus, & fructibus abundaret in apice, priſcis illis temporibus, dum Eccleſia non apologis, & allegoricis picturis vti conſueuerat, ſed nuda ſimplicique veritate ſemper ad ſua geſta commonſtranda fidelibus vtebatur, illa communis inquam pictura martyris acta vera deſignat; cuius frequentia nacta fuit indę præclaram occaſionem, quod vir Dei ſubiturus obtruncationem a carnifice, iam iam animam pro Chriſti fide poſiturus, Dominum ſupplex exorauit, vt vbi corpus eius, aut particula corporis eſſet, ea loca tempeſtatibus, atque terræmotibus obnoxia non eſſent; vt habetur in eius martyrologio. Quod agnoſcentes fideles, rectęque cenſentes Deum exaudire conſueuiſſe preces martyrum ſuorum in fine vitæ ſibi cum affectu & humiliter oblatas; quum viderent vbique non poſſe partem aliquam corporis martyris haberi, ſaltem illius effigiem paſſim depingi curarunt ad templorum tutamen a terræmotibus, fulminibus, atque tempeſtatibus omnibus, & re vera priſcam illam Eccleſiam picturis ſacris
B adumbraſſe ſenſus nõ allegoricos, ſed genuinos & proprios, ac hiſtoricos, plane conuincitur ex eo, quod a Gentilibus alioqui facile coargui potuiſſet figmentorum. Cetera vero ſapienter de Caducei virga Valerianus effata lubenter accipimus; quibus ait Caduceo hieroglyphice ſignari miram eloquentiam viri ſapientis; quia diſcordantes atque pugnantes homines facile componuntur, & ad concordiam plane redigũtur. Quam Caducei myſticam ſignificationem paſſim omnes eruditi complectuntur; vide nobile texuit Alciatus *f.* Emble- *f* Embl. 119.
ma, quo cecinit:

„ Anguibus implicitis, geminis caduceus alis
„ Inter Amalcheæ cornua rectus adeſt.
„ Pollentes ſic mente viros, ſandique peritos
„ Indicat, vt rerum copia multa beat.

Sed in Schemate noſtro Caduceus non ad rerum copiam refertur, verum ad concordiam inter diſcordes apte ferendam. Quoniam vero duo ſunt inter homines inuicem pugnantes diſcordiarum genera; nam alij ſolamente diſſidem contrariarum opinionum repugnantia, & Diſcordiarũ
C alij viribus corporeis contendunt de materialium rerum gloriaue poſſeſſione: Schematiſta genera duo.
noſter vtramque diſcordiam iſtam caduceo diuini, & ad concordiam reuocari ſignat. Primumque Caduceo geminos angues iungente, notat diſcordes doctorum animos Virga ſapientis viri tertij interpoſita componi ad vnionem in communione veræ ſententiæ; ſiquidem ſerpentes prudentiæ ſymbolum ſunt pariter & calliditatis *g* diſputantium, ad victoriam aſpi- *g* Matth. 10. 16.
rantium: nam apte Micyllus apud Boccacium: *h* *Mercurius, poſtquam ab Apolline Virgam* *h* Geſt. 9. 2. *l.* 12. *c.* 62.
acceptiſſet, eamque manu tenens in Arcadiam proficiſceretur, dracones duos ſimul ligatos, & inter ſe mutuo pugnantes inueniſſe dicitur; quibus quum ille virgam interpoſuiſſet, dicto citius pręliandi illorum diremptus fuiſſe. Ex qua re virgam eam pacis virgam habere capit, & poſtea eius rei exemplo, Mercurio virgam deinceps draconum ſimilitudine vbiq; affinxerunt.

Cęterum allegoricus noſter intellectus eſt, quo dum duo viri docti per angues myſtice ſignati, Schematis ſu-
contenderent contrarijs opinionibus de quapiam intelligibili re, ſuperueniens homo ſapi- timior explicatio noſtra.
entior, vel ipſamet ratio perſpicacior, ab intellectus agentis *k* Apollinari lumine ſuppedita- *k* 3. de anim. t. 17. 18.
D ta, veritatem apertam detegit intellectibus antea diſcordibus, in quam euidenter inſpectam non poſſunt ambo nõ vnanimes conuenire; quippe veritatis ea vis eſt, vt cognita nequeat in ſui conſenſum non captiuare quantumuis antea diſcordes intellectus: & ea propter in Caducei virga, ſapientiæ teſſera, gemini ſerpentes, doctorum virorum hieroglyphicum, antea diſcordes, vniuntur ad oſculum, & integram concordiam, atque pacem. Verum enimuero Caduceus idem interpoſitus, vel impoſitus inter duos Gallos pugnaces, indicat pacem, atq; concordiam inter homines viribus corporeis inuicem de imperio dimicantes, at cum alte- *l* lib. 24. Gallorũ natura pugnax.
rius dignioris victoria, & alterius imbecillioris obedientia ſeruituteue. Porro Gallos eſſe hieroglyphicum pugnacitatis Valerianus ita demonſtrat: *l* [In Eleorum arce Pallados ſimulachrum ex auro & ebore, Phidiæ opus, erat cum Gallo in galea ſurrecto; quod pugnacitatis hieroglyphicum eſſe, Pauſanias arbitratur] & mox. [Nicander Alexipharmacis

macis δίχ μὰ τοῖσι νεῖκος ἐστὶ inquit, pugnacibus quippe pullis Gallinaceis exponit interpres, qui vt inter se dimicent assidue nati videantur; quum præsertim pugnam semel cæptam identidem repetant, nescij cedere: vnde Græcum illud adagium: *Insultas Gallus*: de redintegrantibus certamen: & Martis pullum eum vocat Aristophanes Auibus. Non est illud dissimulandum, quod licet sint animalia ad pugnam nata, inuentum tamen est, incitari eos ad pugnacitatem allio in cibum dato, quod Græci σκορδίζειν dicunt. Quod vero ait Salomon, Gallus ambulans inter Gallinas lætus, Eucherius Imperij esse dicit significationem. Quod si in numum incideris Gallinaceorum conflictu signatum, scias eum fuisse Dardanorum pecuniam, Polluce teste: nam illi magnum pugnacitatis decus sibi antiquitus vsurpauere. Hinc honoratum semper apud Maronem Dardaniæ nomen, quum secus Phryges fere semper velut imbelles notarentur. Jam & Chrysippus Gallorum æmulatione nobis adijci stimulos ad fortitudinem, atque inde quodammodo calcaria subijci, scribit libro de Iustitia. Themistocles quoque Gallorum exemplo, in quos acriter pugnantes inciderat, exercitum confirmauit, quum ostenderet eos non pro patria, neque pro penatibus, neque pro maiorum sepulchris, vxoribus aut liberis id incommodi agressos, sed ea tantum de causa, ne vincerentur, nolle alterum alteri cedere. Omnium vero pugnacissimos Gallos habuisse fertur Rhodos insula, neque quidem adhuc ibi degenerauit ea volucrum huiusmodi ferocitas, & visenda proceritas, vt quibusdam, inde Romam allatis, ipsi conspeximus. A Galli vero pugnacitate factum, vt gemma Alectoria, quam in Galli ventriculo inueniri tradunt, victoriam dicatur eam gestantibus comparare, qua Milo Crotoniates vsus, inuictus in certaminibus fuerit: de quo Plinius.[m] PERSÆ MILITES. Persarum porro milites Galli nuncupabantur a Caribus, ob conos, quibus galeas ornatas habebant: eaque de causa Artoxerxes hominem e Caria, qui Cyrum iaculo vulnerasse creditus est, eo honestauit præmio, vt Gallum aureum in lancea præfixum ante aciem ferret: autor Plutarchus.[n] Sed enim Athenæus Gallos in Perside primum ortos ait: vnde fortasse cognomentum id Persæ potuerint habuisse. Aristophanes, vt suus est mos omnibus illudere, Gallum ait olim Persis imperasse; vnde adhuc cristatos in cassidibus. Quæ vero simulachra tria totidem Gallis adblandientia spectantur in Antonini Pij Augusti numo, crediderim ego ad mansuetissimum eius ingenium spectare: vt qui pugnacitatem commitigare procuraret, qui omnem belli ferociã quanto potuit studio emolliuerit; vt pote qui mallet ciuem vnum seruare, quam mille hostes occidere: solusque omnium Principum sine ciuili sanguine, & hostili etiam, quantum ad se pertineret, vixerit. & mox. [In augurali vero disciplina Gallus est victoriæ signum, propterea quod auis illa victa silere soleat; canere, si vicisset. Hinc Lacedæmonij, vt apud Plutarchum est, quum hostem viribus profligassent, Gallum immolabant: qui bouẽ tunc sacrificare soliti essent, quum sine cæde victoria obtigisset. Fertur Socratem Iphicrati duci animos adiecisse, quum Gallinaceos coram Callia pennis & rostro dimicantes ei præmonstrasset: quod & Themistocles, vti diximus, ad suos animandos fecerat. Quod vero de cantu dicebamus, refert Tullius historiam ex Callisthene Leuctricæ calamitatis tempore, quæ Lacedæmonios propemodum oppressit, quum apud Thebaidem Trophonio res diuina fieret, Gallus gallinaceos in eo loco sic assidue canere cæpisse, vt nihil intermitterent: tum augures dixisse, Thebanorum esse victoriam. Pergami omnibus annis spectaculum Gallorum edi solitum scribit Plinius; idque Athenis etiam institutum a Themistocle superatis Persis, ait Ælianus: quamquam ea & ludicro fieri apud Lucianum & Herodianum legas.] Ex quibus apparet, Galli partem in anulo signatorio Q. Fabij Maximi cunctatoris, non tam Imperatoris illius vigilantiam indicare, quam fortissimi Duci pugnacitatem atque fortitudinem, vbi nosset oportunitatem dimicandi. Constat etiam apertissime Gallos esse missum, pugnaciumque virorum hieroglyphicum: atque speciatim nostro Schemate, quo duo Galli pinguntur, alter quidem erecto capite colloque robustior, & audacior: alter autem submisso collo, demissoque capite debilior. Caduceo superimposito, signari per eloquentiam mediatoris diremptam, omninoque sublatam esse pugnam inter homines pugnaces de rei cuiuspiam, siue materialis, siue immaterialis, cuiusmodi gloria est, possessione; suaso minus digno ac imbecilliore, vt digniori, potentiorique præstet obsequium. Cuius rei nobilem habemus apud Plutarchum historiam in M. Coriolano, & apud Liuium: de Menenij Agrippæ mirifica Eloquentia con-

A

Allo Gallos ad pugnas incitari.

B

Galli pugnacissimo Rhodij.

Alectoriæ gemmæ virtus.

[m] l. 27. c. 10.

Persæ milites cur Galli nuncupati.

[n] in vita Artexer.

C

Galli primũ orti in Perside.

D

Gallum post victor. à cur immolarent Lacones.

Galli pugnacium virorũ hieroglyphicum.

Digitized by Google

A concordante feroces Romanorum animos, ad inteſtinum bellum ciuile iam iam aggredientes: [Ceterum, inquit Plutarchus, quum in eo quoque prælio egregia opera militum enituiſſet, hoſteſque cæſi eſſent, neque quicquam remitterent tamen fæneratores, curia autem diſſimularet promiſſorum meminiſſe, ducique denuo ciues, & pignora capi permitteret; tumultus vero inde ſeditioque occuparet fœda ciuitatem: neque motus populi hoſtes feliciſſet; ſed inducto exercitu fines Romanos vaſtarent: habentibuſque delectum iuuentutis Cõſulibus nemo reſponderet ad nomen: tunc iterum diſſonæ ſententiæ fuerunt magiſtratuum. Pars ſubueniendum cenſebant pauperibus, nimiumque rigorem relaxandum iuris: Alij contra ſenſerunt, inter quos erat Marcius: non pecuniæ iacturam tantam rationem ducens, ſed initium hoc eſſe procacitatis & contumaciæ inſurgentis aduerſus leges plebis. Id ſi ſaperent, vt opprimerent & extinguerent hortatus eſt. Senatu his de rebus crebro paucis diebus habito, nec quicquam expediente, plebs repente conſpirans, ac ſe ſe mutuo cohortata, exceſſit vrbe, & in mõtem, qui nunc Sacer appellatur, trans Anienen amnem ſeceſſit. Quiete ſine vlla violentia, tantum vrbe ſe iam dudum fremebant pulſos, aera, aquam,
B locum ſuppeditaturam vbique ad ſepulturam Italiam, quibus nihil amplius ſint colentes Romam habituri, quam vt pro diuitibus militantes vulneribus concidant, & vitam profundant. Id timentes Patres, ex maioribus natu moderatiſſimum quemque, & maxime popularem miſerunt ad plebem. Princeps legationis fuit Menenius Agrippa. Hic partim obſecrans, partim Senatum defendens, in extrema oratione ad figuram peruulgatã fabulæ delapſus eſt. Nam omnes hominis partes coniuraſſe ait contra ventrem: quæſtas ſolum ignauum in homine & immunem quieſcere; omniaque illius quæri auiditati ingente ſuo labore & miniſterio: ventrem vero ſtultitiam earum deriſiſſe, ignorantium recipere quidem alimentum intra ſe omne, ſed reddere id ex ſe & diſtribuere in alias. Eadem, inquit, ratio Quirites Patrum eſt vobiſcum; nam recte atque ordine deliberata apud eos conſilia cæptaque omnibus vobis adſerunt & diſpertiunt vtilitatem atque fructum. In concordiam deinde conceſſum eſt, poſtulaueruntque a Senatu, & obtinuerunt, vt quinque viri crearentur, quibus auxilij latio eſſet, qui ſunt Tribuni plebis vocati.] Sed ante Plutarchum Liuius eandem paulo aliter enarrat hiſtoriam inquiens; poſt explicatam ſeceſſionem multæ plebis in mon-
C tem Sacrum extra vrbem, [Pauor ingens in vrbe metuque mutuo ſuſpenſa erant omnia: timere relicta ab ſuis plebes violentiam patrum: timere Patres reſidem in Vrbe plebem, incerti manere eam, an abire mallent: quandiu autem tranquillam, quæ ſeceſſerit, multitudinem fore? quid futurum deinde ſi quod externum interim bellum exiſtat? nullam profecto, niſi in concordia ciuium, ſpem reliquam ducere; eam per æqua & per iniqua reconciliandam ciuitati eſſe. Sic placuit igitur. Oratorem ad plebem mitti Menenium Agrippam, facundum virum, & quod inde oriundus erat, plebi carum. Is intromiſſus in caſtra, priſco illo dicendi & horrido modo, nihil aliud quam hoc, narraſſe fertur: Tempore, quo in homine non, vt nunc, omnia in vnum conſentirent, ſed ſingulis membris ſuum cuique conſilium, ſuus ſermo fuerit, indignatas reliquas partes, ſua cura, ſuo labore ac miniſterio, ventri omnia quæri; ventrem in medio quietum, nihil aliud quam datis voluptatibus frui, conſpiraſſe inde, ne manus ad os cibum ferrent, nec os acciperet datum, nec dentes conficerent: hac ira, dum ventrem fame domare vellent, ipſa vna membra, totumque corpus ad extremam tabem veniſſe: inde apparuiſſe, ventris quoque haud ſegne miniſterium eſſe, nec magis ali,
D quam alere eum, reddentem in omnes partes corporis hunc, quo viuimus, vigemuſque, diuiſum pariter in venas, maturum confecto cibo ſanguinem. Comparando hinc, quam inteſtina corporis ſeditio inutilis eſſet iræ plebis in Patres, flexiſſe mentes hominum. Agi deinde de concordia cœptum: conceſsumque in conditiones, vt plebi ſui magiſtratus eſſent ſacroſancti, quibus auxilij latio aduerſus Conſules eſſet: neue cui Patrum capere eum magiſtratum liceret. Ita Tribuni plebeij creati duo C. Licinius, & L. Albinus: hi tres Collegas ſibi creauerunt.] Sed Valerius Maximus hoc munus, non Menenio Agrippæ, ſed Valerio (qui forte fuit vnus e Collegis legationis Aggrippæ) dedit inquiens [Potentiam vero eloquentiæ etſi plurimum valere animaduertimus: tamen ſub proprijs exemplis, quo ſcilicet vires eius teſtatiores fiant, recognoſci conuenit DE VALERIO. Regibus exactis, Plebs diſcedens a Patribus, iuxta ripam fluminis Anieni in colle, qui Sacer appellatur, ar-

• lib. 2.

p lib. 8. c. 9.

mata

mata confedit: eratque non ſolum deformis, ſed etiam miſerrimus Reipublicæ ſtatus, a capite eius cetera parte corporis peſtifera ſeditione diuiſa: ac ni Valerij ſubueniſſet eloquentia, ſpes tanti imperij in ipſo pene ortu ſuo corruiſſet. Is namque Populum, noua & inſolita libertate temere gaudentem, oratione ad meliora, & ſaniora conſilia reuocatum, Senatui ſubiecit: ideſt vrbem vrbi iunxit. Verbis ergo facundis, ira, conſternatio, arma ceſſerunt.] Niſi forte fuerit hæc alia ſeditio Populi contra Senatum ab eloquentiſſimo Valerio compreſſa. Sic ergo recte Schematiſta noſter, appoſita Virga Caducei, ſymbolo Eloquentiæ, pugnaciſſimorum Gallorum, alterum qui minoris conditionis Plebem ſignat, colla caputq; ſubmittere facit alteri, qui ſublimioris Ordinis hieroglyphico Senatum notat; adeoque docet minores maioribus obedientiam & obſequium præſtare debere, vnaque vi eloquentiæ ad aptam concordiam redigi poſſe diſcordes.

Cõtradictio Valerij, & Liuij ſublata.


Minores Maioribus obedire debere.

A

Sacrilegus Brennus ad Altare templi Delphici merito mortem ſibimetipſo ſponte conſciſcere debuit.
Aiax furens, ob Achillis arma ſibi negata, ſe tranſuerberat.

B

Schema XXV. Gemma.



C

D

Decius Imperator in medio exercituum extructo vogo se pro patria Pr incipibus ex voto salutio immolauit.
Decius in Plinio moralium.

Anonymi

Anonymi sententia de Decio proponitur, & expenditur. Cap. CVIII.

A

VIr anonymus huic noſtro Schemati Decij votum applicat, inquiens: *Decius Romanorum Imperator in medio exercituum extructo rogo, ſe pro patria principatu ex voto Saturno immolauit. Decius in Plutarcho Moralium.* Hæc ille. Cui quidem Plutarchus agens de Amore prolis aperte verba dediſſe videtur huiuſmodi: [Sane ignem tuum Decius Romanorum Imperator anteuertit, quo tempore extructo in medio exercituum rogo, ex voto ſeſe pro patriæ Principatu Saturno immolauit.] Sed tamen in Schemate nulla rogi facies, nulla comburentis ſe viri viſitur imago, at ſe pugione ferientis ad Aram. Et hanc Plutarchi ſententiam Liuius apertiſſime conuellit, aſſerens Decium, non vnum, ſed geminum, Patrem atque filium ſeſe pro ſalute Populi Romani, & exercitus Quiritium deuouiſſe, non Saturno, ſed omnibus alijs Dijs, non rogo penitus vllo, ſed equo conſcenſo, non ſemetipſum confeciſſe, ſed ab hoſtibus in acie media dimicantem ſtrenue confoſſum, & interemptum fuiſſe. Maiorque fides Liuio danda de Rebus Romanorum, quam Plutarcho; qui præſertim hanc hiſtoriam obiter afferens in loco non proprio, potuit memoriæ lapſu a vero de-

B flexiſſe. Liuij verba ſunt: [a] [Romani Conſules priuſquam educerent in aciem, immolauerunt: Decio caput iecinoris a familiari parte cæſum Aruſpex dicitur oſtendiſſe: alioqui acceptam Dijs hoſtiam eſſe: Manlium egregie litaſſe. Atqui bene habet, inquit Decius, ſi ab Collega litatum eſt. Inſtructis, ſicut ante dictum eſt, ordinibus proceſſere in aciem: Manlius dextro, Decius læuo cornu præerat. Primo vtrinque æquis uiribus, eodem ardore animorum gerebatur res: deinde ab læuo cornu haſtati Romani nõ ferentes impreſſionem Latinorum, ſe ad principes receperе. In hac trepidatione Decius Cõſul M. Valerium magna voce inclamat: Deorum, inquit, ope Valeri opus eſt: agedum Pontifex publicus Populi Romani præi uerba, quibus me pro Legionibus deuoueam. Põtifex eum togam prætextam ſumere iuſſit: & uelato capite, manu ſubter togam ad mentum exerta, ſuper telum ſubiectum pedibus ſtantem ſic dicere: *Iane, Iupiter, Mars pater, Quirine, Bellona, Lares, Dii Nouenſiles, dij Indigetes, Diui quorum eſt poteſtas noſtrorum, hoſtiumque, Dijq; Manes, vos precor veneror, veniam peto, feroque: vti Populo Romano Quiritium vim, victoriamq; proſeqvetis: hoſtesq; Populi Romani Quiritium terrore, formidine mortemque afficiatis. Sicut vobis nuncupaui, ita pro Republica Quiritium, exercitu, legionibus, auxilijs Populi Romani Quiritum, legiones, auxiliaque hoſtium mecum Dijs Manibus, Telluriqve deuoueo.* Hæc ita precatus Lictores ire ad T. Manlium iubet: matureque Collegæ ſe deuotum pro exercitu nuciare. Ipſe incinctus cinctu gabino, armatus in equum inſiluit: ac ſe in medios hoſtes immiſit. Conſpectus ab utraque acie aliquanto auguſtior humano uiſu, ſicut cælo miſſus, piculum omnis Deorũ iræ: qui peſtem ab ſuis auerſam in hoſtes ferret. Ita omnis terror, pauorq; cum illo latus ſigna primo Latinorum turbauit: deinde in totam penitus aciem peruaſit. Euidentiſſimum id fuit, quod quacumque equo inuectus eſt, ibi haud ſecus, quam peſtifero ſidere icti pauebant. Vbi vero horruit obrutus telis: inde iam haud dubie conſternæ cohortes Latinorum fugam ac vaſtitatem late fecerunt.] Hoc exemplum ſecutus filius eſſe dicitur itidem ab eodem Liuio poſtea ſcribente: [b] [Ferocior Decius & ætate, & vigore animi, quantumcumque virium habuit, certamine primo effudit: & quia lentior videbatur pedeſtris pugna, equitatum in pugnam concitat: & ipſe fortiſſimæ iuuenum turmæ immiſtus erat proceres iuuentutis, vt ſecum in hoſtem impetum faciant: duplicem illorum gloriam fore, ſi ab læuo cornu, & ab equite victoria incipiat. Bis auertente Gallicum equitatum, iterum longius eiectos, & iam inter media equitum agmina prælium ciens, nouum pugnæ conterruit genus: eſſedis carriſque ſuperſtans armatus hoſtis ingenti ſonitu equorum rotarumque aduenit: & inſolitos eius tumultus Romanorum conterruit equus. Ita victorem equitatum velut lymphaticus pauor diſſipat: ſternit inde ruentes equos viroſq; improuida fuga: turbata hinc etiam ſigna legionum: multique impetu equorum, ac vehiculorum raptorum per agmen obtriti anteſignani: & inſecuta, ſimul territos hoſtes vidit, Gallica acies nullum ſpacium reſpirandi, recipiendique ſe, dedit. Vociferare Decius, quo fugerent? quamue in fuga ſpem haberent? obſiſtere cedentibus, ac reuocare fuſos. Deinde vt nulla vi perculſos ſuſtinere poterat: patrem P. Decium nomine compellans, quid vltra moror (inquit) familiare fatum datum hoc noſtro generi eſt, vt luendis periculis publicis piacula ſi-

[a] lib. 8. p. 91. F.

Vouendi ſe formula priſca.

[b] lib. 10. p. 118. 119.

Digitized by Google

mus. Jam ego mecum legiones hostium mactandas Telluri, ac Dijs Manibus dabo. Hæc locutus M. Liuium Pontificem, quem descendens in aciem digredi vetuerat ad se, præire iussit verba, quibus se barbarosq; hostium pro exercitu Populi Romani Quiritium deuoueret. Deuotus inde eadē precatione, eodemq; habitu, quo pater P. Decius ad Veserim bello Latino se iusserat, deuouerit. Quum secundum solennes precationes adiecisset: præ se agere se se formidinem ac fugam, cædemque ae cruorem: cælestium, infernorum iram cōtacturum funeribus diris signa, tela, arma hostium, locumque eundem suæ pestis & Gallorum ac Samnitium fore. Hæc execratus in se hosteſque, quam cōfertissimam cernebat Gallorum aciem concitat equum, inferensq; ipse infestis telis interfectus est. Vix humanæ inde opis videri pugna potuit. Romani duce amisso, quæ res terrori alias esse solet, resistere fugam, ac nouam de integro velle instaurare pugnam. Galli & maxime globus circumstans Consuli corpus, velut alienata mente vana incassum iactare tela: torpere quidam, & nec pugnæ meminisse, nec fugæ. At ex parte altera Pontifex Liuius, cui Lictores Decius tradiderat, iusseratque Proprætorem esse, vociferari, vicisse Romanos defunctos Consulis fato. Gallos Samniteſq; Telluris matris ac Deorum Manium esse] Ex quibus apertissime constat, vtrumque Decium equo conscenso, dimicantem in acie confossum ab hostibus armatum interijsse, qui prius amictus toga prætexta, velato capite, manu subter togam ad mentum exerta, incinctus cinctu Gabino super telum subiectum pedibus stans Dijs pro Romano exercitu se simul & hostes deuoueat; adeoque nihil habere cummune cū Schemate nostro, in quo nudus homo corpore reliquo, sine cinctu penitus vllo, sola galea capite tectus, & scutum gerens brachio sinistro, pugione proprio semetipsum transadigens interimit, læuo crure stans, & dextero genu flexo super altore cum ardente face Aræ adhærente; quorum nihil omnino relatū habemus in Deciorum deuotionibus, aut internecionibus, apud Liuium.

Decios dimicantes ab hostibus interfectos.

A B

De Catone Vticensi, semetipsum confodiente, num Schema possit intelligi. Cap. CIX.

ANne quis opinetur in Schemate Catonem poni se gladio transfodientem? Sane Catonem Vticensem semetipsum fortiter interemisse, testatur Valerius Maximus, inquiens: [a] *Tui quoq; clarissimi excessus Cato Vtica monimentum est: in qua ex fortissimis vulneribus tuis plus gloriæ quam sanguinis manauit. Siquidem constantissime in gladium incumbendo, magnum hominibus documētum dedisti: quanto potior esse debeat probis dignitas sine vita, quam vita sine dignitate.* Et Seneca de tranquillitate animi peragens, infit [b] [Cato ille, virtutum viua imago, incumbens gladio, simul de se ac de Repubiica palam facere.] Catonis tamen hanc vltroneam mortem D Augustinus imbecillitatis animi, non autem fortitudinis fuisse contendit, asserens: [c] *Sed tamen illi præter Lucretiam non facile reperiant de cuius auctoritate præscribant nisi illum Catonem qui se Vticæ occidit: non quia solus id fecit, sed quia vir actus & probus habeatur; vt merito putaretur, recte etiam fieri potuisse, vel posse, quod fecit. Decius facto quid potissimū dicam, nisi quod amici eius docti quidā viri, qui hoc fieri prudentius dissuadebant imbecillioris quā fortioris animi facinus esse censuerunt, quod demonstraretur nihonestas turpia præcauens, sed infirmitas aduersa non sustinens. Hoc & ipse Cato in suo Charissimo filio indicauit. Nam si turpe erat sub victoria Cæsaris viuere: cur autor huius turpitudinis pater filio fuit, quem de Cæsaris benignitate omnia sperare præcepit? Cur non & illū secum coegit ad mortem? Nam si eum filium, qui contra imperiū in hostem pugnauerat, etiā victorem, laudabiliter Torquatus occidit, cur victus victo filio pepercit Cato, qui non pepercit sibi? An turpius erat contra imperiū esse victorem, quam contra decus ferre victorem? Nullo modo igitur Cato turpe esse indicauit sibi victore Cæsare viuere, alioquin ab hac turpitudine paterno ferro filiū liberaret. Quid est ergo, nisi quod filiū quantū amauit, cui parci a Cæsare & donauit, & voluit, tantū gloriæ ipsius Cæsaris, ne ab illo etiā sibi parceretur (vt ipse Cæsar dixisse fertur) inuidit: aut, vt aliquid nos mitius dicamus, eripuit?* At vero Cato, non iuuenis, vt pictus in Schemate, sed plane senex: non galea tectus, nec armatus Clypeo, nec insistens Altari, sed in lecto manensensem sibi misit in ventrem, modo prorsus ab eo differenti, qui representatur in Schemate: qua de re Plutarchi testimonium in vita Catonis apertissimam fidem facit; vbi legitur ad verbum: [Ita soluto conuiuio, vbi solennem a cæna deambulationem cum amicis absoluit, & præfectis excubiarum, quæ tempus requirebat, imperauit, recipiens iam se in cubiculum, filium & amicorum quemque arctius quam assueuerat, amplc-

[a] lib. 3. c. 2.

Catonis mors laudata.

[b] cap. 15.

[c] 1. de Ciu. cap. 23.

Catonis mors reprehensa.

Catonis mors descripta.

Digitized by Google

A amplexus est & salutauit; qua re suspicionem de integro mouit consilij sui. Ingressus cubiculum vbi decubuit, Platonis dialogum de Animo sumpsit in manus, libroque prope euoluto suspexit supra caput, vbi non vidit suspensum gladium (filius enim coenante adhuc patre subtraxerat eum) seruum vocauit rogauitque quisnam ensem abstuliſſet? Conticescente illo repetijt librum, paruoque interposito interuallo, quasi non instaret neque vrgeret, sed fortuito requireret gladium, praecepit eum adferri. Intercedente mora quum adferret nemo gladium, perlecto libro adiuit denuo singulos seruos, ac vocem magis intendit, ensemq; reposcit, vnum etiam pugno percussit, manumque cruentauit, fremens atque alta iam voce vociferans nudum se prodi a filio & seruis hosti: quousque siens filius accurrit cum amicis, ruensque in complexum eius caepit lamentari, & obsecrare eum. Ibi exurgens Cato, ac sustollens oculos torue: Quando tandem, inquit, ego & vbi in apertam dementiam incidi imprudens? Cur admonet nemo me, nec abducit ab his, vbi parum recte videar consuluisse, sed consilia mea prohibeor exequi, armisque denudor? Quin simul homo praeclare constringis parentem, manusque post tergum illigas, donec veniens Caesar ostendat ne defendere quidem me ipsum valentem? Neque enim in me ipsum requiro gladium, quum etiam
B spiritu breui tempore compresso, atque afflicto semel ad parietem capite exanimari liceat. Dum ita fatur, eiulans adolescens omnesque reliqui cubiculo excessere. Demetrium vero & Apollonidem restitantes lenius iam compellans: Vtrum vos quoque, inquit, huius aetatis virum retinere vi statuistis in vita, residentesque hic tacite asseruare? An rationem assertis, non esse indignum neque foedum, quum aliunde desperet salutem Cato, eam expectare ab hoste? Quin igitur hoc demonstratis nobis persuadetisque, atque docetis, vt placitis & doctrinis illis prioribus, in quibus aetatem triuimus, explosis, redditi per Caesarem sapientiores, maiores ei agamus gratias? Atqui nihil equidem de meipso constitutum habeo, sed debet in manu esse mea, vbi deliberaui, exequi consilium. Consulam autem quodammodo vobiscum, quum deliberem cum praeceptis, quibus vos commentamini vt vtamini. Abite igitur fidenter, atque filio meo dicite, quae docere non valet patrem, ea ne cogat. His nihil Demetrius & Apollonides reluctati, sed manantibus lachrymis digressi sunt. Inde per pusillum puerum introfertur gladius: quem vt accepit, distrinxit, & considerauit eum. Vbi mucronem directum vidit, atque aciem integram, prolocutus: Nunc mei iuris sum: po-
C suit ensem: & librum ex integro relegit. Bis eum referunt totum peruolutasse. Mox alto somno dormiuit, vt qui foris erant, perciperent stertentem. Circa noctis conticinium libertum Cleanthem Medicum appellauit & Buram, quo praecipue in Reipublicae negocijs vtebatur. Hunc misit ad mare visum, an soluissent omnes, idque vt sibi referret. Medico autem manum ex ictu, quem seruo inflixerat, inflammatam praebuit obligandam; id quod omnes, quasi viuere vellet, reddidit hilariores. Mox adfuit Buta renuncians, ceteros vela fecisse, Crassum vero propter occupationes aliquas haerere adhuc illic, sed eum quoque iam iam conscensurum; tempestatem autem ingentem & vehementem ventum in mare incubuisse. Quo audito ingemuit Cato nauigantium miseratione, Butamque misit iterum ad portum visum, si quis forte recurrisset rei alicuius indigus, id sibi vt referret. Jam aues concinebant, ac paululum denuo in somnum est relapsus. Reuerso Buta, magnumque silentium renunciante in portu esse, iussit ei ianuam claudere. reposuitque in lectulum se quasi reliquum noctis quieturus. Digresso Buta, strictum gladium sub pectore impressit; quia
D vero ictus fuit ex manus inflammatione leuior, non subito exanimatus est: verum animam agens decidit cubili, & strepitum eddidit deiecto abaculo quodam geometrico, qui iuxta locatus erat. Quod sentientes ministri sustulerunt clamorem, filiusque & amici confestim ingressi sunt ad eum: qui conspicientes sanguine foedatum, & intestina pleraque procidisse, spirantem tamen eum adhuc & intuentem, omnes ingenti perfusi sunt dolore. Medicus accurrens intestina conabatur, quia manserant illaesa, reponere, & vulnus consuere. Vt igitur recreari Cato caepit, atque ad se redire, repulit Medicum, interanea manibus lacerauit, diuulsoque expirauit vulnere. Quo autem spacio non crederes eum casum resciscere omnes domesticos potuisse, adfuerunt ad fores trecenti, ac mox populus Vticensis concurrit vna voce benefactorem seruatorem, solum liberum, solum inuictum appellantes; eaque agebant, quum nunciaretur adesse Caesarem.] Ex qua historia plane constat, iuuenem Cato senex.

Digitized by Google

galea, scutoque armatum, gladio se confodientem ad Altare, non esse simulachrum senis Catonis, inermis præterquam gladio, se transfodientis in cubidi super lectulo. A

De Bruto, se pariter pugione confodiente, num possit imago Schematis interpretari. Cap. CX.

INtes antiquos militia claros, qui sibi mortem adacto gladio intra viscera sponte conscierint, Brutus memoratur, Cæsaris ille famosus interfector; de quo nobile posuit Cl. V. Alciatus[a] Emblema, virum omnibus armis toto corpore contectum, qui semetipsum gladio transuerberaret, representans, adiecto carmine pereleganti:

a Emb. 120.

,, Cæsareo postquam superatus milite, vidit
,, Ciuili vndantem sanguine Pharsaliam:
,, Iam iam stricturus moribunda in pectora ferrum,
,, Audaci hos Brutus protulit ore sonos:
,, Infelix virtus, & solis prouida verbis,
,, Fortunam in rebus cur sequeris dominam? B

Dio quidem Cassius ait, Brutum per se se sibi manum non intulisse, iussisse tamen alteri suo ,, vt se volentem conficeret: Dionis verba sunt:[b] Brutus in locum quemdam natura tutum ,, effugerat: conatusque in castra peruenire; quum nulla ratione id efficere valeret: au- ,, dito etiam militum nonnullos uictoribus se dedidisse; rebus omnibus saluteque despe- ,, rata; viuum autem in hostium peruenire potestatem se indignum iudicans, ipse etiam ad ,, mortem confugit: altaque voce recitato Herculis illo dicto: *O infelix virtus, ita ne, ,, quum nihil quam nomen esses, ego te tanquam rem aliquam exercui; quum tu fortuna ser- ,, ueris?* suorumque quemdam sibi manus afferre iussit. Eius corpus Antonius human- ,, dum tradidit: caput autem Romam missum; in transmissione a Dyrrhachio tempestate coorta in mare abiectum est. Scilicet eius caput Romam peruenire non debuit, qui suum benefactorem Cæsarem interficiens, Romam suo capite priuauerat, scelestissimo parricidio. Sed an ipse sibi manus intulerit, an per militem suum, incerta res est apud Plutarchum,[c] qui meminit vtriusque modi, sic ait ens, [Multa iam nocte inclinans se Brutus, vt sedebat, versus seruum suum Clitum, allocutus est eum. Silente Clito, & lachrymante, verti se rursus ad armigerum Dardanum, quicum habuit seorsum quosdam sermones. Tandem Volumnium ipsum lingua Græca literarum & studiorum communium cõmonefecit orauitque, vt manum gladio vna secum admoueret, & ictus impulsus adiuuaret. Recusante id Volumnio, alijsque idem facientibus; quum diceret quispiam, nõ remanendũ illic, sed fugiendum esse, exurgens. Sane vero, inquit, fugiendum est, non pedibus tamen, sed manibus. Tum data cuique dextera, vultuque perquam sereno, magnæ sibi voluptati ait esse, quod nemo ipsum fefellisset amicorum: verum fortunam se patriæ nomine incusare: Victoribus vero ducere se beatiorem, non præteritorum tantum causa, sed in præsentia quoque, qui laudem relinqueret virtutis; quam neque armis victores, neque pecunia paraturi vel relicturi essent posteris: quin viderentur iustis oppressis & probis, iniusti & improbi dominatum nihil ad ipsos pertinentem quæsisse. Postquam denique orauit & obsecrauit eos, vt semetipsi seruarent, recessit longius cum duobus aut tribus: ex quibus fuit Strato, qui cum eo ex studio Rhetorico contraxerat familiaritatem. Hunc proxime se constituit, atque in gladium strictum, quem capulo ambabus manibus direxit, incumbens interemit se. Alij non ipsum autumant, sed Stratonem, enixe precante Bruto, auersis oculis subiecisse gladium, atque illum cum impetu impressisse pectus; quo traiecto fuisse eum cuestigio exanimatum. Hunc Stratonem Messala Bruti amicus Cæsari reconciliatus commendauit ei aliquando per ocium, lachrymansque ait: Hic ille est, Cæsar, qui Bruto meo extremum præstitit officium.] Sed si manu propria Brutus interfecit se, iusta Dei vltione manus illa, qua patrem Cæsarem interemit, interfectorem occidit, Cæsari parentans atque litans: at si manus alterius Brutum confecit, iure factum id quoque fuit, quia non erat vt manus illa, quæ tam atrox parricidij facinus perpetrauerat, contacto Cæsaris corpore, tangeret scelestum parricidæ corpus. Illico vero perijt Brutus, adacto ferro in pectus, ibique traiecto Corde, quod est principium & fundamen-

b hist. Rom. lib. 47. Bruti mors.

Caput Bruti cur Romam peruenire nõ debuit.

c in vita Bruti.

Fugiendum nõ pedibus, sed manibus vt dixerit Brutus.

Bruti fatum execrabile.

Digitized by Google

A mentum vitæ totius. Quum segnius interierit ideo Cato senior, quia vulneratus in imo ventre, cor inde absens in medio vitam ipsius diutius protrahere valuit. At vero nostro Schemati fatum hoc Bruti coaptari non posse, satis ostendit Altare, quo innixus, aut quod fere calcans, interficit semetipsum miles; quin & ardens fax Aræ adhærens; etenim huiusce modi duo nihil omnino pertinent ad Bruti facinus. Quam quidem mortem vltroneam, tum Bruti, tum etiam Catonis, ne viui venirent in potestatem suorum inimicorum, a virtute fortitudinis non proueniſſe, verum ab ignauia, timoreque mali, cui sustinendo pares nō essent, clarissime decernit Aristoteles, inquiens, vbi tractat ex professo de fortitudine, ac eius extremis: [d] *Mori autem vt vel paupertatem, vel amorem, vel molesti quippiam fugiamus, fortis viri minime est, sed potius timidi; quippe quum laboriosa fugere mollicies sit, neque hanc mortem sustinet quispiam quia honestum sit, sed vt malum euitet ac fugiat.*

d 3. Ethic. cap. 7. fi.

Proponitur explicatio propria, de Brenno Gallorum duce sacrilego, qui semetipsum confecerit ad Aram Apollinis in templo Delphico. Cap. CXI.

B NOs autem hocce Schemate nostro representari censemus fatum Brenni Gallorum ducis, qui post multa sacrilegia templum Apollinis ingressus ad Aram se iusta numinis vltione macta uerit; qua de re clarissimum habemus Valerij Maximi testimonium, vbi tractat *de neglecta religione*, verbis ipsissimis: [a] *De Apolline vindicante se de sacrilegio. Acer etiam sui numinis vindex Apollo; qui Carthagine a Romanis oppressa, veste aurea nudatus, id egit: vt sacrilega manus inter fragmenta eius abscissæ inuenirentur. Brennus Gallorum Dux Delphis Apollinis templum ingressus, Dei voluntate in se manus vertit.* Hac de re carmina Propertij leguntur. [b]

a lib. 1. c. 2.

b lib. 5.

,, Torrida sacrilegum testantur limina Brennum,
,, Dum petit intonsi Pythia regna Dei
,, At mons Laurigero concessus vertice duras
,, Gallica Parnasi sparsit in arua niues.

Quia non solum Brennus vltro mortem oppetijt, vt in Phocicis item testatur Pausanias, verum etiam totum eius exercitum de cælo nix & grando confecit. Justinus autem sacrilegium
C Brenni, eiusque punitionem luculenter ostendit, inquiens: [c] [Victor Brennus, nemine prohibente, totius Macedoniæ agros depraedatur. Inde quasi terrena iam spolia forderent, animum ad Deorum immortalium templa conuertit, scurriliter iocatus, locupletes Deos largiri hominibus oportere. Statim igitur Delphos iter vertit, prædam religioni, aurum offensæ Deorum immortalium præferens; quos nullis opibus egere, vt qui eas largiri hominibus soleant, affirmabat. Templum autem Apollinis Delphici positum est in monte Parnasso (& cetera, quæ dudum [d] retulimus) Multa igitur ibi & opulenta Regum populorumq; visuntur munera; quæque magnificentia sui, reddentium vota gratam voluntatem, & Deorum responsa manifestant. Igitur Brennus quum in conspectu haberet templum, diu deliberauit, an confestim rem aggrederetur: an vero fessis via militibus, noctis spacium ad resumendas vires daret. (& mox) Habebat Brennus lecta ex omni exercitu peditum sexaginta quinque millia: Delphorum sociorumque non nisi quatuor millia militum erant; quorum contemptu Brennus ad acuendos suorum animos, prædæ vbertatem omnibus ostendebat;
D statuasq; cum quadrigis, quarū ingens copia procul visebatur, solido auro fusas esse, pluſq; in speeie habere prædæ affirmabat. Hac ostentatione incitati Galli, simul & hesterno metu saucij, sine respectu periculorum in bellum ruebant: contra Delphi plus in Deo, quam in viribus reponentes, cum contemptu hostium resistebant; scandentesque Gallos e summo montis vertice partim saxis, partim armis obruebant. In hoc partium certamine, repente vniuersorum templorum antistites, simul & ipse vates sparsis crinibus, cum insignibus atq; infulis, pauidi vaecordesque in primam pugnantium aciem procurrunt: *Aduenisse Deum clamantes, eumque se vidisse in templum desilientem per culminis aperta fastigia: Dum omnes opem Dei suppliciter imploranti, iuuenem supra humanum modum insignis pulchritudinis, comitesque ei duas armatas virgines, ex propinquis duabus Dianæ Minerueque ædibus occurrisse. Nec oculis tantum hæc se perspexisse: audisse etiam stridorem arcus, ac strepitum armorum.*

c lib. 24.

d cap. 72.

Digitized by Google

rum. Proinde ne cunctarentur, Dijs anteſignanis, hoſtem cadere, & victoria Deorum ſocios ſe adiungere. Quibus vocibus incenſi omnes certatim in praliunt proſiliunt. Præſentiam Dei & ipſi ſtatim ſenſere; nam & terræ motu portio montis abrupta, Gallorum ſtrauit exercitum, & confertiſſimi cunei non ſine vulneribus hoſtium diſſipati ruebant. Inſecuta deinde tempeſtas eſt, quæ grandine & frigore ſaucios ex vulneribus abſumpſit. Dux ipſe Brennus, quum dolorem vulnerum ferre non poſſet, pugione vitam finiuit] ſed in templo, vt ait Valerius. Atque Iuſtino, Valerioque conſentiens Pauſanias, in Phocicis ait: [Brenno certe vulnera reliqua fecerunt aliquam vitæ ſpem: metu tamen, vel pudore potius, quod autor ipſe ciuibus ſuis fuiſſet ſuſcipiendæ in Græciam calamitoſæ expeditionis, vltro aiunt hauſto mero, *poſt accepta vulnera*, mortem *oppetiſſe*.] Verum allatum Iuſtini locum ita Victorinus Strigelius illuſtrat. *Cur Deus Brennum, Ducem Gallorum, vna cum exercitu deleuit, violantem templum Delphicum: Etſi cauſas conſiliorum* Dei *in hac vita non ſatis intelligimus: tamen duæ cauſæ huius rei, de qua nunc dicimus, non reprehendenda coniectura afferri poſſunt: quarum vna eſt: Deus puniuit Brennum, non propter ſpeciem, ſed propter genus, hoc eſt propter contemptum Epicuraum vniuerſæ religionis, & omnium rerum diuinarum, & propter alienationem bonorum, quæ ad meliores vſus conferri debuerant: non puniuit eum principaliter propter violationem templi Delphici. Altera cauſa eſt, quia* Deus *hoc exemplo punit a violationis templi* Delphici *ſuo quodam iudicio iuſto augere & confirmare voluit cæcitatem & amentiam in Græcis & alijs hominibus, qui deſerto & relicto Verbo* Dei *patrocinium manifeſtæ turpitudinis & idolatriæ ſuſceperunt.* Sed quacumque de cauſa Deus Brennum punierit violatorem templi Delphici, morte violenta ſibimet illata ſupra delubri Aram, id tantum facinus ob oculos nobis ponere Schematiſta voluit in præſentia. De quo facinore poſt Valerium alij meminere: C. Stephanus:[e] *Poſtremo Brennus, Apollinis* Delphici *templum prædæ cauſa ingreſſus, ira numinis ſe interfecit*: Valerij fere verba referens. cuius interpretes omnes ad vnum iſtam Brenni mortem vltroneam enarrant in templo Delphico. Oliuerius: *Brennus Gallorum* Dux: *hic fuit, quo duce Roma capta, & incenſa fuit, ſecundum quoſdam. Apollinis templum*: *de hac ſpoliatione templi meminit Iuſtinus.* (etſi Iuſtinus nõ aſſerat a Brenno templum expoliatum fuiſſe, ſed ab Apolline defenſum, qui totum exercitum Brenni cõſumpſerit, & Brennum adegerit ad ſe pugione confodiendum.) *In ſe manus vertit inſtinctu numinis: hoc eſt inſtigante numine ſeipſum gladio tranſfixit, quia eius templum ingreſſus fuerat violaturus.* Arcenſius: *Affert ſecundum exemplum de vindicta Apollinis in ſacrilegium Brenni* Ducis *Gallorum in Gallo Græcia, qui quum* Delphicum *templum ſpoliaſſet* (verius ex Iuſtino, ſpoliare tentaſſet) *in furorem verſus ſibi manum intulit. Ordo eſt: Brennus* Dux *Gallorum ingreſſus templum Apollinis* Delphis, *ideſt quod erat opulentiſſimum aoud* Delphos, *vertit manus in ſe, ideſt ſeipſum interemit voluntate* Dei, *ſcilicet Apollinis.* Theophilus autem Valerij textum plane corrumpit, dum corrigere ſe putat, aiens: [*Ingreſſus*: caſtiga: Aggreſſus: Apollinis enim templum Brennus ingreſſus non eſt; niſi templum pro finibus accipias, & luco templi.] Hæc ille: quæ ſane gratis & abſque probatione proferuntur; nam vt exercitus templum neque ſpoliauit, neque penitus ingreſſus eſt: Brennus tamen Valerij teſtimonio templum ingreſſus eſt, atque ſemetipſum ad Altare proprio pugione tranſuerberauit: Quod facinus ob oculos in præſenti Schemate proponitur. Petrarcha ſimiliter id indicat in ſuo Triumpho Famæ, ſcribens Brennum cecidiſſe ſub famigerabili Templo Delphorum; quia ſe tranſfixit ipſe ſub tecto templi, quod ingreſſus fuerat; quum eius exercitus abſumptus fuerit ad templum aſcendens, iam iam ipſum ſpoliaturus, ait enim;[f]

,, Vidi Siphace pari a ſimil ſcempio:
,, Brenno, ſotto cui cadde gente molta,
,, E poi cadd'ei ſotto'l famoſo tempio.

Quòs verſus illuſtrans Philelphus ait: [Brenno eſſendo di preda auidiſſimo, e ſenza alcuna religione, deliberò d'andare alla rapina del tempio di Apolline. Venuto adunque Brenno a quella regione, quelli del paeſe, grande quantita di vettouaglia laſſaron per le ville, ſtimando (ſi come interuenne) che i Galli tanto in quella preda ſoggiornarebbono, che loro harebbono facoltà di mandare per ſoccorſo da gli amici: & coſi data opera a moltiplicare diſenſori, confidandoſi ne lo Dio Apollo, vſciron a battaglia con Brenno; nella quale, mentre

Cur Deus vltus fuerit violatores templi Delphici.

[e] lib. Hiſtor.

[f] Tri. Fam. cap. 3.

Iuſtini referuntur hiſtoria.

A tre che più era feruente, apparue vno giouane di marauigliosa bellezza in mezo de due vergini, quali vsciron dal tempio di Diana e Minerua con gli archi in mano, precedeuano inanzi a i Delphi: e cosi combattendo soprauenne da lo aere vna grandissima grandine, per la quale al fine furono superati i Galli: essendo Brenno stato nella Battaglia ferito, sentendo graue dolore, con vno pugnale disperato vccise se stesso.] Id in templo fecisse testatur Valerius. Cuius opinionem secutus nostri Shematis autor aptissime describit Brennum, iuuenem ferocem, ac militem armatum galea, scuto, pugioneque se confodientem; posita militari face, qua tum Romam, aliasque regiones obuias antea vastauerat, tum mox depopulatum templum incendere gestiebat: & genu crureque calcantem Altare sacrum ad ludibrium; quod alij venerabundi consueuerant adorare; scribente dudum Aristotele [a] de priscorum sententia: *Dixit Protarchus fortunatos esse lapides, ex quibus sunt Aræ, quod honorentur: copulati autem cum his conculcentur.* Verum in gemmula quod effictus fuerit Brennus toto fere corpore nudus, id fuit antiqui Sculptoris artificium ad ostentandam eximiam sui peritiam in fingendo corpore humano pulcherrime ad artis canones; alioqui certum est, Brenuum haud se traiecisse nudum. Sic igitur explicandam existimamus e Valerio Maximo gemmam in allato Schemate de Brenno Sacrilego semetipsum iusto Dei iudicio transfodiente, necanteque ad Aram templi Delphici, cui violando cum tot Gallorum millibus accurrerat.

[a] 2. Phy. t. 59.

B Brenus cur nudus, in Schemate.

De Aiace semetipsum interficiente, gladio dudum ab Hectore sibi donato. *Cap. CXII.*

QVid si dixero Schematistam hic ob oculos nobis posuisse Telamonium Aiacem, qui semetipsum confoderet ense, dudum ab Hectore loco muneris accepto post pugnam nocte diremptam? nota quidem historia legitur apud Homerum [a] Calabrum [b] Ouidium [c] & alios classicos quibus Aiax bellicosissimus extitit, & singulare certamen aduersus Hectorem iniens, post integræ diei pugnam, dimicantium duellum nox aduenies terminauit; qui more vetusto mutuis muneribus donati singuli redierunt ad suos, Aiace quidem Hectoris ensem reportante, baltheum Aiacis Hectore secum deferente; quæ dona, vel Seruio teste, nefasta fuerunt vtrisque; nam eo baltheo post ab Achille necatus Hector: Aiax autem Ilio capto, atque diruto, de armis Achillis a Paride iam interempti, aduersus Vlyssem ingens litigium habuit; in quo sententijs Græcorum principum quum arma cedere cogeretur Vlyssi, virtutem suam eloquentiæ Laertiadis aduersarij submissam aspiciens; indignatione versus in furorem, eo se gladio, quem ab Hectore susceperat interemit; qua de re sic Ouidius; post enarratas litigantium orationes;

[a] Illiad. 7.
[b] lib. 5. Paral.
[c] 13. Metam.

C

,, Mota manus procerum est: & quid facundia posset,
,, Tunc patuit: fortisque viri tulit arma disertus.
,, Hectora qui solus; qui ferrum, ignemque, iouemque
,, Sustinuit toties, vnam non sustinet iram.
,, Inuictumque virum vicit dolor: arripit ensem.
,, Et meus hic certe est: an & hunc sibi poscit Vlysses?
,, Hoc, ait, vtendum est in me mihi: quique cruore
D ,, Sæpe Phygum maduit, domini nunc cæde madebit,
,, Ne quisquam Aiacem possit superare, nisi Aiax:
,, Dixit: & in pectus tum demum vulnera passum,
,, Qua patuit ferrum, lethalem condidit ensem:
,, Nec valuere manus infixum educere telum.

Licet autem Calaber Aiacem posuit Hectoreo gladio se iugulasse; quem ita dicentem inducit: [d]

[d] lib. 5.

,, . . . Non enim vir bonus amplius præmijs afficitur, sed deterior
,, Et honoris & fauoris fructum præripit; siquidem Vlysses
,, In pretio est apud Græcos: meorum vero prorsus obliti sunt
,, Facinorum, quæ gessi pro popularibus, & coleraui.

,, Hæc

,, Hæc vbi dixerat ſtrenuus Telamenis præſtans filius,
,, Enſem Hectoreum per iugulum adigit. Mox ſanguis illi
,, Cum ſibilo erumpit, & ipſe in puluerem extenditur,
,, Vt Typhon, quem Jouis fulmina aduſſerunt;
,, Et circumcirca nigra terra valde ingemit, eo cadente.

Nihilominus autor noſtri Schematis Ouidium potius, quam Calabrum de morte Aiacis audire voluit, eum non iugulatum, ſed pectore transfixum ob oculos ponens.

Sic igitur vel Brennus, vel antiquior Aiax, interficiens ſemetipſum habetur in Gemma.

Proditorem nunquam placere viro forti, etiam cui ſit vtilis proditio necati hoſtis.

Schema XXVI. Gemma.



De affectu Cæſaris accipientis caput Pompei Magni a proditore, qui virum interfecerat. Cap. CXIII.

SAne vulgata ſatis eſt hiſtoria de lachrymante Cæſare, dum caput capitalis inimici ſui Pompeij Magni ſuſciperet, vnde ſibi Romanum Imperium obtingere pro certo ducebat; at ex quonam affectu illæ prodirent lachrymæ, gaudione, an pietate ſummi Dueis, atque conciuis affiniſque tam præſtantis, tamque miſere peremptí, cui fato vel ipſe facile ſubijci valeret, incertum eſt. Illud tamen certiſſimum, ſibi proditorem ſemper exoſum, & in Pompeij proditionem ac internecionem conſpirates extinxiſſe; quam hiſtoriam ita [a] Plutarchus: [Vt igitur ea ſententia obtinuit fugiendum eſſe in Ægyptum conſcenſa Seleuide triremi ex Cypro cum vxore ſoluit *Pompeius*: Alij pars in nauibus longis, alij in onerarijs eum comitati ſunt. Pelagus tuto tranſmiſit. Quum autem Ptolemæum accepiſſet Peluſij cum exercitu ſedere, & bellum gerere cum ſorore ſua! eo decurrit. Præmittit certum, qui aduentum ſuum Regi ſupplicibus verbis nunciet. Erat admodum adoleſcens Ptolemæus; qui in

[a] in Pomp. vit. f.

regni

Digitized by Google

regni procuratione erat Pothinus, consilium coegit eorum, qui summam obtinebant autoritatem. Plurimum autem poterant, quos ille volebat. His suasit, vt suam quisque exprometet sententiam. Jam erat miserum de Pompeo Magno consultare, Pothinum eunuchum, Theodotum Chium mercenarium Rethoricorum magistrum ascitum, & Ægyptium Achillam. Hi enim inter cubicularios & nutricios alios erant principes consilij. Istius decretum consessus Pompeius in anchoris procula terra stans operiebatur, quem incolumitatis gratiam Cæsari indignum erat debere. Aliorum eatenus ea discrepauerunt sententiæ, quatenus hi reijciendum, alij vocandum & recipiendū censebant. At Theodotus facundiam & declamandi ostentans facultatem, neutrum esse ostendit explicatum: sed si recepissent eum, hostem Cæsarem ipsos habituros, & Pompeium dominum: sin abegissent, in culpa futuros apud Pompeium, quod ipsum repulerint: apud Cæsarem, quod non sint persecuti. Optimum ergo factu esse, vt accitum interficiant; siquidem & illi rem gratam facturos, neque hunc formidaturos. Adiecisse aiunt arridentem, *Mortuum non mordere.* Postquam in eam sententiam itum est, rem exequendam delegauerunt Achillæ. Hic Septimium quendam, qui ordinem quondam duxerat sub Pompeio, Saluiumque alterum Centurionem, præterea tres vel quatuor ministros assumpsit, atq; ita ad nauem Pompeij prouectus est. Forte omnes primores eorum, qui Pompeium comitabantur, conscenderant ad eum, vt, quid ageretur, cōspicerent. Vt videre non regium, nec splendidnm, nec Theophanis congruentem spei receptum: sed naui vna piscatoris paucos homines venire, suspectum eum cōtemptum habuerunt, monueruntque Pompeium, dum extra telorum ictum essent, retrorsum vt in salum ageret nauem. Interea appropinquante nauicula prior assurrexit Septimius, ac Latine Pompeium Imperatorem appellauit. Achillas verbis Græcis salute data hortatus est eum, vt in nauiculam suam transiret: vadosum prædicans mare esse, nec triremis patiens, quod breuia sabulosa haberet. Simul naues aliquot regiæ compleri conspiciebantur, & littus tenebant armati, vt nec elabi se, si mutarent consilium, viderent posse. Accedebat, quod percussoribus diffidentiam ipsam præbituri essent iniuriæ colorem. Salutata ergo Cornelia, quæ exitum eius iam ante deplorabat, duos centuriones, ex libertis vnum Philippum, & seruum Scynem nomine præse in nauiculam iussit descendere. Porrigente dexteram ei ex nauicula Achilla, ad vxorem & filium conuersus Sophoclis iambica pronunciauit:

„ Quisquis domum elatam Tyranni accesserit,
„ Fit illius seruus, licet liber venit.

His postremum quum suos esset affatus, ingressus est. Satis amplo interuallo inter terram, & triremem, vbi nemo eorum, qui in nauicula erant, hilariter est Pompeium allocutus: intuitus Septimium, Ecquid te, inquit, ego commilitonem quondam meum agnosco? Ille tantum capite annuit, non est affatus, nec benignitatem ei ostendit vllam. Quum iterum iam immobiles silerent: tenens Pōpeius in paruo libello conscriptam ab se Græcam orationem, qua vti apud Ptolemæum statuerat, eam cœpit legere. Postquam terræ approprinquauerunt: Cornelia cum amicis ex naui anxia speculabatur euentum, cæpitq; sustollere animos: quod ad descensionem multos ex regijs cerneret honoris & recipiendi eius gratia cōcurrentes. Ibi Pompeium, qui Philippum manu prehendit, quo surgeret commodius, Septimius primus a tergo traiecit: inde secundum eum Saluius, mox Achillas enses strinxerunt. Ille ambabus manibus faciem toga intexit, nec quicquam indignum se locutus est, nec fecit: tantum suspirio edito patienter ictus excepit. Annos natus vndesexaginta postridie natalium suorum fato functus est. Illi, qui in nauibus erant, vbi eædem spectauerunt, gemitum edidere ex littore exauditum, anchorisq; propere absolutis fugæ se mandauere. Benignus autem ventorum ex mari afflatus fugam eorum adiuuit. Vnde molientes persequi eos Ægyptij destitere. Caput Pompeij defecuerunt. Truncum e nauicula nudum proiecerunt, reliqueruntq; spectare id cupientibus. Philippus, dum satiarunt oculos, remansit apud eum. Inde aqua marina abluit corpus, ac tunicula quadam sua inuoluit. Quum nihil aliud ad manum esset, circumspiciens littus reperit paruulæ nauiculæ piscatoriæ marcidas quidem reliquias, sed quæ sufficerent ad rogum cadaueri nudo, nec eo integro. Has congerenti quidam iam grauis ætate ciuis Romanus assistens, qui prima stipendia iuuenis ipsi Pompeio fecerat, Tu, inquit, quis hominum es, qui Magnum Pompeium funerare paras? Qui vbi respondit liber-

Prodēdi Pōpeium consilium Ægyptiorum.

Forma proditionis.

Pompeij cædes.

Ætas Pōpeij morientis.

Caput Pompeij defectū.

Digitized by Google

tum eius esse: Atqui hoc decus, inquit, non apud vnum te residebit: Admitte me quasi pij lucri consortem, ne vndequaque de hac conquerar peregrinitate, pro multis molestijs id certe nactus, vt manibus meis contingam & cooperiam summum Populi Romani Imperatorem. Ita funeratus est Pompeius. Postero die L. Lentulus huius rei ignarus ex Cypro aduectus, & littus legens, vt funeris pyram vidit, atque assistentem Philippum, nec dum satis eum agnitum: Quis hic, inquit, fato functus iacet? Ac aliquantulo interposito spacio suspirans: Fortassis tu, inquit, Magne Pompei. Paulo post egressum ex naui comprehenderunt, necaueruntque. Hic exitus Pompeij fuit. Haud multo post Ægyptum ita perculsam Cæsar veniens eum, qui caput Pompeij sibi obtulit, vt detestabilem auersatus est. Anulum eius accipiens illachrymauit: Insculptus leo erat ensem tenens. Achillam autem & Pothinum interfecit. Ipse Rex in conflictu oppressus circa fluuium nunquam postea comparuit. Rhetor Theodotus Cæsaris vltionem declinauit; nam profugus ex Ægypto palatus est, abiectus & execrabilis. Eum M. Brutus interfecto Cæsare Asiam obtinens, repertum ibi atque omni cruciatus genere affectum necauit. Pompeij reliquiæ relatæ ad Corneliam sunt, easque illa in Albano humauit.] [b] Ita Plutarchus: cui plane cõsentit Appianus: ex quibus apparet, Cæsarem appetisse quidem vincere Pompeium, vt Romanum Imperium sibi soli compararet; at vero non appetisse Pompeij mortem, cædemque proditione perfida patratam, quam adeo statim vltus est, interfectis, quos ad manus habere potuit, sicarijs proditoribus. Quin & Pompeio vita defuncto templum erectum a Cæsare testatur Appianus inquiens de Cæsare: [Adsistente vero exercitu, Photinum quidem & Achillam, ob ea quæ in Pompeium perpetrauerant, morte mulctauit. Theodotum demum fugientem Cassius, quum in Asiam venisset, cruce suspendit. (& mox:) Caput Pompei ad se delatum minime intueri voluit *Cæsar*, verum sepeliri statim iussit. Templum quoque perexiguum ante vrbem condidit, quod Indignationis Sacrum appellauit: & quod ætate mea, Traiano Imperatore Iudæorum genus in Ægypto debellante, ab Iudæis ipsis ad oportunitatem belli diiectum est.] Ceterum ab hac historia videtur pauliſper deflexisse Schematista, licentia pulchrioris picturæ, Cæsarem effingens allatum sibi Pompeij Caput abscissum in manus accipientem, atque respicientem intensius; namque, vt ait ille, [c]

„ . . . . . Pictoribus, atque Poetis
„ Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.

Petrarcha tamen existimauit huiusmodi mœstitiam Cæsaris non ex affectu cordis ortum habuisse, verum simulasse mœrorem, falsasque lachrymas fudisse, quasi de morte conciuis & affinis doleret, qui gaudebat intrinsecus de competitoris & hostis exitio: cecinit enim, [d]

„ Cesare, poi che'l traditor d'Egitto
„ Li fece il don de l'honorata testa,
„ Celando l'allegrezza manifesta
„ Pianse per gli occhi fuor, si come e scritto.
„ Et Annibal, quando a l'imperio afflitto
„ Vidde farsi fortuna si molesta,
„ Rise fra gente lagrimosa & mesta
„ Per isfogare il suo acerbo despitto.
„ Et cosi auuien che l'animo ciascuna
„ Sua passion sotto'l contrario manto
„ Ricopre con la vista hor chiara, hor bruna.
„ Però s'alcuna volta i rido, o canto,
„ Facciol perche i non ho se non quest'vna
„ Via da celar il mio angoscioso pianto.

Sed tamen omnes historici de mirifica Cæsaris clementia, & humanitate, vel erga viros, a quibus hostiliter tractatus fuerat, ostendunt ista potius tanquam ab oratore suos affectus excusare volente, quam velut ab historico Petrarcha pronunciata fuisse. Verum vtcumque sit, Nunquam proditor placere potest viro forti, quamuis ipsi proditio possit vtilitatem afferre.

Iusta Pompeij magni.

Cæsar detestatur, & auersatur eum, qui sibi obtulit Caput Pompeij.

[b] l. 2. de bell. ciuil. Rom.

Cæsar Pompeio templũ erexit.

[c] Horat. in Arte.

[d] 2. part. Sonet. 82.

Digitized by Google

A *Amplè Dominiq; ſplendor non offuſcat ſidera virtutum in bono Principe, Magnoque Miniſtro, quem taciturnitas, atque celeritas maximopere decet.*

Schema XXVII. Gemma.

B



Andr. Patrum Stephanoth. *in gemma*

C *De Quadriga in Anulo ſignatorio Plinij Secundi iunioris, & Rana ſignatoria Mecænatis. Cap. CXIV.*

NO ab re quærit Anonymus appoſito diſticho Schemati:

„ Qui fit, vt emergant pura hæc ſub Sole coruſco
„ Sidera, quæ furua non niſi nocte ſolent?

Nam etiamſi non infrequenter in meridie ſtella Veneris conſpiciatur, nimirum dum terræ propinqua eſt in ſuo perigæo, & valde diſtans a Sole, totis triginta gradibus, luce quomodocunque tamen obſcuriore, quam tempore nocturnæ obſcuritatis, vt alibi confirmauimus agentes [a] *de Luna ſubobſcura luce prope coniunctiones & in Eclipſibus obſeruata*, in diſputationibus Galilaicis; tamen præſente Sole, citra ſolarem Eclipſin, circa eum ſeptem ſtellas oculis humanis apparere poſſe nec vnquam obſeruatum eſt, nec obſeruari poteſt; Niſi ab oculo degẽtis in profundiſſimi putei fundo, ſicuti cum [b] Galeno notabamus. [c] At in Schemate ponitur Sol in Quadriga verberans equos ad curſum, aſtris ſeptenis fere circundatus. Quare non poteſt habere Schema noſtrum phyſicam, nec aſtronomicam explicationem, ſed myſticam, & allegoricam tantummodo. Profectò gemmarum icones plurimum fuiſſe hieroglyphica virtutum, videtur indicare Quintilianus, dum oratorem nulla virtute præditum appellat ſigillum raſum atque terſum; inde ſignificans aliquam ſemper virtutis teſſeram inſculpi ſolitam in ſigillorum ſcalpturis. Inuenimus autem in antiquorum monumentis Mecænatem [d] Hetruriæ regibus ortum, amicum fuiſſe præcipuum Auguſti: vſumque ſigillo cui Rana Rubeta, ſiue Seriphia foret inſculpta. Porro ſigillo ranæ Mecænatem vſum & ad taciturnitatis indicium, & ad Auguſti gratiam captandam Pierius inquit: [e] Inuenias ſilentium ſignificari etiam per Rubetam ranam illam grandiſſimam, quæ geminis veluti cornibus inſignita eſt, propterea quod obſeruarunt Magi, ſi eam in multitudinem vociferationi-

Venus in meridie conſpicuum quando ſit.

[a] lib. 2. p. 244.

Stellæ vt in meridie viſuntur.

[b] 10. de vi. par. c. 3.

[c] 2. de Lun. luc. pag. 1210.

[d] Volater. lib. 17. Horat. carm. Propert. De ſigillo Ranæ Mecænatis.

[e] lib. 29.

bus obſtrepentem inferatur, ſilentium fieri. Eoque ſpectare nonnulli putant Ranam illam Mecænatis celebratiſſimam, qua is literas & tabellas obſignare ſolitus erat; vt pote qui ea, quæ literis crederet, ſilentio inuoluenda eſſe commoneret. Sed enim quum Rana, non rubeta, in omnium ſermone; ego eo potius rem ſpectare dixerim, quaſi Mecœnas id in Auguſti gratiam fecerit; de quo etiamnum infantulo illud fertur, quod in auito ſuburbano obſtrepentes forte Ranas ſilere iuſſerit: cui quidem commento adeo fauit vetuſtas illa, vt ex eo negentur ibi Ranæ coaxare, quaſi etiam adhuc tanti Principis imperio obſequantur. Voluiſſe igitur Mecœnatem hieroglyphico eo Schemate taciturnitatem polliceri, in ijs quæ Auguſtus eius fidei credidiſſet, nō ſecus ac Ranæ ipſæ, moroſa adeo garrulitate inſignes, illi adhuc infantulo paruere. Nam Sextus Aurelius, & Eutropius ſcribunt, Mecœnatem præcipuum amicorum Auguſto fuiſſe ob taciturnitatem; quam tamen in eo nonnunquam deſideratam ab Auguſto Tranquillus ait. De Ranis id fertur, quod in frigidiores coniectæ fontes obmuteſcant, tranſlatæ in tepidiorem paludem vocales fiant.] Ex quo ratio reddi poteſt eius quod Plinius inquit: *f* [Cyrenis mutas fuiſſe ranas, illatis e continente vocalibus durare genus earum. Mutas etiam num eſſe in Seripho inſula: eaſdem alio tranſlatas canere; quod accidere & in lacu Theſſaliæ Sicendo tradunt.] Ceterum de Rana ſatis. Plinius autem Junior, qui fuit apud Traianum Imperatorem autoritatis eiuſdem, cuius & apud Auguſtum Mecœnas, vſus eſt in ſigillo Schemate Quadrigæ; ſic enim ſcribit ad Imperatorem Traianum aliquando † *Callidromum, Domine, mittendum ad te putaui: quod paulo tardius feci, dum requiro gemmam, quam ſibi habentem imaginem Pacori, & quibus inſignibus ornatus fuiſſet ſubtractam indicabat. Vnius enim hanc quoque ſi inueniri potuiſſet ſimul mitterem, ſicut globulam miſi quam ſe ex Parthico metallo attuliſſe dicebat. Signata eſt Anulo meo, cuius eſt apophragiſma QVADRIGA.* Qua ſane Plinius Secundus iſte Iunior, vir princeps, Tribunitia, Prætoria, Proconſularique poteſtate, multiſque dignitatibus in Imperio Romano pollens, Traiano cariſſimus, & ſummæ apud illum Imperatorem autoritatis, ſignare conſueuit: eoque ſigno Quadrigæ quicquid optabat, ab Imperatore ſtatim impetrabat. Eo vero ſigno Quadrigæ myſtice indicabat tum Imperij Romani, cuius & partem ipſe adminiſtrabat, & ſummam per amiciſſimum Imperatorem veluti regebat, amplitudinem: tum virtutum omnium excellentiam, tum conſiliorum arcanorum taciturnitatem, tum etiam executionis mandatorum celeritatem. Porro Quadriga Sol vniuerſum orbem percurrens omnia moderatur, in cælo cunctis aſtris lumen impertiens, & in elementari mundo cuncta colluſtrans, atq; vegetans omni tempore; nam Quadrigæ Soli ſacræ ſignant ob Solem annum verti per quator tempora, Ver, Æſtatem, Autumnum, & Hiemem: vel quatuor Solis equi deſignant elementa quatuor; quorum primus roſeus indicat ignem, ſecundus albus aërem, tertius viridis terram virentibus herbis amictam, & quartus venetus Mare: Quin & Roſeus indicat æſtatem, albus hiemem niuibus abundantem, Viridis Veris tempus herbas germinas, Venetus Autumnum, vt obſeruat Vicus in Numo ε Cæſaris. Et Pierius ‡ Quadrigam ſiue currum ait indicare Ampliatorem Imperij. Ceterum aſtra Solis Quadrigam circumambientia hieroglyphica ſunt virtutum in optimo Principe, quoniam Sol eſt princeps omniū aſtrorum; aſtra vero ſeptenas virtutes in optimo Principe mirifice fulgentes oſtendunt, contraria ſeptenis Vitijs capitalibus, quibus humana vita fædatur, & mancipium facta Principis tenebrarum, ad inferi tenebras palpabiles, condemnatur ab vltore ſcelerum ſummo Deo. Præterea vero ſtellæ ſunt, Hori Apollinis obſeruatu, apud Ægyptios hieroglyphicum Noctis, adeoque ſilentij; quod indicant Catulli carmina:

,, Aut quam ſidera multa cum tacet Nox,
,, Furtiuos hominum vident amores.

Celeritatem vero ſignari pariter motu Solis, atque ſtellarum, quis ignorat? horum enim aſtrorum omnium exiguo diecula tempore curſus velociſſimus eſt, raptu primi mobilis inexcogitabili celeritate, ab ortu per occaſum in ortum ampliſsimo cæli ſpacio emenſo. Quamobrem anuli veteris Emblema noſtrum, indicat Virum principem amplæ ditionis, virtutibus omnibus mire conſpicuum, ſua conſilia rerum agendarum arcana tegentem, celerrima maturitate ſolitum exequi negocia, magnaque Reipublicæ facinora, taleque fuiſſe ſigillum magni Principis apud Traianum Plinij Iunioris.

f lib. 8. c. 58.

† lib. 10. Epiſt. 16.

‡ lib. 43. Antea ſeptena curſum Solis ambientia quid ſignent in Schemate

Celeritas aſtrorum & Solis.

virorum

Virorum insignium imagines Anulis insculpi solitas, ad eorum memoriam, cultum, & imitationem.

Schema XXVIII. Gemma.



LVCIVS PATERENSIS. Scripsit libros Metamorphoseon, et de Asini transformatione, a quo suum Asinum scripsit Lucianus. Photius in Bibliotheca.

Apud Petrum Stephanonium in Gemma.

Gemmis Anulorum insculpi consuevisse vultus insignium virorum, ad illorum memoriam, cultum, & imitationem. Cap. CXV.

NEmo reperitur in limine veteris eruditionis, cui non compertissimum sit, anulis antiquorum insculptas haberi facies insignium virorum, qua principum, qua literatorum, qua militum, qua etiam amicorum; quin & Deorum. Etenim sigillaria [a] Tertullianus appellat parua Idola, & fictiles Deos. Arnobius etiam [b] Gentiles irridebat, quod sigillaria sua crederent Deos esse; putarentque sigilliolis Deos contrahi atque arctari, extendi vero in vastis simulachris. Celarunt autem singuli Deos, quos magis colebant; ita Cæsar in anulo gerebat armatam Venerem, [c] a qua genus ducere per Æneam profitebatur. Ita Nero Marsyam ab Apolline superatum anulo gestans indicare voluit, se ceteros poetas cantu vincere, sicut Apollo Marsyam. Verum maxime Philosophos insignes anulis expresserunt; quorum præcipue sectæ forent addicti; Stoici sane Zenonem, Academici Platonem, Peripatetici sigillaricijs anulis insculptum gestabant Aristotelem, & complures Epicurum; de quo Tullius infit, [d] *Non in tabulis solum, sed in poculis, & in annellis, spectari solitam Reges imaginem Epicuri.* Secutus hos noster Autor huiusmodi Schema proposuit, caput verendi senis barbati, cum auribus Asininis; & nisi nomen Lucij, Græce ΛΟΥΚΙΟΥ non ita graphi-

a de orat. cæs.
b lib. 6. cõtr. Gent.
c Dion. hist Rom. l. 45.
d lib. de Finib.

graphice descriptum, fabrili mendo, proposuisset, facile Midæ regis Phrygiæ caput existimari posset; cui dicuntur aures asininæ fuisse. Ceterum Lucij, quibus aures huiusmodi possunt adscribi, tres plane fuerunt, qui pariter de Asino aureo, siue de sua in Asinum transformatione conscripserunt, sub quo commento varias humanæ vitæ miserias, atque vicissitudines, literarum monimentis mandauerunt: Lucius olim Samosatensis, Atheus cognomento, qui Deorum omnium irrisor plurimis Dialogis eleganter & eloquenter inuulgatis, aliquando Christianæ religioni nomen dedit, ac demum eius alta mysteria non intelligens, iterum ad atheismum relapsus, asserere solebat, se a Christiana religione nihil acquisiuisse, præter coruptionem sui primi nominis; quippe quum prius Lucius appellaretur, in baptismate Lucianus nuncupatus fuerit: Alius Lucius Madaurensis Philosophus, Rhetor, atque Magus: Tertius Lucius Patarensis; cui Schema nostrum attribuit Anonymus, verbis ipsissimis: *LVCIVS PATERENSIS. Scripsit libros Metamorphoseon, & de Asini Transformatione, a quo suum Asinum descripsit Lucianus: Photius in Bibliotheca.* Sane Photius etsi propendere videatur in hanc opinionem, attamen incertum sibi dicit, vtrum Lucianus a Lucio, compendiose fabulam enarrans: vel a Luciano Lucius Asinum suum transcripserit am- B

g Phot. bibl. cap. 129.

„ pliata fabula: verba Photij referre lubet: g [Lectæ sunt Lucij Patrensis transformatio-
„ num narrationes variæ: dictio eius clara, pura, & dulcedine delectans: fugiens vero ora-
„ tionis nouitatem, supra modum prodigiosas consectatur narrationes, vt iure dixeris al-
„ terum eum esse Lucianum. Priores certe duo ipsius libri tantum non desumpti sunt a
„ Lucio ex Luciani libro, qui inscriptus est LVCIVS, vel ASINVS. Nisi contra ex
„ Lucij libro a Luciano ille transcriptus est. Ac si coniectare licet (neque enim vter tem-
„ pore prior fuerit, cognoscere hactenus potui) Lucianum potius transcripsisse videtur.
„ Nam quasi copiosiores Lucij libros, resecatis quæ ad proprium pertinere scopum mini-
„ me videbantur, Lucianus, accidisset, ijsdemque verbis & compositionibus cetera vni
„ aptasse narrationi *Luciuu*, seu *Asinum*, quem inde furto compilauit, librum inscripsisse.]
Additur a marginali notatore: *(vt ex Luciano vicissim L. Apuleium Madaurensem fabula Milesia Asinum Aureum)* Adnectit illico Photius: [Fabulosarum autem fictionum ac nefan- C
„ dæ turpitudinis pleni sunt vtriusque libri, hoc solo discrimine, quod Lucianus, vt cete-
„ ros suos libros omnes, ad irridendum atque perstringendum gentium superstitiosum
„ Deorum cultum, hunc quoque composuerit. Lucius vero serio agens, & certas ratus
„ hominum in alios transformationes, & brutorum rationis expertium in homines, ac vi-

f 2. Elench. cap. 8.

„ cuersa, aliasque antiquarum fabularum ineptias, ac nugas hic literis prodiderit, atque
contexuerit.] Ego vero, qui didici dudum ab Aristotele, f nec non sæpius ab experimento, facile satis esse repertis addere; nec ita facile nugacem Lucium Patarensem in arctum contrahere, resecareque Luciani nugas prolixiores; at facilius Lucij Patarensis fabulas a Luciano prolixius extendi, sicuti certum est, Luciani nugas a Madaurensi Lucio pluſquam nimium in Asino suo eiusdem argumenti dilatatas, & ampliatas esse; fontem primum fabulæ transformationis Asini facile putauero Lucium Patarensem, quam secundo loco dilatauerit in vberiorem riuum Lucianus atheus ille Samosatensis, ac tertio demum in amplissimum flumen ampliauerit, plurimis adiectis episodiorum riuis Lucius Apuleius Madaurensis. Enimuero L. Apuleius isthe floruit ætate M. Antonini h Pij; sub annum Christi CXL. Lucianus autem multo prius æuo Traiani, anno Salutis centesimo; de quo Volaterranus ita: i *Lucianus sophista Samosatiensis, ob mores Atheos cognominatus, sub Traiano principe: Quum apud Antiochiam Syriæ causidicus esset, atque in ea arte plane decoxisset, se ad scribendum dialogos conuertit, lacerandamque Christi religionem: vbi sane ridiculus apparet. Obijsse dicitur a canibus, vt par fuit, laceratus, auctor Suidas. Hic quum antea Christianus esset, postea desertor religionis incessit, nihil ex ea consecutum dictitans, nisi vt nomen eius corrumperetur, ex Lucio Lucianus factus.* Suidas tamen ante Traiani tempora quoque Lucianum istum ponit. Lucium vero Patarensem vti Photius nō potuit inuenire quo tempore vixerit, ita nec ego. Sed ex eo conijcio fuisse Luciano vetustiorem; tum quod eius æuum certum ignoretur; tum quod, vt obseruabam, scribentes ambo de eodem argumento Asini transformati, sub eadem fabula Lucius Patarensis breuiorem commenti sui narrationem texuit, Lucianus prolixiorem, & omnium fusissimam Lucius Apuleius Luciano valde iu-

Asini aurei primus auctor

g Tursell. epist. histl. 4. & lib. 16.

D

nior.

Digitized by Google

A nior; tum maxime quod ipſe Lucianus in veſtibulo ſui libelli de Aſino ſatis indicat, ſe commentum illud a Patarenſi ſumpſiſſe magis amplificandum; etenim Hipparchi domum ingreſſurus, vxorculæ Magæ, ſignificat ſe literas habere a Patarenſi ſophiſta coniugi ſuo conſignandas; quarum medio introducitur in domum, vbi Magicis præſtigijs ancillæ Palæſtræ transformatur in Aſinum. At vero cuius horum trium Luciorum ſit imago in Schemate gemmæ depicta, certo decerni nequit, quum vnicuique trium congruere valeat; non habentibus nobis certas illorum icones ex antiquis aut numis, aut marmoribus, aut tabulis. Quamobrem eo contenti debemus eſse, quod imago neceſsario ſit vnius illorum trium, qui claruerunt ex commento de Aſino transformato ſub propria perſona; quod aperte ſatis indicant aures longiores Aſini, ſimulachro capitis humani affixæ.

Libidinis atque Magiæ prauæ poteſtas ingens.

B *Schema XXIX. Gemma.*



C

D

De Hominis in Aſinum transformatione per maleficam, libidine abutentem.
CXVI.

NOn aberrabit fortaſse quicumque cum Anonymo noſtro dixerit, iſto Schemate repreſentari transformatum iam in Aſini formam Apuleium; ſed & ipſum dici poſse de Luciano, Lucioque Patarenſe, qui pariter eadem fabula ſe transformatos in Aſinos commenti

menti sunt, eadem nequitiarum genera narrantes, quis arbitrari posset. Porro repræsentatur in Schemate deformatus Lucius in Asinum, humano modo super duos pedes ambulantem, pallio circundatum ad instar hominum, & lusus admirabiles edentem coram pulchra muliere sedente, ancillula stante comitata; quæ plusquam nimium Asini tum forma, tum lusibus delectata, libidinis æstu pruriens in Asini desiderium turpissimum exarsit, & ab altore belluæ seruo magna pecuniæ manu noua Pasiphæ noctem ad incæstum pepigit, & obtinuit impuriſſima pariter atque sceleſtiſſima. Quam quidem nequitiam ex æquo descripserunt in Asino sui Lucij Madaurensis magus, & Samosatæus atheus. Quare Schematistæ picturam apertissime nobis illi declarant ambo, tertiusque similiter, opinor, Patarensis in opere propemodum eiusdem argumenti; dum enarrant mulierem pulchram & opulentam, spectatis lusibus Asini nefandam cum eo Venerem emisse magno pretio, votique sceleſti compotem effectam; de quo pessimo facinore sic ad verbum Apuleius [a] [At vbi partim terrestri, partim maritimo itinere confecto, Corinthum accessimus, magnæ ciuium turbæ confluebant, vt mihi videbatur, non tantum Thyasi dantes honori, quam mei conspectus cupientes; nam tanta etiam ibidem de me fama peruaserat, vt non mediocri questui præposito illi meo fuerim; qui quum multos videret nimio fauore, lusus meos spectare gestientes, obserata fore, atque singulis eorum seorsim admissis, stipes acceptans non paruas summulas diurnas corradere consueuerat. Fuit in illo conuenticulo matrona quædam pollens, & opulens, quæ more ceterorum visum meum mercata, ac dehinc multiformibus ludicris delectata, per admirationem assiduam paulatim in admirabilem mei cupidinem incidit; nec vllam vesanæ libidinis medelam capiens; ad instar Asinariæ Pasiphaes complexus meos ardenter expectabat; grandi denique præmio cum altore meo depacta est noctis vnius concubitum, &c.] Consimilia his Lucianus inducit ita loquentem Asinum: [b] [Vbi Thessalonicam venimus, omnes ad spectaculum & me videndum conuenerunt; iam enim fama diffusa longius vulgauerat, me in modum hominis saltantem, varios ludos edere. Patronus post potum suis conciuibus (hi nobiles erant) in cœna me iocos illos incredibiles iubet edere. Libertus, qui mihi præerat, faciens ex me quæstum, tenebat inclusum, eos qui meos ludos volebant aspicere, aperta ianua, datisque nummis intromittit: illi, aliud alter in meum cibum afferebant, & ea præsertim, quæ ventri Asini minime conuenirent. Me & Domini & aliorum ciuium epulæ & magnum & pinguem reddiderant. Et mulier quædam externa mei videndi cupida accedit, vt me aspiciat prandentem; vt aspexit, cuestigio in cupidinem mei exarsit, tum Asini specie adducta, tum impulsa ludorum venustate. Hæc cum Liberto vt vnam noctem mecum esse sinat, magno pretio pacisci tur, &c.] Sic igitur in Schemate repræsentatur Asinus, seu Lucianus, seu Apuleius, humanos lusus edens coram matrona quæ sedens in lectulo spectabat sola cum ancilla stante ludentem asinum humano more perambulantem, pallio circumamictum, manu veluti dextera porrecta extra pallium, & sinistro brachio inuoluto pallij complicata parte, sicuti solent homines ambulare; simul & caput & os apertum ad mulierem vertens, veluti cum illa sermonem serens. Vt iam de Schematistæ consilio repræsentandi lusus Asini transformati coram sola muliere, ac famula, de quibus Apuleius, & Lucianus, nulla dubitatio possit haberi. Ac eo magis, quo talem transformationem hominis in Asinum factam fuisse non ita pridem a muliere saga, quæ noctes cum eo dormiens abutebatur illo misero ad libidines, affirmat in sua Dæmonum Inuestigatione Peripatetica Cæsalpinus asserēs: [†] [In Cypro Salamine, quum nauis appulisset commeatus emendi gratia, refertur iuuenem e naui egressum a muliere quadam oua emisse; quæ quum comedisset in littore, post vnius horæ spacium vocem amisisse, ac semistolidum redditum: Quumque nauim conscendere tentasset, repulsum a socijs fuisse, illum non agnoscentibus, sed Asinum putantibus. Quum autem miser nequicquam significare verbis posset; ac nauim iam e portu solutam conspiceret, anxius & consilij inops ad mulierem reuertitur, cuius maleficio detineri se suspicabatur: apud quam quum nullum auxilium impetraret, occasionem expectans, per triennium ruri mansit, interdiu quidem more Asinorum onera portans, noctu autem concumbens cum muliere, cōtinue mutus, vt nemini communicare posset veneficæ præstigium. Casu autem quum in opidum perductus esset, & ante templum pertransiret, visus est a mercatoribus quibusdam Genuensibus Asinus eru-

ribus

[a] lib. 10. metam.

[b] Tom. 3.

[†] cap. 9.

Digitized by Google

A ribus posterioribus flexis & anterioribus eleuatis Sanctiss. Sacramenti eleuationē, quæ tunc forte agebatur, adorare. Quo perspecto prodigio mercatores rati mulierem Asinum ducentem maleficam esse (nam id genus præstigij in Asia frequens erat) Præfecto vrbis rem denunciarunt; cuius iussu mulier deprehensa & maleficium confessa, spe veniæ iuuenem in pristinum statum restituit, qui confestim ad patriam redijt: sed mulier condemnata pœnas luit. Hæc atteſtantur non omnino fabulosa esse, quæ a Poetis scribuntur de Circe & Vlyssis socijs ab ea conuersis in bruta.] Consimilia huic exempla plurima refert in suis Magicis Disquisitionibus ex Autorum fide dignorum testimonijs Delrius; [e] quæ nimis prolixum esset huc afferre. Fiebant autem huiusmodi transformationes omnes hominum in bruta, non reali transmutatione (nam id virium maga non habet, neque Dæmon, cuius potestate abutuntur magæ) sed præstigiosa sensuum illusione; nimirum Dæmone veras obiectorum visibilium species occultante spectantium oculis, & earum vice formante longe dissimiles ad libitum in aere circumambiente corpus maleficiati, quæ perstringant oculos intuentium ad earum rerum perceptionem, quarum sunt imagines illusoriæ. Sic in diuina pagina legitur: [d] *Tulitq; Aaron virgam coram Pharaone, quæ versa est in colubrum. Vocauit autem Pharao sapientes & malefisos: & fecerunt etiam ipsi per incantationes Ægyptiacas & arcana quædam similiter. Proiecerunt q; singuli virgas suas, quæ versæ sunt in dracones: sed deuorauit virga Aaron virgas eorum.* Quia virga Aaron ab omnipotentis Dei virtute, qui vocat ea quæ non [e] sunt tanquam ea quæ sunt, realiter in viuentem colubrum transmutata fuit, qui potuit deuorare præstigiosos illos Magorum serpentes. At vero virtute Dæmonis, cui nulla potentia super terram comparari [f] potest, permittente Dei summa Iustitia per occulta nobis iudicia sua, facile possunt maleficæ mulieres adeo mirabiles hominum in animalia bruta fallaces transformationes moliri, siue per verba, arcanaque incantantia: siue per vnguina, siue per alimenta exhibita, siue per aliquod aliud, tanquam per merum putumque signum pacti vel occulti, vel manifesti, sagam inter atque cacodæmonem intercedentis; quo mēdio Dæmon illico præsto sit ad maleficæ desiderium adimplendum in transformatione concupita. Sit tum Incantatores Pharaonis, tum Virgilij testimonio: [g]

,, Carminibus Circe socios mutauit Vlyssis.

C Sic Apuleio, Luciano, & Patarensi, saga vngente se transformauit in auem, Lucius in asinum: sic hospes adolescens ouo pariter in asinum a maga Cypria deformatus: At ista vim habere non possunt neque physicam, neque supernaturalem reales transformationes efficiendi; solus Dei sermo, qui solus viuus est, & efficax. [h] Nec alimentum (quod Aristotele doctore vim non habet effectricem, sed solum passiuam [i]) immutare potest effigiem humani corporis in ferinam, nisi diuturnitate longa temporis degenerent homines velut in bruta-

,, lem effigiem; dicit enim Aristoteles: [K] Degenerat autem quod patitur, nec superatur,
,, aut defectu facultatis eius quod coquit & mouet: aut copia, frigiditateque eius, quod
,, concoquitur & distinguitur. Quum enim partim superet, partim non superet, facit
,, multiforme quod constituit: vt Athletarum nonnullis per vsum cibi nimium accidit.
,, Quum enim per copiam pastus natura nequeat superare, vt proportione augeat, for-
,, mamque seruet eandem, diuersæ efficiuntur partes, & adeo interdum, vt nihilo fere simi-
,, les primis euadant. Proximum huic est morbus, quem Satyriam appellamus; etenim in
,, eo præabundantia fluxionis, aut flatus erudi in partes faciei decumbentis, facies anima-
D ,, lis diuersi, & satyri apparet. Iam & alibi [l] notauimus tres Nobiles [m] Polos diuturno victu Tartarico faciem non multum a ferina dissimilem, humanæ vel nihil omnino, vel parum admodum consimilem contraxisse. Verum per magica veneficia ciborum maleficorum esu mortales intra paucas horas amittere videntur humanam effigiem, & induere brutalem. Quare non nisi cacodæmonis opera tale quid fieri posse dicendum est. Qua de re luculenter & apte [n] Cæsalpinus, atque Delrius. [o] Itaque Schematista nunc ob oculos ponit, Lucium in Asinum præstigio veneficæ deformatum, qui coram inscia veneficij muliere lusus humanos edens, eam in sui libidinem excitat, Apuleij, Lucianique fabulam, quæ potuit esse vera narratio patrati præstigij, representans.

[e] lib. 2. q. 9.

Quomodo præstigia fiāt a Dæmone.

[d] Exod. 7. 10 & 11. 12.

[e] Rom. 4. 17.

[f] Iob. 41. 42.

[g] Eclog. 8.

[h] Hebr. 4. 12.

[i] 2. de an. c. 45.

[K] 4. de gen. ani. c. 3.

[l] de Ferij altr. an. disp. 5.

[m] Nauig. Rauus. tom. 2. init.

[n] de inuestig. Dæm. Perip. cap. 13.

[o] Disquis. mag. to. 1. lib. 2. c. 8. & seq.

Digitized by Google

Veterum saltatio ludicra super vtres plenos & extrinsecus vnctos explicata.


A

Schema XXX. Gemma.

Virg. 2. Georgicorum.

Atque inter pocula læti — *Mollibus in pratis unctos saliere per utres.*

Mercurialis Gymn. lib. 2. de Saltu cap. XI.



B

Apud Petrum Stephanonium in Gemma.

De veterum ludicra saltatione super vtrem vino vel fletu plenum, & extrinsecus oleo lixiuiane perunctum. Cap. CXVII. C

NÆ noster Anonymus in præsenti Schemate de ludo prisco super vtrem optime nobis & Virgilium, & Mercurialem consulendos proponit; etenim Mercurialis item ad Virgilium appellans, in sua Gymnastica scribit ipsissima. [Erant quoq; qui supra vtres oleo vnctos & vino plenos pedibus saltarent: Inter quos victores ij censebantur, qui ita se se dextere gerebant, vt præ lubricitate humi non caderent. Atque hi pro victoriæ præmio vtrem cum vino ferebant: qui vero terram natibus percutiebant, non sine magna voluptate spectatoribus risum mouebant. Id autem antiquitus obseruatum in ludis Baccho dicatis, quos Ascolia vocabant, proditur: in quibus vtres caprinis pellibus conflati saltibus calcabantur, in caprarum contemptum, quæ adeo vitibus infestæ creduntur. De hoc Aristophanes in Pluto, *Hic sub dio supra vtrem salta*: & Eubulus apud Aristophanis Interpretem: *Quare vtrem in medio collocantes supra ipsum saltate: & eos qui humo ceciderint, cachinno prosequimini.* Virgilius 2. Georgic.

,, ... atque inter pocula læti

,, Mollibus in pratis vnctos saliere per vtres.

Sed illud non ignorandum, quod scriptum est apud Iulium Pollucem ἀσκωλιάζειν, tam de his, quam de vno subleuato pede, altero solo saltantibus (Genuenses mei vocant *Gallizoppo*) dictum esse apud veteres.] Seruius ad hunc locum Virgilij scribit, vtres istos vnctos fuisse forinsecus vel oleo, vel lixiua. Mancinus ibidem ait: *Liber pater & vitem, & vuam tradidit; qui quum seuisset vitem ipsam, & hircus in vineam se conuertisset, & quæ ibi tenerrima folia videret, decerpsisset; ex pelle eius vtrem fecit, ac vino plenam perlignauit: & in medium proiecit, suosque sodales circa eum saltare coegit: autor Hyginus.*

a l. 3. c. 11. f.

Ascolia ludi veterum.

D

Equi-

Digitized by Google

A Equidem apud Phurnutum lego: [Ad hæc illi (*Baccho scilicet*) hircum mactãt, quod vitibus ac ficis infestum sit genus animantis. Quam ob causam hunc deglubentes, in vterum (*vtrem*) insiliunt per pagos Atticos iuniores Agricolæ: & gaudet fortassis id genus sacrificio Bacchus, quod ipse hireus sit.] Sed apud Hyginum de Baccho nihil tale reperio. Ceterum aduersus Mercurialem, & alios interpretes Virgilianos, aptius ex vetustate colligit La. Cerda, non vino, sed aere flatuque plenos extitisse priscorum vtres hircinos, per quos agricolæ saliebant; & vniuersam istam historiam explicans infit: [b] [Occasione huius pulchre dilabitur *Virgilius* ad sacra Bacchi, quæ Græcorum & Latinorum ritu fieri consueuerunt. Itaq; ait: si quæras originem capri immolati Baccho, nulla est alia, quã ipsum arrosisse vites huius Dei: ideo Aris omnibus cæditur in sacris Liberalibus Bacchi: Ideo ludi veteres theatrales eunt in proscenia, vt ibi exhibeantur: ideo Athenienses, qui dicti Theseidæ a Theseo, luere in pratis ascoliasmum inter læts conuiuia destinatis præmijs per pagos, & compita his, qui agilius saliissent per vtres vnctos,] & mox. [c] VNCTOS SALIERE PER VTRES: Ascolia Græcis dicta sunt: vt etiam ascoliasmus, ab ἀσκὸς δέρμα, ab vtre caprino: Romani Vinalia appellarunt. Statuebantur itaque vtres hircini, in prato instar theatri efformato, B inflati atque vncti oleo: saltabant per hos rustici vnico tantum pede; nam alterum subleuatum habebant, libratumque in aere: Qui cadebant (quod signato verbo dicebatur cernuare) risu ab omnibus & cachinnis ludibunde accipiebantur: Ita omnia plausu & hilaritate in honorem Bacchi personabant. Verba, quibus saltus significabantur, sunt Scholiazin, & asmolizin. Huius celebritatis Græci & Latini meminerunt, sed Græci frequentius. Integra autorum non adducam, ne te Lector, & hanc paginam onerem: tantum notas quas dixi, breuiter probabo. Dixi, statui vtres in theatro, Scholiastes Aristophanis, *in medio autem theatro ἐπίθυτο vtres.* Ztetzes in Hesiodum, vtre τιθέντες κατὰ γῆς. Addidi, inflatos: Scholiastes Aristophanis & Zetzes vterque πεφυσημένους. Hyginus lib. 2. de signorum historia loquens de Capro, qui vitem corrosit: & Icario, qui Bacchi artem colendi vineti acceperat, ita ait: *Dicitur hircus in vineam se conieciſſe, & qua ibi tenerrima folia videret, decerpſiſſe Icarum iratum, eum interfeciſſe: ex pelle eius vtrem feciſſe, ac vento plenum prætigaſſe, & in medium proieciſſe: ſuoſque ſodales circa eum ſaltare coegiſſe.* Adieci etiam, Vnctos fuisse: Scholiastes Aristophanis, ἀλειμμένους. Varro lib. 1 de vita Populi Romani: *Etiam pelles* C *bubalas oleo perfuſas perunctiebant.* Seruius hic: *vnctos vel oleo vel lixiuia.* Dixi præterea, saltum hunc fieri solitum vnico pede, Zetzes, ἐπὶ ποδὶ ἑφαλλομένοι, ἀνωθεν τοῦτον ἐφέροντο: Risum, quo cadentes excipiebantur, probat Eubulus apud Interpretem Aristophanis: *Quare vtrem in medio collocantes, ſupra ipſum ſaltate; & eos, qui ceciderint, cachinno proſequimini.* Varronis partem, quam præmisi, sequuntur verba hæc: *Ibiq; cernuabant: a quo ille verſus vetus eſt in carminibus* „ *Sibi paſtores ludos faciũt corijs cernualia.* Ita legendus hic versus: non vt a Turnebo lib. 17 cap. 23. Dixi extremo locõ, hanc celebritatem fieri in honorem Bacchi, Interpres Aristophanis, *Athenienſes aſcolia fecerunt in honorem Dionyſij.* Zetzetz: *Hoc autem fecerunt, honorantes Dionyſium.* Addam ex parergo, Constare autoritate Phurnuti, hos lusus non vno in loco, sed per pagos Atticæ celebrari solitos; ait enim, *Excoriato hirco ſaltabant in vtrem per pagos Atticos.*] Ceterum in Schemate super vtrem saltator, non vnico, sed ambobus pedibus visitur; nisi forte, timore cadendi pedem alterum demiserit. Coronati saltatores picti sunt, ad hilaritatem, & conuiuium peractum D ostendendum. Trium vero depictorum in Schemate vnus verenda breui subligaculo cinctus, hominem communem refert; alij duo nudi caudas habentes, e genere Satyrorum habendi sunt; quos in Bacchi ludis apte ponit in præsentia Schematista, qui Satyros esse Bacchi socios atque cultores agnosceret. Censendum autem est, vtrem potius vento, flatuq; repletum fuisse, quam vino, ad maiorem lubricitatem, facilitatemque cadendi, & risum excitandi.

[b] Nota D. sacra Bacchi explicata.

[c] Nu. 19.

Larua, sine persona Dramaticum Poetam ostendit.

Schema XXXI. Gemma.



Personam non attribui posse Poetæ Lyrico, vel Epico, sed esse proprium symbolum Dramatici. Cap. CXVIII.

NEscio qua ratione Virgilius Maro fuerit inscriptus ab Anonymo viro Schemati nostro, quod ob oculos ponit laureatum poetam, togatum, sedentem, & ad Laruam Personæ gesticulantem loquentemue; namq; Poetarum classes quum tergeminæ numerentur, Epici, Lyrici, Dramatici; quos in Tragicos, Comicos, atque Dithyrambicos Mimosue subdiuidit Aristoteles: [a] Quumque Personarum Laruæ non pertineant ad Epicos; etenim, vt ait Aristoteles, *nudis sermonibus, sine metris solummodo Epopœia vtitur*: neque pariter ad Lyricos, qui metris cantus adiungunt absque mimis, ac histrionibus: verum attineant ad vnos Dramaticos, tam Comicos, quam Tragicos, & Dithyrambicos, penes quos agunt histriones, atque Mimi, prodeuntes in scenam laruati, personatique; sicuti luculenter ostendit in sua Poetica Scaliger: [b] Jam satis apparet Virgilium Maronem, qui texuit Epopœiam in Æneide, simul & in Georgica, nullibi vero Tragœdiam, aut Comœdiam, neque mimicam, in præsenti Schemate non representari. Quod si Dramaticas illius Eclogas obijcias in Bucolicis, par est eum a præstantioribus operibus describi, denominarique, non autem ab humilioribus atque ludicris. Quare libentius audiuero Schema nostrum attribui, vel Terentio, Plauto, & Aristophani Comico, vel Euripidi, Sophocli, Æschylo, Senecæ Tragico;

[a] Poet. c. 1. Larua nō ad Epicos attinet, nec ad Liricos.

[b] Dramatici quot species lib. 1. c. 14 & seq.

A gico; quì ſinguli dramata fecerunt, inducentes hiſtriones laruatos, mimoſque perſonatos in ſcena, fabularum ſuarum actores. Qui non ſolum perſonatos, atque laruatos mimos & hiſtriones introducunt, agentes perſonam aut regis, aut ſerui, aut ſenis, aut alius cuiuſpiam, quum reuera tales nõ ſint; ſed etiam qui ſub tegmine fabulæ, fictique ſermonis occulunt vera documenta vitæ mortalium, & allegoricos ſenſus veros; vnde ſcite cl. Petraſancta ſuis in ſymbolis heroicis, ait: [c] *Larua cum epigraphe, vera latent, commendat prudentem interdum ac neceſſariam conſilij ſuſcepti diſſimulationem.* [c] lib. 6. c. 15.

Sue priſci ſacrificabant vbique ſingulis fere Dijs ad omnia: ſed præcipue Veneri ad puritatem coniugij, & fecunditatem prolis in Nuptijs.

Schema XXXII. Gemmæ.

B



C

De ſacrificio Suis apud antiquos. Cap. CXIX.

D PRæſenti ſane Schemate repreſentari veruſtum ritum ducendi ſuem ad ſacrificium, vnicuique compertiſſimum eſt, aſpicienti tum porcinum caput exertis dentibus: tum ſacerdotem mulierem cum cultro iugulatorio victumæ, tum pone ſequentis Tibicinis ad pompam ſacrificij celebrandum, tum altera muliere cũ pateris plenis rerum in ignem Aræ proijciendarum, tribus hominibus vna cum ſue pergentibus ad locum ſacrificij. Sed cui numini, quem ob finem ſue litare conſueuiſſent antiqui, non apparet e Schemate, ſicuti neque quid contineretur in pateris ab vtraque muliere ſacrificula manu geſtatis; quare nitendum eſt ex antiquitatis tenebris id in lucem eruere. Profecto Gyraldus ait: [a] *Sicut Hebræi ſue abſtinebant, ita gentes ex eo maxime rem diuinam fecere. Ægyptij Lunæ & Libero ſuem immolabant.* & mox: *Proditum vero memoriæ eſt, a ſuilli pecoris genere immolandi initium Romæ primum factum, eo argumento, quod ſus fœderibus & ſponſalibus adhiberetur. Hinc & Varro lib. 2 de re Ruſtica: Porci, inquit qui a partu decimo die habentur puri, & ab eo appellantur ab antiquis ſaues, quod tum ad ſacrificia idonei primum dicuntur, Itaque apud Plautum* [a] Syn. 17.

Sus immolabatur Soli & Libero.

Digitized by Google

tum in Menechmis eum insanum putat, qui vt pietur in opido Epidamno, interrogat, Quanti hi porci sunt sacres! Idem Plautus in Rud. sunt domi agni, & porci sacres. Hinc etiam sunt Nefrendes sues: de quibus sic Fulgentius ad Chalcidium. Diophantus Lacedæmonius, qui de sacris Deorum scripsit, ait apud Athenas Marti solere sacrificari sacrum, quod Hecatomphoneuma appellabatur. Si quis enim centum hostes interfecisset, Marti dē homine sacrificabat apud insulam Lemnum, quod sacrificatum est a duobus Cretensibus, & vno Locro, sicut Sosicrates scribit. Sed posteaquam hoc Athenensibus displicuit, cæperunt offerre porcum castratum, quem Nephrendem vocabant, quasi sine renibus. Et apud Romanos scribit Sicinium Dentatum centies & vicies pugnasse singulari certamine, cicatrices habuisse supra quadraginta quinque, post tergum nullam. Coronas accepisse viginti sex: armillas CXL. & istum primum sacrum fecisse Marti. (& mox Gyraldus:) *Varro tamen Fulgentio suffragatur, vt qui porcos scribat significare, qui lactentis nomine amisso, non dum fabam frendere, id est frangere possunt. Sed & in initiationibus Cereris sus mactabatur. Et quamuis in sacris ipsius Deæ vinum adhibere nefas esset, in hoc tamen sacro de vino libasse, pontificales libri non vetabant: quam quidem suem immolari ab eo, qui mortuo iusta fecisset, crimen admitti putabatur. Deorum quoq; Matri nullum sacrum, nisi de porca fieri, quidam prodidere: & lustrari exercitum. Scribit Ælianus: Ægyptijs persuasum esse, Sues Soli & Lunæ inimicissimos esse, & semel tantum quum festos dies agunt, eos Luna singulis annis dicasse: alias vero nunquam nec huic ipsi, nec cuiquam deorum sacrificasse; id propterea facientes, quia execrandos & detestandos existimabant, vt Iudæi quoque; quod & pluribus Plutarchus in Symposiacis est executus. Subdit etiam Ælianus, In mysterijs Athenienses sues immolasse, propter perniciem, quam segetibus sues inferunt.* & mox: *Proditum tamen est, in Thessalia Veneris fanum fuisse, & aliud in Sida Pamphylia & in Aspendo, & Argis, in celebritate, qua Hysteria dicebatur, in quibus præter instituta moresq; aliorum Sues mactare licebat, quum in ceteris nullo modo fas esset. Aristophanes tamen in fabulis, suum plerumque & porcorum sacrificium commemorat. Notat & Galenus in Commentarijs Chirurgiæ Hippocratis Glyciam a Græcis vocari suem, vel porcum in sacrificio, blanda scilicet voce: vt quoque Simiam, callidam, eadem ratione; atque hac in re Callimachi versus citat.* Itaque sus immolabatur pluribus Dijs, Soli, Baccho, Marti, Cereri, Matri Deum, Lunæ, atque Veneri. Quin Maiæ, Disque terrenis, & alijs multis, obseruat Valerianus,[b] asserens [In sacrificijs identidem immolatur porcus ab laborantibus delirio verborum, atque etiam insania, & quod terrenis præcipue sensibus addictus applicituſque est, ſponteque & voluptuose admodum inhæsitat luto, lasciuiæ turpitudinumque simulachrum habetur. Idem in sacrificijs Maiæ & Dis terrenis offertur: & ita demum in plerisque alijs hieroglyphicis idem consensus est: non incongruam rem me facturum existimaui, si de porcorum immolatione plenius quædam apposuissem: ab eo autem, quod delirio super nuper attigerimus, incipiam. Immolari siquidem porcum ab laborantibus insania, verborumque delirio, multicius Plautus indicat Menechmis:

,, Nunc ipsi Naturæ Deo mihi respondeas
,, Adolescens, quibus hic pretijs Porci veneunt,
,, Sacres, sinceri: numum vnum, en a me accipe,
,, Iube te piari de mea pecunia:
,, Nam ego quidem insanum esse te certo scio.

In eandem sententiam Horatius Sermonibus:

,, Immolet acquis hic porcum Laribus?

quod is insania minime laborare videretur qui diues, neque periurus, neque sordidus haberetur. Sed tamen multis porro mysterijs Porcus sacrificari solitus, vt animalium soli sues *Thyta*, a *Thyir*, quod immolare est, meruerint appellari, Latine *sacres*, teneri adhuc, & in veteri comœdia sues mysterici nuncupantur; eaque laudatissima erat hostia, si quis inuentus esset porcus, qui solidas vngulas, non diuisas haberet. Quod ne cui mirum videatur, sciendum est ex Aristotele,[†] in Macedonia Ematheolicas sues vnguibus esse solidis. Per Porcum sane iurare Agamemnonem apud Homerum legimus: Et pugiles certamen inituros iuxta Iouis statuam in Elide mactato porco iurare solitos, siue fraude se se comparasse,

Marti. Cereri. Cybeli. Lunæ. Veneri. Maiæ. Dis terrenis. Laribus.

[b] lib. 9. Hieroglyph. Suem immolari pro laborantibus insania.

Sues cur soli Thytæ, ac Thyin dicti inter animalia.

[†] 4. de gen. an. c. 6. Sues vb. sint solidis ungulis, nō bifidis Iouis.

Digitized by Google

A raſſe, tradit Pauſanias. Quin etiam Iudices præfectoſque certamini eodem ſacro, & apud eandem ſtatuam iuraſſe tradit. Nulli vero porcum illum, per quem illi iuraſſent, edere licuiſſe: quare Thalthibius Homericus porcum, quem Agamemnon pro iuramento ſtatuerat, arreptum in mare præcipitem dedit. Addemus & illud, Cenſores Romanos completo quinquennio luſtrari ſolitos, ſacrificia de ſue, oue, tauro facientes, quæ vnica dictione *SOLITAVRILIA* vocabantur, vt obiter apud Pædianum in Diuinationem cortigas, quod duabus locutionibus diſſitum legitur in vulgatis codicibus, *Soli taurilia*. Ceteri autem porcus, vti dictum, in primis mactabatur, ſiue quod paſtu ſegetum, & diſſipatione, magas aruis inferat clades, vt apud Ouidium:

,, Hoſtia ſus meruiſſe mori, quia ſemina roſtro
,, Eruerit pando, ſpemque interceperit anni.

ſiue conciliandæ fœcunditatis gratia; quum animal ſit (vt id identidem repetamus) fœturæ admodum prolificæ. & mox: [Porcam autem dicit Veranius, quæ familiæ purgandæ cauſa Cereri itidem ſolita eſt immolari, quod pars quædam eius ſacrificij fieret in cõſpectu eius mortui, cuius funus inſtituebatur.] & infra [*NVPTIALIA:* Quin etiam nuptiarum initijs, antiquis regibus Porcum mactare mos erat. Et potentiores quique viri in Hetruria nuptialibus conuiuijs, nouæ nuptæ maritique Dis tutelaribus porcum immolabant; quod etiam priſci Latini & Græci in Italia factitabant. Vnde is, qui ſponſam ducturus, quum omnia apparaſſet, & ſpe ſponſæ fruſtratus eſſet, exclamauit:

B Dis tutelaribus nuptiarum.

,, Perijt quidem ſus, & talentum, & nuptiæ.

Hyſteria ſane feſta erant, quibus ſus Veneri mactabatur; cuius rei meminit Callimachus:] Ex his apparent nobis tres cauſæ Schematis; vna quidem eſt, apte Schematiſtam ad ſacrificij vetuſti naturam indicandam elegiſſe ſacrificium Suis, quod omnibus fere Dijs immolari conſueuerit, non item animalium aliorum vllum, ſed ſingula ſingulis pauciſque ſacrificarentur. Alia propter plurimos fines, plurimaque bona, quibus conſequendis hoſtia ſuilla ſolebat immolari; nam & ad fœdera bene percutienda, & ad ſponſalia recte peragenda, & ad inſaniam deliriumque verborum ſanandum, & ad expiationem patratarum cædium, & ad fœcunditatem impetrandam, & ad iuramentum militare, & ad magiſtratus luſtrandos, & ad auertendam ſegetum exterminationem, vitiumque damna, & ad mortuorum purificationem, & ad alios pleroſque fines, vt non immerito Suis vnius immolatione Schematiſta ſacrificium abſolute generatim indicare potuerit. Tertia vero cauſa eſt, quam ego cenſeo Schematis autorem maxime reſpexiſſe, quia Sus in ſponſalibus, quæ feſta dicebantur Hyſteria Veneri ſacra, mactabatur & ad fœcunditatem prolis; quæ mirabilis eſt in ſuibus, & ad puritatem nuptiarum; propterea que Sacerdotes Hoſtiam ſuillam ad altare ducentes, in Schemate duæ mulieres adhibentur, quas maxime decet puritas, vt coniugij fides, & liberorum procreatio ſeruetur illibata, & incontaminata, nullis obnoxia fæditatibus, ob quas immunditias impurum animal ſuillum a puris mulieribus mactatur: in quibus præcipue fœcunditas expetitur; etenim ad hunc potiſſimum finem a natura mulier inſtituta videtur, vt liberos coniugi pariat. Habet autem altera mulier cultrum, neceſſarium ſacrificio prorſus inſtrumentum ad iugulandam Hoſtiam: Habet vtraque pateram, forte ſalſis frugibus atq; thuris adolendi granis refertam; etenim Apollinis oraculum de ritu ſacrificandi, relatum a Porphyrio pariter, & ab Euſebio Cæſarienſe in ſua Præparatione Euangelica, præter ceteros habet huiuſmodi verſus Latine redditos:

C Cur Sus in Schemate ſacrificij.

Sus cur a mulieribus ducatur ad ſacrificium.

Mulier cur a natura fit inſtituta.

D

,, Quæ circum volitant terram, ſibi numina quærunt
,, Imponique atrum corpus, tum thura, ſimulque
,, Inijcier ſalſas fruges, & dulcia liba.

Sed, quod admirabile prorſus eſt in Schemate, figura corporis porcini non apparet integra, verum pectore fere tenus; oſtendit enim caput cum pedibus anterioribus, reliquo non apparente corpore; licet autem partem ventris imi mediam occulere poſſe videatur anteſtans mulier; attamen iſta nequit poſteriora crura, cluneſque nephrendis cum cauda nobis naturaliter abſcondere. Neque vero dixerim huiuſcemodi ſacrificium eſſe, quale ſcribit † Hyginus, vel notatu Gyraldi, * memorans Antiquos, quum maxima cærimonia deorum immortalium ſacrificia adminiſtrarent, conſueuiſſe totas Hoſtias in ſacrificij flamma conſume-

† lib. 2. in Sagitt.
* 17. Synt. pag. 668. B.

re:

Digitized by Google

re: itaque quum propter sumptus magnitudinem sacrificia pauperibus non contingerent; Prometheus dicitur ab Jove impetrasse, vt partem hostiæ in ignem conijcerent, partem in suos consumerent vsus: idque postea consuetudo firmauit. Namque sus, qui medius pingitur in gemma viuus, & gradiens effingitur; viuus autem & gradiens, medius esse non potest. Quare fuerit mendum inciſoris, vel eius artificis obliuio. Adest & sacrificijs adhiberi tibias inflans assuetus: de quo Gyraldus: *Phrygibus pium est, sub tibiarum cantu concidi, aut saltationibus effeminari.* & mox generatim de sacrificijs *At vero quum immolant, primo victimam sertis coronant, explorantque ante num legitima sit, & apta, ne forte sacrificent quæ religio non admittat: tum ad aram deducunt, & ante Dei simulachra iugulabant, voce conueniente & tibijs, & sacris.* Aptissime vero tibicen in Schemate duas tibias rectam vnam, & curuam alteram, vno simul inflans ore, pingitur & genis tumentibus, & imo ventre tumidiore; quia talis est affectio tuba, tibijsque canentium, ob magnam anhelitus retentionem, ad intensiorem spiritus impulsum in organi tubum pro vehementiore sono. Vetustos autem ingenti conatu tibias inflasse, satis innuere videtur Festus, priscorum Gramnaticorum facile princeps, cui *Flator*, idem est quod *Tibicen*. Duas vero tibias in sacrificijs vno simul ore canentes antiquitus adhiberi consueuisse prodit non solum tum Martialis in Apophoretis † cui

Synt. 17.

† lib. 14. ap. 69.

„ Ebria nos madidis rumpis tibicina buccis:
„ Sæpe duas pariter, sæpe monaulon habes:

tum gemmula Cl. Viri Joannis Galuani I. C. Patauini, cimeliorum antiquiorum condus; quam mihi videndam transmisit, & latius incidendam curauimus ad hanc effigiem; quæ duas tibias rectas inflantem hominem ad altare sacrificij belle representat:



Verum

Digitized by Google

A Verum etiam tabula marmorea vetuſtiſſima, quam attulit ante Caſalium [a] agentem in Profanis Romanorum ritibus de Siluano, & Epiſcopum Tomaſinum in opere ſuo de Donarijs [b] ponentes antiqui marmoris effigiem, in qua præter cetera viſitur ad Aram vnus duas tibias inflans: Grutherus in deſcriptionibus: dicente Caſalio: Attulimus hic tabulam effigiatam ex lapide albo duorum circiter palmorum, tum latitudinis, tum altitudinis, quam ego in meo Muſæo libens detineo. Siluanum repreſentat, cui a priſcis illis hunc fuiſſe pro voto dicatum, conſtat ex eiuſdem literis in calce. De hoc ipſomet marmore meo meminit Grutherus in ſuis Inſcriptionibus, his verbis

[a] cap. 11.
[b] cap. 29.

Stat hic Siluanus inter quercum, &
B Palmam, altera manu falcem putatoriam
habens, altera ramum, cuius extremo
neſcio, an Nux Pinea emineat
A dextris ad altare tibicen canit ad-
ſtantibus duobus alijs
A ſiniſtris, duo item adſtant, quorum hic
neſcio, quid vaſculi vtraque manu
C capiti impoſitum ſuſtentat: ille
Porcam ducit ad tergum vittatam,
ſubſcribitur.

SACRVM. SANCTO. SILVANO. AVG. VOTO
SVSC. EX VISV.
D

Reuerendiſſimus Jacobus Philippus Tomaſinus Epiſcopus Æmonienſis, in eruditiſſimo ſuo opere de Donarijs hunc ipſum meum Siluanum concinne delineatum repreſentauit, & Elogium de eo docte compoſuit.
Figura vero Marmoris elegantior ab Epiſcopo data hæc eſt.

Digitized by Google

A



SACRVM. SANCTO. SILVANO. AVG. VOTO. SVSC. IX. VIS.

Cuius eruditam explicationem non est hic afferamus, quum vnicuique proftet prolixior in eius opere. Sat est cum eo notasse, quod *Agrestis puer pene quadratam Aram distentis buccis geminam tibiam inflat, ne quid infaustum exaudiretur*, aut hostiæ grunientis, aut
c cap. 15. alius incondite vociferantis. Verum & in alia magna sacrificij tabula Casalius c præter ceteros cantores plures, qui tum Lyram pulsarent, tum simplices tubas longiores inflarent, puerum lauro coronatum habet, qui duas tibias inflat: etsi non meminit eius in D explicatione, sed solummodo tubarum, inquiens: *Tibicines interim, dum sacrificium perficitur, tubis clangebant: tuba autem instrumentum est ex ære, vel argento cauum, cuius sonitus in castris, & prælijs, & sacris etiam maxime in vsu erat. Tuba autem, quæ directa est, ita appellatur: sicut Buccina, quæ in semet ipsam areo circulo flectitur.* Magnæ vero tabulæ PARS ad nostrum attinens propositum, de Tibicine duas tibias inflante in sacrificio solemni, talis est.

In no-



D In noſtra vero gemmula Tibicen ad ſacrificium porcæ canens, duo ſimul inflat inſtrumenta, rectam tiblam, & curuam buccinam. Porro qui fuerit inuentor inflandi ſimul tibiam geminam, habemus apud Athenæum [d] cui *Methrodorus Chius in rebus Troicis Fiſtulam & Tibiam primũ Marſyam inquit inueniſſe in Celanis, quum prius vnico calamo vterentur.* & mox: *Et multis calamis compoſita tibia Sileno attribuitur, ac Marſyæ, cera coniunctæ.* Tibiam quidem geminam in diuerſis obſeruare licet monumentis, quibus veterum ſacrificia exhibentur; ſed in nullis habenam, quam in laborioſis doctiſque ad Plinium Exercitationibus dedit Cl. Salmaſius. Elegantiſſimam certe in ſigno æneo, eius quæ hic exprimitur formæ anno MDCXXXV. Venetijs apud eruditiſſimum Iacobum Gaffarellum, Sigentiæ in Gallijs Abbatem, vtrique noſtrum ſumma neceſſitudine coniunctum, vidit Ioannes Rhodius, cui eius indicium debemus huiuſmodi,

[d] lib. 4. c. 24.

Digitized by Google



Vulgo quidem celebratur a Poetis inuentrix tibiarum Pallas, quas dederit Marſyæ: ſed veritas eſt, Marſyam primum inueniſſe ſimul duplici tibia canere, ſolertia propriæ mentis; quas ideo dicitur a Minerua recepiſſe, nimirum a mente ſua. Qnod pulchre Tzetzes in Chiliadibus explicauit [e] accinens:

[e] Chil. 1. hiſt. 15.

,, Marſyas Phryx philoſophus inuenit tibias primum.

geminas nimirum ſimul ſonare: & mox:

,, Sed tamen philoſophus Marſyas, quem dixi,
,, Inuento hoc gloriabatur. . . . .

Vt autem poſſet ore ſimul vno duas tibias inflare, manumq; digitis omnibus expeditis earum foramina percurrere pulſareque, quamdam velut habenam e ſummo capite tibias ad os detinentem geſtabat; de qua belle Tzetzes idem paulo prius in eadem hiſtoria ſic:

,, Auro ſplendido adaptauit circa villoſa
,, Tempora & os vehemens retro quibuſdam loris.

Porro Marſyæ inuentum fuiſſe, geminata tibia canere ſatis oſtendit illius Muſicæ peritia, ſatis a Platone celebrata in Minoe: *Sed num*, inquit, *referre potes, quis e priſcis hominibus, circa tibiarum inflationem conditor optimus extitit? Forte non tenes: vis ne tibi memorem? valde. Marſya, & quem ille maxime amauit, Olympus Phrygius. Vera loqueris.* Quo factum eſt, vt obſeruatu Rhodigini [f] conſtat, Marſyæ ſtatua paſſim erecta coleretur in liberis ciuitatibus. Namque Pauſanias in Phocicis ait, *Paulo ſuperius ſaxo inſidet Marſyas, prope Olympus: habitus eſt pueri iam pubeſcentis: tibijs diſcere videtur.* Et in Arcadicis,

[f] lib. 28. c. 12

In

A *In templo Messeniorum in basi Musa insculpta & Marsyas tibijs canens.* At vero speciatim Romæ, vbi quum antea Numa, Plutarchi [g] relatu, Tibicines habuisset in summo pretio, posterioribus temporibus in foro statua Marsyæ posita fuit honoris ergo, & ad eam tribunal, vt ait [b] Lipsius, Quique causidici victores in eloquentia superabant aduersarios, Marsyæ statuam coronabant, quasi ab eo sermonis numeros habuissent, omne bono, & victoriam. Licet hunc morem Iulia, Augusti filia, turpissime fædauerit, quæ statuam illam coronari iubebat a suis adulteris nocturnis, quos in palæstra libidinis valentiores experta fuisset; qua de re Seneca [i] *Quotidianum*, inquit, *ad Marsyam conuentum impudicæ principis infamia notet, quum ex adultera in quæstuariam versa, ius omnis licentiæ sub ignoto adulterio peteret.* Atque Plinius [K] *Apud nos*, ait, *exemplum licentiæ huius non est aliud, quam filia Diui Augusti, cuius luxuria noctibus coronatum Marsyam, literæ illius dei gemunt*; nempe illam filiæ turpitudinem (notatu Lipsij [l] Mureti, & aliorum) aliasq; id generis infamias, Augustus epistola complexus, eam epistolam per Quæstorem in Senatu recitari absque se voluit: vnde Plinio literæ diui Augusti dicuntur gemere Marsyam coronatum luxuria filiæ suæ

B impudicissimæ. Verum recte Gruterus, atque Iuretus in hoc loco Senecæ, *Ad Marsyam quod spectat, statua erat in celeberrima fori parte: Forum autem Romanum ea ætate nocturnis stupris infame. Itaque videtur Iulia hac forum illud noctu frequentasse, ac ad statuam eius Marsyæ ignotis admissarijs promiscue libidinem suam implesse. nec hoc solum, sed quemadmodum milites exauctorati arma sua ad Martis, gladiatores rude donati ad Herculis ponebant; ita etiam hac Marsyæ illi, non eloquentiæ, vt alij; sed libidinis suæ coronas contulisse.* Profecto Iulia, non minus ingenio solers, quam indomita feruens intemperantia, cognescens Marsyam ideo coronari solitum a causidicis eloquentia suos aduersarios vincentibus, quod ille cantor atque musicus æuo suo tibicines omnes harmonia superaret: ita videns eundem Marsyam e satyrorum genere fuisse, quorum apud antiquos omnes habentur famosa venere procacitas, & inexplebilis, indefatigabilisque salacitas, a valentissimis adulteris suis in palæstra nocturnæ veneris, voluit Marsyam, tanquam satyrum libidinosæ petulantisque naturæ coronari. Ceterum ob solam virtutem, vt dicebamus, peritiamque musicæ, tam in Romano foro, quam in alijs ciuitatibus liberis Marsyæ statua posita fuit honoris ergo, sicut e Se-

C neca non solum, sed etiam e Seruio colligit [m] Rhodiginus, asserens prodijsse, coniectura eruditorum, illud Martialis,

,, Ipse potest fieri Marsya causidicus.

Verum enim vero Marsyas ante Lyram inuentam quum tibicen peritissimus esset in honore summoque pretio, multas ab omnibus opes accipiebat, diuitijsque plurimum affluens in vrbibus illustris atque famosus habebatur. Sed iam inuenta postea lyra suauiorem harmoniam edente per Apollinem, virum nempe doctiorem Marsya, superatus Marsyas asseritur iusto Musarum, scilicet doctorum hominum iudicio, ab Apolline decorticatus, ac interemptus; quod & Tzetzes ait: [n]

,, Contendens autem Marsya cum melioribus, vt dixi, interfectus est,
,; Hanc contentionem alicubi inquit cantu Simonides.

Musæ vero, seu viri doctiores, qui lyram tibiæ prætuleruut, & Apollinem inuentorem lyræ, Marsyæ repertori tibiarum duplicium, exiterunt Alcibiades, Aristoteles, Hyginus, Palæphatus, Fulgentius, & alij. Sane primus Alcibiades apud Plutarchum ita contra tibias

D ,, edisserit: Postquam dedit se ad discendum Alcibiades, ceteros Magistros attendit sedu- ,, lo; at tibia canere, vt rem sordidam, ac illiberalem refugit. Nam plectri quidem, & lyræ ,, vsum nihil dicebat gestum vel formam deprauare libero lumini conuenientem: tibiam ,, vero inflantis hominis ore vel intima familiaritate coniunctos vix agnoscere vultum. ,, Præterea lyram non adimere pulsanti, quin simul loqui, & accinere valeat; tibiam obtu- ,, rare cuiusque vocem, & incidere sermonem. Ergo, inquit, canant tibia Thebanorum ,, filij; nam dicere nesciunt. Nobis Athenienſibus, vt a maioribus accepimus, dux Mi- ,, nerua, & præses Apollo est: quorum superior tibiam proiecit, alter excoriauit fistulatorem: nempe Marsyam, qui primus omnium duplicatam tibiam vno simul ore docuit inflare: Aristoteles item [o] in eandem sententiam scribit: *Patet etiam ex his, quibus instrumentis sit vtendum; neque enim tibia sunt in disciplinam accipienda, nec aliud artificiosum*

[g] Rom. Qu. 15.
[b] in Senec. l. de benefic. cap. 32.
[i] l. de benef. cap. 32.
[K] lib. 21. c. 3.
[l] 1. Analect. l. 1. ad Annal. Tacit.
Marsyas cur coronatus a causidicis vi ctoribus.
Iulia cur Marsyam corona ri volebat a suis admissarijs.
[m] l. 28. c. 12.
[n] 1. Chil. hist. 15.
Tibia cur lyræ cedat.
[o] 8. Polit. c. 6.

Digitized by Google

cioſum inſtrumentum, vt cithara, & ſi quid aliud tale; ſed quæcunq; faciunt auditores bonos, vel muſica diſciplina, vel alterius. Inſuper tibia non eſt morale, ſed potius ſuſcitatiuum & concitatiuum. Itaq; ad huiuſmodi tempora eſt vtendum illa, in quibus ſpectacula magis purificacionem patiuntur, quam diſciplinam. Adiungimus autem & illud, quod contrarium diſciplinæ efficit, impediens rationem, vti tibiarum ſonus. Quapropter bene reprobauerunt illarum vſum antiqui: licet prius vſi fuiſſent. Studioſiores enim facti propter diuitias, & animoſiores ad virtutem poſt victoriam contra Medos habitam, ac ex rebus geſtis magnum de ſe opinantes, diſciplinam omnium arripuerunt, non iudicantes, ſed experientes. Quapropter tibiarum quoque vſus tunc receptus eſt. Nam & apud Lacedæmonios quidam, qui ludos exhibebat, ipſemet tibijs modos fecit: & Athenis eouſque in conſuetudinem venit, vt fere ingenui omnes addiſcerent; quod patet ex tabula a Thraſippo poſita, quum ludos pro tribu ſua dedit. Poſtea vero in deſuetudinem abijt, & improbari cœpta eſt, quum iam melius per experientiam iudicare poſſent, quid ad virtutem pertinet, & quid non. Eodemque modo permulta inſtrumentorum antiquorum improbata ſunt, veluti Pectides, & Barbiti, & quæ ad voluptatem audientium intendebant. Heptagona, & trigona, & ſambucæ, & cuncta quæ indigent perita manuum geſticulatione. Rationabiliterque illud ſe habet, quod antiqui de tibijs fabulantur; aiunt enim Mineruam repertricem, tibias abieciſſe ob deformitatem oris. Atqui non male ſe habet dicere, feciſſe hoc deam, deformitate oris infenſam: ſed tamen multo magis ob id, quia nihil confert tibiarum vſus ad intelligentiam, & mentem; quum vero inſtrumentorum & operis artificioſam probauerimus diſciplinam, artificioſam vero illam poſuimus, quæ verſatur in certaminibus; in illis enim qui agit, non propria virtutis gratia agit; ſed vt audientes delectet, & oneroſa quidem delectatione; quapropter non ingenui hominis cenſemus eſſe huiuſcemodi opus; ſed perviles ac ſordidos contingit illud fieri; nam finis, cuius gratia faciunt, improbus eſt; quum ſpectator oneroſus exiſtens, modo hoc, modo illud exigere conſueuit: ita vt artifices quoque placere ſtudentes, illiuſmodi efficiantur, & corpora ſimiliter propter motus. Itaque Mineruam abijcientem tibias ab ſe repertas ob oris deformitatem, Ariſtoteles ait eſſe Mentem humanam, quæ tibiarum vſum ab ſe compertarum, & antea probatum, reſpuit, quia nihil ad virtutem & diſciplinam propriam confert, ſed potius illi officit. Cõſentire videtur & Hyginus in fabulis [p] Minerua, inquit, tibias dicitur prima ex oſſe ceruino feciſſe, & ad epulum deorum cantatum veniſſe. Iuno & Venus quum eam irriderent, quod & cæſia erat, & buccas inflaret, fæda viſa & in cantu irriſa, in Idam ſyluam ad fontem venit: ibique cantans in aqua ſe aſpexit; & vidit ſe merito irriſam; vnde tibias ibi abiecit; & imprecata eſt, vt quiſquis eas ſuſtuliſſet, graui afficeretur ſupplicio; quas Marſyas Oeagri filius paſtor vnus ex ſatyris inuenit; quibus aſſidue commeletando, ſonum ſuauiorem indies faciebat, adeo vt Apollinem ad citharæ cantũ in certamen prouocaret: quo vt Apollo venit, Muſas iudices ſumpſerunt; & quum iam Marſyas inde victor diſcederet, Apollo citharam verſabat, idemq; ſonus erat quod Marſyas tibijs facere non potuit. Itaque Apollo victum Marſyan ad arborem religatum Scythæ tradit, qui eum membratim ſeparauit, reliquum corpus diſcipulo Olympo ſepulturæ tradidit; e cuius ſanguine flumen Marſyan eſt appellatum. Ita de Marſya ſcribit Hyginus. Cui fere conſentire Palæphatus videtur, nonnullis mutatis aiens, [q] Marſya vir agreſtis erat, qui muſicus tamen factus eſt. Nam quum Minerua tibias odio haberet, quod de pulchritudine non nihil, quum eas inflabat, ſibi auferrent; vt ex fonte, qui imaginem ei ſuam reddebat, agnouit, illas abiecit: quas quum Marſya paſtor accepiſſet, labris ſuis admouit. Illæ vero diuinum quendam ſonum, etiam inuito illo qui eas inflabat, per ſe emittebant. Exiſtimabat vero Marſyas ex arte potius ſua ſonum illum fieri, quam quod diuina illis vis quædam ineſſet. Quare hac perſuaſione imbutus, Muſas iam quoque ipſas, atq; adeo etiam Apollinem ad certamen inuitabat; quos niſi ſono tibiarum ſuperaſſet, viuere ſe neutiquam velle amplius dicebat. Quare quum in certamen Deus Apollo deſcendiſſet, Marſyas vincitur, ſimulque cum victoria pellem excoriatus depoſuit; vidique ego in Phrygia fluuium ipſum Marſyam ab eius ipſius nomine dictum; cuius curſum ex Marſyæ ſanguine fieri Phryges dicebant. Hæc ille. Fulgentius Marſyæ fabulam vberius proſequitur in ſua Mythologia [r] cuius ſumma hæc eſt: Mineruam tibias ex oſſe compegiſſe primam: quas quum in conuiuio deorum inflaſſet, a Dijs irriſam eius faciei tumentis deformitatem; vnde

[p] Fab. 165.

[q] lib. 2. de Fab. nar.

[r] lib. 3.

tibias

A tibias abiecisse. Quibus Marsya repertis doctior factus in musica, prouocauit Apollinem lyra canentem; quorum iudex Midas quum iniustam sententiam pro Marsya Phryge suo tulisset, ab Apolline multatus est auribus asininis: denuoq; cantu certantibus sub sapientiorum Musarum iudicio, Marsyas victus renunciatus est, & a victore pelle spoliatus. Deinceps tibia iure merito lyræ concedit, atque tibiam inflans Marsyas Apollini lyra canenti, quia solerti disputatione Fulgētij ſ in sua nobili Mythologia, Musici duos artis suæ posuere ſ l. 3. Mythol.

,, modos primarios, tertium quasi ex necessitate adijcientes, vt Hermes Trismegistus ait, Musicæ tres modi.

,, aut cantantium, aut citharizantium, aut tibicinantium. Prima est ergo viua vox, quæ

,, sibi in omnibus musicis necessitatibus celerrima subuenit: potest etiam lemmata subri- Viua vox re petior in om ni musica.

,, gere, & parallelos concordare, & disonias mollire, phthongos iuuare, & ornare chro-

,, mata. Sequitur secunda cithara, quamuis etiam de his rebus disexaphexis dicant, sicut

,, Mariander scribit, multa de his faciat, tamen aliqua non implet, quæ viua vox potest; Cithara vt voci cedat in musica.

,, lemmata enim facta non erigit, quia lismata in se cathenata non implet. At vero tibia ar- Tibia musicæ

,, tis musicæ partem extremam poterit adimplere; cithara enim symphoniarum gradus pars vltima vt sit cedens

B ,, habet quinque, secundum quod Pythagoras ait, dum numerorum rythmicos modulos voce, & ci-

,, ad symphoniarum adduxisset concordiam. Prima enim symphonia est diapason, quod thara.

,, & in arithmetica diplasion, quod nos in Latinis vnum ad secundum dicimus. Secunda Symphoniarū numerus, & ordo.

,, symphonia diapente, quod est in arithmeticis hemiolius, quod nos in Latino Duo ad

,, tertium nuncupamus. Tertia symphonia diatessaron quod est in arithmetica Epitritos,

,, id est tertius ad quartum. Quarta symphonia dicitur tonus, quod apud arithmeticos

,, epogdonus vocatur, quod nos quintum ad quartum. Et quoniam vltra arithmeticus Nouem est limes primi ordinis numerus.

,, ordo progredi non patitur, propter nouenarium limitem; quia decimus alterius ordinis

,, primus gradus est; contigit ergo vt habeat quintam symphoniam, quæ harmonia nuncu-

,, patur, id est octo ad nouem. Nullum enim vltra numerorum coniunctionem inuenies.

,, Habet igitur musica partes septem, idest genera, diastemata, systemata, phthongos, to-

,, nos, tetrabolas, & melumpæas. Vnde & Virgilius in VI. ait:

Nec non Threïcius longa cum veste sacerdos
Obloquitur numeris septem discrimina vocum.

C ,, In arithmeticis enim plenitudo formula est, vt est in geometricis tonus. Vox vero ha-

,, bet gradus symphoniarum in numeris, quantum natura dotauerit ipsam vocem, vt habeat

,, arsis & thesis, quas nos Latine elationes & erectiones dicimus. Tibia vero vix vnam &

,, dimidiam perficit symphoniam. Vna enim symphonia quinque symphonias habes. Ergo

,, post artem musicam Minerua reperit tibias, quas omnis doctus in musicis sonet. has

,, propter sonorum desquit paupertatem, &c. quibus consentanea profert in libro suo de

Musica Plutarchus. Quum igitur tibia pauciores habeat symphonias, sonorumque differentias, quam cithara, & ista quam lyra; merito Marsyas tibijs canens ab Apolline Lyram pulsante, iusto Musarum, hoc est doctorum virorum, iudicio superatus est; quum Mida rex pro Marsya sententiam ferens, asininis auribus merito deformatus fuerit; quod & Midas Græce quasi μαλὸν ἴδων, hoc est, *nihil sciens*, a Fulgentio interpretatur: & occasionem prouerbio veteri dederit, *Asinus ad lyram*, qui tibiarum sonum lyræ sono prætulit olim. Adagium Varronis est, ὄνος λύρας, subaudit Erasmus, ἀκροατὴς, hoc est, *Asinus Lyræ auscultator*, dictumque putat in eos, qui propter imperitiam nullo sunt iudicio, crassisque au-

D ribus in musica discernenda. Denique Lyra tibiæ præferenda dicitur, quod hæc barbarum sonat, illa Doricum suauius, Horatio ſ ſ Epod. 9.

,, Sonante mistum tibijs carmen lyra:
,, Hac Doricum, illis barbarum.

Hinc factum est, vt apud ingenuos quum esset prius frequentissimum tibijs canere, tandem inuenta lyra tibiarum cantus abijt in desuetudinem, Aristotele teste * vt vidimus; nam solum in sacris, & in comessationibus conseruatus est tibiarum locus; quas inflarent, non homines ingenui, sed mercenarij tibicines; qua de re tum Horatius * * 8. polit. c. 6. * 3. Serm. ode 19.

,, ... cur Berecynthiæ
,, Cessant flamina tibiæ?
,, Cur pendet tacita fistula cum lyra?

tum

Digitized by Google

tum etiam Plutarchus *Tibiam*, inquit, *nesi velimus quidem, a mensa arcere licet; nam libationes eam exigunt una cum corona, & vbi paani accinens diuinum cultum absoluit. simul cantu desinens per aures transit, iucunda eas perfundens voce, quae tranquillitatem ad animum penetrantem efficit, vt si quid tristitiae & curarum, id venustate & mansuetudine cantilenae circumuentum conquiescat, si quidem modum tibia non excedat, neq; nimios animo adferat motus, eumue exagitet, atque extra se rapiat multitudine tonorum, atque modulorum emollitum, & ad errandum procliuem redditum.* Quo vitio Lyra caret, quae mouet pacate rationalem animam, quum tibia percellat animae partem brutalem, irascibilem, & concupiscibilem, vt ait in eodem loco subdens Plutarchus; *Nam sicut pecora*, scribit, *orationem hominis non intelligunt, sibilis autem & palpationibus accuratis, & fistulis aut conchis excitantur ac sopiuntur a pastoribus; ita quod anima habet pecoris & gregis naturam resipiens, rationisq; non capax, neque eius dicto obtemperans, cantilenis & rythmis incantantes componere solent ac pacare.* Ceterum ad sacrificia quoque, vel post inuentionem Lyrae perseueraſſe tibiae cantum; nam vt in Phocicis asserit Pausanias, *Aiunt Marsyae inuentum fuisse eum tibiae sonum, quem Matroum vocant: credo ob eam causam, quod in Magna Matris sacris vsurparetur*; in quibus tibiam simul & lyram adhibitam fuisse, notauimus ex Horatio nuperrime. Verum quum prius tibiae cantus adhiberetur ad omnia, foretque in summo pretio, tibicinesque multa magnaque mercede munerarentur; vnde Marsyas, tibicinum genus per tropum indicans, diuitijs plurimis affluebat, & apud omnes in ciuitatibus excolebatur; posterius attamen inuenta lyra ab Apolline, nimirum a peritiore musices, quam Marsyas esset, longe suauius canente, doctiorum iudicio, desijt in ciuitatibus frequens haberi tibiarum cantus, ad sola conuiuia, & sacrificia coarctatus; & in eius locum admisso suauiore Lyrae cantu. Quod indicatur fabulamento, quo dicitur Apollo lyrae inuentor, iudicio Musarum, hoc est hominum doctiorum, canendo vicisse Marsyam, adeoque victum excoriasse; namque pellem Marsyae mystice detraxit, qui diuitijs multis vlterius comparandis inhabilem reddidit, proscripto tibiarum vsu ab ingenuorum ore, multisque locis, & actionibus: nam & pellis extimum corporis tegmen, a Platone Stoicisque ponitur inter externa bona fortunae, vel eorum esse symbolum; vt excoriatus dicatur, qui diuitijs expoliatur: qua metaphora meretrices dicuntur excoriare suos amasios incautos, quos diuitijs expoliatos ad inopiam redigunt, & eo magis metaphora ista locum hic habet, quo numi cudebantur antiquitus ex corio, sicuti constat e Rhodigino 7. *Pompilium Numam ex ferro & ere primum cudisse numismata, quae exprio autoris nomine sint Numia appellata; quum ante illum scortea, & ostracina pecunia impleret vsum; quod a Tranquillo fuisse literis traditum, ijdem produnt Graci. Legimus tamen alicubi, Populo a Numa congiarium datum, asses ligneos, & Scorteos* (forte antequam ferreos, & æreos cudere cæpisset) *Nummi scortei meminit item Hieronymus. Sed & Donatus ad hunc sensum illud enarrat Virgilianum* a

,, Taurino quantum possent circumdare tergo.

Donati verba sunt: *Alij dicunt pecuniam tunc ex corio bubulo fuisse: & pecuniam dictam, quod ex pecore originem duceret: tantumque fuisse in pretio loci, quantum bouis corium conficere posset.* Licet vnius bouis tergus paucam monetam efficere potuerit, quae non suffecisset ad fundum Carthaginis, magnae ciuitatis emendum. Sed taurino tergore multorum boum intelligendum censeo constitisse monetam in iustum pretium tantae telluris, quae sufficeret ad solum magnae Carthaginis. Neque possum illos audire, qui Didonem fraude corium vnum bubulum secuisse dicunt in subtilissimas corrigias, quibus multum terrae circumdare potuerit. Quia nec vno corio vel ita disecto tantum terrae circundare potuissent, quanto fuit opus ad fundamenta magnae Carthaginis. At pecunia facta de tergore bubulo, tunc in vsu, tanta fuit erogata, quantum fuit iustum pretium emptae rei. Namque Regina diues opum, quas e thesauris auri & argenti secum deuexerat, & magnanima, sordidae fraudi & auaritiae non potuit obnoxia fuisse; de qua nuper Virgilius:

,, Ipsa sed in somnis inhumati venit imago
,, Coniugis, ora modis attollens pallentia miris.
,, Crudeles aras, traiectaque pectora ferro
,, Nudauit: caecumque domus scelus omne retexit,

,, Tum

Cor tibiarū cātus in mensa veterum.

Tibia cur, & quomodo perturbet animum.

Marsyas vt ab Apolline fuerit excoriatos.

Numi vnde dicti.

Pecunia vnde dicta.

7. Symp. qu. 8.

a 1. Æn.

A

B

C

D

Digitized by Google

A ,, Tum celerare fugam, patriaque excedere ſuadet.
,, Auxiliumque viæ, veteres tellure recludit
,, Theſauros, ignotum argenti pondus, & auri.
,, His commota fugam Dido, ſocioſque parabat.
,, Conueniunt, quibus aut odium crudele tyranni,
,, Aut metus acer erat, naueis, quæ forte paratæ
,, Corripiunt, onerantque auro; portantur auari
,, Pygmalionis opes pelago: dux femina facti.
,, Deuenere locos, vbi nunc ingentia cernes
,, Mœnia, ſurgentemque nouæ Carthaginis arcem.
,, Mercatique ſolum, facti de nomine Byrſam,
,, Taurino quantum poſſent circundare tergo

Nimirum quantum poſſent circumdare numis e tergo tauri tunc in vſu. Sumebatur autem ad monetas formandas, non bouis pellis tenuior, & mollior aliarum partium, quæ facile tereretur vſu breui; ſed craſſior & durior in tergore tauri reſidens, ad vſum diuturniorem. B Quid ſi dicamus eiuſmodi ſcorteas monetas habuiſſe infixum auri, vel argenti fruſtulum, in quo cælata foret imago Principis? Tale quid in mentem venit quod non ita pridem audiui a Cl. Jo: Rhodio, repertas annis elapſis in Cimbriæ quodam opido; curauique totam hiſtoriam indidem ad me tranſmitti, quam habui talem nuperrime. [Arnoldus Guldenſtem nobiliſſimæ vetuſtiſſimæque apud Cimbros Danorum proſapiæ juuenis Anno M DC XXXIV. Patauij memorauit Joanni Rhodio, in arca quadam inuentam domi ſuæ inſignem vim nummorum e tergore bouino; quorum medio infixus erat clauiculus certi ponderis argenteus. De quibus præterea nihil habuimus; quod in ipſo juuentutis flore patriæ redditus fatis ceſſerit. Ejus generis aliquot ſibi viſos nuper affirmauit etiam variæ doctrinæ multique vſus V. C. Laurentius Bordingius, Hiſtoriarum in Academia Sorana Profeſſor.] Etſi relatu M. Poli [b] Magnus Cham, Tartarorum Imperator, diti[b] lib. 2. c. 16.
ſſimus, in ſuis regnis chartaceæ monetæ ſolum vſum permittat; quem agnouit etiam in C quadam ciuitate Perſiæ Cl. Ioſaphat Barbarus, vt in ſuo teſtatur Itinerario [c] luculenter. Niſi [c] cap. 19.
dicere velimus, monetam illam Didus extitiſſe quidem argenteam, ſed appellari a Virgilio nomine tergi taurini, quod in ea cælatus haberetur taurus tergum obtutui numerantum referens; cuiuſmodi fuit apud Homerum, nunquam non a Virgilio imitatum, numus vulgaris, e metallo nimirum tauri figura effigiato; qui propterea bouis nomine nuncupatus eſt ab Homero, dum arma Glauci aurea dicit centum bobus valuiſſe, ærea vero Diomedis æſtimata fuiſſe nouem ſolummodo [d] canens: [d] 6. Illiad.

,, Tum vero Glauco Saturnides mentem ademit Iupiter,
,, Qui cum Tydide Diomede arma permutauit,
,, Aurea æneis, centum bobus valentia nouem bobus valentibus.

Et ſane Plutarchi relatu, in Poplicola, *Vetuſtiſſime boue, vel oue, vel ſue fuerunt ſignati*; quod exiſtimandum eſt feciſſe valoris in moneta differentiam, quoniam & bos pluris æſtimatur atque venditur quam ſus, & ſus quam ouis. Vtcunque ſit, non poſſum vulgatam explicationem Virgiliani loci recipere de vulgari tergore bouis aut integro, aut in ſubtiliſ- D ,, mas corrigias diſſecto, quod ait Euſtathius: Dido, inquit, in Libyam venit. Nomadum ,, Rex & Maſsylorum Iarbas in illam ſtatim irruit, a quo petijt ſibi tantum ſpatij dari, quan,, tum tegeret pellis bubula. Voti compos facta, parum id ſoli rata, pellem diſsecat in par,, tes tenues, ducitque in circulum, tantum longitudinis latitudiniſque amplexa, quantum ,, pellis complecteretur ducta in corrigiam. Hoc commento magnum circuitum vi bi attribuit. Quod etiam fatetur Herodianus [e] loquens de quodam ſimulachro. *Dicunt illud* [e] lib. 5.
poſitum a Phœniſſa Didone, quo tempore antiquam vrbem Carthaginem diſſecto corio edificauit. Rem eandem ſatis attigit Dionyſius Afer, & poſt aliqua ita abſolut:

,, Carthago, quam fama eſt ſub tergore bouis eſse metatam.

Sunt qui commentum hoc Didonis ad totam vrbem referant, ſed hoc & ratio abnuit, & Appianus, qui clare ſcribit, *Illi corium in corrigias tenuiſſimas ſecantes, circumdedere locum, vbi nunc eſt arx Carthaginis, quæ ideo Byrſa a corio appellatur.* Itaque non totum il-

Digitized by Google

lud ſpacium, vbi vrbs condita, circundatum eſt corio bubulo, ſed vbi tantum arx. Immo teſte Appiano, tunc tantum condita eſt arx, poſtea vero facti potentiores, arci vrbem addiderunt. Inde poſtea in expugnatione Carthaginis ait ciues deſerta vrbe confugiſſe ad Byrſam. Contra Liuius lib. 44. tutam vrbem innuit circundatam, ita ſcribens, *Aduenis, quantum ſecto bouis tergo amplecti loci potuerint, tantum ad vrbem communiendam, precario datum*. Verba etiam Euſtathij, Herodiani, Dionyſij ad vrbem nos ducunt. Sed non perſuadeor, ait Cl. La-Cerda, tum ex verbis Appiani, tum maxime quia Byrſa ἀκρόπολις eſt Carthaginis, quæ vox ducta a corio. Facile autẽ fuit autoribus ab arce ad muros technam extendere. Ceterum neque ſic ego putauero vel Didonem opulentam hoſpites fallere voluiſſe, vel vnius tergum bouis, etſi ſubtiles in corrigias diſſectum, magnæ Arcis fundum circumdare potuiſſe. Quare tergore bouis indicauit Virgilius monetam ſcorteam, priſcis temporibus vſitatam, e tergore tauri, qua circumdare potuit Dido ſufficientem locum ad ædificandam Carthaginem, vel eius arcem. Niſi dicamus, monetam illam Didonis a Virgilio vocari taurinum tergus, quia fuiſſet imagine tauri effigiata; qualis erat apud Homerum numus vulgaris, ideo bouis nomine nuncupatus, dum arma Glauci aurea dicuntur centum bobus valuiſſe, ferrea vero Diomedis æſtimata nouem ſolummodo *f*.

f 6. Iliad.

„ Tum vero Glauco Saturnides mentem ademit Iupiter,
„ Qui cum Tydide Diomede arma permutauit,
„ Aurea æneis, centum boues valentia nouem bobus valentibus.

Indicare volentes ergo poetæ veteres, poſt inuentam lyram tibicines deſiſſe lucrari, iam in deſuetudinem abeunt e fere tibiarum cantu; finxerunt Apollinem primum lyræ inuentorem, cantu ſuperaſſe Marſyam tibicinem, eique corium detraxiſſe; quod antiquioribus illis temporibus numi ſcortei forent. Namque Marſyas vixiſſe perhibetur a Suida ſeculo ludicum Hebræorum, ante Reges eius nationis, ac omnino Iaſonis & Argonautarum ævo, vt ait Apollonius Rhodius. Adjcitque Suidas, Marſyam ſano ſtatu mentis deturbatum, ſe Deum facere voluiſſe, Phœboq; comparare, victumque inſania ſe in fluuium præcipitaſſe, ac interijſſe. Quod anſam dedit fabulæ, a Xenophonte *g* quoque memoratæ. Sed veritas eſt, quod victus Marſyas ab Apolline, diuitijs lucro & honore gentium expoliatus, mœrore proinde confectus, vrbeſque fugiens, in auia nemora ſe recipiens, hominum conſpectum vitans, in lacrymas profuſus, dolore tandem rabeſcens interierit; vnde in fluuium vel demerſus, vel conuerſus dicitur. Ex quo fabulamento colligitur, Non eſſe cum præſtantioribus contendendum: & Poſteriora inuenta prioribus eſſe meliora. Sed redeamus ad noſtrarum Gemmarum Hieroglyphica.

Marſyas quãdo vixerit.

g 1. de Cyri pæd.



A

FRAVDOLENTI PARI FRAVDE CAPIVNTVR:
&
Gaudium & Mœror vicissim sibi succedunt.

Schema XXXII. Gemma.



B

C

Latari neminem oportere fraude, quum & ipse consimili capi valeat.
Cap. CXX.

VUlgatissimus quidem hic est apologus Æsopæus, quo Vulpecula vocarat Ciconiam ad ,, Cœnam: obsonium in mensam effundit. Quod quum liquidum esset, Ciconia ,, frustra rostro tentante, vulpecula lingit. Abit illusa auis, pigetque, pudetque iniuriæ. ,, Post plusculum dierum redit, inuitat vulpeculam. Vitreum vas situm erat plenum belli ,, obsonij. Quod quidem vas quum esset arcti gutturis: Vulpeculæ obsonium licuit vide- ,, re, & esurire: gustare non licuit. Ciconia rostro facile exhausit.

Adfabulatio.

,, Risus risum, iocus iocum, dolus dolum, fraus meretur fraudem.

Huiuscemodi sane fabellã in Emblema Magnos Heroas etiã nostrates admonet Cl. Petra
D sancta noster in suis Symbolis [a] Heroicis hæc ad verbũ ipsissima referens: *Hugo de Verdala Cardinalis, & Ordinis Melitensis Magnus Præses, vsus est trito Æsopi Apologo, nempe Gruis obsonantis, intra vas oris oblongi, coram Vulpe ieiuna & ringente: cum adscripto lemmate, FRAVS FRAVDE COMPENSATVR.* Porro fabellas Æsopicas, ad moralem vitam hominum apte componendam vtiliſſimas censuere veteres; Æsopique solertiam vel ipse Plato summus Philosophus, idemque grauissimus autor magnificisse, laudasseque non parum in Phædone, dum peragens de Anima sub persona Socratis ait: *Arbitror equidem Æsopum, si hæc animaduertisset, fabulam fuisse facturum: videlicet Deum ipsum quum ipsa inter se pugnantia vellet conciliare, neque id facere posset, in vnum saltem eorum apices coniunxisse; propterea q. cuicumque adest alterum, eidem mox alterum quoque adesse; quod quidem mihi accidit in præsentia: siquidem modo crus propter vincula afficiebatur dolore; sed huic succedere*

[a] lib. 6. c. 10.

Æsopi fabellæ commendate a Platone.

cedere voluptas iam videtur. Quæ ſane mirifice congruere videntur cum propoſito Æſopi Apologo, in quo Ciconia, ſiue grus oblongi colli pariter & roſtri, nuper ludificata in cœna vulpeculæ ſibi appoſita in vaſe patulo, de quo nihil ſibi potuit haurire, mœſta diſceſſit famis dolore cruciata; ſed mox viciſſim ipſa præparans inuitatæ Vulpi cœnam in amphora colli prælongi, & oris anguſti, de quo Vulpes nihil aſſumere poſſet, hilaris illam famelicam dimiſit, & dolentem, quæ prius lætabatur de fraude conſimili, qua Ciconiam pupugerat; adeo verum eſt, in humana vita per aſſiduas viciſſitudines euentum, extrema gaudij luctum occupare, atque viciſſim luctum in gaudium plerumque mutari. A

Virum ingenio, probitate, fortitudineque pollentem emergere de ſæuientis fortunæ difficultatibus incolumem.

Schema XXXIV. Gemma. B



C

D

Virtute fortunam ſuperari. Cap: CXXI.

VEre quidem Anonymus iſto Schemate repreſentari dicit Bellerophontem Pegaſo vectum, & Chimeram; ſed nihil aliud addens, intimam Schematiſtæ mentem ac intentionem non aperit. Quare nobis eſt e cortice Schematis enucleandus Autoris intellectus, con-

Digitized by Google

A consultis Classicis eruditioribus. Primusque se se nobis offert Homerus, qui totam Bellerophontis historiam proposuit hisce metris luculentissime [a]

Verum Glaucus genuit inculpatum Bellerophontem:
Huic autem Dij pulchritudinem, & virilitatem amabilem
Præbuerunt; sed ei Proetus mala molitus est animo;
Qui ex ciuitate expulit, quum multo præstantior erat
Argiuis, Iupiter enim eius sub sceptro subegit.
Cum hoc autem vxor Proeti furiose cupiuit nobilis Antia
Occulto concubitu misceri: sed huic neutiquam
Persuasit probæ sapienti, prudenti Bellerophonti.
Illa autem mentita Proetum Regem allocuta est:
Morieris, o Proete: alioqui interfice Bellerophontem;
Qui mecum voluit concubitu misceri non volente.
Sic dixit: hunc autem regem ira occupauit, vt audiuit.
Interficere quem vitabat (verebatur enim in animo)
B *Misit autem ipsum in Lycia: præbuit autem hic literas pernicioſas*
Scribens in tabella plicata exitialia verba,
Ostendere autem iusserat suo socero, quo periret.
Sed hic iuit in Lyciam Deorum sub fausto comitatu.
Sed quando iam Lyciam venit, Xanthumque fluentem,
Prompte ipsum honorauit Rex Lyciæ spati sæ:
Per nouem dies hospitatus est, & nouem boues sacrificauit.
Sed quando iam decima apparuit roseis digitis Aurora,
Et tunc ipsum interrogauit, & petijt literas videre,
Quascunque ipse a genero vtecto ferret.
At postquam iuuenis exitiales accepit Generi,
Primum quidem Chimeram inexpugnabilem iussit
Interficere: hæc autem erat diuinum genus, non hominum;
Ante Leo, post autem Draco, media autem Capra;
C *Ingentem spirans ignis vim ardentis.*
Et hanc quidem interfecit, Deorum prodigijs confisus.
Fortissimam certe hanc pugnam dicebat inijsse virorum.
Tertio rursus interfecit Amazonas viragines.
Huic vero redeunti astutum dolum alium struebat:
Delectis ex Lycia lata viris fortissimis
Collocauit insidias: hi vero non rursus domum redierunt:
Omnes enim interfecit eximius Bellerophontes.
Sed quando iam cognouit Dei sobolem præclarum esse,
Illic ipsum detinuit, dedit autem ei filiam suam:
Dedit etiam honoris regij dimidium totius.
Et quidem ei Lycij prædium assignauerunt præstans alijs,
Egregium soli arboribus consiti, & aruorum, vt coleret.
D *Hæc autem peperit ei tres filios bellicoso Bellerophonti*
Isanarumque, & Hippolochum, & Laodamiam.
Laodamiæ quidem concubuit, ipiens Iupiter:
Hæc autem peperit diuinum Sarpedona ære armatum.

[a] Iliad 6.

Ceterum Chimeræ fabulam ita Palæphatus explicat [b] inquiens: Verum ergo ita habet: Bellerophontes Phrygius vir erat, genere quidem Corinthius, bonus, pulcherque satis, Hic quum nauigium sibi præparasset, maritima circumquaque loca deprædabatur: nomen autem Nauis Pegasus erat, vt nunc quoque suum cuilibet Nauigio nomen est inditum. Nomen autem id Pegasi nauigio magis, quam equo, aptum fuisse videtur. Ea vero tempestate Amisodarus rex ad Xanthum flumen habitabat, sub quo altus mons Telmissus nomine erat, ad quem duo ascensus per planitiem, pascuaque ab anteriori ciuitatis Xanthio-

[b] lib. 1. Historia Bellerophonti ex Palepha to.

Digitized by Google

,, thiorum parte erant: Tertius retro a Caria: reliqua vero loca inculta, inacceſſaq; prorſus iacebant. Horum in medio hiatus terræ ſatis magnus erat, vnde vel ignis vtique ſuperaſcendebat. His autem mons alius Chimæra dictus adiacebat. Illo vero tempore, quemadmodum eius regionis incolæ narrant, ante planitiem illam habitatam leo quidam erat: retro vero draco vnus; qui paſtores ambo circumquaque lædebant. Ad quæ loca Bellerophontes accedens, montem expugnauit, & Telmiſſus ab eo ſimul concrematus eſt, feræque illæ ſic perierunt. Dicebant itaque eius loci habitatores, Bellerophontem illuc cum Pegaſo appulſum, Amiſodari Chimæram perdidiſſe: quo ex facto fabula conficta eſt. Ex qua Palæphati mythologia conſtat, non ſolum cur Chimæram Homerus appellarit genus diuinum, non hominum; quia montes opera naturæ ſunt, atque Dei, qui Natura naturans appellari conſueuit; non autem effectus hominum: verum etiam Bellerophontem fuiſſe virum fortitudine, roboreque virium, & ingenio mirifice pollentem, qui cõtra Leonem feram, & Draconem immanem igne pugnauerit, incenſis eorum habitaculis. At vero Bellerophontis probitatem, & prudentiam conſilij nobis aperuit Fulgentius hac explicatione myſtica. *Proetus rex vxorem habuit Antiam nomine; quæ amauit Bellerophontem: cui dum ob ſtupri cauſam mandaſſet, ille noluit: quem marito criminata eſt. Ille enim ad Chimaeram interficiendam miſit per ſocerum ſuum. Quam Bellerophon equo* Pegaſo *reſidens interfecit qui de Gorgonis ſanguine natus fuerat. Bellerophontapoſuerunt quaſi* Βελλεροφόντα, *quod nos Latine* Sapientiæ-conſiliatorem *dicimus: ſicut Homerus ait:*

,, Nec decet tota nocte dormire conſiliatorem virum

Βελλεροφοντα ἄνδρα. *Nam & Menander ſimiliter in Diſexapoto Comœdia ſic ait,* Βελλεροφο-

,, Conſiliarie noſtram de manu præoccupauiſti viſionem

Nam vt hoc certum ſit, Homerus in fabula eiuſdem Bellerophontis ita ait:

,, Bona cogitantium ſapientiſſimum conſilium.

Spernit libidinem, ideſt Antiam; *ἀντίον enim Græce contrarium dicitur: ſicut Antichriſtum dicimus, quaſi contrarium Chriſto. Vide igitur, cuius vxor Antias dicatur, nimirum Proeti: Proetos* Pamphilia lingua ſordidus *dicitur, ſic Heſiodus in Bucolico ludicro ſcribit dicens,*

,, Sordidus vtarum bene calcatarum ſanguineo rore.

Et cuius vxor eſt libido, niſi ſordidi? At vero Bellerophon, ideſt, bona conſultatio, *qualem equum ſedet, niſi Pegaſum? quaſi pegaſeon, ideſt,* fontem æternum. *Sapientia enim bonæ conſultationis æternus fons eſt. Idèo pennatus quia vniuerſam mundi naturã celeri cogitationũ theoria colluſtrat. Ideo & Muſarum fontẽ vngula ſua rupiſſe fertur. Sapientia enim dat Muſis fontem. Ob hanc rem etiam ſanguine Gorgonum naſcitur. Gorgon enim pro terrore ponitur. Ideo & Minerua pectore fixa eſt, ſicut Homerus in XIII. ait. Ergo hic duplex aſſertatio eſt: Aut enim terrore finito ſapientia naſcitur, ſicut de ſanguine, ideſt, de morte, Gorgonis* Pegaſus; *quia ſtultitia ſemper eſt timida: Aut initium ſapientia timor eſt, quia de Magiſtri timore ſapientia creſcit; & dum quis famam timuerit, ſapiens erit; vnde & Chimæram occidit. Chimæra enim quaſi* χῦμ' ἔρωτος, *ideſt,* fluctuatio Amoris. *Ideo etiam triceps Chimæra pingitur, quia Amoris tres modi ſunt, hoc eſt, Incipere,* Perficere, *& Finire. Dum enim Amor nouiter venit, vt Leo feraliter inuadit vnde & Epicharmus comicus ait:*

,, Domitor Cupido leontæa virtute præſumptior

Nam & Virgilius in Georgicis tetigit, dicens,

,, ... catulorum oblita leæna

,, Sæuior errauit campis. . . . . .

At vero Capra, quæ in medio pingitur, perfectio libidinis eſt: illa videlicet cauſa, quod huius generis animal ſit in libidine valde proclivum. Vnde Virgilius in Bucolicis ait;

,, ... Hædique petulci.

Ideo & Satyri cum caprinis cornibus depinguntur, quia nunquam nouere ſaturari libidine. At vero quod dicitur, Poſtremum Draco: *illa ratione ponitur, quia poſt perfectionem vulnus det pœnitentia, venenumque peccati. Erit hic ordo dicendi, quod primum ſit in Amore incheare, ſecundum perficere, tertium vero pœnitere de perfecto vulnere.* Hæc ad verbum Fulgentius, celebrans Bellerophontem, veluti virum probum, & inſigni præditum ſapientia, qui monſtrum libidinis, ſub nomine Chimæræ, ſuperare potuerit. Boccatius non ita Fulgentio ſubſcri-

Chimera cur dicatur genus diuinum non hominũ ab Homero. el.3.Myth.p.

Mythologia Bellerophontis ex Fulgentio.

Pegaſi mythologia.

Chimeræ cũ Amore comparatio.

Satyri cur cum caprinis cornib.

Digitized by Google

A scribens, at potius Palæphato, Bellerophontis fortitudinem celebrat [d] inquiens: *Est enim Chimæra Lyciæ mons in summitate ardens, sicut & Ætna olim: postmodum ad inferiora declinans Leones dudum nutrire consueuerat: subsequenter abundat expreis, & in radicibus feracissimus erat serpentum. Qui a Bellerophonte insigni viro purgatus noxijs, habitabilis factus est.*. Qui postea de Pegaso talem attulit allegoriam [e] *Ego hunc equum famam rerum gestarum arbitror, cuius velocitas per cursum, & volatū equi huius designatur: qui ideo Neptuni & Gorgonis dicitur filius, quia ex gestis in mari, & terra, fama oriatur. Quod in templo Palladis cōceptus Pegasus, ideo dictū puto, quia ex discrete, & consulte gestis recte fama oriatur.* At aliter longe sapientiæ Bellerophrontis allegoriam explicare conatur ipse Rhodiginus, asserens: [f] Nunc illud enotamus, Chimæram sensu allegorico, tres rhetoricæ partes indicare: dicanicum, siue iudiciale: panegyricum, seu demonstratiuum: symbuleuticum, vel deliberatiuum; vt Leo dicanicum præferat genus, quod exterret, ac elingues quodammodo ex aduersum dicentes constituit. Chimæra vero, ideſt Capra, panegyrici obtineat typum, quia lasciuiat lætius qui dicit, simul etiam num qui audit. Symbuleuticum genus Draconis

B esse aiunt, quod varium in primis sit, ac πολύτροπον, ideſt multarum conuersionum, & longiore ad persuadendum orationis tractu vtatur. Monstri vero mater ab Hesiodo dicitur Echidna, quam non esse aliud volunt, quam ποικίλον νῦν καὶ πολυειδῆ, ideſt variam multiformemque mentis vim, aut longiorem, & πολυέλικ]ον, ideſt multiplicibus implicatam spiris artem; Chimæræ instar, ignis euomentem globos. Ceterum pro ingeniorum tamen captu, sunt qui varie admodum Chimæræ figmentum, ad veritatem reuocent; nam, vt missa faciamus alia, est qui ἰθικῶς esse Chimeram putat vitiorum quandam varietatem, ac multiformem, perinde ac Chimæra est, vim: quam perimit Bellerophon, ideſt, vir bonus, prudensque; qui Bellerophon nuncupatur, velut malorum occisor; nam ex dialecto, bellera vocantur mala, ideſt τὰ βίλλερα. Fuit autem Bellerophon Corinthius patria, Hipponus, ideſt, ἱππόνυς, antiquo nomine: mox Bellero interempto sic dictus; sicuti mythici tradunt, & scribit Lycophronis interpres, Chimæram peremit hastæ plumbo asturo, quod collicuerit demum in monstri πυρπνόον φάμα, ideſt flammiuomum os coniectum. Denique Iobatæ filiam Philonoe vbi vxorem duxit, factus regni compos, Pegasi adminiculo in coe-

C lum adortus aduolare, œstro immisso ab Ioue, ad ima deuoluitur, ac cæcus campis errabat Aleis. Quod ideo confictum volunt, quia mente oberraret excussus. Nam ex Epicharmi doctrina νοῦς ὁρᾷ, καὶ νοῦς ἀκούει, τὰ δ' ἄλλα πάντα τυφλά, Mens videt, mens audit, reliqua vero omnia cæca.] Plinius [g] ait Bellerophontem fuisse primum, qui mortales equo vehi docuerit. Profecto de Bellerophontis grauibus casibus Aristoteles agit etiam, inquiens ipsum ob graues curas per auia & deserta loca solitum pergere; quem inter viros præstantissimos enumerat, melancholico furore, fortunæque sæuitia perculsos, his plane verbis: [h] *Cur homines, qui ingenio claruerunt, vel in studijs philosophiæ, vel in republica administranda, vel in carmine pangendo, vel in artibus exercendis, melancholicos omnes fuisse videamus: & alios ita, vt etiam vitio atræ bilis infestarentur? ceu inter Heroas de Hercule fertur; hic enim ea ipsa fuisse natura putatur, & morbum comitialem sacrum ab illo, & Herculeum priſci nominauere. Puerorum quoque motio mentis idem hoc explicat, & eruptio vlcerum, quæ mortem interdum antecedit; id enim plerisq; atra bile consistit. Et Lysandro Lacedæmonio proxime ante obitum genus id vlcerum emersit. Adde Aiacem & Bellerophontem, quorum alter penitus ad insanium prorupit, alter loca persequebatur deserta:* vnde illud Homeri [i] de Bellerophonte

D nuperrime celebrato,

„ Ast hic quando etiam grauior Dijs omnibus erat
„ In campos solus latos, inque inuia rura,
„ Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans.

Ex quibus omnibus apertissime constat, virum ingenio, probitate, fortitudine animi, virium-que corporearum robore pollentem, ex omnibus fortunæ sæuæ difficultatibus emergere gloriosum. Etsi postea senex violentia temperamenti Bellerophon in melancholiæ morbum inciderit, & in vires corporis effœtas; adeoque vitauerit ætatis imbellis ostendere debilitatem hominibus, apud quos relinquere volebat memoriam celebrem suorum facinorum illustrium. Senectus autem exosa dicitur omnibus Dijs; quia destituitur omnibus bonis, &

corpo-

d lib. 4. c. 24

Boccatij mythologia.

e lib. 10. c. 27

pegasus famæ symbolū

f lib. 13. c. 9. Chimæræ allegorie ex Rhodigino.

Bellerophontis etymon. & casus.

g lib. 7. c. 56 Bellerophontis casus ex Aristotele.

h 30. Sect. probl. 1.

Viri præstantissimi melancholici omnes.

Morbos comitialis vnde sacer dictus. & Herculeus.

i Iliad. 6.

Senectus cur exosa Dijs omnibus dicatur Homo

Digitized by Google

corporis, & animi, quæ sunt munera Deorum immortalium, Angelorum scilicet, ac summi Dei; qui tum immediate, tum etiam mediantibus Angelis Custodibus vnicuique mortalium bona largitur, quorum capaces natura sunt. At in senectute postrema capaces non sunt uirium corporearum, neq; uirtutum intellectualium, fatiscente mentis uigore ad specierum intelligibilium, & phantasmatum obliterationem ex animo, licet animi substantia permaneat incorrupta; quod Aristoteles edocet egregie, scribens [k] intellectum esse quoad sui substantiam interitus expertem, & a senio impassibilem; sed tamen eius operationes, & vigorem in senectute postrema marcescere, corruptis phantasmatibus ac intelligibilibus speciebus, sine quibus in corpore degens nihil omnino potest [l] intelligere; Platonem quidem audiens, cui licet in primo senio, dum corporis oculus incipit hebetari, & mentis oculus e contra cernit acutius; [m] attamen in decrepita demum ætate [n] bis pueri senes fiunt, euadentes secunda vice rudes ac ignari penitus, quales erant pueri statim ab ortu. Sed Lucretio nihil omnino sauens, qui senectute vult nedum habitus bonos omnes, & corporis & animi simul aboleri, sed etiam animæ substantiam impie blasphemans Epicuri sui carmina [o]

k 1. de an. t. 65. 66.

l 3. de an. t. 39.

m Consciu. F

n 1. de Leg.

o lib. 3.

,, Præterea gigni pariter cum corpore, & una
,, Crescere sentimus, pariterque senescere mentem.
,, Nam uelut infirmo pueri, teneroque uagantur
,, Corpore; sic animi sequitur sententia tenuis.
,, Inde, ubi robustis adoleuit uiribus ætas:
,, Consilium quoque maius, & auctior est animi uis.
,, Post, ubi iam ualidis quassatum est uiribus æui
,, Corpus, & obtusis ceciderunt uiribus artus:
,, Claudicat ingenium, delirat linguaque, mensque:
,, Omnia deficiunt, atque uno tempore desunt.
,, Ergo dissolui quoque conuenit omnem animai
,, Naturam, ceu fumus in altas aeris auras:
,, Quandoquidem gigni pariter, pariterque uidemus
,, Crescere, & (ut docui) simul æuo fessa fatiscit.

His plane contraria, uera, & pia de substantia mentis humanæ nos docuit Aristoteles, [p] aiens *Intellectus autem videtur innasci, substantia quædam existens, & non corrumpi. Maxime enim corrumperetur vtique ab ea, quæ est in senio, debilitate; nunc autem, quemadmodum in sensorijs, accidit; si enim acciperet senex oculum talem, & videret vtique sicut & iuuenis; quapropter senium non est quia sustinuit aliquid anima, sed id in quo, sicut in ebrietatibus, & morbis. Ipsum igitur iutelligere, & ipsum speculari marcescit, alio quodam interius corrupto: ipsum autem* (intellectiuum principium scilicet) *impassibile est. Cogitare autem, & amare, aut odisse non sunt illius passiones, sed huius* (principij intellectiui) *habentis illud* (simulachrum intelligibile corruptibile) *secundum quod illud habet* (acquisitum) *Quare & hoc* (phantasmate) *corrupto, neque meminit, neq; amat; non enim illius* (intellectiui principij solius) *erant* (operationes) *sed communis* (intellectus nimirum in habitu) *quod quidem destructum est* (amisso tandem habitu per senium, aut morbum.) *Intellectus autem* (secundum sui nudam & puram substantiam, prout ab acquisito phantasmate, habituque notionis contradistinguitur) *fortassis diuinius quid, & impassibile est.* Quam theoriam latius explicauimus alibi [q] tractantes de Animorum immortalitate ad aures Aristotelis. Qui plane contraria dicēs Epicureis a Lucretio receptis, vult intellectum habere sui substantiam incorruptibilem, at habitus notionum vt comparabiles, ita corruptibiles, nec non & operationes in senio marcescibiles. Autor autem in Schemate nostro Bellerophontem representat, non quidem in extrema senectute viribus amissis imbecillum, sed in ætatis vigore pollentem ingenio mentis, viribusque prorsus integris & voluntatis, & corporis; quibus apte fortiterque potuit vitiorum monstra domare, paratas ad sui perniciem hostium insidias euitare, prudenterque sæuientis fortunæ tela confringere. Sic ergo Schemate nostro Iuuenis Bellerophontis per aera Pegaso vecti contra Chimæram ignitam, representatur uir probus, ingeniosus, fortis, atque robustus, incassum a mala fortuna lacessitus, qui lasciuiam edomuerit: hostes multos & validos vicerit, ac omnino deleuerit: primus indomitum equum frænauerit ad vsus humanos;

p 1. de an. t. 65. 66. Aristotelis dicta de animæ immortalitate.

q lib. 2. c. 72. 75. 76.

cui

Digitized by Google


A cui ad velocitatis ostentationem, Alæ datæ videntur, quibus procul auólauit a superata Chimæra, qua signatur impudica Prœti coniux, caprinam procacitatem habens in inguine, flammam ardentem cupidinis in renibus, leoninam iracundiam in ore, castum virum falso crimine apud maritum accusans, & serpertinam calliditatem, qua dolos nectere per coniugem, patremque nouit ad iuuenem probum & eatum perdendum, sed irrito conatu; quod iste multiplici virtute sua de cunctis periculis illustris euaserit, æterna sibi fama cunctos apud homines comparata. Licet demum extremo senio confectus, amissa corporis & animi vi, mortalium consortia fugiens, æui sæuientis iniurias in se ceteris hominum ostendere noluerit, apud eos relicta sola fama suorũ illustriũ facinorũ: recte de proposito Cl. Alciatus: r Emb. 14.

„ Bellerophon, vt fortis eques, superare Chimæram,
„ Et Lycij potuit sternere monstra soli.
„ Sic tu Pegaseis vectus petis æthera pennis,
„ Consilioque animi monstra superba domas.

B *Martiales viri mulierum raptores primi, passimque diffamati.*

Schema XXXV. Gemma.

C



D

Corripit anne uerum Baccheo percitus ostro
Eurytus Hippodamen?

Apud Petrum Stephanium.

Mulierum raptores primos, & passim fuisse viros bellicosos. Cap. CXXII.

BEllicosos viros fuisse semper ad Venerem pronos; & inde vetusto fabulamento Venerem Vulcani coniugem, Marti coniunctam finxisse priscos, autor est Aristote-

les inquiens: [a] *Præsertim quum viri sint mulieribus obnoxij: quod accidit omnibus fere militaribus bellicosisque gentibus, præterquam Celtis, aut si qui alij coitum masculorum palam receperunt. Videtur autem qui primus fabulatus est, non irracionabiliter Venerem Marti coniunxisse; quoniam omnes huiuscemodi homines proni sunt ad venerea, aut masculorum, aut mulierum, illisque obnoxij. Itaque apud Lacedæmonios hoc fuit, multaque in eorum principatu a mulieribus administrabantur. Etenim quid refert, vtrum mulieres ipsa gubernent, an eos qui gubernant, a mulieribus gubernari? idem enim accidit.* Ceterum Centauros viros bellicosos extitisse, primosque mulierum raptores apud Lapithas, constat e Palæphato; cui tractanti De non credendis fabulosis narrationibus [b] [Centauri tanquam feræ quædam fuerunt; quæ equorum quidem speciem totam, excepto capite, habebant. Si quis est igitur, qui talem hanc feram fuisse credat, impossibilibus hic plane fidem adhibere persuadetur. Neque enim vllo pacto equi atque viri natura conformis est, neque cibi eorum aliqua inter se similitudo existit; ne ve ratione aliqua potis est, quod per os gutturque humanum equi cibus descendat. Atque adeo si talis forma tunc temporis erat, etiam nunc vtique existeret. Veritas autem rei ita se habet. Ixione Thessaliæ rege existente, in Pelio monte taurorum armentum quoddam furore ita correptum, atque œstro exagitatum est, vt reliqua circumquaque montana loca inaccessa redderet. In domestica etenim cultaque loca cum impetu ingruentes tauri ipsi, arbores & fructus lædebant, arataque corrumpebant. Præconio igitur publico nunciari Ixion iussit, quod si quis esset, qui tauros hosce caperet, huic se se diuitias perquamplurimas dono daturum esse. Adolescentuli autem nonnulli ex montano loco pagoque quodam, qui Nephele, hoc est, Nubes nuncupatur, equos domare tum primum aggressi, quomodo equites sessoresque dorso gestarent, illos docere excogitant. Prius etenim homines equis vehi nesciebant, verum curribus dumtaxat vtebantur. Sic autem equorum dorso impositi equites illi, ad ea loca, vbi tauri erant, agentes eos impellebant: & armento se se super iniscientes, tauros feriebant; & quando quidem ab impetu taurorum illos inuadentium iuuenes impellebantur, aufugiebant statim; velocibres enim erant equi. At quotiescumque tauri firmato gressu consistebant; vertentes se se iuuenes eos iterum feriebant, atque hoc pacto eos interfecerunt. Et nomen ipsum Centaurorum exinde Centauri sortiti sunt, eo quod tauros *Catecenton*, hoc est, pungentes feriebant; alioqui nihil tauri Centauris ipsis inest; sed equi atque viri species illa ex hac re tantum existit. Quum itaque tali pro re ab Ixione pecunias donaque Centauri reportauissent, proque hoc facto valde exultarent, contumeliosi insuper ac superbi opibus ex illis facti, mala passim multa iam contra ipsum quoque Ixionem perpetrabant: qui quidem Ixion tunc temporis Lariſſam nuncupatam ciuitatem incolebat. Qui vero regionem illam tunc tenebant, Lapithæ vocabantur. Inuitati autem quum ab his Lapithis forte ad conuiuium Centauri essent ebrij facti, eorum mulieres diripuerunt: quas quum equos inscendere fecissent domum illico fugientes, quo impetus illos ferebat, secum asportarunt: sicq; bellum aduersus Lapithas Centauri ob hanc rem gerebant, & nocturno tempore e montibus in planitiem descendentes, insidias illis struebant. Diurno vero tempore quum plura diripuissent, in fugam se se conuertentes, montana loca repetebant. Quibus ita recedentibus, equorum dumtaxat cauda, capitaque hominum a longe apparebant. Alienum itaque atque inusitatum spectaculum hoc animaduertentes homines, dicere consueuerunt, Centauri nos quidem inuadentes ex Nephele, hoc est, Nube nuncupato loco, mala multa nobis inferunt. Atque ab hac vtique sermonis forma, incredibilis fabula conficta formataque fuit, vt pote quod ex Nephele loco ita dicto, equus & vir in monte congeniti fuissent. Ita sane Palæphatus. At vero Boccatius aliam longe Centaurorum etymologiam affert, inquiens [c] *Centauri Ixionis & Nubis filij fuere, vt præmonstratum est. Hos volunt quidam apud Thessaliam equos ante alios domuisse, & insignes euasisse equites; & quoniam centum conuenere inuicem, Centauri dicti, quasi centum armati, vel centum Martes; nam Græce, Ares Mars est: seu potius centum aura; nam sicut ventus velociter euolat, sic & hi centũ velociter currere videbantur. Veruntamen hæc Latina etymologia est, quã Græcæ dictiones minime patiuntur. Ex eis talem refert Seruius fabulã, quod quum quidam Thessalus rex bobus oestro exagitatis, satellites suos ad eos reuocandos ire iussisset: & illi quum cursu pedestri non sufficerent, ascenderunt equos; & eorum velocitate bo-*

a 2. polit. cap. 7. Celtæ nefaria libidine infames. Lacones mulieribus obnoxij.

b lib. 1.

Centaurorũ mythologia & Palæphato

Centaurorũ etymologia Imago Centauri vnde.

Rapina mulierum a Centauris prima.

c lib. 9. de gen. Deo. cap. 28.

Seruij mythologia.

Digitized by Google

A *ues consecuti, eos stimulis ad tecta reuocarunt. Sed hi visi, aut quum irent velociter, aut quum eorum equi circa flumen Peneon potarent capitibus inclinatis, locum fabulæ stulta credulitas adinuenit, qua arbitratum est vnum esse animal ex equo & homine compositum: & sic postea semper pictum est. Hi tandem elati homines in nuptijs Pirithoi cibo pleni, vinoque madentes, sponsam Pirithoo auferre conati sunt; sed resistente Theseo superati.* Ceterum qui fingitur in Schemate cum rapta muliere Centaurus ab Anonymo nostro creditur Eurytus auferens Hippodamiam, propositis in Schemate versiculis:

,, Corripit anne verum Bacchęo percitus oestro
,, Eurytus Hippodamen?

Audiens Ouidium, cui *quum Pirithous duxisset Hippodamiam coniugem, & posuisset in antro Mensas Centauris; & ipsi epulantes vino plurimo calluissent, in lasciuiam venere, & audaciam nimiam; & capiente Euryto Hippodamiam atque trahente eam, insurrexit Pirithous atque Theseus, & turbati casu, aduersus eum atque socios inicre pugnam; & quum abstulisset Theseus Hippodamiam Euryto, eum conantem manibus cratere sumpto interfecit.* Verum enim vero nos in Schemate, non Hippodamiam ab Euryto, sed aperte Deianiram a Nesso

B transuectam per flumen, vna cum claua, leoninaque pelle Herculis, atque violentiam Centauri inimiam timentem, videri credimus: De qua post Ouidium, & ex Ouidio [d] Boccatius [e] ita: [Nessus ex Centauris famosissimus fuit; hic quum versutus homo plurimum esset; & fugæ manus euasisset Lapitharum, in Calydoniam abijt, & secus Euenum, eiusdem regionis fluuium moram trahens, Deianiram, filiam Oenei regis, amauit. Tractu vero temporis cõtigit, quod eunte Hercule a Calydonia versus patriam vna cum Deianira coniuge, ab Eueno fluuio pluuijs turgido detentus est. Cui Nessus quasi obsequium præstaturus obtulit se, si natans vellet transuadare fluuium, Deianiram in ripam alteram delaturum. Quod Hercules annuit. Verum quum transuadasset velocius Nessus, Hercule adhuc natante, ratus suo ardori concessum tempus, aura ocyus cum Deianira fugam arripuit. Hercules autem sumpto arcu, sagitta eum consecutus est. Qui dum se saucium cerneret, & periturum agnosceret, ne inultus occumberet, nouam commentus est fraudem: confestim vestimentum


C sanguine suo perlitum exuit; & quasi munus amoris Deianiræ dono dedit, hancilli asserens esse virtutem, vt si illotum seruaretur, posse ab omni amore forensi in suum reuocare Herculem, dummodo id ageret, vt illo indueretur Hercules. Quod credula Deianira seruauit. Et post tempus, dum Herculem amore Ioles captum, in suum reuocare vellet, illum, vt latius in sequentibus exprimetur, occidit.] Profecto non unum in Schemate spectatur, vnde conijcias, eo representari Deianiram a Nesso per fluuium transuectam Hercule natante; primum quidem Centaurus, non in solo ficco quadrupes uisitur gressus æquales habere, sed in aqua ueluti natare. Deinde quia clauam gerit Herculis, quæ natantem Heroem impedisset, altera manu sagittas & arcum ferentem, quas nunquam deserebat. Deinceps, quia Nessus Leonis exuuias, Herculis proprium insigne ferre uidetur, quæ maiori, fuissent impedimento natanti Herculi, quam Centauro, qui gestare potuit eas in parte humana super aquas elata. Sed quid læua manu gerit rapta mulier, & cur passis crinibus? si diuinare licet, dicam huiusmodi gemmam in anulo fuisse viri equitis, qui rapuerit amasiam, dum sibi crines pecteret, manuque pectinem vel rapta retineret,

D

[d] lib. 9. meta. [e] 9. Gen. cap. 31.

Humani Sermonis, & humanæ vitæ natura gemina, fugax, & procax, mystice repræsentata cælesti Sagittario.

Schema XXXVI. Gemma.



Centauri currentis, & sagittantis tergeminum mysterium explicatur: primumque de Sermonis humani differentia, & velocitate.

Cap. CXXIII.

NVllam attulit Anonymus ad hocce Schema declarationem. Certum est, hic haberi signum Sagittarij cælestis; quo mystice repræsentari censeo sermonem humanum non minus, quam figura Panos: de quo sic in Cratylo Plato: *Consentaneum quoque arbitre, Panα bifarmem, filium esse Mercurij. Scis quod Sermo* πᾶν, *hoc est omne significat; circuitq; & volvit semper; estque geminus: verus videlicet, ac falsus. An non id quod est in sermone verum, lene est atq; diuinum, supraque in Dijs habitans? contra quod falsum, infra in hominum multis, asperum atq; tragicum*, hoc est, hircinum. *Hinc enim fabularum commenta, & falsa quamplurima circa tragicam vitam reperiuntur. Merito igitur, qui est* πᾶν, id est, *totum nuncians, &* ἀεὶ τωλῶν, *id est semper volutans,* πᾶν ὢ πόλος, *biformis Mercurij filius diceretur, & superioribus partibus lenis atque delicatus, ex inferioribus asper atque hircinus. Estque Pan vel ipse sermo, vel sermonis frater; siquidem est Mercurij filius. Fratrem vero fratri similem esse, quid mirum?* Ceterum quando Pan non solum inferiora retinet hircina, sed etiam aures hircinas habet, & hircina cornua in capite; iam quoad superiores partes absolute non refert verum sermonem, absque falsitate rationis experte. Quocirca recte Plato dubitat, num absolute sermo sit Pan, an potius sermonis humani frater. Nobis vero hieroglyphicum sermonis aptissimum Centaurus est, in quo partes omnes superiores sunt humanæ, proindeque rationales; quum veritas omnino ratione nitatur; & partes omnes inferiores irrationalis animalis habeantur, vnde falsum sermonem aptissime repræsentant, qui rationis expers est. Addo quod sermo verbis innititur, quæ passim ab Homero pennata dicuntur, atque volatilia; Centaurus autem in Schemate nostro pictus arcu sagittas penna-

tas

Pan cur typus sermonis

Plato notatus.

Sermonis typus verus Centaurus.

A tas emittit, veluti loquens ex arcu curuati oris linguæ chorda mobili sagittas verborum iaculatur. Quam analogiam non semel habemus in sacra pagina, dum legit de Ionata, & Dauide primum [a] *Descendes ergo festinus, & venies in locum, vbi celandus es in die, quando operari licet: sedebis iuxta lapidem, cui nomen est Ezel, ego tres sagittas mittam iuxta eum, & iaciam quasi exercens me ad signum. Mittam quoque & puerum, dicens ei: Vade, & affer mihi sagittas. Si dixero puero: Ecce sagittæ intra te sunt, tolle eas: tu veni ad me, quia pax tibi est, & nihil est mali: viuit Dominus. Si autem sic locutus fuero puero. Ecce sagittæ vltra te sunt: vade in pace, quia dimisit te Dominus.* Deinde Autor Allegoriarum totius Sacræ scripturæ notat, quod *Arcus dicitur Os, & lingua prauorum, inuidorum, & hæreticorum quibus maledicta iaculantur in proximum*: ex psalmis [b] Isaia [c] & Ieremia [d] sanctisque Patribus. [e] Dicit eps eiusdem obseruatu, *sagittæ Dei sunt verba Dei animam penetrantia: f sagittæ in manu potentis dicuntur ipsa sacra verba: g sagitta quoque acuta Christi, sunt præcepta Dei peruolantia: h sagitta rursus sunt verba iusti, quæ penetrant cor peccatoris, vt conuertatur ad pœnitentiam. Ipsa quoque prædicatio, & oratio sagittæ dici possunt. Hæc sunt iacula quasi fulgur.* [i] Quare Sagittarius Centaurus optime hieroglyphicum ponitur sermonis humani; tum quia ex rationali, & irrationali parte constitutus biformis, apte refert verum sermonem, ratione fulcitum; & orationem falsam, irrationabilem omnino: tum quia sermonis verba volatilia, pennataque sagittarum instar ex arcu oris per chordam vibratæ linguæ celerrime mittuntur. Quam veritatem etiam Astronomi de Sagittario Centauro, nono signo Zodiaci passim afferre solent; etenim Hyginus agens de Sagittario [K] scribit:

B

„ Hunc complures Centaurum esse dixerunt. Alij autem hac causa negauerunt, quod ne-
„ mo Centaurus sagittis sit vsus. Hic autem quæritur, cur equinis cruribus sit deformatus,
„ & caudam habeat vt Satyri. Dicunt enim nonnulli, hunc esse Crotum nomine, Euphe-
„ mes Musarum nutricis filium, vt ait Sositheus tragœdiarum scriptor, eum domicilium in
„ monte Helicone habuisse, & cum Musis solitum delectari, nonnunquam etiam studio ve-
„ nationis exerceri. Itaque pro merita diligentia magnam laudem assecutum. Nam &
„ celerrimum in syluis, & acutissimum in Musis factum esse: pro quo studio petisse Musas
C „ ab Ioue, vt in aliquo astrorum numero deformaretur. Itaq; Iouem fecisse, vt quum om-
„ nia illius artificia vno corpore vellet significare, crura eius equina fecisse, quod equo mul-
„ tum sit vsus: & sagittas pro ingenio adiunxisse, vt ex his & acumen & celeritas esse vi-
„ deretur. Caudam Satyricam in corpore finxisse, quod non minus hic Musis, quam Li-
„ ber Satyris sit delectatus. Ante huius pedes stellæ sunt paucæ, in rotundo deformatæ,
„ quas Coronam eius, vt ludentis abiectam nonnulli dixerunt. Quæ cuncta penitius introspecta nobis mystice designant omnem humani sermonis proprietatem. Namque præter ante dicta de biformi natura sermonis veritatis & falsitatis participe: *Crotus* iste denominatur a linguæ sono, proindequæ a sermone; quia Græce Κρότελος dicitur, qui lingua est expeditiore, ac voce sonanti, homo loquax: vt obseruat Constantinus: cui κροτέω, est pulso, verbero, plausu comprobo, vel excipio: item crepo: quæ cuncta facit in sermone lingua loquentis. Crotus iste filius est Euphemes Musarum nutricis, quia sermo nascitur ex anima docta, quæ bonarum artium altrix est; nam, vt ait Aristoteles [l] ea quæ sunt in voce, sunt indicia conceptuum existentium in animo; mens autem bonis conceptibus affluens, vocali sermone explicabilibus, Euphema recte dicitur; nam εὐφημία Græce Latinis est acclamatio fausta, bene ominata verba. Sagittarius autem iste mysticus apte domicilium habere dicitur in Helicone monte, cumque Musis solum delectari; quia sermo moratur in capite, cum animi conceptibus, quos exprimit. Dicitur non nunquam studio venationis exerceri, quoniam interrogationibus vtimur aliquando ad venandas veritates ex respondentibus; quod quidem studium apud Platonem [m] Socrates obstetrici comparabat. Ponitur Sagittarius iste celerrimus in siluis, quoniam interrogatio celerrime veritatem venatur, quam ideo Cani Lacænæ comparat in Parmenide Plato, bene insequenti, & vestiganti dicta. Poniturque Sagittarius in Musis acutissimus extitisse; quia veros sermones non loquitur nisi qui peritissimus artium liberalium extiterit. Sagittario Iupiter in cælis equina crura dedisse dicitur, quod equo plurimum sit vsus: & sagittas pro ingenio adiunxisse, vt ex his & acumen & celeritas esse videretur in sermone viri sapientis cum Musis contubernium habentis. Hic obserua-

D

Crotus cur dictus sermonis hieroglyphicum sagittarius.

[a] 1. Reg. 20.
[b] psl. 10. 36. 63.
[c] cap. 21.
[d] cap. 9.
[e] Orig. psl. 36. hom. 3. Hier. in Isai. & Hiere. citt.
[f] psl. 17. 44. 57. 63. 76. Orig. hom. 2. Num. 24. Iob. 6.
[g] psal. 126. Hilar.
[h] psl. 119. 143
[i] Zach. 9.
[K] lib. 2. de sign. cæleſt.
[l] 1. periher.
[m] in Theæteto.

seruare lubet, quod Centauris quicunque Sagittarum vsum interdixerunt, etsi videantur
† 12. Metam. Ouidium † habere fautorem, qui Centauros inducit apud Lapithas, nulla prorsus arcuum A
nec Sagittarum facta mentione; tamen habere illis non negauit; ijs vsos esse constat apertis-
* Infern. cant. 12. sime apud Danthem, insignem autorem, omnino reclamantem, his metris: *

,, I vidi vn'ampia fossa, in arco torta,
,, Come quella che tutto il piano abbraccia,
,, Secondo che hauea detto la mia scorta.
,, Et tra'l piè de la ripa, & essa in traccia
,, Correan Centauri armati di saette,
,, Come solean nel mondo andare a caccia.
,, Veggendoci calar, ciascun ristette:
,, Et de la schiera tre si dipartiro
,, Con archi & hasticciuole prima elette.
,, Et vn gridò di lungi, a qual martiro
,, Venite voi, che scendesti la costa,
,, Ditel costinci, se non l'arco tiro. B

Hyginus notatus. Quod autem Centauto, Sagittario cælesti, caudam satyricam datam fuisse scribit Hyginus, quia nō minus hic Musis, quam Liber Satyris oblectatus fuerit, aliena ratione nititur. Mihi vero potius ea mythologia placet, quia sermo non minus Centauri, quam Satyri Schemate representetur, vt antea notauimus e Cratylo Platonis: Et, si placet, quia Satyros laudat Aristoteles, tanquam oraculorum verorum autores, in Dialogo suo de Anima ad Eudemum; quem locum fusius illustrauimus, agentes de Animæ Immortalitate * ad aures Aristotelis. Ante pedes Centauri sagittarij cælestis corona stellarum posita, quasi vir omnino sapientiæ deditus floccipendat etiam regni coronam sibi vel oblatam, vel vtcumque de iure competentem. Hisce nostris coniecturis consentiens Julius Firmicus ‡ *Sagittarium ponio signum esse pulchra vocis, veridicum, domum Iouis.* & inferius addit, § *Quod si in Sagittario horoscopus fuerit, is plurimas artes, & disciplinas consequetur: eritque cordatus, ingeniosus, & omnium rerum sciens.* Itaque Schema nostri Sagittarij belle representat humani sermonis geminam differentiam veritate, falsitateque notatam; nec non & verborum velocitatem. C

* lib. 3. cap. 8.
‡ lib. 2. c. 12.
§ lib. 5. c. 1.

Eodem hieroglyphico notari humanæ vitæ naturam fugacem, geminaque differentiæ, virtutis, & vitij distinctam maximeq; libidinosam. *Cap: CXXIV.*

CEterum quum multiplex eiusdem hieroglyphici significatio esse valeat; in Schemate nostri Centauri sagittarij vitæ quoque mortalis hominis & fugacem præcipitemque conditionem agnoscimus, & naturam virtutis æque ac vitiorum participem, atque compotem. Sane de vitæ nostræ lubricitate per Centaurum indicata Pierius hæc habet in suis hieroglyphicis * *Sunt, & qui Centauros in hoc eodem accipiant significato: quodque illi pubetenus humana forma, reliquum equina finganiur, vitæ nostræ terminum pernici cursu occupari, significare putent; propterea quod mira lapsi lubricitate incauti semper arripimur. Nullus enim tam senex, qui se annum adhuc non speret superaturum.* Nos autem in hoc Sagittario Centauro fugacem hominis vitam ex equinis pedibus agnoscimus; quod equus a natura factus esse videatur ad cursum, & hieroglyphicum pernicitatis eidem Pierio sit, dum ait: *Ad hæc celeritatis indicium est equus*: & apud Poetas Equi semper insigniri videntur epitheto velocitatis: ita Virgilio:

* lib. 4. D

b 12. Æn. b ,, Ora citatorum dextra contorsit equorum. &
,, Alipedumque cursu fugam tentauit equorum.
c 1. de Rem. Ouidio c ,, Et noua velocem cingula lædat equum.
d 4. de Pōt. & alibi d ,, Ante citos quantum Pegasus ibat equos.
e 1. de Arte. & alibi e ,, Hippolitum rapidi diripuistis equi.
f Sat. 8. Iuuenali f ,, ... nempe volucrem

,, Sic

A ,, Sic laudamus equum . . . . . .
Tilio *g* ,, Alite vectus equo.
& alibi *h* ,, Sic vbi prosiluit piceo de carcere præceps.
Tibullo *i* ,, Aut quis equum celeremue arcto compescere fræno.
Pāphilo* ,, Aligeri pueris exagitantur equi.

g lib. 13.
h lib. 14.
i lib. 4.
* lib. 1.

Quemadmodum ergo biformis natura Centauri Sagittarij symbolum est humanæ vitæ; quæ constituitur ex parte rationali superiore, ac irrationali inferiore, tanquam ex voluntate & appetitu, ex intellectu & sensu; sic equi conditio non minus velocitatem indicat, quam arcus & sagitta superiori parti humanæ tributa. Sane superiores partes obtinet humana ratio, cui subdita debet obtemperare natura sensualis, quam homo cum brutis communem obtinuit; non nunquam tamen accidit, vt vel temperamenti violentia, vel educationis improbæ corruptela, sensualis appetitus rationis imperia non audiat, sed vel eam inuitam secum rapiat præcipitem ad libidines, maximeque, venereas; quibus inter animalia cuncta videtur obnoxia species equina; quo factum est, vt mulieres procaces atque libidinosas, equarum nomine diffament Autores; & homines etiam in feminas hinnire *l* sicut equi, quibus *m* nō B est intellectus: quam hominis libidinosi naturam hieroglyphice Centauro signari, late docet Maximus * Tyrius. De furore venereo generis equini passim omnes, at luculentissime Virgilius *o* cui

K Arist. 6. hist. cap. 18.
l Ierem. 5. 8.
m Ps. 31. 9.
* Serm. 34. F.
o 3. Georg.

,, Scilicet ante omnes furor est insignis equarum,
,, Hi mentem Venus ipsa dedit, quo tempore Glauci
,, Pœniades malis membra absumpsere quadrigæ:
,, Illas ductus Amor trans Gargara, transque sonantem
,, Ascanium, superant montes, & flumina tranant:
,, Continuoque, auidis vbi subdita flamma medullis,
,, Vere magis, quia Vere calor redit ossibus, illæ
,, Oræ versæ in Zephyrum stant rupibus altis,
,, Exceptant que leues auras, & sæpe sine vllis
C ,, Coniugijs vento grauidæ, mirabile dictu,
,, Saxa per & scopulos, & depressas conualles
,, Diffugiunt, non Eure tuos, non Solis ad ortus:
,, In Boream, Caurumque, aut vnde nigerrimus Auster
,, Nascitur, & pluuio contristat sidere cælum.


Mares autem Equi feminis valde salaciores habentur; qui semper ad eas visas hinnire videntur; quum illæ grauidæ non admittant initum. At homo libidinosior equo; quum non vere solo, sed omni tempore coitum exerceat, a quo neque grauida mulier abstinet. Sed quia nullum animal equo libidinosius; ideo salacem hominis naturam indicaturi poetæ Centauros confinxerunt. Verum hac de re late Valerianus *p* in Hieroglyphicis: sed euidentissime Ieremias *q* *Equi amatores, & emissarij facti sunt: vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat.* Itaque Centauri Sagittarij symbolo recte signatur humanæ vitæ cursus ocyssimus: hominis natura ex intellectu & sensu, seu ex ratione, & appetitu irrationali consurgens: quæ sæpe neglecto rationis dictamine præceps agitur in furiosas libidines; quibus obD noxios fuisse Centauros, passim poetæ veteres fabulantur.

Homo libidinosior Equo.

p lib. 4.
q cap. 5. 8.

Generosas indoles educari debere ab Heroibus in actuosa pariter & in contemplatrice vita præcellentibus.

Schema XXXVII. Gemma.



Chiron Centaurus, vt virum actuosa simul & contemplatiua vita peritum indicet, aptum educare generosa indolis adolescentes.
Cap. CXXV.

REcte noster Anonymus hocce Schemate representari notat Chironem Centaurum Achillis educatorem; sed mysterium non aperit, cur Achilli puero nobilissimo nutricius datus fuerit Centaurus iste. Nos ex fabulæ cortice veritatem enucleare poterimus. Porro Chiron Centaurus a Boccatio, Deorum genealogiam tractante [a] ponitur ex
[a] lib. 8 c. 8.
„ antiquorum scriptis esse Saturni filius; nempe Saturnum venustate Phillyræ captum,
[b] 3. Georg.
„ eam intercepisse, & dum eius, vt ait Seruius; [b] vteretur concubitu, interueniente Opi
„ coniuge, confestim se vertit in Equum, ne cognosceretur in culpa. Phillyra autem ex
„ eo concubitu Chironem concepit, peperitque animal, ab vmbilico supra hominem, ab
„ inde vero infra equum. Qui quum excreuisset, in siluas abijt, easque coluit. Huic au-
„ tem a Tethide Achillem puerum commendatum; quem ipse nutriuit, & docuit, simili-
„ ter & Æsculapium. Postremo quum eum visitasset Hercules, casu factum est, vt vna
„ Sagittarum eius, Lernæo veneno perlita, super pedem eius caderet: attamen quum a
„ parentibus suisset genitus immortalis, vt Ocytoes vaticinium impleretue, quo prædi-
„ xerat, eum optaturum, esse mortalem; graui vexatus morbo, mori cupiens, orauit su-
„ peros, vt illi mori concederent. Quo concesso, ab eisdem in cælum translatus est, &
Mythologia Chironis ex antiquis prima.
„ in Zodiaco locatus, & Sagittarius appellatus. Et quoniam valuerit auspicio, eo coram
„ cæleſtis Ara apposita est. Ex his fictionibus Theodontius Barlaam sensum exprimebat
„ huiusmodi. Chironem ideo Saturni filium dictum, quia circa agriculturam plurimum
„ valuerit: & quia hortorum adaquationem inuenerit. Phillyræ dictus est filius, quia Phi-
„ ladros, ideſt, aquæ-custos, vel amator, eo quod ad irrigationem hortorum plurima vte-
retur.

Digitized by Google

A ,, retur. Quod autem in conceptione eius Saturnus a coniuge repertus, verteretur in
,, Equum, dictum est, eo quod causam suam apud turbatam coniugem iustificauerit, dicens
,, quod ob id aliarum mulierum concubitum quæreret, si forte filios masculos suscipere
,, posset; quum sibi prolem melioris sexus ex ea conceptam ob promissum Titano factum
,, seruare non posset; & sic ob hoc æque agere visum est; & inde æquus, idest, iustus. Alij
,, vero volunt fabulam a præcedentibus ortum habuisse. Nam quum vidissent illum morta-
,, les, vt dicit Isidorus, hominum pariter & iumentorum medicinem inuenisse, hominis &
,, Equi filius dictus est, & Chiron denominatus, vt intelligeretur, quia Chirurgiam, non
,, Physicam, reperisset; quæ leui doctaque manu operatur; nam Chiros Græce manus est.
,, Quod a sagitta Herculis vulneratus sit, historiographum dicunt; & quum lethalem mor-
,, bum arte sua aliquando curasset, visum est amicis eum immortalem creatum, quem vene-
,, ni vis non occideret. Tandem quum venisset in mortem, ob meritum virtutis suæ, quia
,, iustissimus fuerit homo, vt in Iliade dicit Homerus, ad perpetuam sui nominis memo-
,, riam ab antiquis inter astra locatus est. Circa fabulam de transmutatione Saturni in
B Equum, ne coiens cũ Phillyra dignosceretur ab vxore superueniente deprehensus in adul-
terio, quo Centaurus enatus e muliere iuncta viro formam Equi referente, notare possumus
physicam imaginationis vehementis vim in muliere cõcipiente; namque sicuti Saturnus ille
Magus quum esset, facile præstigijs in Equum se vertere potuit; ita Phillyra subito se pre-
mentis equi conspectu consternata Centaurum concipere potuit; non secus atque Sicula
matrona cum humano fœtu simul Astacum piscem peperit, quum eiusmodi grandem grauida conspexisset in manu piscatoris, & appetisset vehementi desiderio: perindeque Plutarchus ex homine ac equa Centaurum enatum opinatur; vt olim de Monstrorum natura philosophantes ostendimus abunde † Ne repetamus e Paræo * testimonium mulieris albæ, quæ
Venerem agens sub albo viro magna sui verecundia ab æthiope procul irridente visa fœtum
nigerrimum de candido conioge sustulit; quemadmodum & illa, quæ cum viro candido iuncta, æthiopis imaginem intuendo æthiopem alba concepisse, & peperisse dicitur, Hippocratis ingenio a pœna adulterij liberata, cui crediderunt sola vehementis imaginationis vi ex albis vtrisque parentibus exoriri potuisse physice nigram sobolem. Hanc sane Saturni fabu-
C lam in Fastis ita ponit Ouidius [e]

Secundæ Myth.

Saturnus vt in Equum mutatus.

† l.2.c.66.68
* lib.27.c.7.

e lib. 5.

Nocte minus quarta promet sua sidera Chiron
Semiuir, & flaui corpore mistus equi.
Pelion Hæmoniæ mons est obuersus in Austros:
Summa virent pinu, cetera quercus habet.
Phillyrides tenuit: saxo stant antra vetusto,
Quæ iustum memorant incoluisse senem.
Ille manus olim missuras Hectora letho
Creditur in lyricis detinuisse modis.
Venerat Alcides exhausta parte laborum
Iussaque restabant vltima parte viro.
Stare simul casu Troia dum fata videret,
Hinc puer Aeacides, hinc Ioue natus erat.
D *Excipit hospitio iuuenem Phillyreius heros,*
Et causam aduenens hic rogat, ille docet.
Respicit interea clauam spoliumque leonis,
Virque ait his armis, armaque digna viro.
Nec se, quin horrens auderent tangere setis
Vellus, Achillea continuere manus.
Dumque senex tractat squallentia tela venenis,
Excidit, & læuo fixa sagitta pede est.
Ingemuit Chiron, traxitque e vulnere ferrum,
Et gemit Alcides, Hæmoniusque puer.
Ipse tamen lectas Pegaseis collibus herbas
Imperat: & vana vulnera mulcea ope;

Virtus edax superabat opem: penitusque recepta
Ossibus & toto corpore pestis erat.
Sanguine Centauri Lernæa sanguis Echidnæ
Mistus, ad auxilium tempora nulla dabat.
Stabat vt ante patrem lacrymis perfusus Achilles:
Sic flendus Pelaus, si moreretur, erat.
Sæpe manus ægras manibus stringebat amicis:
Morum, quos fecit, præmia doctor habet.
Oscula sæpe dedit: dixit quoque sæpe iacenti,
Vive precor, nec me care relinque pater,
Nona dies aderat: quum tu iustissime Chiron
Bis septem stellis corpora cinctus eras.
Nunc Lyra curua foret, sed idonea nondum
Est via: nox aptum tertia tempus erit.

A

De Chirone multi tractarunt autores Classici, Orpheus in Argonauticis, Homerus in Iliade, Apollonius Rhodius, Statius, Plinius, Natalis, Boethius, Hyginus; & alij multi; cunctiq; fatentur vnanimes, virum fuisse iustissimum, Astrologiæ, Medicinæ, præsertimque Chirurgiæ, a qua denominationem habuit, Botanicæ, Musicæ, Militiæ, Rhetorices, & aliarum omnium liberalium artium peritissimum; cui propterea viri principes tradiderint filios suos educandos; inter quos enituere maxime Æsculapius, Hercules, Iason, & Achilles. Nos autem in præsentia Schématis nostri germanam explicationem habituri, primum obseruamus Chironem hunc Centaurum, non currere, brutali parte violente rapiente secum rationalem, sed incedere temperato, moderato, grauique gressu, ceu viri, cuius ratio moderatur atque regit appetitum; portioque superior humana rationalis gubernat inferiorem sensualem, qua communicat homo cum brutis. Galeam in capite gestat, indicium scientiæ militaris, quam edocuit Achillem, vt & alias artes liberales. Puellum læuo brachio complectitur, quem dorso suo stantem portat: signum educationis, qua tum Achillem, tum Æsculapium, tum Iasonem, tum alios generosæ indolis alumnos gubernauit. Dextra manu sagittam cuspide ad læuum sui pedem vergente sustinet, vt ostendatur, ab Herculis sagitta quadam Lernæo sanguine venenato perlita, dum eam cum arcu Tirinthij tractaret, lædente vulneratum pedem Chironis, vnde mortem subijt, inde propter eximias virtutes in cælum inter astra translatus, & ita pingitur in Schemate, qualem in cælo formari Natalis asserit, inquiens* *Conuersus est igitur Chiron in illud signum cæleste, quod nunc etiam a sagitta illa nomen retinet, atq; ita formatur, vt videatur sagittam e vulnere extractam ostentare.* Jure Saturni filius ponitur Chiron homo iustissimus, atque scientissimus; tum quia Saturnus hieroglyphicum temporis est, præsertimque longæui; quod eius astri motus proprius tardissimus in ortum sit, & non absoluatur nisi longissimo spatio temporis, annorum triginta, vt aiunt Astronomi; & Aristotele doctore prudentia [d] rerumq; multarum peritia breui tempore comparari non potest: adeoq; iuuenis prudens, planeq; multiscius esse nequit: vnde Chiron & senex ponitur (etsi ad elegantiam imaginis, in Schemate fictus absque barba spectetur; sed & senes antiquitus plerique radebantur, barbam non alentes) & senis Saturni filius dicitur: tum quia melancholico, proindeque saturnino temperamento fuit; quales extitisse testatur Aristoteles [e] omnes quicumque pollere visi sunt ingenio, vel in disciplinis, vel in rebus agibilibus tractandis: tum etiam quia Saturni sidus in horoscopo natis donare creditur excellentiam ingenij. Non ita facile suscepero sensum eruditissimi Alciati, Schemate suo [f] pingentis Chironem Centaurum, ferula pueros erudientis, sub titulo, CONSILIARII PRINCIPVM, appositio hexastico.

B

C

D

Chiron vnde dictus.

Nostra Schematis explicatio.

* lib. 4. c. 12.

[d] 1. Eth. c. 3. 6. Eth. c. 8.

[e] 30. Sect. probl. 1.

Alciatus notatus.

[f] Embl. 146

„ Heroum genitos, & Magnum fertur Achillem
„ In stabulis Chiron erudijsse suis.
„ Semiferum doctorem, & semiuirum Centaurum,
„ Assideat quisquis Regibus, esse decet.
„ Est fera, dum violat socios, dum proterit hostes:
„ Estque homo, dum simulat se populo esse pium.

Siqui-

Digitized by Google

A Siquidem ista neque Chironi consentiunt, quem Homerus, & post eum Euripides in Iphigenia in Aulide, alijque pium, & virum iustitia præstantem prædicant: a quo prorsus abfuerit vitium omne violandi socios, & simulandi pietatem. Neque conueniunt consiliarijs Principum; tum quia consiliarij debent partem humanam rationalem habere supra sensitiuum appetitum, vt in Centauro spectatur: tum quia Consiliarij dum hortantur Principes violare socios, & se populo simulare pios, non erudiunt Principes, vt Chiron Achillem, & Æsculapium, sed eos decipiunt, & ignaros boni regiminis efficiunt: tum maxime, quia Principes erga consiliarios non se habent, vt ignari rudesque pueri & infantes, erga Magistros & Præceptores; nam Principes auditis consiliarijs, vt plurimum discordantes inuicem sententias afferentibus, iudicio pollentes eam eligunt, quam existimant esse meliorem. Vnde Principes a summo Deo plerumque clandestine docentur, vel per Angelos custodes, qui Principibus singulis & bini dati sunt, & intelligentiores, quam dati priuatis hominibus, quales Principum Consiliarij sunt, vnicum singuli bonum genium a Numine sortiti. Quam sententiam vnanimes profitentur orthodoxi Theologi nostrates, ex
B diuina Scriptura [g] sanctisque Patribus. [h] Quin & aperte Plato [i] constituit, pueros non esse cogendos verberibus atque flagellis ad disciplinas, sed alliciendos præmijs atque xeniolis. Quare non ferula, sed blanditijs Chiron erudijt adolescentes Heroum Achillem, Iasonem, Æsculapium, & alios, vt in Schemate nostro visitur.

[g] Daniel. 10. Deut. 32. & 38.
[h] Dionys. de Cæl. hier. c. 9 Clem. Al. 6. strom. & 7. Aug. q. 48. in lib. Iud. Orig. Hom. 11. in Num.
[i] 7. de Leg b.

Furacis rapacitatis typus, & instrumenta vetusta.

Schema XXXVIII.

C

D



Furum ex rapto viuentium antiquitus conditiones explicatæ.
Cap: CXXVI.

A

3. Æn. NEmini dubium est hocce Schemate delineatam Harpyiam iuxta Virgilij [a] descriptionem; sed abditissimum est, vt Anonymo nostro, sic etiam alijs, quid sibi velint quinque hieroglyphica circumposita corpori monstri. Nos conabimur ex Harpyiarum fabulis antiquioribus eorum singula declarare. Primusque de proposito consulendus Eustathius, qui [b] lib. 12. super Odyssea [b] sic Interprete Cl. La-Cerda, Latine loquitur: [Argonautæ ad Bithyniam quum peruenissent, inciderunt in Phineum cæcum, eius prouinciæ Regem. Cæcitatis causa hæc: Habuerat filios ex Cleopatra, filia Boreæ; qua repudiata, alteram duxit; cui iam nouercæ filios ex Cleopatra ad necem tradidit, calumnia illata. Iratus Iupiter Regi optionem dedit, aut cæcum viuere, aut mori. Mori non vult, sed esse cæcus, neque Solem videre. Sol ipse iratus Harpyias homini mittit, quæ fame torquerent, cibos semper ab epulante rapturæ. Sciunt, videntque hoc Argonautæ, qui vna cum Iasone nauigabant; scienteſq; Phineum sapientem esse, hortantur, petuntque rationem expediret, qui præternauigaturi

B

essent Symplegadas (sunt hi scopuli gemini in ostio Euxini, infames Poetarum carminibus; putantur enim inter se concurrere, naueſque elidere.) Promittit ille se facturum, si Harpyias e regno suo pellerent: quod illi pollicentur. Quærit itaque ab illis, quanta sit celeritas eius nauis, qua vehebantur; Respondent, tantum illam spatij nauigando solitam transmittere, quantum columbam volatu. Iubet, columbam capiant, dimittantque per medias rupes, quum ipsæ a complexu diuellantur; quum vero illa spacium transmiserit: tum se illi intrepidi in viam dent. Ergo columba mittitur, volat, totum illud transmittit spatium, vno tantum accepto incommodo; nam ad finem volatus concurrentes scopuli caudam lacerant. Illi statim a complexu diuulsis, sequuntur Argonautæ eadem celeritate, qua prius columba: tuti euadunt, tantum in fine cursus elisa puppi, vt columba cauda. Ergo Zetes, & Calais alati Iuuenes, & filij Boreæ, qui vna cum Argonautis in ea erant expeditione, Harpyias pellunt a Phineo, persequunturque gladijs vsque ad Plotas insulas. Inde redierunt, moniti a Ioue, cessarent ab illis persequendis. Quia autem inde redierunt, Plotæ ab eorum reditu

C

dictæ deinceps sunt Strophades; nam στροφὴ flexus est, & versio Græcis. Ita ferme Eustathius.] Quo in loco prætereundum non est, quod accidere dicitur in Euxino mari scopulis Symplegadum inter se mire concurrentibus, & subinde a se recedentibus, naueſque in suo concursu collidentibus; etenim eorum positio naturalis est huiusmodi, vt in imo lati, radices habeant inter se propinquas, & sensim surgentes in acumen ad instar coni, semper altiores partes obtineant inter se distantiores; quoniam autem inter eos horis statis fit maris euripus; ideo nauigantibus affluente mari videntur illi scopuli seiungi, nimirum aqua partibus inferioribus coopertis, & sublimioribus tantum super aquas apparentibus; in refluxu vero iugiter discooperiuntur eorum partes inferiores, ad quas nimium vicinas in exiguo salo nauigia proteruntur. Nec enim putandum est, rupes illas locali motu cieri: licet, mirabile dictu, & visu, Bononiæ turris D. Stephani, dum Campanæ maiores omnes pulsantur, moueatur

D

accedens, & recedens suis partibus eminentioribus, a muro stabili propinquæ domus; vt ego cum multis non semel inspexi. Ceterum id fit motu visibilis speciei turris, ad motum aeris, quo nitiuur. Sed ad rem. Constat apud omnes classicos, Harpyias esse symbolum rapacitatis, & furum, atque prædonum, quorum vita ex rapto; nam id satis indicat earum nomen deductum a Græco verbo ἁρπάζω, quod est *rapio*: Ferreaque instrumenta, in fine aduncа, quibus ad aliquid rapiendum violenter vtimur, Harpagones dicuntur. Inde pedibus aduncis Harpyiæ donatæ, quibus vice manuum vtuntur ad rapiendas

[c] 3. Æn. [d] Iliad. 16. prædas. Tres illas memorat Virgilius, quæ dicuntur Celæno, Aello, & Ocypete. [c] Quartam addit Homerus [d] Thyellam, siue Podargem, denominatas ab insitis proprietatibus hominum ex rapto viuentium; quas apte proponit Fulgentius in Mythologicis, [e] inquiens.

[e] l. 1. Myth. 1

Harpyiæ cur virgines.

Harpyias etiam tres inferis Vergilius deputat; quarum prima Ælло, secunda Ocypete, tertia Celano. Harpyia enim Grace e rapina dicitur. Ideo virgines. quod omnis rapina arida sit & sterilis. Ideo plumis circundatæ; quia quicquid rapina inuaserat, celat. Ideo volatiles, quod omnis rapina ad volandum sit celerrima. Ἄελλω *enim Grace quasi* ἐλλὼν ἄλλο, *ideſt, alienum tollens. Ocypete, ideſt citius auferens. Celænum vero, Grace nigrum. Vnde & Homerus*

Digitized by Google

A *merus prima Iliados Rhapsodia* ἦ τοι ἐτὶ καὶ σὸν ἐλαυνὸν ἀτειρέα μεμὶ Δυρὶ, ideſt
,, Statim niger tuus ſanguis emanabit per meam haſtam.

Hoc igitur ſignare volentes, quod primum ſit, alienum concupiſcere: ſecundum, cupita inuadere: tertium, celare quod inuadit. Addit Boccatius *f* Virgineos autem vultus Harpyiæ ideo habere dicuntur, quia quantum ad eum, cui rapiunt, fures paſſim more ſuo placidos mitesque ſe in cõaſpectu hominum exhibent, vt hac poſſint arte ignaros fallere, Vncas autem raptores habere manus, expoſitione non indiget. Quod ora illis ſint pallida, nihil aliud vult prætendere, quam fames aſſidua, inſatiabilis appetitus habendi, qua miſeri & in rapinam proni anguntur continue. Fœdiſſima ventris proluuies raptorum eſt, inquantum vt plurimum rapinarum turpis eſt exitus. Itur enim ex rapinis in ludum, ſubſtantiarum conſumptorem omnium, & miſeriarum patrem: Itur in Luxuriam laſciuiarum & ociorum marcentium matrem: Itur in gulam crapularum & ægritudinum cloacam turpiſſimam & damnoſam. Arbitror quidem has ad piratas & auariſſimos homines ſpectare, eo quod litora inhabitent. Addebat inſuper dictis Harpyis Homerus vnam, quam Thyellam vocitat, ex qua Zephirum dicebat Equos Achillis genuiſſe. Hanc dicebat Leontius Venti-impetum, ſeu procellam interpretari; per quam etiam piratarum demonſtratur velocitas ad rapinam. Verum enim vero dicuntur Harpyiæ habitare in Montibus Inſularum Strophadum; & eſſe filiæ Neptuni, atque Terræ; quia viuitur ex rapto tum in mari, tum in terra pariter a piratis, & a furibus: Hæc omnia Virgilius egregie tetigit, aiens *g*

f 10. Gen. cap. 61.

Harpyiæ cur pallidæ.

Rapinarum turpis exitus

g 3. Æn.

Seruatum ex vndis Strophadum me litora primum
Accipiunt: Strophades Graio ſtant nomine dictæ
Inſulæ Ionio in magno: quas dira Celæno,
Harpyiaque colunt alię. Phineia poſtquam
Clauſa domus, menſaſque metu liquere priores.
Triſtius haud illis monſtrum: nec ſæuior vlla
Peſtis & ira Deum Stygijs ſe ſe extulit vndis.
Virginei volucrum vultus: fœdiſſima ventris
Proluuies: vncæq; manus: & pallida ſemper
Ora fame.
Huc vbi delati, portus intrauimus: ecce
Læta boum paſſim campis armenta videmus,
Caprigenumque genus nullo cuſtode per herbam.
Irruimus ferro! & Diuos, ipſumque vocamus
In prædam partemque Iouem: tum litore curuo
Extruimuſque toros, dapibuſque epulamur opimis,
At ſubita horrifico lapſu de montibus adſunt
Harpyiæ, & magnis quatiunt clangoribus alas;
Diripiuntque dapes, contactuque omnia fœdant
Immundo. tum vox tetrum dira inter odorem, &c.

Sanè pingitur in Schemate Harpyia ſatis obeſo corpore, propter opulentiam ex rapinis comparatam a magnis piratis, famoſiſque furibus. Aſtrum vero fulgens ſupra caput Harpyiæ ſignat nocturnum tempus aptiſſimum furibus ad latrocinia perpetranda; nam & Horo Apollini Niliaco, hieroglyphica priſca declaranti, *Depicta Ægyptijs ſtella, nunc Deum ſignificat, nunc Noctem, nunc vero Tempus, interdum etiam hominis Maſculi animam.* Et in Sacra pagina, tum apud Lucam *h* *Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & in tertia vigilia; & ita inuenerit: beati ſunt ſerui illi. Hoc autem ſcitote, quoniam ſi ſciret Pater familias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non ſineret perfodi domum ſuam.* tum apud Matthæum *i* *Vigilate ergo, quia neſcitis, qua hora Dominus veſter venturus ſit. Illud autem ſcitote, quoniam ſi ſciret Pater familias, qua hora fur venturus eſſet, vigilaret vtique, & non ſineret perfodi domum ſuam.* Quibus locis Interpretatio Syriaca legit, non *qua hora*, ſed ,, *qua vigilia*. Quod approbat doctiſs. Maldonatus inquiens: Qua vigilia fur venit: noſter Interpres alijs verbis ſenſum expreſſit: quanquam arbitror non ſine cauſa Chriſtum

Stellæ ſignificatio.

h 12. 38. 39.

i 24. 42. 43.

,, po-

Digitized by Google

,, potius dixisse, qua vigilia, quam qua hora: nimirum quia dixerat paulo ante, *vigilate*, id est
,, agite excubias more militum: alludit ergo ad eundem militarem morem, quo solent mi- A
,, lites, ne ab hostibus improuisi opprimantur, totam noctem in quatuor distributam vigilias
,, excubare, nescientes qua vigilia hostis venturus sit. Quare stella Nocturnum tempus in-
dicat, aptum furtis. Sed etiam stella nunc accipi potest pro anima hominis masculi, hoc est
K 9. Æn. pro audacia prædonum, de qua maxime gloriatur apud Virgilium [K] prædo, Troianis insul-
tans in hæc verba glorioſa:

,, Durum a stirpe genus: natos ad flumina primum
,, Deferimus, sæuoque gelu duramus, & vndis.
,, Venatu inuigilant pueri, siluasque fatigant
,, Flectere ludus equos & spicula tendere cornu.
,, At patiens operum, paruoque assueta iuuentus,
,, Aut rastris terram domat, aut quatit opida bello.
,, Omne æuum ferro teritur, versaque iuuencum
,, Terga fatigamus hasta: nec tarda senectus
,, Debilitat vires animi, mutatque vigorem: B
,, Caniciem galea premimus, semperque recentes
,, Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.
,, Vobis picta croco & fulgenti murice vestis:
,, Desidiæ cordi iuuat indulgere choreis:
,, Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.
,, O vere Phrygiæ (neque enim Phryges) ite per alta
,, Dindyma, vbi assuetis biforem dat tibia cantum.
,, Tympana vos, buxusque vocat Berecynthia matris
,, Idææ: sinite arma viris, & cedite ferro.

Sic ergo stella fulgens supra caput Harpyiæ, symbolum est tum nocturni temporis, aptissimi furtis; tum animi masculi & audacis, quo prædones intrepide pericula semper aggrediuntur: & Apuleius audacissimos latrones, laborumque ingentium animo masculo patientissimos asserit semper nocturnas rapinas perpetrare, nocturnasque prædas agere. Nam & au- C
daces latrones inducit noctu primum Milonis domum perfodisse, totamque supellectilem
l 3. Met. in f cum Lucio sub Asini forma corrupto furatrina sustulisse. [l] & alios audaciores, Hemum, La-
machum, & Thrasyllum, ne singulos referam latrones nocturna facinora perpetrantes ex-
m l. 7. et seq. inde memorat [m] luculentissimo sermone. Vlyssem Græcorum audacissimum, atque fortissimum, nocturnis latrocinijs famosum, quis ignorat? Cinerem Laomedontis, qui super Ilij porta Scæa seruabatur, clam nocte sustulit: Palladiumque cum Diomede, viro quoque fortissimo, ex Troia, cæsis custodibus, rapuit. Missus deinde explorator cum eodem Diomede, Rhæsum Thraciæ regem occidit, equosque eius abduxit, priusquam Xanthi aquam degustassent. Quæ cuncta erant in Troianorum fatis, sine quibus Troia capi non pote-
n 13. Met. rat. Vnde apud Ouidium Aiax Vlyssi exprobrat. [n]

,, ... sua narret Vlysses,
,, Quæ sine teste gerit: quorum nox conscia sola est.

Et Xenophon agens de Republica & legibus Lacedæmoniorum ex præcepto Lycurgi gen- D
tem ad vitam bellicosam erudientis ait, *Patet autem eum, qui furto surrepturus quippiam sit, oportere & noctu vigilare, & interdiu fraudem ac insidias tendere, exploratoresque parare, si consequi velit, quod concupiscit.* Neque minus ad furatrinam, artemque rapacem latro-
Vasculi, seu lagenæ manubriatæ hieroglyphicum. num indicandam mihi facere videtur vas illud manubriatum duabus ansulis quod positum in-
spicitur pone caput Harpyiæ; nimirum nocturni latrones duplici liquore solent vti, vel ad
Vino ve fures vsi. sui præsidium tutelamque vino, vel ad faciliorem expeditioremque furatrinam oleo. De
vini Lagena furibus antiquis oportuna nobile Plutarchus affert testimonium, aiens [o] *Lace-*
o lib. de Garrulit. *dæmone Minerue Chalciœci templum repertum est compilatum, intusque iacens inanis lagena; ea de re quum inter multos, qui accurrerent, disquireretur, quidam e corona hominum, Si vultis audire, inquit, ego vobis exponam, quid mihi in mentem venerit de hac lagena: existimo sa-*
Vinum remedium eicutæ *crileges rem aggressos ita periculosam, prius cicutam bibisse, ac vinum secum attulisse, vt si fal-*

lerent,

A *lerent, epoto mero vim veneni diluerent, incolumesque discederent; si vero deprehenderentur, ante tormenta facili & doloris vacua morte decederent. Hac illo fato, res tam intricata ac perplexa, visa fuit non suspicantis aliquid tale, sed scientis. Itaq; circumfusi homini, alius aliunde ecperunt interrogare, quisnam esset, cuiue notus, & vnde ista haberet cognita. Denique hoc modo examinatus, confessus est se vnum de istis esse sacrilegis.* Vinum autem generosum simul cum succo cicutæ potum citam afferre mortem, quia sit vehiculum veneni celerrimum ad cordis ventriculos: at paulo post cicutam assumptum, calore suo frigiditatem lethalem cicutæ prorsus extinguere, late demonstrauimus in opere De his qui diu sine alimento viuunt, [p] quam theoriam non est vt hoc loco repetamus. De Oleo quis ignorat nocturnis furibus vtilissimum esse ad vngenda ferrea serarum, portarumq; clausura, ne violente dum reserantur, excitent a somno rerum abripiendarum dominos in perniciem furum, atq; latronum? Aloysius Pulcius in suo poemate Morgantis Maioris introducit Margiten astutissimum furem, qui cum gigante die quadam vespere peruenies ad hospitium, post cœnam causatus se noctambulum furiosum, admonuit cauponem, cui nomen erat Dormi, se contineret in cubili clausum, nec exiret, si forte perambulantem domum audisset, ab eoque postulauit olei loco butyrum ad inungendam sibi tineam capitis, ab se fraudulente simulatam; quo tamen vsus est ea nocte perungens ferrea clausura portarum, arcarumque, surripiens inde quicquid vtilis sibi reperit in diuersorio; & ante lucem, adhuc dormiente caupone, furtum asportauit au-

B

[p] lib. 2. c. 121

fugiens expilata & incensa casa. Versus lepidissimi poetæ sunt [q]

Hor vò saper come tu se chiamato:
Disse l'hostier, tu saprai tosto come
Io sono il Dormi per tutto appellato.
Disse Margutte, fa come tu hai nome,
Cosi fra se tu sarai ben destato
Quando fia tempo, e innanzi fien le some.
Com'hai tu brigatella, o vuoi figliuoli:
Disse l'hostier, la donna, & io siam soli.
Disse Margutte, che puoi tu pigliarci
La setrimana in questa tua hosteria?
Come harai tu moneta da cambiarci
Qualche dobra da spender per la via?
Rispose l'hoste, io non vo molto starci,
Ch'io non ci ho preso, per la fede mia,
Da quattro mesi in qua venti ducati,
Che sono in quella cassetta serrati.
Disse Margutte, oh solo in vna volta
Con esso noi più danar piglierai.
Tu la tien quì s'ella ti fusse tolta?
Disse l'hostier, non mi fu tocca mai.
Margutte vn'occhiolin chiuse, & ascolta,
E disse, a questa volta le vedrai.
E per fornir in tutto la campana,
Vn'altra malitietta trouò strana.
Perche persona discreta, e benigna,
Dicea con l'hoste, troppo a questo tratto
Mi se paruto, io mi chiamo il Graffigna:
El profferir tra noi per sempre è fatto,
Io sento vn poco diffetto di tigna,
Ma sotto questo cappel pur l'appiatto:
Io vuò che tu mi doni vn po di burro,
Et io ti donerò qualche mangurro.

C

D

[q] Cant. 18.

L'hoste rispose, niente non voglio,
Domanda arditamente il tuo bisogno,
Che di tal cose cortese esser soglio:
Disse Margutte all'hor, io mi vergogno,
Sappi che mai la notte non mi spoglio,
Per certo vitio, ch'io mi lieuo in sogno,
Vorrei ch'vn par di funi m'arrecasse,
E legherommi io stesso in su quest'asse.
Ma serra l'vscio ben doue tu dormi,
Ch'io non ti dessi qualche sorgozzone,
Se tu sentissi per disgratia sciormi,
E che per casa andasse a processione
Non vscir fuor: rispose presto il Dormi,
E disse, io mi starò sodo al macchione,
Cosi voglio auisar la mia brigata,
Che non tocca sin qualche tentennata.
Le funi, e'l burro a Margutte giù reca,
E disse a serui di questo costume,
Ch'ogn'vn si guardi da la fossa cieca,
E non isbuchi ignun fuor de le piume.
Odi ribaldo, odi malitia greca:
Cosi soletto si restò col lume,
E fece vista di legarsi stretto,
Tanto che'l Dormi se n'andò a letto.
Com'ei sentì russar, ch'ogn'vn dormiua,
Ei cominciò per casa a far fardello:
A la cassetta de' danar ne giua:
Et ogni cosa pose in su'l Camello:
E come vn'vscio, o qualche cassa apriua,
Vgneua con quel burro il chiauistello.
E come egli hebbe fuor la vettouaglia,
Appiccò il fuoco in vn monte di paglia.

Sed quia facilius in vase perferre possunt oleum ad hoc opus fures, quam butyrum; & quia promptius oleum penetrat arctiores rimas ad vngenda ferrea clausura latentia, quam segnes

buty-

butyrum; ideo melius in Schemate furatrinæ ponitur olei vasculum, quam butyrum. Margites autem astutissimus oleo butyrum prætulit, ad tineæ causam verisimiliorem reddendam, quod butyrum capiti magis adhæresceret, quam oleum; & quod pluri butyro capiti vngendo sibi opus erat, quam oleo. Ceterum Latronibus, piraticam exercentibus, vt marinæ procellæ tempestas impedimento est ad prædas & agendas, & cõuectandas, inhibita celeri nauigatione; sic vsui maximo est oleum ad sedandos impetus marinorum fluctuum, & ad malaciam in ponto procurandam. Quæ res apud Plutarchum, agentem De Primo frigido, sic expressa legitur: *Ad hæc de reliquis humoribus maxime pellucidum est oleum, quia plurimum in se habet aeris; cui rei certo indest argumento lenitas, ob quam omnibus innatat humoribus, ab aere sursum elatum. Quin in fluctus marinos si immergatur, tranquillitatem facit, non ventis ob lenorem eius inde delabentibus; quod Aristoteles putauit; sed quia fluctus quouis humore ictus subsidat.* Quam sententiam & Plutarchi pariter, & Aristotelis de causa, cur oleum tranquillet marinos fluctus vehementius agitatos, latius explicauimus in Hydrologiæ Peripateticæ nostro volumine, quod habemus iam paratum ad prælum. De proposito scribit etiam in Antiquis suis Lectionibus Rhodiginus, asserens [r] *Ex humoribus autem ceteris oleum præcipue diaphanum est; quod aeris prouenit admistione multa; argumento esse lenitatem, qua omnibus supernatet. Facere creditur & in mari tranquillitatem fluctibus insperfum, non lenoris ratione lubricitatisue ventis delabentibus, sicuti censuit Aristoteles, sed quia disgregat humorem, ac distinguit aeris potentia.* Quæ fere transcribit ex Plutarcho; cuius obiectionem aduersus Aristotelem sustulimus in Hydrologia citata. Sed & hanc olei proprietatem affert loco tertio Pierius in Hieroglyphicis ita [s] *Aiunt vero oleum contra furorem tantam inesse vim, vt effusum in perturbatos vesanientis maris fluctus tempestatem efficacissime tranquillet.* Sic igitur optima ratione vas oleo plenum apposuit in Schemate Rapacis furatrinæ, piraticarum Harpyiarum, autor, quod illi prædones velocitati suarum nauigationum æquora tranquilla sibi cupiant, atque procurent. Cetcrum multo difficiliorem habere videtur explicationem illa quatuor lignorum cõtignatio post vasculũ delineata fere supra caudam Harpyiæ. Suspicor tamen esse posse furibus ad instar vehiculi nauigijque tum tranandis fluminibus, tum etiam transuehendis prædis ex vna ripa fluminis altioris ad aliam, & per eas locorum angustias, præcipitesque rupes aquarum, per quas nauigijs iter esse non potest, vel ad quas nauigia perferre nequeunt prædones. Certe cratibus huiuscemodi lignorum contignatorũ, siue colligatarum arundinum opus est furibus; de quibus cratibus legimus [t] hanc obseruationem: Venendo io da terra ferma a questa Isola, nel 1515. passai il fiume di Nema in vna Zattera di canne, presso doue questo fiume entra in mare, molto furibondo, & largo: & conduceuano questa Zattera nuotando intorno a dieci, o dodici Indiani. Quare constat, quaternas illas teretes hastulas inuicem colligatas in Schemate, signare posse cratem, quæ rara quædam est lignorum, vel viminum, vel arundinum crassiorum connexio, perutilis ad trananda flumina latronibus, qui possunt eam illico sibi contexere ripis amnium insistentes; cuiusmodi cratibus facile queunt & ipsi tranare fluuios, & per flumina transportare prædas in tutum locum. Nam & apud Ramusium etiam legimus [u] Ridutti su la fiumara, quel Tartaro cercaua qualche zoppolo da passarne sopra vn polesene, che è a mezo la fiumara, dou'era il bestiame di quello Anchioli Ambasciadore; & non trouando zoppolo, il detto Tartaro ragunò alcune frasche, & ligolle il meglio potè insieme: & prima messe le selle de caualli suso: & ligò le dette frasche con vna corda alla coda d'vn cauallo, & esso gouernando il cauallo, passò di là sul detto polesene, che tengo era due grossi tratti d'arco. Ritornò poi, e mise suso la semina Rossa, & passolla nel detto modo. Il mio Turcimano volse passar nòtando, & passò, ma con pericolo. Tornò anche per me; & perche vedeuo il pericolo grande, mi spoglia in camicia, & discalzo, benche ad ogni modo poco mi saria valuto; & con l'aiuto di messer Domenedio, ma con gran pericolo, fui passato di là. Sic ergo ligneæ, vel arundineæ crates, funibus colligatæ, qualem aspicere licet in Harpyiæ nostræ Schemate, prædonibus vsui sunt ad transeundos fluuios maiores, & ad conuectandas per flumina prædas. Quod autem aduncum in fine, tessellatum ter in medio, capitatum visitur instrumentũ sub Harpyiæ pedibus, ignorabile prorsus videtur. At vero si diuinare licet, ex harpagonum genere ferreum est organum, quod

multos

Oleum vtile tranquillando mari tumenti.

[r] lib. 25. c. 16

[s] lib. 22.

[t] lib. 12. c. 8. com. 3. nauig. Ramus.

[u] com. 2. pag. 121. F.

Harpagonis vsum multiplex.

Digitized by Google

A multos ad vſus inſeruire valet latronibus; primum quidem ad aperiendas feras loco clauis; quod inſtrumentum Italice *Grimaldello* nuncupatur. Deinde vero ligatum fune longiori, triplici, vel quadruplici ad anſulas, vel teſſellas, caputque reuincto, poteſt immitti procul ad attrahendum violente, quicquid rapere latrones, piratæquæ uoluerint. Deinceps autem ad inſtar uectis inſeruire furibus facile poteſt ad attollendas, & amouendas e cardinibus clauſas portas domorum expilandarum. Quod vltimo loco ſpectatur ante Harpyiam rectum ſtare inſtrumentum utrimque rotundis globulis in extremitate munitum, & in medio ferrum habens aduncum, ſi pariter hariolari fas eſt, mihi dicetur eſſe ſpecies hărpagonis alias, cuius uſus furi ſit ad euellenda diſrumpendaque ferarum interne latentia ferramenta artificioſa; duobus capitibus orbiculatis utraque manu comprehenſis ad maiorem uiolentiam incutiendam inſtrumento, neceſſariam ualidiorum ferarum ferreis artificijs effringendis. Hæc habui, quæ dicerem de tenebricoſiſſimo Schemate.

B

Vitæ contemplatricis verum ac genuinum hieroglyphicum.

Schema XXXIX. Gemmæ.

C

D



Anonymi ſententia perpenditur de Pſyche Pyralidis alas habentis, an ſit animæ ſymbolum abſolute.
Cap. CXXVII.

ANimæ ſymbolum in Schemate cognoſcit Anonymus cum alis Pyralidis; at cur alæ Pyralidis aſſignentur animæ: cur etiam Anima ſedens, atque quieſcens efficta ſit, non explicat. Profecto Pyralis eſt animal in igne volatile; de quo Plinius ita [a] Gignit aliqua ,, & contrarium naturæ elementum. Siquidem in Cypri ærarijs fornacibus ex medio igni, ,, maioris muſcæ magnitudine volat pennatum quadrupes: appellatur Pyralis, a quibuſdam ,, Pyrauſta. Quandiu eſt in igne, viuit: quum euaſit longiore paulo volatu, emoritur. Hæc ab Ariſtotele Plinius hauſit, alicubi ſcribente: [b] *In Cypro inſula ararijs fornacibus, vbi Chalcites lapis ingeſtus compluribus diebus crematur, beſtiolæ in medio igne naſcuntur pennatæ, paulo muſcis grandibus maiores, quæ per ignem ſaliant, atq; ambulent. Emoritur & hoc genus, & illud niuis alumnum, quum alterũ ab igne, alterum a niue dimotũ eſt. Nonnulla corpora eſſe animalium, quæ igne non abſumantur, Salamandra claro documento eſt: quæ, vt aiunt, ignem, inambulans per eum, extinguit.* De quo animalium genere nos late dudum, agentes de ſponB taneo viuentium ortu. [c] Forte Schematiſta Pyralidis alas Animæ dedit, vt oſtenderet illi naturam eſſe igneam, ſecutus opinionem Democriti, & aliorum veterum; quam memorat Ariſtoteles. [d] Alæ vero tribuuntur Animæ, quia ſemper eſt in motu; ſemperque depaſcitur humidum radicale, ceu fomitem flammula Lychni ſemper volitans. A quo quidem igne naturali ſi dimoueatur anima ſentiens, & vegeta, ſtatim emoritur. Sedens autem ponitur, quia ſemper adhæreſcit innixa humido radicali, nec ab eo prorſus auelli poteſt. Verum enim vero non conueniunt iſta rationali animæ, quæ penitus immortalis a naturali calore per hominis interitum, ſeparatur incolumis, in æternum viuens. Neque Pſychen ab Apuleio celebratam indicare nobis voluit Schematis autor; quoniam nuſquam alas vllas Apuleius agnouit in Pſyche; quam [e] *trepidam, & in ipſo ſcopuli vertice deflentem*, non alarum propriarum vis vlla, *ſed mitis aura molliter ſpirantis Zephyri, vibratis hinc inde lacinijs, & reflato ſinu ſenſim leuatam ſuo tranquillo ſpiritu vehens, paulatim per deuexa excelſæ vallis ſubditæ, florentis ceſpitis gremio leniter delapſam reclinat.* An ſedentem ſiue cubantem animam poſuit Autor noC ſtri Schematis, quia cum pluribus antiquorum exiſtimauit, animas in ſepulchrorum cauea ſimul cum cadaueribus, potiſſimum a quibus violenta morte ſeiunctæ fuerint, commorari? certe priſcus Ammonius apud Porphyrium ait [f] Quemadmodum in meditatione Philoſophi anima etſi a corpore ſeiungitur; tamen corpus ab anima non ſeparatur; quum viuat: ita in obitu corpus etſi ab anima diſſociatur, anima tamen ſuum corpus non omnino deſerit; ſed circa illud manet in ſepulchro, vel prope. Sciendum autem, non omnino, quum corpus ſeparatur ab anima, & animam ſeparari a corpore; ita namque corporum amatrices ſunt animæ, vt poſt mortem adhuc tamen eodem amore teneantur; atque ob eam cauſam fieri autumant, quæ circa mortuorum tumulos videri ſolent, vmbrarum apparitiones. Verum neque, quum anima ſeparatur a corpore, corpus omnino ſeparatur ab anima; Philoſophi enim etſi per nimiam contemplationem vehementius ſeſe a corpore auocent; viuunt tamen, nec prorſus commoriuntur. Plinius huic poſtremæ ſententiæ ſuffragari videtur, inquiens [g] Morbum eſſe quenD dam, per ſapientiam mori. Plato multo antea dixerat in Phœdone, Animas impuras circa ſepulchra verſari, & videri. Quem Platonis locum forte citat Joannes Grammaticus in hæc verba [h] *Si enim quæ extra corpora ſunt animæ, quæ corporis ſunt amantes, cum corpore ſunt ſemper, & in ſepulchris: quid enim abſurdum etiam eas, quæ ſunt in generatione, animas circa immaterialia operari? & ſic quidem Plato.* Porphyrius [i] item agens de Abſtinentia ab eſu carnium, oſtendit hanc eſſe communem veterũ ſacerdotum, & Ægyptiorum opinionem, cui & adſtipulatur, aſſerens Animas violenta cæde interfectorum, & ſepultura carretiũ, morari circa ſua cadauera; & proinde multas viſas eſſe lamentari: iiſq; vti cõſueuiſſe maleficas ad ſuum miniſterium, cõpellendo illas corpus, vel corporis ſui partem aſſumere, ac motitare. Statius etiã tractans Amores Clitophontis, ait [k] animas eorum, qui in aquis pereunt, non omnino ad infera deſcendere, ſed propter aquas circumferri, ex communi

[a] l. 11. c. 36.
[b] 5. hiſt. c. 19
[c] lib. 4. c. 51.
[d] 1. de an. t. 20. & ſeq.
[e] Apul. 4. meta. F.
[f] in Prol. Prædicabil.
Vetus opinio de anima in ſepulchro.
Vmbrarum apparitiones circa ſepulchra.
[g] lib. 4. c. 131
[h] 3. de an. t. com. 67.
Animæ quæ circa ſepulchra viſæ.
[i] lib. 2.
Maleficæ quas animas in corpora compellant.
[k] lib. 5.

A munihominum decreto. Quam communem opinionem vt latius proſecuti ſumus olim agentes De reconditis Antiquorum Lucernis [l] ita fortaſſe communire poteſt Anonymi placitum. Verum enim vero tractat ille de Anima generatim accepta, nõ ſpeciatim de illa, quam violenta mors eripuit e corpore. Præterea quod in Schemate pingitur anima velut in lectulo cubare, ſedereue ſemiamicta, non autem nuda circumferri, volitare que circa ſepulchrum, aut in tumulo aſſidere corpori. Quare magis idonea Schematis explicatio nobis eſt indaganda. [l] lib. 3. c. 17.

Propria Schematis declaratio de vita contemplatiuis animis attributis. Cap. CXXVIII.

NOs autem arbitramur iſto Schemate myſtice repreſentari luculenter omnes vitæ contemplatiuæ proprietates. In primis aptiſſime pingitur in Schemate vita contemplatiua ſeminuda pariter & ſemiamicta; nuda totum pectus, totumque caput; amicta ventrem & partes inferiores; quia quum obſeruatu Pamphili tractantis de Præparatione Euangelica, veteres rectiſſime ſenſerint, [a] *Corpus eſſe quaſi animæ indumentum*; quumque Animæ humanæ pars intellectiua, qua cognoſcit anima & ſapit Ariſtoteli [b] ſit eidem in Corde principes operationes edens, vel in Cerebro [c] quod magis placuit Platoni in Timæo, quem ſequitur Galenus. [d] Quum denique Magiſtro [e] mens prout a ſenſu contradiſtinguitur, in ſua functione contemplandi nullo penitus vtatur miniſterio corporis, at ſolum in operationibus & ſenſuum, & facultatis vegetatricis inſtrumenti corporei famulatum neceſsario poſtulet; iure meritò Schematiſta noſter ad indicandum animam in corpore contemplatrici vitæ vacantem, puellam effinxit ſuperne nudam, inferne lacinia veſtitam. Quod etiam forſan effecit ad virginitatis decorum ſeruandum, velans virginitatem. Secunda vitæ ſpeculatiuæ proprietas eſt, quod ſedentaria ſit, & procul ab omni motu quieſcat; vt non ſemel edocuit Ariſtoteles, tum aiens [f] *Intellectio aſſimilatur enidem quieti & ſtatui magis quam motui.* & alibi [g] *At vero neque in intellectiua parte animæ eſt alteratio: ſciens enim maxime eorum, quæ ad aliquid, dicitur. Hoc autem manifeſtum eſt; ſecundum enim nullam potentiam motis, ſit in nobis ſcientia; ſed, quum extiterit aliquid, ex ea enim, quæ eſt ſecundum partem, experientia, vniuerſalem accipimus ſcientiam. Neque itaque actus generatio eſt: niſi quis & reſpectionem, & tactum generationes dicat; Tale enim eſt actus. Quæ autem a principio acceptio ſcientia, nec eſt generatio, nec alteratio. Nam, quia quieta eſt, reſidetq; anima* (nota bene) *ſciens fit, & prudens.* (& ſecundum Arabicam tranſlationem, *Homo enim fit sciens & intelligens quando anima eius quiescit, & firmatur.*) *Vt igitur, neque quum dormiens exſitatus eſt aliquis, aut ebrius eſſe deſijt, aut ægrotans reualuit, factus eſt ſciens; quamuis prius non poterat vti; & ſecundum ſcientiam agere; ſed abeunte perturbatione, & ad tranquillitatem veniente mente inerat potentia ad ſcientiæ vſum: ſic vtique huiuſmodi aliquid fit id quod eſt a principio, in ſcientiæ exiſtentia; perturbationis enim quies quædam eſt, & tranquillitas. Neque igitur pueri poſſunt quid diſcere, neque indicare ſenſibus, ſimiliter atq; ſeniores; multa enim perturbat o circa ipſos fit, & motus. Sedantur autem, & deſinunt perturbari, aliquando quidem a natura, aliquando vero ab alijs. In vtriſque autem his alterari aliquid accidit, ſicuti quum excitatur, & fit vigilans ad actum. Manifeſtum eſt igitur, quod alteratio in ſenſibilibus eſt, & in ſenſibili parte animæ; in alia autem nulla, niſi ſecundum accidens.* Et multo prius [h] *Ex ſenſu quidem igitur fit memoria: ex memoria vero, quæ plerumque eiuſdem fit, experientia; multæ namque memoriæ numero experientia vna eſt: experientia autem aut ex omni quieſcente vniuerſali in anima, aut vno præter multa, quod vtique in omnibus vnum ſit illis idem, eſt artis principium, aut ſcientiæ: ſi circa generationem quidem, artis; ſi vero circa ens, ſcientiæ. Neque itaque inſunt determinati habitus, neque ab alijs habitibus fiunt notioribus; ſed a ſenſu, vt in pugna verſione facta vno ſtante, alter ſtetit, poſtea alter, quouſque ad principium venit; anima vero eſt talis, vt poſſit pati hoc.* Itaque ſecunda proprietas vitæ cõtemplatiuæ quies eſt, otium literarium, animi corporiſque tranquillitas, indicata per ſedentem, ac veluti quieſcentem in lecto mulierem. Tertia vero proprietas vitæ contemplatricis in-

I. Vitæ ſpeculatiuæ proprietas.

[a] lib. 1. c. 2.
[b] 3. de an. t. 1
[c] 7. Meta. t. 35.
[d] Art. med. cap. 12.
[e] de an. t. 92.
[f] 1. de an. t. 48.
[g] 7. Phy. t. 20
[h] 2. poſt. an. t. 104. 105 Experientia vna ex multis memorijs fit.

II. proprietas.

III. proprietas.

Digitized by Google

dicatur per alas Pyralidis, aut potius Papilionis. Profecto vita contemplatiua duas a natura fortitur alas, (vt docet etiam in Phædro Plato) quibus volat ad obiecta, Mentem, qua A
fertur in lucem Veritatis: & Voluntatem rationalem, qua fertur in Amorem Boni præcogniti. Veritas quidem ipsa summa Deus est, sub ratione pulchri, ac lucis, ad quam inhiat
Anima contẽplatiua vt pyralidi cõparata. semper intellectus contemplatiuus, vt ad obiectum proprium humanæ mentis. Bonitas vero & pulchritudo summa Deus est item sub ratione amabilis, ad quem finem vltimum itidem volat humana voluntas. Vitæ contemplatiuæ si dicamus inesse Pyralidis alas, in igne semper
5. hist. c. 19. Kl. 11. c. 36. degentis, & extra lucidum atque feruidum ignem statim emorientis, vt post [i] Aristotelem obseruabat Plinius; iam apte dederit illas hieroglyphico suo noster Autor; etenim sublata procul a Veritatis luce, atque a Bonitatis amore flagranti Mens, humanaq; voluntas, perire statim sentit in se vitam contemplatiuam. Si vero magis arrideat in Schemate positas esse
vt Papilioni Papilionis alas, nihilominus congruunt aptissime vitæ contemplatiuæ, tum quia Papilio volitat ad lucidum Lucernæ lumen, cuius ardore combustus vertitur in ignem, vt & mens ab
l 3. de an. t. 8 15. 18. 37. 38 m in Cõuiu. Plat. orat. 2. cap. 8. Aristotele [l] dicitur fieri id quod intelligit; & amantis animum esse magis in amato, quam in amantis corpore scribitur a Ficino: [m] tum quia Papilio procul a terra non admodũ extollitur; vt anima sapientis in actu contemplationis non omnino corpus deserit, quod viuificat, B
n 3. de an. t. 4. 6. sed in tantum ab eo seiungitur, quod eius ministerio non vtitur [n] vllo, decretis Aristotelis. Rectissime igitur vitæ contemplatrici datæ fuerunt a Schematista nostro Pyralidis, aut Papilionis Alulæ: vel ea ratione maiores alas volucrum excludens materialiores in grandiori magnitudine; quod humana mens atque voluntas, immaterialis quum sint, per exilitatem
IV. proprietas vitæ obtemplatiuæ. indicantur aptius, quam per granditatem molis, multitudinem materiæ necessario postulantis. Quarta proprietas est, quod vita contemplatiua reperitur in anima grauida conceptibus, quos ore parturiens in lucem edit. Proculdubio Schematista proponit ob oculos puellam tumidulo ventre, reclinatam in lecto, veluti parturientem. Vitam autem contemplatiuam apte representari Anima conceptum vtero gerente, ac ore parturiente, primum ex
Socratis Obstetricatio in vita contemplatiua. Platone constat aperte Socratem in Theæteto de scientia talia dicentem introducente:
„ Arti uero meæ adest quicquid ad illarum obstetriciam diligentiam attinet. Verum in hoc
„ præstat, quod maribus, non feminis parturientibus succurrit: & quod animarum fœtus,
„ non corporum speculatur. Potissimum autem arti meæ hoc inest, posse videlicet diligen- C
„ ter examinare, simulachrum ne ac falsum, an natiuum ac verum quiddam iuuenis cogi-
„ tatio pariat. Quin etiam quod obstetricibus, idem & mihi accidit (& mox.) Nam &
„ hoc cum parturientibus commune familiares mei patiuntur. Vexantur enim & diu no-
„ ctuque multo magis quam illæ replentur. Quem quidem dolorem tam excitare, quam
„ sedare artificium meum ualet. Atque ita quidem isti habent. Quandoq; uero, o Thea-
„ tete, qui fecundi non sunt, aduertens quia opera mea non indigent, eos cum alijs in ma-
„ trimonium copulo, & ut cum Deo dicam, acute præsagio quibus potissimum coniuncti
„ proficiant. Quorum multos Prodico tradidi, multos etiam alijs sophistis diuinisque ho-
„ minibus. Hæc, o optime, omnia hanc ob causam altius repetij. Angi enim te conceptu
„ quodam grauidum suspicabar, quod & ipse putas. Committe ergo te mihi tanquam ob-
„ stetricis filio, & obstetriciæ facultatis longe perito; & quæ perquiro, annitere pro uiri-
„ bus respondere; & si ex ijs, quæ dixeris discutienti mihi, simulachrum potius, quam ue-
„ rum apparens refutauero, atque abiecero, ne succenseas oro, quemadmodũ primo par- D
„ tu puerperæ solent. His itaque Plato Theætetum in uita contemplatiua proficientem, grauidæ mentis, atque parturientis compotem, subiecit Obstetricio Socratis. Huc faciunt item ea, quæ Plutarchus de felibus Ægypijs, agens de Iside & Osiride, scribit: *Aspidum vero Ægyptij, & felem, & Cantharum in honore habent, diuinæ potentiæ imagines quasdam obscuras; sicut Solis simulachra in stellis solent conspicari. Num felem etiamnum sunt qui dicant ac credant per aurem concipere, partumque per os emittere; qua similitudine orationis ortus refertur.* At huius hieroglyphici, mentis ex utero sapientiam parturientis, conceptamque producentis ore, diuina legimus oracula; namque diuinam sapientiam Pater ex
o Psal. 109. 3 vtero genuisse dicitur [o] *Dixit Dominus Domino meo: ex vtero ante Luciferum genui te.* Et
p Prou. 8. 24. & seq. alibi sapientia diuina de se dicit, [p] *Dominus possedit me in initio viarum suarum: antequam quicquam faceret a principio. Ab æterno ordinata sum: & ex antiquis antequam terra fieret.*

Digitized by Google

A *ret. Nondum erant abyſſi, & ego iam concepta eram: nec dum fontes aquarum eruperant: Necdum montes graui mole conſtiterant: ante cõlles ego parturibar*, & alio loco ſapientia Diuina pariter de ſe ait [q] *Ego ex ore Altiſſimi prodiui primogenita ante omnem creaturam*. Sic igitur Æterna Mens Patris Dei Verbum ſuum filium ſibi conſubſtantialem, per actum intelligendi, ſemetipſum intime comprehendens, vere genuit; (de qua re late nos in opere De ſeptimo Quæſitis agere potuimus) proindeque Schematiſta noſter mulierem vtero gerentem, ac tantum non parturientem, hieroglyphicum nobile poſuit humanæ mentis vitam cõtemplatricem agentis. Quinta demum & vltima proprietas hominis contemplatiui ponitur pallor, & non admodum robuſta valetudo: de quibus etiam præclara legimus tum apud profanos, tum apud ſacros autores teſtimonia; nam & apud Ficinum legimus in compendio Vitæ Platonis, eius operibus præfixo [r] *Ob Academiæ habitationem paſſus eſt quartanam febrem menſes decem atque octo*: Locus enim ſuburbanus Athenis erat vmbroſus (vt ait Laertius, & Suidas) Academia; propterea que ſolaribus radijs minime purgatus, adeoque non ſalubris habitationis; in quo degentes philoſophantes pallidi, decoloreſque viſebantur. Sed

B & apud Salomonem legimus vitam contemplatiuam eſſe occupationem peſſimam, corpori ſcilicet, quod emaciat, & eneruat, pallidum efficiens, non autem animo, quem perficit; ait enim [ſ] *Ego Eccleſiaſtes fui rex Iſrael in Hieruſalem: & propoſui in animo meo quærere, & inueſtigare ſapienter de omnibus, quæ ſunt ſub Sole. Hanc occupationem peſſimam dedit Deus filijs hominum, vt occuparentur in ea. Vidi quæ fiunt cuncta ſub Sole: & ecce vniuerſa vanitas, & afflictio ſpiritus*. Vnde pallor in vultu; triſtes etenim animo, melancholicique, cuiuſmodi ſunt omnes vitam contemplatiuam agentes, Ariſtotelis obſeruatu [t] pallidos vultus ac tetricos gerere ſolent. Ita ſentiebat Cl. Felix Oſius in Antenorea Schola Profeſſor Artis Oratoriæ, dum me, forſan vltra merita, laudans cecinit, imagini meæ palleſcenti ſubſcriptum affigens epigramma:

[q] Eccli. 24. 5.

V. proprietas.

[r] cap. 2.

[ſ] Eccleſ. 1. 12 & ſeq.

Contemplatiui ſunt melancholici. [t] 30. ſect. probl. 1.

„ Cui ſophia æternum dedit, & memorabile nomen
„ Talia palleſcens ora Licetus habet.
„ A chartis color iſte, manu quas ille diurna,
„ Quas & nocturna vertere ſemper amat.
C „ Hic illi aſſiduus labor, & iucundus, vt Orbi
„ Conſulat interpres ſidus Ariſtotelis.
„ Sic fortunato rerum cognoſcere cauſas,
„ Abditaque in tenebris ſenſa aperire liçet,
„ Et licet æternæ ſibi ſæcula cõdere vitæ.
„ Viuat vt in Scriptis, pallet in effigie.


Sic igitur apto hieroglyphico Schematiſta noſter vitam contemplatricem repreſentaturus in Gemma, figurauit Mulierem facie pallidam; tumidulo ventre grauidam; Alas Pyralidis, aut Papilionis habentem; ſedentem, quieſcentemque, velut in lectulo parturientem; & vmbilico fere tenus omnino nudam, inferioribus corporis partibus omnibus opertam indumento laciniato, propter allatas rationes.

D

Athoſa

Actuosæ vitæ prima species bigis in ludorum Circensium Schemate currentibus hieroglyphice representata.

Schema XL. Gemmæ.



Bigarum cursus in stadio vt indicet Artificum vitam effectricem: Cap. CXXIX.

ANonymus nil ad explicationem Schematis afferre videtur, dum id proponit, quod oculis omnium euidentissimum est, eo distico:

„ Hic bigæ optatas properant contingere metas,
„ Et repetunt tritas laudis amore vias.

Finis ludorũ Circensium.

Solo connotato fine cursus, qui laudis præmio concluditur; etsi præcipuus ludorum Circensium finis extiterit Gloria vel Diui, vel Principis, in cuius honorem celebrabantur; nec non etiam populi delectatio, quibus publica spectacula dabantur; nam cursorum laus postremas obtinebat. Verum enimuero quoniam quæcunque pertinent ad historiam eiuscemodi ludorum, omnibus euidentissima sunt apud Diodorum, Pausaniam, Plinium, Virgilium, Panuinium, & alios passim extantes: & quia Schematista mihi potius in gemma proposuit sensum allegoricum, quam historicum; propterea prætermissis vulgatis historijs, ad abdita mysteriorum accedere lubet. Arbitramur igitur bis ludis indicari vitam hominis actuosam; quæ quidem gemina nobis est, altera rerum artificialium effectrix; altera functionum moralium Actiua; quam distinctionem hausimus ab Aristotele, scribente *a Quum autem Naturalis etiam circa quoddam entis genus scientia sit (etenim circa talem substantiam est, in qua principium est motus, & status, qui in ea est) patet quod nec Actiua, nec Factiua est. Factiuarum etenim in faciente principium est, aut intellectus, aut ars, aut aliqua potentia: Actiuarum vero in agente electio; idem enim agibile, & eligibile. Quare, si omnis intellectus, aut Actiuus, aut Factiuus, aut Speculatiuus est, Naturalis speculatiua quædam profecto est.* Vnde non ab re post explicationem Schematis allati de Vita speculatiua, statim aggredimur alia Schemata vitam Actuosam, hoc est Factiuam, & Actiuam representantia. Porro vitam hominis

Vitæ actuosę differentia.

a 6. Meta. t. 5.

minis esse militiam super terram [b] edocent Sacræ literæ: Ludos vero Circēses ad militiam attinere, monuit Vegetius [c] & eius interpres agens de re militari. Quin & his ludis proprie comparari vitam actuosam, aperte constat ex Apostolo scribente [d] *Omnia autem facio propter Euangelium: vt particeps eius efficiar. Nescitis quod ij qui in stadio currunt, omnes quidem currunt: sed vnus accipit brauium? Sic currite, vt comprehendatis. Omnis autem, qui in agone contendit: ab omnibus se abstinet: & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant: nos autem incorruptam. Ego autem sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aerem verberans: sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne quum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.* & alibi [e] *Ad destinatum persequor: ad brauium supernæ vocationis in Christo Iesu.* Ceterum in vitæ stadio currens biga symbolum est Artificum vitæ Factiuæ; in qua quidem Auriga est Intellectus practicus, Factiuus ab Aristotele nuncupatus. Currus, in quo stat Auriga, substantia est animæ, in qua sunt omnes eius facultates; adeoque rationalis, qua ceteræ gubernãtur irrationales, quæ duæ sunt facultas irascibilis, quam Equo dextero comparauero libenter, & concupiscibilis deterior, quam apte siniſtro repræsentari dixero. Quin etiam quum artes omnes incedant, vt ait aliquando Galenus [f] duplici crure, Ratiocinio, quod est crus dextrum, & Experimento, quod habet rationem siniſtri cruris; merito Schematista Factiuam vitam omnes artes complectentem, per quatuor bigas currentes in stadio repræsentauit. Quaternas autem Bigas effinxit gemina de causa; quarum vna respicit Artes, altera vitæ nostræ differentias. Nam Ars quælibet in sui principio repræsentatur biga de carceribus exeunte: proficiens designatur biga secunda nondum ad medium stadij progressa: perfectior Ars bigam indicem habet medium stadij iam iam egressa; sed absoluta prorsus atque completa quælibet Ars indicatur a Biga iam tandem ad metam progressa, metamque tenente. Si vero spectemus humanam vitam, quum hæc in quatuor ætates partita sit, quarum singulis Artes exerceri possunt: hæ vero sunt Puerilia primum obtinens vsum rationis (infantia nanque carens vsu rationis, artibus omnibus est omnino destituta) quæ Artes incipit addiscere: Adolescentia, qua proficit in Artibus: a Iuuentute, quæ perfecte tenet ac exercet Artes: atque Consistentia, quam robore virium corporis & animi pollentem, Artes absolute completas & callere potest, & exercere; nam senectus artibus Factiuis, ob virium corporearum imbecillitatem, & animi vigorem deficientem, inepta videtur, iuxta illud Lucretij [g] in bono sensu receptum:

,, Nam velut infirmo pueri teneroque vagantur
,, Corpore: sic animi sequitur sententia tenuis.
,, Inde, vbi robustis adoleuit viribus ætas:
,, Consilium quoque maius, & auctior est animi uis.
,, Post, vbi iam validis quassatum est viribus æui
,, Corpus, & obtusis ceciderunt viribus artus:
,, Claudicat ingenium, laborat linguaque, mensque.

Nomine vero senectutis, artibus ineptæ, decrepitam ætatem intelligimus, vltimumque senium; vt in ætate consistente, quam Artes absolutas habere, ac exercere perfecte statuimus, ponimus etiam, quæ dicitur viridis senectus, in qua viget ad huc vis & corporis & animi. Quas ætates, artibus laboriosis aptas, nobis apte describit Virgilius, inquiens [h] in opere maiori:

,, Venatu inuigilant pueri, siluasque fatigant:
,, Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu.
,, At patiens operum, paruoque assueta iuuentus,
,, Aut rastris terram domat, aut quatit oppida bello.
,, Omne æuum ferro teritur, versaque iuuencum
,, Terga fatigamus hasta: nec tarda senectus
,, Debilitat vires animi, mutatque vigorem:
,, Caniciem galea premimus, semperque recentes
,, Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.

[b] Iob. 7. 1.
[c] lib. 2. c. 24.
[d] 1. Corinth. 23. & seq.
[e] Philip. 3. 14
[f] 8. de cõpos. med. loc. c. 6
Bigæ cur in Schemate quatuor.
Infantia caret vsu rationis.
Senectus artibus inepta.
[g] lib. 3.
[h] 9. Æneid.


Quæ

Quæ profecto mystica ludi Bigarum explicatio videtur: quas ante quadrigas in vsu fuisse, A
[g] lib. 1. c. 9. teſtatur Panuinius [g] agens de Ludis Circenſibus. Bigarum autem inuentionem [k] Plinius
[k] lib. 7. c. 8. Phrygibus aſſignat, inquiens: *Bigas primum iunxit Phrygum natio.* At Iſidorus Sicyonijs,
[l] lib. 18. c. 32 ita ſcribens in Originibus: [l] *Iugo primus Cyriſtenes Sicyonius equos iunxit: eoſque ſingulos ex vtraque parte ſimplici vinculo applicauit, quos Graci Scirophoros, Latini Funales vocant, a genere vinculi, quo prius alligabantur. Dexterioris vero Biga victor Marti immolare ſolebat.* Ceterum eodem Iſidoro teſte, *Bigas* antiqui iungunt [m] *Lunæ, quoniam gemino curſu cum Sole contendit; ſiue, quia & nocte videtur, & die. Iungunt enim vnum equum nigrum, alterum candidum.* Apud Romanos tamen, obſeruatione Pliniana [n] *Non vetus & Bigarum celebratio in his, qui Prætura functi curru vecti eſſent per Circum.* De Bigarum
[m] 18. Orig. cap. 32.
[n] lib. 34. c. 5
[o] cap. 6. Equo Funali Suetonius in Tiberio [o] *Pubeſcens Actiaco triumpho, currum Auguſti comitatus eſt ſiniſteriore funali Equo, quum Marcellus Octauiæ filius dexteriore veheretur.*
[p] lib. 6. Statius in Thebaide [p]

,, Nominibuſque cient Pholoen Admetus, & Irim,
,, Funalemque Thoen.

B
[q] l. 21. c. 31. Adijciendum his eſt e Cælij Rhodigini lectionibus antiquis, [q] *In ſacris vero certaminibus duo erant certandi Equis genera: Synorides, & Celetes: Synoris erat biga e duobus Equis, non pullis, ſed adultis: quanquam poſt e pullis quoque iuncta eſt. Inueni tamen apud Ariſtotelem in libro de Mundo, etiam in bello vſos Synoride. Celetes ſingulari currebant Equo, quem Monatora etiam Graci vocant, vt eſt apud Ariſtophanis Interpretem.* Synoridas tamen a Bi-
[r] lib. 8. c. 10. gis contradiſtinguere videtur in Arte Gymnaſtica Mercurialis, aſſerens: [r] Quis ignorat
,, Synoridas, quibus animas noſtras Plato in Phœdro elegantiſſime aſſimilauit, nec non
,, bigas, quadrigaſue, curruum genera, in publicis ſacris certaſſe? Hactenus de Bigarum curſu ludicro in Circo vitæ Factiuæ; nam Humana vita omnis ludus eſt; & a Platone
[s] 7. de legib. ſapienter Homo ludus Deorum appellatur. [s] Quo nomine de vitæ Factiuæ proprietatibus agi cenſuimus in Schemate Ludi Bigarum in Circo.

C




D

Actuoſa

A

Actuosa vitæ secunda species, Moralis & Actiua nuncupata; Quadrigarum spectaculo mystice representata.

Schema XLI. Femma.



Apud Marcium Milesium Sarazanum V.C. in Gemma.

B

C

Quadrigarum cursu signari vitam Actiuam, præcipuéq; Militarem. Cap. CXXX.

D ALtera, præcipuaque mortalis vitæ species Actuosæ Moralis est, quam Actiuam proprie nuncupamus, plures differentias obtinens; inter quas Militaris obtinere primas dicitur ab Aristotele[a] cui *Actiuarum quidem virtutum operationes in ciuilibus, vel bellicis rebus versantur: quarum actiones negocioſæ videntur. Bellicæ sane & omnino.* (& mox) *Si igitur ex actionibus, quæ secundum virtutes fiunt, bellicæ & ciuiles pulchritudine & magnitudine excellunt, atque hæ negocioſæ sunt, finemque quemdam appetunt, &c.* Vt vt huiuscemodi Quadrigarum ludus attinere, pertrahique valet ad Symbolum humanæ vitæ Actiuæ simpliciter, adeoque ciuilis etiam, attamen mihi videtur esse hieroglyphicum magis proprium vitæ Militaris; quod aperte duo cuiq; satis ostendere videntur: vnum quidem est in culmine metæ præcipuæ stans aut Famæ, aut potius alatæ Victoriæ signum: alterum autem est, inter duas metas principales, insidens dorso Leonis currentis imago humana capite galeato. Namque non minus quam Alata victoria, militarem vitam prospere gestam indicat Fama, quæ maximum obtinet euentuum belli præconium; nihilque bello geritur illustre,

[a] 10. Ethic. cap. 7.

Fama militaris symbolū.

quod non ilico Fama longe lateque perferat, atque diuulget, etiam cum amplificatione mira. Leoque domitus ab homine hieroglyphicum est hostis ferocis a potentiore deuicti: A

Leo militis symbolum. [b] lib. 1.

Porro Leonem esse militis viri symbolum tria Leonis attributa conuincunt, aspectus terrificus, vox horrenda, robur dentium, & vngium: Ægyptij namque Pierio [b] simulachro Leonis indicabant terrificum hominem, qui reliquos aspectu solo consternaret; cuiusmodi signum in Agamemnonis clypeo, Pausanias testis est [c] ad formidinem alijs incutiendam. Quod quidem scutum in Olympiæ templo per aliquot tempora pependerit, inscriptione etiam adiecta, Græca quidem, sed ita Latine versa:

[c] Eliac. prior.

,, Terror hic est hominum, quique hunc gerit est Agamemnon.

Est autem Leo eius naturæ, vt etiam si ferum nihil moliatur, intuentes tamen terreat: ea est in oculis eius vis, & maiestas. Vnde tam Græci quam Latini Poetæ terrorem descripturi, comparationem ab huiusmodi animalis ferocia libentissime desumpsere. Merito itaque Chabrias Athenienſium dux, vt alij, Philippus Macedo, dicere solebat, formidabiliorem esse Ceruorum exercitum duce Leone, quam Leonum duce Ceruo. De qua militari ferocitate in oculis bellicosorum hominum, antea locuti sumus [*] agentes de Amore Irascibili. Atque tanta porro vis, addit Valerianus, tantusque vigor animi animali, alioqui robustissimo, ita B in oculis consistere tota videtur, vt eorum vel minima offensione, supra quam credibile sit, debilitari videatur, leuissimique obiectu amictus pecude ignauior fiat: quod & in theatris sæpius Roma spectauit, & Lysimachi exemplo comprobatum est, quem Alexander Magnus in idem claustrum cum ferociente Leone incluserat: illo vero hanc ingressus viam, obijciens pallium capiti Leonis, eiusque feræ velans oculos, domita strangulataque bellua, & Regi admirationi fuit, & vitæ consuluit suæ, meruitque vt huiusmodi factum æterna numismatum memoria prorogaretur. Quin non in oculis tantum eius animalis terror, verum etiam in rugitu constat: itaque Pindarus eum ῥοιβδοῶντα Olympijs, hoc est, late-rugientem vocat, Agesidamo. Id vero fit tanta ferarum omnium trepidatione, vt, quod Ambrosius cum Basilio testantur, animantium multa, quæ vel eius impetum per celeritatem euaserint, horrenda tamen eius indignationis audita voce, veluti vi quadam perculsa atque attonita consternentur, & plerumque ita deficiant præ metu perdita, vt nullo negotio capiantur. Quin etiam qui per somnium imaginatus fuerit, habere se leoninum caput, Onirocritæ volunt eum in aduer- C sarios terribilem fore significari, nonnunquam vero & principatus & dominatus assecuturum; quos per bellum plerumque potentiores assequuntur. Leo quoque dentibus & vnguibus armatus a natura, tanquam ensibus & pugionibus vincit aduersarios. Quare Leo typus est hostis horribilis atque fortis. Homo vero galea tectus insidens dorso Leonis ab se domiti, symbolum est militis hoste terrifico robustioris. Quare Schema concertantium cursu quadrigarum in circo, cui supereminet Alata Victoria coronam manu gestans, vel Fama; quin & galeatus vir assidens super Leone domito currente, nobis ob oculos ponit vitam Militarem. In qua sane quatuor quadrigæ pinguntur ad coronam victoriæ certatim currentes, quibus notantur quatuor ætates aptæ bello, Adolescentia, Iuuentus, Virilitas, & Cruda senectus, a decimoseptimo ad septuagesimum annum productæ. Quatuor Equi frænis v,ncti quatuor optimi militis virtutes indicant; Continentiam dico, Moderationem virium, Prudentiam, & Iudicium. Primus quidem Equus dexter frænatus in bono milite signat necessariam esse concupiscibilis appetitus continentiam intra limites rationis, cui fræ- D na laxans Annibal apud Capuanas feminas exercitum, seque perdidit; Militesque Macedones in Ægypto luxu perditi apud Alexandriæ mulieres eneruati fuere. Secundus Equus læuus indicat Moderationem roboris, ac iræ, cuius moderaminis defectu Minucius Romanum exercitum in vltimum pene discrimen adduxit, obseruatu Plutarchi. [d] Tertius Equus dexterior est Prudentia per multiplicem experientiam in bello comparata: Quo factum est vt milites veterani sint multo tyronibus, etsi ceteroqui robustioribus, meliores ad victoriam de hostibus reportandam. Quartus & postremus Equus est Iudicium militare, bene captandæ occasionis rerum gerendarum in bello; qua virtute maxime pollere visus est Q. Fabius Maximus, qui totam cunctando restituit rem Romanis, a Minucij temeritate fere deperditam. Quadrigas primus inuenisse dicitur [e] Erichthonius: de quo [f] Virgilius ante Plinium:

Galeatus homo insidens Leoni quid signet in gēma.

[*] cap. 34.

Leo vires amittit obiectu pallij super oculos.

Rugitus Leonum terrificus.

[d] in Q. Fabio maximo.

[e] Plin. lib. 7. cap. 56.

[f] 3. Georg.

,, Pri-

Digitized by Google

A ,, Primus Erichthonius currus, & quatuor ausus
,, Iungere Equos, rapidisque rotis insistere victor.

Quem Quadrigarum cursum nuperrime sic ob oculos posuerat:

,, Non ne vides? quum præcipiti certamine campum
,, Corripuere, ruuntque effusi carcere currus:
,, Quum spes arrectæ iuuenum, exultantiaque haurit
,, Corda pauor pulsans: illi instans verbere torto,
,, Et proni dant lora: volat vi feruidus axis:
,, Iamque humiles, iamque elati sublime videntur
,, Aera per vacuum ferri, atque assurgere in auras.
,, Nec mora, nec requies; at fuluæ nimbus arenæ
,, Tollitur; humescunt spumis, flatuque sequentum,
,, Tantus amor laudum, tantæ est Victoria curæ.

Pausanias autem in Phocicis ait, Post quadragesimam octauam Obympiadem, alijs ludis additum deinde fuisse equorum cursum. Et de Quadrigis victorem renunciatum fuisse Cli-
B sthenem, eum qui Sicyoniorum tyrannus fuit. Romæ vero, Tertulliani notatu, Panuinijque: [g] Quadrigas primus omnium ostendit Romulus. Præter Quadrigas, & Bigas, Isidorus memorat etiam Trigas, Seiugas, & Desultores: easque sic ab illis distinguit: [h] *Quadriga, & Biga, & Triga, & Seiuga, ab equorum numero, & iugo dictæ. Ex quibus Quadrigas Soli: Bigas Lunæ: Trigas Inferis: Seiugas Ioui: Desultores Lucifero & Hespero, consecrauerunt. Quadrigas ideo Soli iungunt, quia per quatuor tempora anni vertitur, ver, æstatem, autumnu, & hiemem. Bigas Lunæ, quoniam gemino cursu cum Sole contendit: siue quia & nocte videtur, & die. Iungunt enim vnum Equum nigrum, & alterum candidum. Trigas dijs Inferis, quia hi per tres ætates homines ad se rapiunt, id est per Infantiam, Iuuentutem; atque Senectam. Seiuga maximus currus currit Ioui, propter quod maximum Deorum suorum eum esse creduni. Ideo autem rotis quadrigas currere dicunt, siue quia mundus ille circuli sui celeritate transcurrit: siue propter Solem, quia volubili ambitu rotat, sicut ait Ennius:*

[g] lib. 1. c. 9. de ludis.
[h] 18. Orig. c. 33. & seq.

,, Inde patefecit radijs rota candida cælum.

C *Septem spacia Quadriga currunt, referemus hoc ad cursum septem stellarum, quibus mundum regi dicunt: siue ad cursum septem dierum potentium, quibus peractis vita terminus consumatur, quorum finis est certa, id est iudicium* (sunt qui legant, certa meta, id est, iudicium) *Porro Equites singulares ideo currere dicunt, quia singulariter vnusquisque cursum vitæ huius ptragit, atque transit, alio tempore sequens alium: per vnam tamen viam mortalitatis, videlicet ad propriam metam mortis. Desultores nominati, quod olim prout quisque ad finem cursu venerat, desiliebat, & currebat, siue quod de equo in equum transiliebat.* Notatu Pierij: [i] *Rhodij quotannis Quadrigas Soli consecratas in mare iaciebant, quod vulgatum est eum tali vehiculo circumuehi mundum.* Verum & multo postea Valerianus [m] ait: *In cælo quoque Aurigæ species ostenditur: de quo ita Theon in Commentarijs Arati: Fabularum scriptores, inquit, Aurigam eum, qui cælo ascriptus est, imaginem esse dicunt Bellerophontis, vel Trochili, qui Callitheæ filius fuit: solenniaque huius rei sacra in Argis primum instituta, quod primus iunxerit currum.* Vidimus autem Bellerophontem extitisse virum [n] in arte mi-

Septem dies potentes qui.
[i] l. 4. hierogl. fin.
[m] lib. 43.
[n] cap. 130.

D litari præstantissimum. Nec omittendum est, Romæ Victori Quadrigarum, coronæ loco præmijque, solitum exhiberi bibendum poculum absinthij, sanitatis ergo; quod obseruat Valerianus in suis Hieroglyphicis, dumait [o] ex Plinio: [p] *Quod vero poculum absinthij Quadrigarum agitatoribus propinatum legas, indicat id Latinarum victorem: his enim ferijs qui Quadrigis vicerat, absinthium in Capitolio bibebat: idque maiores nostri sanitatem interpretabantur, quod magni satis præmij loco dare se profitebantur.* Non est reticendum, Pausaniæ contradicere Rhodiginum de primo victore Quadrigis in Olympijs, quem ille Clisthenem Sicyonium, vt vidimus affirmauit, hic autem suis ex Antiquis lectionibus [q] notauit: *In Olympicis vero certaminibus principem omnium legimus vicisse stadium Licymnij filium Oeonum, id est οἰωνὸν: palæstram Echemum Tegeatem: At cursu primas tulisse Doryclum: Quadrigis Samum Mantineum: cuius in Thebeide meminit Diphilus.* Quadrigarum vero morem ex Aphris in Græciam demanasse, testatur infra Cœlius idem: [r] Qui meminit inferius [s] etiam falca-

Abſinthij poculum curbi beret victor Quadrigarū
[o] lib. 58.
[p] lib. 27. c. 7
[q] l. 13. c. 17.
Quadrigæ ex Aphris in Græciam.
[r] lib. 18. c. 38
[s] lib. 21. c. 31

Digitized by Google

falcatarum Quadrigarum, inquiens: *Falcatas vero in bello Quadrigas esse vnicum nonnullarum gentium auxilium, multiplex prodit historia, & Q. Curtius non pratermisit.* Certantes Aurigæ Quadrigis, quatuor factionibus colore distincti; de quibus Cassiodorus[1] Prasino, Veneto, Roseo, & Albo: *Prasinus*, inquit, *virenti Vere: Venetus nubilæ hiemi: Roseus æstati flammeæ: Albus pruinoso Autumno dicatus est.* Dio Cassius in Julio. *Fuit quoque* (scribit) *equestris Ludus, cui Troia nomen est, a pueris nobilissimis antiquo more paratus; cum quibus iuuenes itidem nobilissimi ex curribus certauerunt.* Quod quidem certamen pulcherrime describit Virgilius[n] ita concinens:

[1] 3. Variar. cap. 11.

[n] Æned. 5. ver. 545. & & seq.

,, At Pater Æneas nouidum certamine missio,
,, Custodem ad se se, comitemque impubis Iuli:
,, Epitydem vocat, & fidam sic fatur ad aurem:
,, Vade, age, & Ascanio si iam puerile paratum
,, Agmen habet secum, cursusque instruxit equorum,
,, Ducat Auo turmas, & se se ostendat in armis,
,, Dicait: ipse omnem longo decedere circo
,, Infusum populum, & campos iubet esse patentes.
,, Incedunt pueri, pariterque ante ora parentum
,, Frænatis lucent in Equis: quos omnis euntes
,, Trinacriæ mirata fremit, Troiæque iuuentus.
,, Omnibus in morem tonsa coma pressa corona.
,, Cornea bina ferunt præfixa hastilia ferro:
,, Pars leues humero pharetras, in pectore summo
,, Flexilis obtorti per collum circulus auri
,, Tres equitum numero turmæ, ternique vagantur
,, Ductores, pueri bis seni quemque secuti
,, Agmine partiti fulgent, paribusque magistris.
,, Vna acies iuuenum, ducit quam parvus auantem,
,, Nomen aui referens Priamus, tua clara Polyte
,, Progenies, auctura Italos: quem Thracius albis
,, Portat equus bicolor maculis, vestigia primi
,, Alba pedis, frontemque ostentans arduus albam.
,, Alter Atys, genus vnde Atyi duxere Latini:
,, Paruus Atys, pueroque puer dilectus Iulo.
,, Extremus, formaque ante omnes pulcher Iulus
,, Sidonio est inuectus equo, quem candida Dido
,, Esse sui dederat monumentum, & pignus amoris.
,, Cetera Trinacrijs pubes senioris Acestæ
,, Fertur Equis.
,, Excipiunt plausu pauidos, gaudentque tuentes
,, Dardaniæ, veterumque agnoscunt ora parentum.
,, Postquam omnem læti consessum, oculosque suorum
,, Lustrauere in equis: signum clamore paratis
,, Epitydes longe dedit, insonuitque flagello,
,, Olli discurrere pares, atque agmina terni
,, Diductis soluere choris; rursusque vocati
,, Conuertere vias, infestaque tela tulere.
,, Inde alios ineunt cursus, aliosque recursus
,, Aduersis spatijs, alternosque orbibus orbes
,, Impediunt, pugnæque cient simulachra sub armis:
,, Et nunc terga fugæ nudant, nunc spicula vertunt
,, Insensi, facta pariter nunc pace feruntur.
,, Vt quondam Creta fertur Labyrinthus in alta,
,, Parietibus textum cæcis iter, ancipitemque

,, Mille

Digitized by Google

A ,, Mille vijs habuiſſe dolum, qua ſigna ſequendi
,, Falleret indeprenſus, & irremeabilis error:
,, Haud aliter Teucrum nati veſtigia curſu
,, Impediunt, texuntque fugas, & prælia ludo:
,, Delphinum ſimiles, qui per maria humida nando
,, Carpathium Libycumque ſecant, luduntque per vndas.
,, Hunc morem curſus, atque hæc certamina primus
,, Aſcanius, longam muris quum cingeret Albam
,, Retulit, & priſcos docuit celebrare Latinos.
,, Quo puer ipſe modo, ſecum quo Troia pubes,
,, Albani docuere ſuos. Hinc maxima porro
,, Accepit Roma, & patrium ſeruauit honorem.
,, Troiaque nunc pueri Troianum dicitur agmen.

In quo ludo cuique compertiſſimum eſt, equites tantum, ſine bigis, & abſque quadrigis cõ-
B certaſſe; tum quia pueri dicuntur in Equis frænatis luſiſſe: portari equis: inuecti equis: vide-
ri in equis: tum quia bigarum, quadrigarumq; ludus Romæ multo poſt Aſcanij tempus in-
cæpit haberi. Quæ notaſſe volui propter virum doctum, qui Ludum Troiæ nomine dona-
tum ait quadrigis olim fuiſſe celebratum, opinionis ſuæ proferens aſſertorem Dionem Caſ-
ſium, qui non ſemel id fateri videtur. Certe Dionis de Cæſare verba ſunt: * *Etiam Troiam antiquo more Patriciorum filij luſerunt: iuuenéſque, qui dignitate æquules erant, curribus certauerunt. Etenim cædes in ijs ſpectaculis Cæſari vitio verſæ ſunt, quod nondum ipſis ſatiatus eſſet, quodque populo malorum ſuorum imagines ante oculos repreſentaret.* & inferius ɣ *Agrippa: Prætura enim tum gerens, ac præcipuus amicus Cæſaris ſplendide omnia agebat, ludoſq; inter cetera equeſtres biduo prabebat. & Troiam vocatum ludum per nobiles pueros magnifice exercebat.* & adhuc infra: ζ *Porro in ſacrarij conſecratione, ludi omnis generis facti ſunt, Patricijque pueri Troiam luſerunt. Viriq; ſimili ratione Equis celeribus, bigiſque, & quadrigis certauerunt.* Ac in Julio, vt antea notatum eſt; *Pugnauerunt captiui multi, & qui erant capitalium rerum damnati. Fuit quoque equeſtris ludus, cui Troia nomen eſt, a pueris nobiliſſimis antiquo more paratus. Cum quibus iuuenes itidem nobiliſſimi ex curribus certauerunt.* Hæc omnia ſi recte perpendas, comperias Troiam fuiſſe ludum a pueris equi-
C tibus actum; at ex curribus bigarum, quadrigarumve diuerſo ludo genere certaſſe iuue-
nes, & viros maturiores. Quos ludos etiam vocatos reperio in Cæſare Dictatore Sue-
tonius, inquiens: * *Quadrigas, bigaſq;, & Equos deſultorios agitauerunt nobiliſſimi iuue-
nes. Troiam luſit turma duplex maiorum minorumque puerorum.* Itaque bona pace viri præ-
clari non accipio, ludum Quadrigarum fuiſſe, quem antiqui Troiam nominauerint. Sed iam
ad alia Schamata pergamus.

Troia ludus equitib⁹ abſque bigis aut quadrigis celebratus.

* l. 43. Rom. hiſt.

ɣ lib. 48.

ζ lib. 51.

* cap. 39.

D



Hoſtium

Digitized by Google

Hostium dona suspecta semper esse debere: namque Aduersus hostes in bello iusto, dolis aque ac viribus vtendum.

A

Schema XLII. Gemma.



B

C

Rerum, & historicorum communis opinio de Equo Troiano proposita, & expensa: primumque Daretis Phrygij narratio.

Cap. CXXXI.

REcte quidem Anonymus existimat in Schemate nostro Equi Troiani significari posse, muneribus Hostium non esse credendum. Sed nobis ante omnia videndum est, an historia fuerit, an fabula, narratio de Troiano Equo; deinde finem Schematistæ rimabimur. Profecto Poetæ non solum, sed etiam Historici celebrati nominis de illo mentionem habuere; Quorum omnium tres habentur narrationes; vna simplex, nudam, ac meo iudicio veram historiam referens; quam habemus a Darete Phrygio: secundam admirabilem ac ornatam proposuit Dictys Cretensis; quam Homerus, Tryphiodorus, Cointhus, Virgilius, Lucretius poetæ, ac historicus Guido Columna fucrunt amplexati: Tertiam coniectura probabili, verisimilitudineque fundatam coluere Plinius, Pausanias, atque Vitruuius. Equidem agnosco Daretis Phrygij genuinam, ac veram historiam de Troiano Equo per ea, ,, quæ Cornelius Nepos Sallustio Crispo S. Quum multa Athenis curiose agerem, inueni ,, historiam Daretis Phyrgij, ipsius manu scriptam, vt titulus indicat, qui de Græcis & ,, Troianis memoriæ commendauit. Quam ego summo amore complexus, continuo ,, transtuli. Cui nihil adijciendum, vel diminuendum rei formidandæ causa putaui; alio- ,, quin meam esse posset dubitari. Optimum ergo duxi, ita vt fuit, vere & simpliciter ,, perscripta, sic eam ad verbum in Latinitatem transuerterem, vt legentes cognoscere ,, possent, quomodo res gestæ essent, quas Dares Phrygius memoriæ commendauit; qui ,, per id tempus vixit, & militauit, quo Græci Troianos oppugnarent. Minime Homero ,, credendum, qui post multos annos natus est; de quo Athenis iudicium fuit, quum pro

Daretis narratio de Troiano Equo.

,, insano

Digitized by Google

A ,, insano Homerus haberetur, qui Deos cum hominibus belligeraſſe deſcripſit. Sed ha-
,, &enus iſta. Nunc ad pollicitum reuertamur. Ceterum Homerus non ob hæc inſanus dicendus erat: quum e ſacra pagina ſumpſerit, quod more ſuo fabuloſis Dijs Ethnicorum applicuit; legerat enim [a] Iacob *manſit ſolus. Et ecce vir luctabatur cum eo vſque mane: qui quum videret quod eum ſuperare non poſſet, tetigit neruum femoris eius, & ſtatim emarcuit. Dixitque ad eum: Dimitte me, iam enim aſcendit aurora. Reſpondit, Non dimittam te, niſi benedixeris mihi. Ait ergo, Quod nomen eſt tibi? Reſpondit: Iacob. At ille: Nequaquam, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſrael, quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra hominem praualebis? Interrogauit eum Iacob: Dic mihi, quo appellaris nomine? Reſpondit: cur quæris nomen meum quod eſt mirabile, & benedixit ei in eodem loco.* Sed ad Daretem redeamus, qui ſuorum Troianorum bellum cum Græcis hiſtorice narrauit oculatus teſtis, & poſt omnia præcedentia militiæ, tandem ad finem belli deueniens, aſſerit citatis verbis: [Eodem die conueniunt Antenor, Polydamas, Vcalegon, Amphidamas, Dolon: Dicunt ſe mirari Regis *Priami* pertinaciam, quum patriam & comites perire malit, quam pacem facere. Antenor ait, ſe inueniſſe quod ſibi & illis in commune proſpiciat, ſi ſibi fides ſeruaretur. Omnes fidem obſtringunt. Antenor vt vidit ſe obſtrictum, mittit ad Æneam, dicens, patriam eſſe prodendam, & ſibi ſuiſque cauendum eſſe: ad Agamemnonem de his rebus aliquem eſſe mittendum, qui id ſine ſuſpicione curet: maturandum eſſe. Animaduertiſſe Priamum iratum, quia ei pacem ſuaſerit, de concilio ſurrexiſſe; & vereri ne quid noui conſilij ineat. Itaque omnes promittunt, ſtatimque Polydamantem, qui ex his minime inuidioſus erat, ad Agamemnonem clam mittunt. Polydamas in Caſtra Argiuorum peruenit, Agamemnonem conuenit, dixitque ea, quæ ſuis placerent. Agamemnon clam nocte omnes in concilium conuocat: & refert ea, quæ audiuit: quid cuique videatur, dicere iubet. Inde omnibus placitum eſt, vt fides proditoribus ſeruaretur. Vlyſſes & Neſtor vereri ſe dixere hanc rem ſubire: Neoptolemus hos refutat: inter ſe certant: placitum eſt, ſignum a Polydamante exigi. Et id ipſum per Sinonem ad Aeneam, & Anchiſem, & Antenorem mittit. Sinon ad Troiam proficiſcitur. Et quia nondum claues portæ Amphimachus cuſtodibus tradiderat, ſigno dato Sinon voce Æneæ & Antenoris audiendo confirmatus, Agamemnoni renunciat. Tunc placitum eſt omnibus fidem dari, fœdere firmari, iure iurando ſtringi, eo pacto vt ſi oppidum proxima nocte tradidiſſent, Antenori, Aeneæ, Vcalegoni, Polydamanti, Doloni, nec non liberis, coniugibus, propinquis, amicis, ſuiſque omnibus fides ſeruaretur, & ſua cauſa omnia ſibi liceat habere. Pacto confirmato, iure iurando adſtricto, ſuadet Polydamas, noctu exercitum ad portam Scæam adducant, vbi extrinſecus caput EQVI ſculptum eſt: ibi præſidia habere: noctu Antenorem Anchiſem exercitui Argiuorum portam reſeraturos, eiſque lumen prolaturos. Id ſignum eruptionis fore dicunt, quod ibi præſto forent qui ad Regem eos ducant. Poſtquam pacta data ſunt, Polydamas in oppidū redijt: rem peractam denunciat: dicit Antenori, & Aeneæ, ceteriſq; quibus placitum erat, vt ſuos omnes adducant, & noctu Scæam portam aperiant, lumen oſtendant, exercitum inducant. Antenor & Aeneas noctu ad portam præſto fuere: Neoptolemum ſuſceperunt: exercitui portam reſeruere: lumen oſtendere: fugam præſidio ſibi ſuiſque omnibus præuidere: Neoptolemus præſidium dat: Antenor eum in Regiam ducit, vbi Troianis poſitum præſidium erat. Priamum perſequitur, quem ante Aram Iouis Hercei obtruncat. Hecubæ dum fugit cum Polyxena, Aeneas occurrit. Polyxenā ei ſe tradidit, quam Aeneas ad patrem Anchiſem abſcondit, &c.] Quibus apparet Daretis Phrygij ſimplex & abſque fictione narratio; quam apocypham aliqui, me iudice, non bene putarunt. Sane Cornelius Nepos Dareti ſubſcribit; cuius hiſtoriam eleganti carmine concinit ita, in parte a nobis propoſita:

Interea queſtique diu, bellumque peroſi
In fœdus coiere Phryges: iuratur in vſum
Perfidia periura fides, Antenore dirum
Parturiente nefas: huius conſulta ſecuti
Vcalegon, atque Amphimadas, nec iuſtior ipſo
Polydamante Dolon, patriæque in damna ruentis

Impius,

Homeri defenſio.

[a] Gen. 32. 24 & ſeq.

Daretis verba.

Equus Troianus Daretis qui fuerit.

Digitized by Google

Impius, & tantis Æneas conſonus auſis. A
Nuncius Argolicis prodendas indicat arces
Polydamas, pacemque in pactum fraudis habendam
Iuratis poſcit, tacitumque in mœnia furto
Poſcit iter Danais, Neſtor timet, hæret Vlyſſes,
Furta negat Pyrrhus: illos incerta morantur
Pollicita, & falli metuunt: hic vincere certus,
Nocturnis refugit bellis fadaſſe triumphum.
Res turbat ſuſpecta duces, Phrygioque retento,
Traditur Inachio legati cura Sinoni.
Promiſſis addenda fides: petit ille penates
Iliacos, dubioſque Anchiſa teſte timores
Soluit, & acceptas iurante Antenore voces.
Ergo fidem ducibus teſtati numina pangunt
Inachidæ: latique iubent ſua, ſeque, ſuoſque, B
In nullos nutare metus: dona inſuper addunt,
Et firmant promiſſa datis: nec Pergama tantum,
Innumeras Aſiæ ſpondent cum ciuibus vrbes.
His hilaris Phryx certus, abit, quidque hoſtis in vrbe
Captet iter, quando veniat, qua ſigna mouendi
Militis, & cauto diſpenſat ſingula nutu.
Porta latens, tacituſque dolis furata meatus
Inſcriptum Pegaſi tollit caput: hac iter Argis,
Huc iuſſi venere duces, Sol merſerat axem,
Venturis hoc tempus erat: fax igne ſereno
Viſa viris, hæc ſigna dabat, ſic milite iuncto
Securi dubijque meant: Phryx indice flamma
Pandit iter, laxatque fores. O dira nocentum C
Conſilia! O cunctis incognita crimina faſtis!
Florebant Aſiæ fines, florebat opimis
Troia ſuis, & rege potens, & milite tuta.
Nec ſuperos, nec fata timens victoria Graium
Mentita Calchante breui ceſſiſſet. at hoſtis
Indigena, & (quo nil grauius) priuata nocendi
Copia Teſtoriden vatem facit, inuidet ipſe,
Ipſe vrbem ciuis aperit, non cardo ſuſurrat,
Non clypei, non tela ſonant, ſcit turba ſilere.
Omnia clam, clarumque nihil. prior vrbe potitus
Impatiens ſauire dolis, & vincere furto,
Exclamat Pyrrhus: Nunc obuia tela parate:
Ite Phryges contra: quo nam vſque in ſomnia torpor?
Nil tuti ſupereſt, poſtes laxamus: & ecce D
Irruimus Danai, ſi quos concurrere mecum
Ira trahit, non egregium damnabitur vmbris
Martis opus, facient ignes ſpectacula veſtri.
Fatur, & incendit rapta face Pergama primus.

Dictys Cretenſis Ephemeridum inuentio, & communis receptio.
Cap. CXXXII.

COnſimiliter autem Dictys Cretenſis enarrationem de geſtis Græcorum apud Ilium, non apocrypham, vt aliqui rentur, aſt ab illo reapſe deſcriptam, nobis perſuadet, præter Suidam, etiam olim amico ſuo ſcribens verbis ipſiſſimis

» Q. Sep-

A „ Q. Septimius Romanus Quinto Aradio S. D. Ephemeridem belli Troiani Dictys Cre-
„ tensis (qui in ea militia cum Idomeneo meruit) conscripsit literis Punicis, quæ tum
„ Cadmo & Agenore autoribus per Græciam frequentabantur. Dein post multa secula
„ collapso per vetustatem apud Gnosson (olim Cretensis Regis sedem) sepulchro, eius pa-
„ stores quum eo deuenissent, forte inter ceteram ruinam loculum stanno a fabro clausum
„ offendere: ac thesaurum rati mox dissoluunt: non aurum, nec aliud quidquam prædæ,
„ sed libros ex philyra in lucem producturi. At vbi spes frustrata est, ad Praxim, dominum
„ loci, eos deferunt. Qui commutatos literis Atticis (nam oratio Græca fuerat) Neroni,
„ Romano Cæsari obtulit: pro quo plurimis ab eo donatus est. Nobis, quum in manus
„ forte libelli veniissent, auidis veræ historiæ cupido incessit, ea vti erant Latine differere,
„ magis confisi ingenio, vt ocioſi animi desidiam discuteremus. Itaque primum quinque
„ voluminum, quæ bello contracta gestaque sunt, cunctum numerum seruauimus. Residua
„ quidem de reditu Græcorum in vnum redegimus, atque ad te misimus. Tu Ruffine mi,
„ vt par est, faue cœptis. Hanc eandem Ephemeridem Dictys de bello Troiano legisse vi-
B detur literis Punicis, & Latine vertisse, cumulatiorem Septimiana translatione, Guido de
Columna Messana; siquidem apud me librum habeo vetustissimum, manuscriptum, non vulgari papyro, siue charta, sed pergamena compactum, opinor ante Calchographiæ in-
uentionem; cuius autor Iudex quidam, nomine Guido de Columna Messana, scribit se li-
bros Dictys Cretensis, & Daretis Phrygij multum abbreuiatos, luculentius vertisse: verba
„ viri sunt: Sed vt fidelium ipsius historiæ vera scribentium scripta apud occidentales om-
„ ni tempore futuro vigeant successiue, in vtilitatem eorum præcipue, qui Grammaticam
„ legunt, vt separare verum a falso sciant, de ijs quæ dicta de historia in libris grammatica-
„ libus sunt descripta, eaque per Dictem Græcum, & Phrygium Daretem (qui tempore
„ Troiani belli continue in eorum exercitibus fuere præsentes: & horum, quæ viderunt,
„ fuerunt fidelissimi relatores) in præsentem libellum per me Iudicem Guidonem de Co-
„ lumna Messana transumpta legentur, prout in duobus libris eorum inscriptum quasi vna
„ vocis consonantia inuentum est in Achaia. Quanquam autem hos libellos quidam Ro-
C „ manus, Cornelius nomine, Sallustij magni nepos, in Latinam linguam transferre cura-
„ uerit; tamen dum laboraret nimium esse brevis, particularia historiæ ipsius, quæ magis
„ allicere possunt animos auditorum, præ nimia breuitate indecenter omisit. Hæc ille,
præter alia multa posuit in prologo sui voluminis. Genuinum est igitur opus Dictys Cretensis de bello Troiano conscriptum. Eius autem dicta circa finem operis attinentia pro-
pius ad Equum Duratæum appellatum, ea sunt: *Atque eadem nocte Antenor clam in tem-*
plum Minervæ venit: vbi multis precibus immistis Theano (quæ templi sacerdos erat) per
suasit, vti Palladium sibi traderet: habituram nempe magna eius rei præmia. Ita perfecto
negocio ad nostros venit, hisque promissum offert, & mox: *Ob quæ placet vniuersis mitti Mi-*
nervæ donum quam honoratissimum. Tum accitus ad eam Helenus, cuncta quæ ante gesta
erant, non secus ac si præsens fuisset, ordine exposit: additque, finem iam aduenisse Troia-
narum rerum: quippe quo maxime sustentarentur, summam ciuitatis Palladium fuisse:
quo ablato, exitium ingruere. Ceterum donum Minervæ fatale Troianis esse, EQVVM
ligno fabrefactum forma ingenti, cuius magnitudine muri soluendi essent, adnitente atque
D *ministro Antenore*. ac inferius: *Itaque vt Heleno placuerat, multa materies, quæ apta*
huiusmodi fabricæ videbatur per Epeum atque Aiacem Oilei aducta. Et adhuc infra: *Inte-*
rim apud naues, vti Heleno placuerat, EQVVS tabulatus extruitur per Epeum fabrica-
torem eius operis. Cui edito in immensum ima, quæ sub pedibus erant, rotis interpositis sus-
penderat, scilicet quo a tractu motus facilis foret: Vnde offerri donum Minervæ maximum,
omnium ore agitabatur. Ceterum apud Troiam auri atque argenti prædictum pondus per
Antenorem atque Æneam summo studio in ædem Minervæ portabatur. Et Graci postquam
auxilia sociorum dimissa cognitum est, impensius pacem atque amicitiam agitauere: nullo
post barbarorum interfecto, aut vulnerato: quo magis sine vlla discordiarum suspicione apud
hostes forens. Dein EQVVM compactum affabre confixumque ad muros monent. Nun-

Guidonis versio Ephemeridum Dictys.

Dictys narratio versione septimij.

Equus Troianus Dictys.

Digitized by Google

ciatum Troianis, vt cum summa religione susciperent, Minervæ scilicet sacrum, dicatumque. Quare magna vis hominum portis egressa, summa lætitia, sacrificioque donum excipit, attrahitq; propius mœnia. Sed postquam magnitudine operis impediri per portas ingressum animaduertere, Consilium destruendorum desuper murorum capiunt; neque quisquam secus pro tali studio decernebat. Ita inuiolatum multis tempestatibus murorum opus, Neptunique, vt perhibetur, atque Apollinis maxima monumenta (quæ scilicet numis e templo Neptuni, & Apollinis corrasis ædificata fuerant) *multo delectu ciuium manibus dissoluuntur. Sed postquam maior pars operis eius deiecta est, consulto a Græcis intercessum, confirmantibus non se passuros intra mœnia duci EQVVM, priusquam prædicti pondus auri atque argenti susciperent. Ita intermisso opere, semiruptisque mœnibus, Vlysses cunctos ciuitatis Troianæ artifices ad reficiendas naues conducit. Composita dein vniuersa classe, vbi cuncta nauigia instructa, & præmium persolutum est, iubent nostri peragere cœpta. Itaque destructa murorum parte, cum ioco lasciuiaque induxerunt EQVVM, feminis inter se atque viris certatim attrahere festinantibus. Interim Græci, vbi cuncta nauibus imposita sunt, incensis omnibus ad Sigæum secedunt, ibique noctem operiuntur. Fessis dein vino multoque somno barbaris, quæ vtraque per lætitiam securitatemque pacis interuenerant, nostri multo silentio ad ciuitatem nauigant, seruantes signum, quod igne elato Sinon, ad eam rem clam positus, tulerat. Moxque omnes postquam intrauere mœnia, diuisis inter se ciuitatis locis, vbi signum datum, magna vi cædere eos, quos sors obiecerat, atque obtruncare passim per domos atque vias &c.* Huic autem enarrationi Dictys in primis consentit Homerus inducens Menelaum ita [b] dicentem:

Troiæ muros vt ædificarint Neptunus & Apollo.

Homerus de Equo Dorio. b 4 Odyss.

[Sed nondum talem ego vidi oculis,
Qualis Vlyssis patientis erat gratum pectus,
Qualem etiam illud fecit, & sustinuit fortis vir,
EQVO in polito, vbi insedebamus omnes optimates
Græcorum, Troianis cædem & fatum inferentes.

& postea Demodoco iubens, sub persona Vlyssis [c] latentis;

c 8 Odyss.

Sed certe perge, & EQVI apparatum canta
Lignei, quem Epeus fecit auxilio Palladis:
Quem quondam in arcem dolum duxit diuus Vlysses,
Viris vbi impleuisset, qui Ilium euerterunt.

& mox:

Sic ait: ille concitatus a Deo cœpit, apparabat cantilenam
Inde exorsus, quo pacto illi quidem bene tabulatis nauibus
Conscensis enauigauerunt, igne in tentoria iniecto
Græci: alij vero iam inclytum apud Vlyssem
Sedebant in Troianorum foro absconsi EQVO.
Ipsi enim eum Troiani in artem protraxerunt.
Vt ille quidem in arce constitit, illi iudicia multa proferebant
Sedentes circa ipsum: trifariam autem ipsis placuit consilium
Aut prescindere cauum lignum sæuo ferro:
Aut de rupe deijcere protractum in summitatem:
Aut sinere ingens simulachrum Deorum placamentum esse.
Quæ vtique sententia etiam postea vt fieret futurum erat.
Fatale enim erat perire, postquam Vrbs intra se recepit
Ligneum ingentem EQVVM, vbi sedebant omnes Optimates
Græcorum, Troianis cædem & mortem afferentes.
Cecinit etiam vt vrbem depopulati sunt filij Græcorum
Ex EQVO effusi, cauis insidijs relictis.

Dictym, non minus quam Homerus, secutus est Tryphiodorus Ægyptius accinens initio sui Poematis inscripti de Ilij excidio:

Tum

A Tum etiam Epeus faber consilijs Deæ Mineruæ
Fabricabat immensum equum, opificium inimicum Troiæ:
Et cædebat ligna, & in campum deducebat,
Ex ipsa Ida: vnde etiam prius Phereclus
Naues fabricauerat Alexandro belli principium. Per ea quis punitur, per quæ peccauit.
Faciebat autem in amplissimo latere aptatum
Ventrem: cauans *eum* quanta est amplitudo nauis amplæ,
Magnitudinemq; ipse artifex descripsit secundum rectam lineam: Descriptio Equi Troiani pulcherrima
Ceruicem vero infixit sculptis pectoribus,
Flauo aspergens auro purpuream comam:
Ipsa vero sublimis incumbens curuæ ceruici,
A ventre colligebatur nodoso vinculo.
Oculos etiam lapideos imposuit in duobus circulis,
Cæsu berilli, & rubicundi amethysti,
B Ipsi autem *equo* propter geminos splendores coloris mistorum
Lapidum, rubebant palpebris cæsij oculi.
Argenteos quoque sculpsit dentes in genis,
Extremitates versatilis fræni mandere conantes.
Nec temere etiam aperuit vias magni oris,
Præbens *hac ratione* viris occultatis *in equo* aerem retrosuum,
Per nares etiam spirabat viuus halitus.
Aures etiam adaptauit in summis temporibus
Valde rectas, semper paratas vt manerent, & tubam audirent.
Spinam etiam mollem dorso, simul etiam lumbis coaptauit:
Coxas etiam copulauit clunibus mollibus.
Trahebatur autem cauda demissa ad vltima vestigia,
Quemadmodum vitis detracta tortuosis fimbrijs.
C Ipsis vero pedes maculosis genibus innitentes,
Quemadmodum debebant ad cursum inuolucrem parari,
Ita pergebant; manere autem eos iussit necessitas.
Vngulæ vero non æneæ, non extabant super tibias,
Sed cooperiebantur inuolucris splendidæ testudinis,
Tangentes solum vix eas ære continente.
Clausam etiam fabricauit ianuam, & scalam a se factam.
Ipsa quidem vt inconspicua in latere *equi* aptata
Intus & extra ferret exercitum inclytorum Græcorum.
Illa *vero ianua* aperta & bene formata semper existens
Esset ipsis via sursum & deorsum proruendi.
Deinde vero ipsum circa ceruicem candidam & genas
Floribus purpureis lupatis, scilicet necessarij fræni.

D * * *

Ornauit ex ebore & ære argenteos vertices habente.
Ipse postquam *secundum* omnia absoluit hostilem equum,
Suppossuit vnicuique pedum rotam tibijs congruam,
Vt tractus *in* campo versatilis esset,
Neque difficulter viam ambularet trahentibus *Troianis*.
Sic is quidem effulsit horrore & decore multo,
Capaxque & excelsus ipse. Eum vero neque recusasset
Mars equestris agere, nisi fabricasset *eum Epeus* non viuum.
Circa ipsum autem magnum murum excitarat Epeus, ne quis Græcorum Cautio in fabricando Equo.
Prius ipsum aspiceret, & attingeret dolum nondum vulgatum.]

Post hæc multis carminibus recensens Græcorum duces intra cauitatem Equi concludendos, & eorum ingressum in aluum machinæ pulchre describens, Achiuorum fugam simulatam attexens; fraudolentique Sinonis mendacia colore veri depicta referens, persuadentia Troianis Equum intra Troiæ ciuitatem pertrahere; narransque Cassandræ vatis irrita vaticinia, licet veritatem detegentia, Troianos Equum ad mœnia trahere cum tripudio narrat, addens: A

[Donec ingressa sunt portas Dardanias:
Ipsi vero anguli portarum venienti *ipsi* angustiores erant.
Ceterum luno accessit, facilem accessum viæ
Prius præparans: Neptunus vero de turribus
Tridente dissecuit limina apertarum portarum.

Denique noctu Græcos ex Equo dicit exire, eumque socijs iunctos vrbem capere, diripere, funditus excindere comburentes igne. Q. Calaber, qui & Cointus Smyrnæus appellatur, in Paralipomenis enarrans ea, quæ circa Ilium gesta, derelicta sunt ab Homero, consentiens aperte Tryphiodoro, Calchantem vatem inducit consulentem de Troia dolose capienda, nō vi, sic ex augurio viso colligentem: [a] B

Cointi sententia.

[a] lib. 12.

Quare ne amplius vi tentemus vrbem Troianam
Capere, sed an dolus & consilium aliquid forte efficiat *periclitemur.*
Sic ait: At nemo illorum se ratione aliqua dispicere dixit
Aerumnosi belli remedia: quamuis cuperent fabricam *aliquam*
Reperire. Solus autem solertia sua cogitauit *quippiam*
Laertæ filius: & contra hæc verba edidit:
Amice Calcha, omnino Dijs cælestibus honorate,
Si vere in fatis est, vt belligeri Argiui
Dolis Priami vrbem expugnent:
Fabricato Equo, viri principes ad insidias occultas
Ingrediemur cum prompte: copiæ autem recedant
Nauibus in Tenedum: & incendant omnia C
In castris: vt Troes ex vrbe conspicati
Deposito metu in campum erumpant: sed vir quispiam
Audax, quem nemo inter Troianos nouit,
Extra Equum maneat, Martium sibi animum indens:
Qui simulet se vim Argiuorum prævalidam,
Pro reditu ipsum immolare volentium, effugisse,
Quum se timide sub Equum fabrefactum recepisset: quem cōdiderint
Palladi, offensæ propter hastigeros Troianos:
Et hæc prolixe scisscitantibus ita commemoret,
Donec ei fidem, quamlibet difficiles adhibeant,
Tumque statim in vrbem ducant, miserabilem visu,
Quo luctificæ nobis irruptionis signum ostendat:
Alijs quidem in *Tenedo* ardentem subito facem attollens, D
Alios vero ex capaci Equo exire iubens,
Quando Troiani curarum expertes somnum carpent.
Sic ait: dum igitur omnes prædicant, & præ alijs
Calchas eum demiratur, quod suggessisset Argiuis
Bonum consilium & dolum, qui Argiuis futurus
Erat victoriæ adiumentum, at ingens clades Troianis:
Ideo ad bellicosos principes sic verba fecit:
Nolite alterius porro deliberationes vobiscum inire
Amici, sed obsequimini pugnaci Vlyssi.
Commentum enim bonum prudentis viri non irritum erit.
Iam enim Dij Græcis desiderium perficient,
Nec vana hinc inde signa exibentur

A Ioue,

Digitized by Google

A A Ioue, namque desuper magnum fragorem edunt per sudum
Tonitrua cum fulgetris: & præteruolano populum
Aues dextræ, intensa voce clangentes.
Quare ne quæso longo tempore in vrbis obsidione
Commoremur. Troianis enim necessitas inspirauit magnum
Animi robur, quæ ad defensionem etiam ignauum exstimulat. Necessitatis vis.
Et fortissimi tunc sunt homines ad pugnam cum animis
Obfirmatis luctificam mortem contemnunt;
Vt nunc Troum nati abiecto terrore propugnant
Pro vrbe sua, valdeque ipsis animus furit.]

Deinde latius explicat fabricam Equi ab Epeo, & reliqua tali commento de Troia dolose capta combustaque concinit lueulenter. Ab his edoctus Virgilius, eandem Græcorum fallaciam per Equum Durium in Troianos elegantissime describit, inquiens.]

[. . . . . Fracti bello, fatisque repulsi
B Ductores Danaum, tot iam labentibus annis,
Instar montis Equum diuina Palladis arte
Ædificant, sectaque intexunt abiete costas:
Votum pro reditu simulant, ea fama vagatur.
Huc delecta virum sortiti corpora, furtim
Includunt cæco lateri: penitusque cauernas
Ingentes, vterumque armato milite complent.
Est in conspectu Tenedos, notissima fama,
Insula diues opum, Priami dum regna manebant.
Nunc tantum sinus, & statio male fida carinis:
Huc se prouecti deserto in littore condunt.
Nos abijsse rati, & vento petijsse Micœnas
Ergo omnis longo soluit se Teucria luctu:
C Panduntur portæ: iuuat ire, & Dorica castra
Desertosque videre locos, littusque relictum.
Hic Dolopum manus, hic sæuus tendebat Achilles;
Classibus hic locus, hic acies certare solebant.
Pars stupet innuptæ donum exitiale Mineruæ,
Et molem mirantur Equi: primusque Thymœtes
Duci intra muros hortatur, & arce locari:
Siue dolo, seu iam Troiæ sic fata ferebant.
At Capis, & quorum melior sententia mentì,
Aut pelago Danaum insidias, suspectaque Dona
Præcipitare iubent, subiectisque vrere flammis:
Aut terebrare cauas vteri, & tentare latebras.
Scinditur incertum studia in contraria vulgus.
Primus ibi ante omnes, magna comitante caterua,
D Laocoon ardens summa decurrit ab arce:
Et procul: o miseri quæ tanta insania ciues?
Creditis auectos hostes? aut vlla putatis
Dona carere dolis Danaum? sic notus Vlysses?
Aut hoc inclusi ligno occultantur Achiui:
Aut hæc in nostros fabricata est machina muros,
Inspectura domos, venturaque desuper vrbi:
Aut aliquis latet error. Equo ne credite Teucri.
Quicquid id est, timeo Danaos & dona ferentes.

& mox, post enarratum Laocoontis fatum, de Sinone dicit:

Ecce manus iuuenem interea post terga reuinctum
Pastores magno ad Regem clangore trahebant.

Darda-

Digitized by Google

Dardanidæ: qui ſe ignotum venientibus vltro,
Hoc ipſum vt ſtrueret, Troiamque aperiret Achiuis, A
Obtulerat, fidens animi, atque in vtrumque paratus,
Seu verſare dolos, ſeu certæ occumbere morti.
Vndique viſendi ſtudio Troiana iuuentus
Circumfuſa ruit, certantque illudere capto.
Accipe nunc Danaum inſidias, & crimine ab vno
Diſce omnes.

Et inde propoſita longiore Sinonis oratione doloſa, Priamum inducit interrogantem, & Siñonem de Equo reſpondentem, ita:

Quo molem hanc immanis Equi ſtatuere? quis autor?
Quidue petunt? quæ relligio? aut quæ machina belli?
Dixerat: Ille dolis inſtructus, & arte Pelaſga,

& mox, technas aſtute quum celaſſet inuento ſatis veriſimili, fatur:

Hanc pro Palladio moniti, pro Numinæ læſo
Effigiem ſtatuere, nefas quæ triſte piaret. B
Hanc tamen immenſa Calchas attollere molem
Roboribus textis, cæloque educere iuſſit:
Ne recipi portis, aut duci in mœnia poſſit,
Neu populum antiqua ſub relligione tueri.
Nam ſi veſtra manus violaſſet dona Mineruæ:
Tum magnum exitium (quod Dij prius omen in ipſum
Conuertant) Priami imperio, Phrygibuſque futurum.
Sin manibus veſtris veſtram aſcendiſſet in vrbem,
Vltro Aſiam magno Pelopeia ad mœnia bello
Venturam, & noſtros ea fata manere nepotes.

Inde Laocoontis miſero fato narrato:

Ducendum ad ſedes ſimulachrum, orandaque Diuæ
Numina conclamant. C
Diuidimus muros, & mœnia pandimus vrbis
Accingunt omnes operi, pedibuſque rotarum
Subijciunt lapſus, & ſtupea vincula collo
Intendunt. Scandit fatalis machina muros,
Fœta armis: circum pueri innuptæque puellæ
Sacra canunt, funemque manu contingere gaudent:
Illa ſubit, mediæque minans illabitur Vrbi.
O patriam, o Diuum domus Ilium, & inclyta bello
Mœnia Dardanidum! quater ipſo in limine portæ
Subſtitit, atque vtero ſonitum quater arma dedere.
Inſtamus tamen immemores, cæcique furore,
Et monſtrum infelix ſacrata ſiſtimus arce.
Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris D
Ora, Dei iuſſu non vnquam credita Teucris.
Nos delubra Deum miſeri, quibus vltimus eſſet
Ille dies, feſta velamus fronde per vrbem.
Vertitur interea cælum, & ruit Oceano nox,
Inuoluens vmbra magna terramque polumque,
Mirmidonumque dolos. Fuſi per mœnia Teucri
Conticuere: ſopor feſſos complectitur artus.
Et iam Argiua phalanx inſtructa nauibus ibat
A Tenedo, tacitæ per amica ſilentia Lunæ
Littora nota petens: flammas quum Regia puppis
Extulerat; fatiſque Deum defenſus iniquis

Inclu-

Digitized by Google

A Incluſos vtero Danaos, & pinea furtim
Laxat clauſtra Sinon: illos patefactus ad auras
Reddit Equus: lætique cauo ſe robore promunt
Tiſandrus, Sthenelusque duces, & dirus Vlyſſes,
Demiſſum lapſi per funem, Athamasque, Thoasque,
Pelidesque Neoptolemus, primusque Machaon,
Et Menelaus, & ipſe Doli fabricator Epeus.

Quos vna cum Græcis alijs e claſſe terram appulſis cõglobatos poſtea memorat Ilium euertiſſe, flammisque deſtruxiſſe: Narrationem huiuſmodi deſumpſerunt hi claſſici ab antiquiſſimo Dicty. Cui conſentit etiam Lucretius ita *f* lib.1.

Nunquam Tyndaridis formæ conflatus amore
Ignis Alexandri Phrygio ſub pectore gliſcens
Clara accendiſſet ſæui certamina belli:
Nec clam Durateus Troiai Pergama partu
B Inflammaſſet EQVVS nocturno Graiugenarum.

Et præter Plautum, Tullium, Horatium, & alios propemodum innumeros, Dictys hiſtoriam vtcumque recipit Guido de Columna Meſſana, circa finem ſui voluminis aiens: *g* Sa- *g* lib.30.
„ cerdos Criſis maioribus Græcorum exercitus conſuluit in ſecreto, vt fieri faciant in ſi- Equus æneus
„ militudinem Equi, quendam magnum EQVVM ÆNEVM: vt in eo poſſint ſaltem mil-
„ le milites conſtipari: qui Equus conſtet ſecundum quod ego decreuero: Nam eſt hæc
„ omnium Deorum vere voluntas. Hic autem EQVVS fiet magiſterio & arte apti ſapien-
„ tis artificis: in quo conſtituentur quædam clauſuræ ſic artificioſe compoſitæ, quod ab
„ exteriori parte aſpectibus omnium non patebunt, per quas quum locus erit & tempus,
„ ab eo exire valeant prædicti milites conſtipati. Quo facto, & EQVO ipſo perfecto, bo-
„ culte militibus introductis: petetis a Rege Priamo vt EQVVM ipſum in honorem Pal-
„ ladis, & in templum ſuum permittat introire, vobis eam occaſionem prætendentibus
„ quod cauſa cuiuſdam voti veſtri ſoluendi voueritis ipſi Deæ, propter ſubtractionem Pal-
C „ ladij, quam feciſti, a templo eius. Ad Criſis autem conſilium ſacerdotis prouiſionem ip-
„ ſius cum maximo labore ſine intermiſſione aliqua factus extitit Equas ipſe perfectus ta-
„ men & completus vltimo anno captionis ciuitatis ipſius, Reges autem, qui venerant
„ apud Troiam in auxilium Regis Troiæ, de quibus ſuperius dictum eſt, percipientes tam
„ vile pactum quod Rex Priamus cum Græcis inierat, omne cum ſuis receſſerunt a Troia,
„ ad eorum regna Priamo dimiſſo redeuntes. (Et poſt multa de pacti iuramentique ſolenni-
tatibus inter Græcos & Troianos peractis, addit ex Dictys hiſtoria Guido:) Quibus præſti-
„ tis iuramentis, dum Rex Priamus pro certo putaret iuramenta a Græcis facta dolo care-
„ re: Helenam Græcorum Regibus reſtituit & eis eam humilibus precibus commendauit,
„ ne paterentur quod aliqua fortaſſis iniuria ſibi poſſet inferri: quod Græci fictitie lætis
„ vultibus annuerunt. Græci vero cupientes ex Equi doloſæ fraudis eorum inſidias, rogant
„ Priamum, vt EQVVM ÆNEVM, quem in honorem Palladis ſe dixerunt feciſſe, vt
„ ſit eis propitia in receſſu, in ciuitatem Troiæ iubeat intromitti, & coram templo Mi-
„ neruæ locari, vt Dea Pallas in tali enxenij oblatione ſedata pro furto Palladij, in eorum
D „ reuerſione cum nauibus eorum propitia abſque maris periculis eos ſalue nauigare per-
„ mittat. Licet enim Rex Priamus ad petita nullatenus reſpondiſſet: Æneas tamen &
„ Antenor faciendum eſſe duxerunt, aſſerentes quod tale enxenium ad Ciuitatem decus
„ perpetuo ſit manſurum. Inuitus itaque Rex Priamus annuit quod Aeneas, & Antenor
„ doloſis fraudibus conceſſerunt. Et interim Græci promiſſum aurum & argentum a Pria-
„ mo Rege percipiunt: & onera frumentaria eis pacta, eorum deducunt ad naues, & one-
„ rant in eiſdem. Vniuerſi vero Græci conuenienres in vnum cum maximo deuotionis
„ affectu cum eorum proceſſionibus ſacerdotum cum funibus & alijs neceſsarijs trahunt
„ EQVVM, & vſque ad portam ciuitatis deducunt; non enim porta fuit tantæ latitudinis
„ & altitudinis ſpacioſa, quod per eam potuiſſet EQVVS ipſe commode introduci.
„ Propter quod neceſsarium extitit quod ex muro & porta in tantum demoliri deberet,
„ quod fieret ad introductionem EQVI ipſius altitudinis & latitudinis ſpacioſa. Quo
„ facto,

,, facto, EQVVM ipsum in ciuitatem Troiani ciues cum multo gaudio introducunt. Et cetera secum, incendium & direptionem, ac vltimum exterminium Troiæ referentia. Verum enim vero, mirabile illud est, quod omnibus alijs ex historia Dictys Equum ligneum recipientibus, iste solus Guido legerit Equum æneum. An quia vtrumque fuit, ligneus intrinsecus, æreis laminis extrinsecus contectus? an quia Equi pedes æreis obducti soleis, vt ait ipse Tryphiodorus, potuerunt Equum totum denominare Æneum, quod tota vis Equi consistere videatur in pedibus, quibus & currit, & calcitrat? A

Equus æneus cur dictus & ligneus.

Tertia sententia Plinij, Pausanieque de Troiano Equo proponitur, & allatis antea comparatur, ac de singulis tribus censura promulgatur.
Cap. CXXXIII.

POrro longe aliter de Troiano Equo senserunt Plinius, atque Pausanias; mediam quandam sententiam inter Dictym, atque Daretem afferentes, dum existimant Equum Troianum extitisse machinam bellicam, ei proportione respondentem, quæ muros aperto marte quatiens Aries a veteribus appellabatur. Enimuero Plinij verba sunt: [a] *Equum (qui nunc Aries appellatur) in muralibus machinis Epeum ad Troiam inuenisse dicunt.* Hoc ipsum sensisse clare videtur Pausanias in Atticis inquiens, dum agit de Donarijs in sacello Dianæ positis: *Equus etiam Durius ex ære ibi positus: quem machinam fuisse bellicam ab Epeo factam ad muros deijciendos, fateatur necesse est qui Troianos nolit stuporis, ac stultitiæ condemnare. Verum quoniam traditum est, Græcorum fortissimum quemque in Equum illum, se abdidisse, conuenit Equi ænei forma cum ijs, quæ de Troiano memoriæ prodita sunt. Mnestheus enim, Teucer, Thesei etiam filij ex Equo erumpunt.* Et in Phocicis, primum quidem inter Donaria Delphica. *Sed Argiui secum præclarius quam cum hostibus actum rati, æneum Equum ad effigiem Durij Delphos miserunt, ab Antiphane Argiuo fabricatum.* Et inferius de Picturis Polygnoti scribens ait itidem in Phocicis: *Pinxit vero etiam Epeum Troiæ muros æquantem Solo. Prominet inter ruinas caput solum Equi Duratei. Adest & Polypoetes Pirithoi filius, vitta præcincto capite. Adsistit Achamas Thesei filius, caput cristata galea tegente. Aiax Oilei cum scuto ad aram accedit iusiurandum conceptum, priusquam Cassandræ vim afferat. Sedet ipsa Cassandra humi, Palladium complexa; quod ipsum e suis sedibus virgo auellit, quum supplicem ab Ara Aiax abstraxit.* Cui quidem communi Poetarum, atque Pictorum figmento fidem ipse non adhibet: existimans Equum Durium fuisse machinam bellicam muros deijcientem. Quam opinionem secutus & ipse Polydorus Virgilius, agens de rerum inuentoribus ait [b] Epeum Inuentorem fuisse Arietis, machinæ muralis. Cuius tamen inuentionem Vitruuius [c] refert ad Carthaginienses, dum Cades oppugnarent. Nos itaque vt istam opinionem, Pausaniæ Plinijque de Troiano Equo satis probabili coniectura nixam, & non aspernandam esse censemus: scilicet vt olim conijciebamus explicantes Encyclopædia quadam Pægnium Securis Epei, a Simmia Rhodio compactum, quum ad eam machinam in hostiles muros agendam fortissimi Græcorum conuenerint, ea robustissimum inuentum dici meruit in Epigrammate prisco. Quumque Græci, ne offenderentur a Troianis, machinam impellerent in mœnia Troiæ contecti sub aliqua magnæ molis illius parte, proinde dici potuerunt a Poetis in Equo inclusi. Sicut autem machina muros quatiens impulsu magnæ trabis in apice ferro vel ære munitæ, vocata fuit olim Arietis nomine, quia velut vno capite Arietis in morem ac fortasse formam muros hostium tunderet; ita prorsus Epei machina lignea nomen Equi potuit adipisci, quod sub Equi specie constans, inferne quatuor magnis trabibus, tanquam cruribus fulciretur; quarum duæ stabiles innixæ solo firmarentur in modum pedum anteriorum; duæ reliquæ mobiles ad iuncturas coxarum, ceu pedes posteriores auersi a muris Equi calcitrantis, a viris robustissimis pluribus violenter impulsæ, mœnia validissime quaterent. Ita sane non improbabili coniectura dudum Plinio, Pausaniæque consentire videbar de Troiano Equo. Sed in præsentia simpliciorem, nuda veritate nixam historiam oculati testis Daretis Phrygij complector cum Cornelio Nepote. Quam tamen non amplexatur Homerus, nec alij Græci scriptores, a quibus omnes acceperunt Dictys Cretensis enarrationem, tum quod Græcum suum hosti Phrygio præferre maluerunt: tum

[a] lib. 8. c. 59.

[b] lib. 2. c. 11. Arietis Inuentores

[c] l. 10. c. 19.

B C D

maxi-

Digitized by Google

A maxime quod fabulæ ſpeciem obtinet admirabilis, quæ proprium eſt circa quod Poetæ verſari ſolent, & præter inſtitutum Hiſtoriæ Hiſtorici Græcanici; de quibus non ſemel Plinius, inquiens tum: [d] *Omnis Græciæ fabuloſitas, ſicut & literarum claritas, ex hoc ſinu pendet*: tum [e] *Minus profecto mirentur portentoſa Græciæ mendacia, de ijs & omne Lixo prodita, qui cogitent noſtros nuper paulo minus monſtrifica quædam de ijſdem tradidiſſe* tum [f] *Mirum eſt quo procedat Græca credulitas: nullum tam imprudens mendacium eſt vt tecte careat* tum denique, vt alia præteream, [g] *Non ſine magna voluptate præcognitis proditiſq; mendacijs Græcæ vanitatis*: His conſentanea ſcribit Iuuenalis [h]

Græcorum ſcriptorum.

[d] l. 4. Prol.
[e] lib. 5. c. 1.
[f] lib. 8. c. 22.
[g] lib. 28. c. 8.
[h] Sat. 10.

,, ... creditur olim
,, Velificatus Athos, & quicquid Græcia mendax
,, Audet in hiſtoria . . . . .

Nam, vt ait Britannicus, *Græci hiſtorici fabulas plerumque hiſtorijs inferciunt, mendacijſq; gaudet*; quod in hiſtoria Troiana circa Durium Equum feciſſe Dictym Cretenſem cum Pauſania credimus. Quam quidem fabuloſam narrationem vt primus omnium ſuſcepit Homerus, ita eius exemplo Tryphiodorus, Q. Calaber, & alij multi tam poetæ, quam hiſtorici,
B ſpeciatimque Schematiſta noſter, cuius imagines in Gemma delineatas iam explicare tempus eſt.

Propria Schematis explicatio proponitur de Troiano Equo ſecundum ſenſa poetarum veterum. Cap. CXXXIV.

SChematiſta noſter igitur Dictys, Homeri, ceterorumque Poetarum ſenſa ſecutus, circa Duratæum Equum illa cuncta ſingulaque propoſuit, quæ ab illis tradita fuerunt. In primis autem effinxit Equum immanis amplitudinis, altitudiniſque tantæ vt pinnas murorum æquaret, nec in vrbem prouchi poſſet niſi porta diruta, muriſque diſruptis. Equi ſub pedibus rotæ mobiles delineatæ ſunt, ad eius facilem tractum, vt vidimus apud Tryphiodorum dicentem, ex hiſtoria Dictys:

C ,, Suppoſuit vnicuique pedum rotam tibijs congruam,
,, Vt tractus in campo verſatilis eſſet,
,, Neque difficulter viam ambularet trahentibus *Troianis*.

Licet huiuſcemodi rotas non immediate ſub Equi pedibus, at ſub tabulato, quo niteretur Equus, effinxerit iſte Schematiſta nutu ſuo, nullum habens antiquum Autorem, quem de tabulato tractantem audire potuerim. Equi caudam ad pedes demiſſam hauſit a Tryphiodoro ſcribente:

,, Trahebatur autem cauda demiſſa ad vltima veſtigia,
,, Quemadmodum vitis detracta tortuoſis fimbrijs.

Sub Equi ventre ſedentes habentur duo confabulantes adinuicem; quorum alter Sinon eſt, alter Vlyſſes, qui docet eum dolos, quibus Troianos circumuenire valeat ad introducendum Equum intra muros, qua de re Calabrum vidimus ita dicentem ſub Vlyſſis perſona,

D ,, ... ſed vir quiſpiam
,, Audax, quem nemo inter Troianos nouit,
,, Extra Equum maneat, Martium ſibi animum indens;
,, Qui ſimulet ſe vim Argiuorum prævalidam,
,, Pro reditu ipſum immolare volentium, effugiſſe,
,, Quum ſe timide ſub Equum fabrefactum recepiſſet: quem condiderint
,, Palladi, offenſæ propter haſtigeros Troianos.

Ante molem ingentis Equi, velut eam trahentes funibus duo ponuntur homines, vice multorum, qui non potuerunt in anguſto loco Schematis effigiari. Ante duos hoſce trahentes Equum, ſiue Græci ad muros vrbis Troiæ, ſiue Troiani potius ad portam diſruptam, duo ſunt alij ſimiliter ad inſtar multorum adorantium genuflexi cum Sacerdote ſtante ſacrificanteue; de quibus ita Dictys: *Dein Equum compactum affabre confixumque ad muros mouent. Nunciatum Troianis, vt cum ſumma religione ſuſciperent, Minerua ſcilicet ſacrum dicatumque. Quare magna vis hominum portis egreſſa, ſumma lætitia, ſacrificioque donum excipit, attra-*

hinque propius mœnia. Sed postquam magnitudine operis impediri per portas ingressum animadvertere, consilium de struendorum desuper murorum capiunt; neque quisquam secus pra- A
tati studio decernebat, &c. In ipsa vero murorum fractura sepulchralis est vrna, qua designantur cineres Laomedontis olim supra Troiæ portam Scæam conditi, per quam diffractam cum muro Durius Equus introductus est; de quibus cineribus ita Boccatius in sua
[i] lib. 6. c. 14. Deorum Gentilium Genealogia: [i] *Nam dicit Seruius Priamum sic egisse, vt pro rato haberet secundum Plautum, tribus stantibus rebus, Troiam capi non posse, vita scilicet Troili, Palladij conseruatione, & Laomedontis sepulchro integro, quod in porta Scæa fuit.* & inferius
[k] l. 11. c. 11. de Vlyil dicit: [k] *Suo opere Laomedonteus cinis, qui super Scæa porta Ilionis seruabatur, cau-*
Caput Virginis cum. V. subscripto quid, *te sublatus est.* At supra sepulchralem vrnam Virginis caput, cum subscripto velut in tabel-
la grammate Latino. V. mihi designat Cassandram Vatem, siue Cassandræ Vaticinium veridicum, sed non creditum de Troiæ destructione per introductionem Equi Duratæi; de quo
[l] Æneid. 2. Cassandræ vaticinio sic post Dictym, & ex eo Virgilius [l]

[Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris
Ora, Dei iussu non vnquam credita Teucris.

& ante Virgilium Tryphiodorus ita: B

Sic hi ante vrbem clangore & tumultu
Duxerunt in arcem grauidum intus Equum.
Virgo vero Cassandra e thalamo a Deo producta, non amplius
Volebat manere intra thalamos: effringens vero repagula,
Ferebatur quasi bucula expedita, & velùti œstro percita,
Aculeus quam sauciauit boues vexantis œstri:
Ipsa vero bucula neque ad gregem accedit, neque pastori
Obtemperat, neque pabulum deliderat; sed iaculo
Acuto sauciata bouum transit septa.
Talis erat etiam virgo Cassandra vatidici impetus stimulo
Errans corde, sacram concutiebat laurum:
Vbique vero mugiebat per vrbem, neque parentes,
Neque amicos curabat; reliquit namipsam virginem pudor. C
Non sic Thressam mulierem in saltibus
Dulcis tibia in montibus culti Bacchi excitauit:
Quæ quidem adeo Baccho excitata, vagabundum oculum intendit,
Nudum quatiens caput nigra hedera:
Sic ipsa quidem errabunda monte exiliens
Cassandra, recenter prodiens faciebat: frequenter autem comas
Lanians, & pectus, exclamauit furiosa voce:
O miseri Troiani, quare istum detestandum Equum ducentes,
Miseri furore agimini, & extremam ad noctem
Properatis, & belli finem, & inexcitabilem somnum?
Hostium hic Equus Martius est. Ipsi vero scilicet nunc
Somniorum parturigenes miseræ Hecubæ partu edentur,
Et desinet etiam annus qui excidium distulit bello soluto, D
Troianis enim adest principum Græcorum dolus, quos ad bellum
Armis coruscantibus sub obscurissimam noctem
Pariet fortis Equus. In terram vero modo prosilientes Græci ex Equo
Ad prælium festinabunt ipsi consummatissimi bellatores.
Non enim Equum conflictantem cum partus doloribus releuantes
Editis viris per noctem iuuabunt mulieres:
Ipsa vero Lucina fiet quæ ipsum Equum fabricauit:
Ventrem vero prægnantem aperiens exclamabit
Minerua vrbium vastatrix, obstetrix partus luctuosi Troianis.
Atqui purpuream voluitur intra parietes Troiæ

Sangui-

A Sanguinis effusi pelagus, & fluctus cædis.
Vinculaque nectuntur circa manus miserarum mulierum
Infinita. Latet vero sub Equo ignis occultatus.
Væ mihi propter meos dolores, væ mihi propter patriam vrbem:
Mox enim mihi exiguus cinis erit: perit Troia opus
Deorum, radicitus pereunt fundamenta Laomedontis aui mei.
Te etiam pater Priame lugeo, qualia mihi nunc
Ambo sustinebitis? Tu quidem pater misere cadens
Iacebis apud magnam Aram Hercei Iouis:
Tu vero, o mater, liberis præstans, tua de mortali forma
Dij rabidam canem facient post liberos interemptos?
Diuina Polyxena te quoque prope patriam terram
Mactatam paulum lugebo. Vtinam debuisset aliquis
Græcorum post tuos luctus me etiam ipsam occidere,
Quæ enim mihi vtilitas vitæ est huius, si me reseruat longius
B Miseriori morti? Hospita namque me teget terra,
Qualis vero mihi domina erit, ipsi etiam regi dona,
Donum inquam texit Agamemnoni, pro tot laboribus
Ceterum nunc mihi considerate, hæcque noscite omnia,
Et nebulam noxæ insipientes abstergite.
Rumpatur securibus corpus ampli EQVI,
Aut igni comburatur. Hostilia vero corpora occultans
Pateat, & magnus rogus fiat Græcis:
Et tunc mihi conuiuamini, & ad choream excitamini,
Statuentes crateras libertatis amabilis.
Ipsa quidem sic locuta est: ei vero non quisquam obtempera-
bat. Ipsam namque Apollo
C Simul & bonam vatem, & suspectam reddidit.
Eam pater Priamus increpuit minatus verbis:
Quis te iterum improbam vatem infaustus dæmon huc adduxit
Confidentem, impudentia prædita? frustra namq; vaticinaris quæcunq; dicis.
Nondum tibi defatigatus est animus insano morbo,
Neque saturatus est turpibus furoribus?
Ceterum etiam nostris conuitijs molesta
Aduenisti, quando omnibus liberum diem exhibuit
Nobis Iupiter Saturnides, & dissipauit naues Græcorum?
Neque amplius longæ hastæ vibrantur, neque arcus
Intenduntur: nec armorum strepitus adest: silens etiam sagitta:
Verum choreæ, carmina mellisona, vt in victoria adsunt.
Non mater propter filium luget, neque ad pugnam
Mulier virum iuuenem mittens plorat vt vidua.
D Minerua vero tutelaris suscepit EQVVM adductum,
Ipsa virgo bellicosa. Tu autem ante ædes proruens,
Mendacia vaticinata, & inutilia patriæ tuæ,
Laboras temere, & vrbem lætam turbas.
Male pereas: Nobis vero choreæ, conuiuia, & carmina curæ sint.
Non enim amplius Troiæ sub mœnibus metus relictus est:
Neque amplius indigemus vatidica tua voce.
Sic locutus, iussit abducere desipientem virginem
Intra penetralia thalami. Vix vero & inuita, patri
Obtemperabat. Virgineum autem in lectum procidens
Plorabat cognoscens suum fatum: videbat enim iam
Patriæ ardentis in mœnibus grassantem ignem.]

Hanc igitur Virginem Vatem Cassandram in Schemate nobis expressit Autor capite puellæ mœstissimæ, sub quo depinxit in tessera virimque interpunctum. V. forte signans. V. geminatum, quasi diceret Virgo Vates, aut Veridica Vates; mœsta, quia fidem sibi negari sentit, a quibus maxime præstari debuerat. Immo forsan terna illa sub equo locata, & ad inuicem implicata V (nisi quis ad ornatum posita voluerit) signare possunt eandem Virginem Vatem Veridicam: simul & Vulcanum, qui Troiam concremauit: & Junonem, cuius odio Troia fuit euersa, ob prælatam sibi Venerem; etenim numerus Octonarius Vulcano dicatus, & Iunoni, scribitur a Bongo tractante de Mystica Numerorum significatione; ita, Virgo Vates Veridica Vaticinata Vindictam Vxoris Vulcano Victore. Tot ergo mysterijs fœtæ sunt imagines in Schemate; quo pariter docemur & Hostium dona semper esse mala, dolosaque: & Aduersus hostes in bello iusto, (quale fuit Græcanicum in Troianos, Helenæ raptores, iniustosque detentores) dolis atque viribus vtendum. Verum enim vero Græci, vt vehibere potuerunt iustam causam inferendi belli Troianis, ob iniuriam Helenæ raptæ, nec non eos decipiendi, qui violato nequiter Hospitij iure, seductam Hospitis vxorem abduxerunt in Asiam; attamen suas fraudes bellicas Equi Durij donario Palladi dicato tegere, nefarium omnino fuit, & sacrilegium: Vnde licet Victores, Troia deleta, multas primarias feminas Asiæ, pro vna Græca, duxerint captiuas in Europam; quicunque nihilominus fallacis Donarij suasores, & comprobatores extiterunt, ac eius ventrem dolose repleuerunt, omnes ad vnum a Troianis incendijs infaustum in patriam reditum expeuti sunt, qua naufragi vndis absorpti, qua peiori quoque sorte, fatoque prorsus infelici fortunis, & honore spoliati, domesticaue infamia notati, & a proprijs interempti filijs, vel vxoribus adulteris. Respuit enim Numen fraudibus hominum cooperari, fauereque dolis. Hoc euentu monitus, donaria sine dolo, pura mente, synceraque voluntate, pietatis officium Deo, Diuisque præstare didici; namque inter sacras supellectiles in Sacratio Diui ANTONII de Padua votum

D. O. M.
Scriptorium Calamum Aureum
Adamante Illustrem
Cum Epigraphe ÆT. S.
Venatione Sapientiæ Cælatum
Ab EDOARDO BARONE HERBERT
De Cherbury In Anglia
Et Castri Insulæ De Kerry In Hibernia
Pari Vtriusque Regni
Nobili Philosophiæ Instauratore
Munus olim sponte missum Honoris ergo
Tanquam Aeterna Scribenti
FORTVNIO LICETO

Æternorum Scriptori Vere Diuino
DIVO ANTONIO CONFESSORI
Multiplicis Gratiæ Memor
LICETVS
Donarium Dicauit
Ann. Sal. M DC LII.

Enim

A Enim vero ſacra Diui ANTONII monumenta ſidereæ doctrinæ aureo calamo ſcripta ſunt, adamantino candore puritatis, indomitoq; firmitate veræ pietatis: & aſſiduis meditationibus, atque laborioſis concionibus venationem æternæ ſapientiæ ſimul & animarum non irritam exercuiſſe videntur. Ad quod munus alludens Cl. V. Claudius Berigardus Molinenſis Gallus, in Patauino Lyceo Philoſophiæ Profeſsor Primi-Par, accinebat:

„ Aurea penna tibi iam pridem miſſa, LICETE,
„ Aurea ſcribenti dogmata, prima fuit.
„ Altera ſcribenti Gemmas gemmata paratur:
„ Nec calamo diſpar aurea pyxis erit.
„ Vtraque iuncta ſimul decus eſt ſublimibus alis,
„ Quas tibi Dedalea tutius arte paras.
„ Nam gemmæ decorant aurum, decorantur ab auro,
„ Quæque premunt alios, te ſuper aſtra vehunt.

Sed ad priſca noſtra Hieroglyphica Gemmarum Anularium iam redeamus.


B

Virorum Heroica virtute præſtantium vultus apud antiquos memoriæ, ac imitationis ergo paſſim effigiatos haberi.

Schema XLIII. Gemmæ.

C

D



ACHILLIS *effigies Martiale illud et bellicum ſpirans, quod ab Homero, Papino aliiſque deſcribitur. In auerſa Numiſmatis parte Dea marina Tethis eſt, filio ſuo arma a Vulcano afferens cum inſcriptione* ΜΗΤΡΟΣ. ΠΗΛΕΙΔΟΥ *id eſt* MATRIS. PELIDÆ. *Peleus enim Tethidos maritus fuit et Achillis parens. Apud Petrum Stephanonium.*

Achillis

Digitized by Google

Achillis imago qualis, & cur in Schemate.
Cap. CXXXV.

A

VEre quidem Anonymus ait de Schemate: *ACHILLIS effigies, Martiale illud, & bellicum spirans, quod ab Homero, Papinio, aliisque describitur: In auersa Numismatis parte Dea marina Tethis est, sine filio arma a Vulcano afferens, cum inscriptione* ΜΗΤΡΟΣ ΠΗΛΕΙΔΟΥ: *id est, MATRIS PELLIDÆ: Peleus enim Tethidos maritus fuit, & Achillis parens.* Quibus addere lubet, vidisse me consimile penitus Numisma non ita dudum in Museo Cl. Viri Ioannis Galuani I. C. Patauini, cimeliorum antiquorum studiosissimi. Facies Achillis a Darete Phrygio descripta similis est effigiatæ in Schemate; dicit enim, post delineatos Heroes illos a se visos, qui militarunt ad Ilium: *Achillem pectorosum: ore venusto: membris valentibus: magna vi brachiorum: bene crispatum: clementem: in armis acerrimum: vultu hilari: largum: dapsilem: capillo myrteo.* Nam oris venustas, clementia, vultus hilaritas, larga, & dapsilis apparet in facie. Capillorum crispitudinem occultat galea. Qui sint myrtei capilli nobis ignotum. Nisi dicamus ad cæruleum colorem inclinantes vtcumque, ratione Matris; etenim marini Dij cæruleis capillis finguntur. Cetera signa nō possunt ex vultu simplici cognosci, qui solus habetur in Schemate. Nō est omittendum, apud antiquos passim virorum heroica virtute, seu militari, seu quauis alia præstantium, capita, vultusq; cōsueuisse tum in anulorum gemmis, tum etiam in Numis cælari, ad cultum, & imitationem virtutis eorum: Qua de re fuse tractauimus in opere nostro de Anulis Antiquorum,[a] Prærogatiuæ autē, ac dotes & multæ, & magnæ Achillis, adeo notæ sunt, vt operæpretium non sit, huc eas e classicis referre. Illud tamen ab Antiquarijs aueo nosse, quando, & vbi, & a quo cusa primum fuerit ista moneta vetus cum Achillis capite galeato, & cum eius matre Tethide filio arma deferente in parte Numismatis posteriore.

B

[a] cap. 27.

Perſei ſimulachro cur ſignauerit Alexander, & cur vſi veteres in Numis.

C

Schema XLIV. Gemma.



pud Petrum Stephanonium. In Gemma

D

Digitized by Google

De Anulis, quos ad signandum habebat Magnus Alexander. Cap. CXXXVI.

A

ANonymus intactum reliquit hoc Schema. Nobis tamen ipse Stephanonius proponens imaginem Persei sculptam in Gemma, præbuit ansam coniiciendi fuisse in Anulo sigilli, quo Magnus Alexander signabat literas in Europam mittendas; nam vt ait Alexander ab Alexandro [a] & ante illum Plinius [b] de Magno Macedone: *Ipse tamen Alexander, deuicto Dario, quas destinabat in Asiam literas, Darÿi Anulo imprimebat: quas vero in Europam, suo.* Suus autem erat habens imaginem Persei Ataui sui; cuius in honorem coronari voluit etiam Perseæ frondibus; vt ait Plinius: [c] *Perseam quoque plantam eruditiores negauerunt ex Perside propter supplicia translatam, sed a Perseo Memphi satam. Et ob id Alexandrum illa coronari victores ibi instituisse, in honorem ataui sui.* Quapropter admodum probabili coniectura dicere possumus, Alexandrum anulo suo signatorio gestasse imaginem ataui sui Persei, ad cuius honorem voluit milites victores coronari frondibus Perseæ stirpis, quæ inde nomen traxerit, quod a Perseo atauo suo primum sata fuerit apud Memphim. Ceterum non caret etiam probabili ratione, quod asserere possemus imaginem ataui Persei sculptam fuisse dudum ab Alexandro in Numismate, quod cudi curauerit; etenim eius rei testimonium non obscurum nobis exhibere videtur ipse Plutarchus agens de Fortuna, siue virtute Alexandri, dum introducit eum cum Diogene colloquentem in hæc verba: [d] *Nunc ignosce nobis, Diogenes, Herculem imitor, Perseum amulor, Bacchique qui Deus autor mei est generis, inharens vestigijs, rursus in India vincentium Græcorum choro volo ponere & apud Montanas agrestesque trans Caucasum gentes Bacchi comessationum memoriam renouare. Sunt & ibi quidam dura philosophia nudato corpore adsueti, viri sancti, & suo iure viuentes, Deo operam dantes, Diogenem vilitate rerum suarum superantes, nulla pera indigentes: Non enim recondunt alimentum, quod ijs terra subinde recens suggerit, potum fluuij, folia ab arboribus defluentia, & herbae terra enascens lectum. Per me & hi Diogenem cognoscent. & ipsos Diogenes Oportet etiam me Nomisma cudere, & barbarica e materia factum Græcanica forma Reipublicæ signare.* Quid ni ergo in tali suo Nomismate Persei ataui sui imaginem Alexander effingi curauerit, qualis in Schemate visitur? At vero deinceps etiam, nulla relatione ad Alexandrum habita, potuit Antiquitas Persei virtutem venerari passim eius imagine sculpta, pictaue vel in gemmis, vel in tabulis; quod alijs heroica virtute præstantibus euenisse constat, & Epicuro speciatim, vt admonet M. Tullius [e] in ea verba: *Nec tamen Epicuri licet obliuisci, cuius imaginem non solum in tabulis, sed & in poculis, & in Anellis habebant.* At quanto celebrior Epicuro Perseus? optime Schematista Perseo dedit alas in capite, quia fingitur habuisse non solum talaria, quæ spectari nequeunt in imagine carente pedibus, at etiam petasum a Mercurio, sic asserente Hygino [f] *Perseus. Hic nobilitatis causa, & quod inusitato genere concubitionis esset natus, ad sidera dicitur peruenisse. Qui missus a Polydecte Magnetis filio ad Gorgonas, a Mercurio, qui eum dilexisse existimatur, talaria & petasum accepit.* Melius Albricius, explicans Deorum imagines, *Perseus*, inquit, *etiam filius Iouis inter Deos annumeratus est; qui rex Asiæ diues & prapotens, qui & nauibus multas regiones transiuit & Africam debellauit: Qui & tres sorores illud regnum tenentes sua sapientia occidit, quæ Gorgones dictæ sunt: quæ vnum solum oculum habentes, homines se aspicientes vertebant in saxa. Hic enim tali imagine figurabatur. Erat homo iuuenis, alatus & volans quasi nauis discurrens, & clarum vtens volatu: cui assistebat Minerua sapientiæ Dea, &c.* Profecto Schematista scite potuit Alas in capite, cetera pileum, tum quod Alæ pars viuentis corporis existunt, non inanimati pilei: tum quod alludere voluit ad vela nauigiorum, quæ super antennas in celsiore parte nauigij spectantur? Non inepte tamen ad hunc sensum illi talaria dedit Ouidius, accinens:

„ . . . . . Pennis ligat ille resumptis
„ Parte ab vtraque pedis, teloque accingitur vnco,
„ Et liquidum motis talaribus aera findit.

Nam & nauigiorum remi pedum instar habentur, a quibus e salo, dum eleuantur a nautis, depen-

B

C

D

[a] lib. 2. c. 19.
[b] lib. 37. c. 6.
Alexander cur vsus Anulo cum imagine Persei.
[c] lib. 15. c. 13
Victores milites suos cur perseæ frondibus coronari voluerit Alexander.
[d] Orat. 1.
philosophorum Indorum vita.
Numisma Alexandi
[e] 5 de finib.
Alas in capite Persei cur posuit autor.
[f] l. 2. 2.

dependent velorum, & alarum instar aquarum tenuatæ veluti telæ: de quibus in Idyllio Noctis Etrusco nos olim: A

„ Di lucid'or sò balenar le stelle:
„ E d'Anfitrite i veli,
„ Che pender veggio da gli alzati remi.

Panos Hieroglyphica, de Sermone, deque Vniuerso declarata.

Schema. XLV. Gemma.



B C

Pan primus calamos cera coniungere plures
Instituit: Pan curat oues, ouiumque magistros.
Apud Petrum Stephanonium in Gemma D

Platonica Panos explicatio de conditionibus, & propria natura Sermonis humani proponitur. Cap. CXXXVII.

ANonymus respiciens ad Sytingam, & pedum in manibus Panos, eum celebrat primum inuentorem sonoræ cicutæ, simul & Pastorem gregis. Nos autem mysticum allegoria sensum allaturi, primo Platonis opinionem indicabimus, qui Pana Sermonem interpretatur, Mercurij filium, hoc est intellectus humani, verbis ipsissimis ex interpretatione
In Cratylo „ Cornuti * HERM. Profectò recte mihi videtur Cratylus dicere, me non esse Hermo-
„ genem. Nequaquam enim bonus sermonis artifex sum. SOC. Et quod Pan sit Mer-
„ curij

A ,, curij filius geminæ naturæ, consentaneum est. HERM. Quomodo vero istud? SOC.
,, Nosti quod λόγος, id est sermo τὸ πᾶν, id est totum significat, & circuit ac versat sem-
,, per, & geminus est, verus ac falsus. HER. Maxime. SOC. Quod igitur verum est ex
,, ipso, id leue est ac diuinum, & superne habitans inter Deos: quod vero falsum, inferne
,, inter vulgus hominum, & asperum & hircinum. Hic enim plurimæ fabulæ & mendacia
,, sunt circa tragicam ac hircinam vitam. HER. Maxime. SOC. Recte igitur is qui totum
,, significat, & semper versat, Pan fuerit caprarum pastor, id est, δίπολος geminæ naturæ,
,, Mercurij filius, supernis partibus leuis, infernis asper & hirco similis. Et est Pan aut ip-
,, se Sermo, aut Sermonis; frater siquidem Mercurij filius est. Fratrem autem esse fratri si-
,, milem, nihil miri est. Sed in Schemate noster autor ad indicandum sermonem vsus est pe-
culiari quadam ratione sonora Fistula, quam in manu Panos apposuit. Quam forte consulto
quadricannem effinxit, quod in sermonis efformatione quaternæ partes oris humani præci-
pue concurrunt, lingua, labia, dentes, & larynx. Tetigit autem Plato primariam causam
sermonis effectricem, quam ait esse Mercurium, Deum scilicet facundiæ, disciplinarumque,
cuiusmodi est Intellectus humanus. Optima vero ratione ponit Pana vel esse sermonem,
B vel sermoni simillimum fratrem, vtrumque filium Mercurij; quoniam humana mens primo
generat in se rerum omnium conceptus, deinde sermonem producit eosdem conceptus
primogenitos indicantem. Quam doctrinam aperuit Aristoteles alicubi [b] scribens: *Sunt*
ergo ea, quæ sunt in voce, earum quæ sunt in anima passionum nota: & ea, quæ scribuntur,
eorum quæ sunt in voce. Et quemadmodum nec litera omnibus eadem, sic nec eadem voces.
Quorum tamen hæc primum notæ sunt, eadem omnibus passiones animæ sunt: & quorum hæ
similitudines, res etiam eadem. Intercedit igitur inter sermonem, & animi conceptum,
non identitas naturæ, sed solum similitudo magna. Quare Plato sapienter ait Pana Mer-
curij filium esse vel Sermonem, vel sermonis fratrem simillimum ab eodem parente Intelle-
ctu prognatum.

Pan cur Mercurij filius dicitur.
Pan cur sermo dicatur, vel sermonis frater.
[b] 1. periher. cap. 1.
Cõceptuum cum sermone similitudo.

Alia Panos explicatio de Vniuerso proponitur.
Cap. CXXXVIII.

C

TEtigit Plato quidem aliam Panos mysticam significationem in allatis e Cratylo verbis, asserens Pana signare Totum, quod assidue circuit; cuiusmodi Mundus est Vniuersus. At vero latius de proposito Pierius ex antiquioribus, dum ait: [a] *Atque ea potissimum ratio est, cur Pana Deum ex hieroglyphico stellarum intelligi contendebant: Quin & pectus eius varijs insigne stellis effingebant; quum omnino per Pana totam rerum naturam interpretarentur. qua de causa & fistulam septem calamis compactam, propter errorum totidem concentum, ori eius apponebant: de quo apud Orpheum plura. Probo autem idem & Pan, & Iupiter est, quod* πᾶν *Omne, vniuersam quippe, vt dictum est, naturam significet. Propterea vero & hinnulea pellis varietate tegi solitum aiunt, vt ex maculis referri stella videantur: de quo in Serpentis commentario plura.* Cælius autem Aug. Curio sic ex Eusebio, Phurnuto,
,, & Seruio classicis autoribus: Vniuersum, vel Mundus. Pana, quem & Inuum & Fau-
,, num vocauere; sic pingebant veteres: Caprina facie, rubro colore, hirtis cornibus,
D ,, varia Pantheræ pelle indutum, infima sui parte hispida, & caprino pede: altera manu
,, fistulam septem calamorum tenentem, altera pedum, siue baculum incuruum. Hacque
,, figura Vniuersi symbolum contineri volebant. Facies enim rubens æther significat:
,, bina cornua Solem, & Lunam: pantherræ pellis cælestium siderum varietatem: Pars
,, eius inferior hispida fingebatur, propter arbores, virgulta, & feras: Caprini pedes
,, terræ soliditatem ostendunt: Fistula septem calamorum harmoniam cæli, in qua septem
,, toni sunt, & septem discrimina vocum: Virga recurua animum, qui in se recurrit: &
,, & ideo πᾶν, id est totum, est appellatus. Sic autem symbolum hoc interpretantur Eu-
,, sebius, Phurnutus, & Seruius. Quam sententiam pluribus non vno in loco tractauit
Natalis [b] in sua Mythologia. Primus, a quo desumperunt omnes Orpheus cecinit:

[a] l. 4. hier.

[b] lib. 5. c. 6. lib. 10.

,, Pana voco fortem, mundi integrum,

,, Cælum, & mare, & terram omnium reginam,
,, Et ignem immortalem: illa enim membra sunt Panis. A

Schematis explicatio. Manu dextera pedum tenet, symbolum axis Vniuersi. cubitum dextræ manus tenia, seu fasciola vinctum gestat, quod axis Mundi sit id, ad quod omnia veluti colligata mundi corpora versantur assiduo rotatu. Sinistra manu syringam quatuor calamorum continet, quod mundus, ac cælum in se, suaque potestate contineat quatuor elementa nostratia: de quibus

e 3. Metam. ita cecinit Ouidius e

,, Quatuor æternus genitalia corpora Mundus
,, Continet. ex illis duo sunt onerosa, suoque
,, Pondere in inferius tellus atque vnda feruntur:
,, Et totidem grauitate carent, nulloque premente
,, Alta petunt aer, atque aere purior ignis.
,, Quæ quanquam spacio distanti, tamen omnia fiunt
,, Ex ipsis, & in ipsa cadunt: resoluraque tellus
,, In liquidas rarescit aquas: tenuatus in auras
,, Aeraque humor abit: dempto quoque pondere, rursus B
,, In superos aer tenuissimus emicat ignes:
,, Inde retro redeunt, idemque retexitur ordo.
,, Ignis enim densum spissatus in aera transit:
,, Hic in aquas: tellus glomerata cogitur vnda.

Sic in fistula quadricanni duo maiores calami grauem sonum edunt, duo minores acutum: ex omnibus adinuicem temperatis harmoniæ concentus emergit. Ad hanc harmoniam indicandam veteres Pani, Satyrorum deo, pastorumque numini, dedere Syringam septem calamis imparibus constructam: de qua Virgilius in Alexi:

,, Pan primus calamos cera coniungere plures
,, Instituit:

Signabant autem antiqui Syringe septem calamorum æthereum orbem, septenis planetarum sphæris harmonice coniunctis coagmentatum: vt quadricanni Fistula mundum subcæleſtem, quatuor elementorum corporibus concinnatum sub mira proportione fere decu- C

* 2. de gen. t. 37. d Syn. 15. pla, doctore * Aristotele. Circumposuit autem aptissime Schematista figuræ Panos arboris Pineæ ramos, tum quod, vt obseruat Gyraldus: d *Pinum arborem Pani attribuit Constantinus in lib. XI. Geoponicon, vbi & fabulam exequitur Pitys puella, in hanc arborem mutata.* Phurnutus autem, præter alia multa de Pane, tanquam de Mundi Symbolo, *Et additur*, inquit, *ei corona, pinea fronde contexta; quando montanum quiddam ac magnifi: cum habet hæc planta*: tum maxime quod mundus demum veluti succisus vltore Deo per

Pan cur pinu coronatus. Pinus resisa non repullulat. e lib. 52. ignem, nunquam amplius ad pristinam formam atque naturam sit restituendus; etenim ea proprietas est arboris Pineæ, vt semel excisa nunquam repullulet: ita sane Valerianus De Pinu e suis in Hieroglyphicis: *Et Pinum non paruam habere cum Cupresso similitudinem, exploratum est: Nam mortis ipsa quoque indicium est: de qua idem obseruatum vbique, arborem excisam semel minime suppullulascere.* & mox. *Herodotum nonnulli carpunt, quod solam piceam præfectam non repullulare dixerit; quum & cupressum, & alias quasdam plantas ipsi agnoscant, quæ idem patiantur. Sed quan-* D

Cupressus cur symbolū mortis. *tum ad Cupressum attinet, diximus nos Herodotum ad Creticam respexisse, quos repullulare constans fama est. De Pinu vero, quod Staphylus Pini more dixit, pro abo-*

Cupressus Cretica excisa repullulat *litione, excidioque supremo, in memoriam adducit terribilem eam Croesi denunciationem, qua per Caduceatorem Lampsacenis interminatus est, eos vt pinum exterere, nisi Miltiadem, quem per insidias ceperant, missum facerent. Quumque Lampsaceni inter se quærerent, quid illud esset, quod Rex se vt pinum diceret extriturum, a grandiore natu cine edocti sunt, eam arborem semel excisam nunquam amplius suppullulascere. Quod illi excidium veriti Miltiadem cõfestim e vinculis exemptum liberum abire permiserunt.*

Pinus vt sit imago totius mundi. Quin etiam D. Ambrosij notatu, Naturæ totius imaginem refert Pinus; cuius nux flammæ speciem imitatur, lacunatis in turbinem toris reticulato opere circumductis. Mundi ve-

ro ty-

A ro typum esse Pana, latius etiam ostendit Phurnutus, a quo plurima, præter allata, desumpsere scriptores alij, sicut ipsemet ab antiquioribus Classicis. Illud tamen in Schemate nostro mirum obseruo, quod quum ab omnibus Pan audiat salacissimus, & procax Nympharum sectator, absque signo virilitatis effictus fuerit. An quia scopus fuit Autori Pana sumere, non pro Vniuerso, rerum omnium feracissimo genitore: sed pro Sermone, cuius natura sterilis est, neque res vllas de se producit? Dubio procul Aristoteles *f* ostendit oratione res non mutari, neque gigni.

Pan cur sine virilitate in Schemate.

f Præd. subst. 2.

De Schemate nostri Mercurij Pana fugientem comprehendere satagentis. Cap CXXXIX.

NOn est a me prætereundum hoc in loco, quod ad me de proposito scripsit Amicus: & quod illi responsum dederim: perscripsit enim in hanc plane sententiam:

B *Cl. Viro Fortunio Liceto Ioannes N. Salutem.*

Confabulabamur non ita dudum ad inuicem amici de Symbolis, quæ passim apud eruditos Italico nomine nuncupantur *Impreſe*: forteque tuum, Cl. Licete, inter alia venit ad mentem, quo consueuisti tuorum operum vestibulis appingere Mercurium, qui Pana concitatiore cursu fugientem insequens apprehendere nititur, cum epigraphe, FORTASSE LICEBIT, in hanc effigiem:

C



D

Et quamuis Ioannes Ferrus, agens ex professo de Symbolis huiusmodi suo in opere, cui titulum fecit, *Teatro delle Impreſe*, tuum hoc approbauerit verbis ipsissimis: *Mercurio, dipinto col ſuo capello, & altri ſuoi ornamenti, per conoſcerlo, in atto di afferrare & ritenere il Dio Pane, preſo allegoricamente per la Natura & il Mondo, cõ parole, FORTASSE LICEBIT, è di Fortunio Liceti, famoſiſſimo Filoſofo, & publico Lettore nello Studio di Padoua, alludendo col motto al ſuo nome & cognome.* Quin etsi vnus e nobis attestaretur, se Romæ dudum in Illustrissima Humoristarum Academia audiuisse, tuum id Symbolum encomijs perhonorificis exceptum, & exornatum: Nihilominus inter nos fuit, qui censuerit, ista corpora, licet phantastica, non admitti plane a regula: pingique debere locum, ad quem se se recipiat Pan iste fugiens, vt Antrum. Alter optauit, Nomen Academicum adiungendum fuisse Sym-

bolo. Singulique conuenimus, Te percunctari de proprio scopo tui formosi Schematis; mihique fuit id oneris impositum a sodalibus. Quare gratum feceris vnicuique nostrum, si luculentius tuam sententiam aperueris in proposito. Vale, & me ama, A

Responsio Liceti de fine ac forma sui Symboli literarij.
Cap. CXL.

Eruditissimo Viro Ioanni N. Fortunius Licetus B. A.

EQuidem, eruditissime vir, etsi video Cl. Ferrum satisfacere posse tuo sodaliumque desiderio, qui nostis vniuersale iam axioma, *Standum esse peritis in arte*: non verebor tamen vestra iussa capessere, vobisque mentem meam in hoc Symbolo, eiusque formam latius explicare. Profecto qui iam quinquaginta totos annos philosophica scripturio simul & lectito, sessitans super exedras publicas celebriorum Italiæ Academiarum, nunquam non Occupatus in literario negocio, dicamne ocio? Fortunius Licetus erecto Symbolo significare volens ego nõ solum Intellectum viri Philosophi, semper anhelantis ad omnium rerum cognitionem, & Occupati iugiter in obiectorum intelligibilium Vniuersi comprehensione: verum etiam Artem propriam publici Lectoris: proposui lubens in erecto Schemate, Deum Mercurium in ætate senili, sed virilitate satis excitata, qui curreret apprehensurus Deum Pana fugientem a facie subsequentis: dedique Symbolo propriam, vt aiunt, animam epigraphe, FORTASSE LICEBIT: assumpto nomine inter Academicos, vt fit, Italico, L'OCCVPATO. Quod sane Symbolum in euulgatis meis operibus passim prostantibus, ne læderentur Idiotarum oculi, qui non penetrant interiora mysteria, sed sistunt in externo cortice rerum, Mercurium habet verso tergore, non obuerso ventre; qua in re libuit Apellem imitati, qui, vt ait Plinius [a] ne Regem offenderet, *pinxit & Antigoni Regis imaginem altero lumine orbam, primus excogitata ratione artis condendi; obliquam namque fecit, vt quod corpori deerat, picturæ potius deesse videretur: tantumque eam partem de facie ostendit, quam totam poterat ostendere.* Quam quidem imaginem apud Coos æuo suo seruari Strabo [b] testatur, simulque in promontorio Lactere nuncupato dicens: *Lacter ad XXV. stadia adijcit nauigationi in suburbio Æsculapij est ades, celebre admodũ phanũ, vt multis donarijs plenum, in quibus est etiam Apellis Antigonus.* Cæterum Mercurius in Academiæ Symbolo mihi pictus est iuxta Platonici, Pierij, vetustiorumque normam, ad exprimendum vtrumque meum finem. Hoc sane Symbolum in primo sensu desumptum est a Plotino scribente: [c] *Sola species est fœcunda; natura vero altera sterilis. Hinc priscos, vt arbitror, sapientes in varijs mysterijs id subobscure significantes, antiquum Mercurium introducunt, instrumentum generationis adoperis effectum semper habentem; generationem vero in sensu declarantes intelligibilem rationem.* Sed Mercurii statuam olim Græcos posuisse cum erecta virilitate, notat etiam Herodotus in Euterpe scribens: [d] *Hos inq. ritus, & alios præterea quos ego referam, Græci sunt ab Ægyptijs mutuati. Sedent Mercurij statuam facerent porrecto cum veretro, non ab Ægyptijs, sed a Pelasgis didicerunt; & primi quidem ex omnibus Græcis Athenienses; in quorum regione permisti Pelasgi habitant, ex quo cœperunt pro Græcis haberi. Hæc quæ dico, quisquis Cabirorum sacra imitatur, quibus Thraces initiantur, nouit a Pelasgis esse sumpta. Nam Samothraciam quondam incolucrunt hi Pelasgi, qui cum Atheniensibus vna habitauerunt, a quibus orgia Samothraces acceperunt. Itaq. primi e Græcis Athenienses, a Pelasgis edocti, statuas Mercurij erecta virilia habentes fecerunt. De qua re Pelasgi sacrum quendam sermonem retulerunt, qui in Samothracia mysterijs declaratus est.* Is autem, meo iudicio fuerit, quem ex Plotino, vel Plutarcho nuper attulimus. Nisi velimus eum esse, de quo Macrobius etiam in Saturnalibus, dum probare studet Mercurium apud Antiquos idem esse, quod & Sol, omnem fecunditatem rerum promouens, his notis: [e] *Pleraque etiam simulachra Mercurij quadrato statu figurantur, solo capite insignita, & virilibus erectis; quæ figura significat Solem mundi esse caput, & rerum satorem; omnemque vim eius non in quodam diuisorum ministerio membrorum, sed in sola mente consistere, cuius sedes in capite est. Quatuor laterculis eadem ratione finguntur, qua & tetrachordum Mercurio credi-*

[a] lib. 35. c. 10 Antigonus Iuscus, vt ab Apelle pictus.

[b] lib. 14.

[c] En. 3. lib. 6. cap. 19.

[d] cap. 51.

Mercurium qui primi fecerint cum erecto veretro.

Mercurij statuæ cur cum extenta virilitate.

[e] lib. 1. c. 19. Mercurius cur quadrato lapide cũ solo capite, ac pene fictus.

Tetrachordũ cur Mercurio dederint

tur

Digitized by Google

A *tur attributum; quippe significat hic numerus vel totidem plagas mundi, vel quatuor vices temporum; quibus annus includitur; vel quod duobus æquinoctijs, duobusq. solstitijs Zodiaci ratio distincta est.* Consimiliter in Opusculo, cui titulum posuit, An Seni sit gerenda Respublica. Plutarchus ait: *f Eam ob causam etiam Mercurios, seniores, sine manibus & pedibus, rigente fascino fingunt: hoc ænigmate indicantes, minime hoc a senibus requiri, vt corporis seruitia obeant, modo ijs ratio (vt conuenit) efficax sit & fecunda.* Qui sensus plane congruere videtur cum Plotiniano. His adiungitur etiam Cœlius Rhodiginus, asserens in suis antiquis lectionibus: *g Mercurij statua colebatur veretro porrecto.* Hactenus abunde satis de Mercurio symboli nostri dictum esse censeo. Quantum autem ad Deum Pana, non solum Pierius infit: *h Hieroglyphicum erat & Panis signum, ex quo tota mundi machina intelligebatur; capripes enim erat, & humana reliquum effigie: Inferior ea pars terram hirtam & hispidam ostendebat; humana vero lenitas atque mollities, tranquillum, & indefecatum æthera, mundi ipsius ducem.* Quæ superius etiam ex antiquioribus confirmata fuerunt: Epigraphe vero, FORTASSE LICEBIT, indicat desiderium modesti Philosophi, sibi non arrogantis possessionem vniuersæ sapientiæ, sed explicantis puram cupiditatem eius sapientiæ. Quam doctrinam aperte seuit Aristoteles, hæc attribuens Intellectui nostro possibili k quod *Omnia intelligit: l Quum autem sit singula factus est, vt sciens dicitur, qui secundum actum: m Id autem est, quod potentia omnia:* & demum *n Anima entia quodammodo est omnia; quia sensus est omnia sensibilia, & intellectus omnia intelligibilia.* Quæ comprehendere gestiens, non autem se iam comprehendisse, aut certo comprehensurum præsumens, autor symboli posui epigraphen, non arrogantem, *Licuit*, neque *Licebit*, sed modestia philosophica delineatam, *Fortasse. Licebit.* Nomen autem Academicum, OCCVPATVS; non oportuit in fronte librorum apponi: positum tamen est in Academico Schemate; desumptumque fuit a Salomone, qui sapientissimus hominum appellat Occupationem pessimam Philosophi vitam, quod laboriosissima sit, & magni detrimenti bonæ corporis valetudini, sicuti communis est interpretatio; sic enim ait: *o Ego Ecclesiastes fui Rex Israel in Hierusalem: & proposui in animo meo quærere, & inuestigare sapienter de omnibus, quæ sunt sub Sole: Hanc Occupationem pessimam dedit Deus filijs hominum, vt occuparentur in ea.* Nisi potius dicendum sit (vt antea *p* late probauimus in explicatione secundæ Gemmæ) propter assiduitatem, non autem ob improbitatem, vitam contemplatiuam Philosophi nuncupari pessimam occupationem ab Ecclesiaste; quemadmodum labor improbus dicitur a Virgilio *q* cui

B C D

,, ... Labor omnia vincit

,, Improbus, & duris vrgens in rebus egestas,

non quia malus existat, sed ob intensionem & assiduitatem; quã proprietatem esse vitæ contemplatiuæ Philosophi, dudum nouimus ex Aristotele dementis operatione ita dicente *r Et præterea assiduissima; contemplari siquidem assidue magis, quam operari quippiam possumus.* Habet autem nostrum hoc Symbolum (quod insuper ante requirebatur) tam ratione Panos, quam ratione Mercurij relationem ad Antrum Nymphatum, quia Satyri, Deusque Pan, numina siluestria nemorum, non se se recipiebant præterquam in Antris, & solicite Nymphas inquirebant; cuius rei testimonium perhibet Valerianus, addens ante allatis de Deo Pane: *s Hinc illa in Nymphas procacitas attributa, & nunquam satiata libido. Mundus siquidem assidue rerum species progenerat, & humore plurimum vtitur, materia quippe generationis in primis apta & commeda. Quare simulachrum Panos tam siluis & agris, quam hortis & fontibus & puteis, vt tutelaris apponebatur.* Hæc ille. De Mercurio pariter, ac Pane Simmias Rhodius in Idyllio Oui (quod falso tribuitur Theocrito, vt alias ostendimus in eius explicatione nondum vulgata) canit quod eorum vterque

,, Celeripedum Nympharum Antra peruadit.

Attamen in Schemate nõ oportuit vllam apponere specus imaginem. Sufficere reor ista de primo scopo symboli nostri. Quod autem attinet ad alterum finem, significandi nimirum Philosophiæ publicum Lectorem, cuius vita, munusque proprium est, voce docere; Symbolum istud eductum est e Platone, sic in suo Cratylo scribente de recta nominum ratione, sicuti Ficinus vertit: *Consentaneum quoque, amice, Panα biformem filium esse Mercurij; quod*

f in F. lib.

g lib. 7. c. 16.

h lib. 10. Panis simulachrum explicatur.

i cap. 127.

K 3. de an. t. 4.

l Tex. 8.

m Tex. 17.

n Tex. 37.

o Eccles. 1. 12, 13. Vita contemplatiua cur dicta sit Occupatio pessima.

p cap. 18. 19.

q Georg. 1.

r 10. Eth. c. 7

Pan vt habeat relationem ad Antrum Nympharum.

s lib. 10. Hierogl.

Ouum idyl. lio Simmiæ, non Theocriti.

Sermo

Sermo πᾶν, *ideſt, Omne, ſignificat, circuitque & volvit ſemper: eſtque geminus, verus videlicet, ac falſus; quod eſt in Sermone verum, leue eſt atq; diuinum, ſupraque in Dijs habitans: contra, quod falſum, infra in hominum multis, aſperum atque tragicum. Hinc enim fabularum commenta, & falſa quamplurima circa tragicam vitam reperiuntur. Merito igitur qui eſt* πᾶν, *ideſt, totum nuncians, &* διὰ πολλῶν, *ideſt, ſemper volutans,* πᾶν σύμβολος, *ideſt, biformis Mercurij filius diceretur, ex ſuperioribus partibus lenis & delicatus, ex inferioribus aſper atque hircinus. Eſtque Pan vel ipſe ſermo, vel ſermonis frater; ſi quidem eſt Mercurij filius;* Frater fratri ſimilis. *fratrem vero fratri ſimilem eſſe, quid mirum?* Itaque Mercurius a nobis aſſumitur apte ſymbolum Intellectus publici Lectoris in noſtro Schemate: Pan autem non inepte ſymbolum ſermonis, aut etiam conceptus mentis, quo Lector comprehendit, & explicat vniuerſum genus intelligibilium, adeoque mundum totum; quum ſermo ſit frater conceptus interioris, illique ſimillimus. Et quum Lectoris proprium ſit concipere mente, conceptamque ſuam opinionem ore parere voce, docereque illam ſermone: Quumque ſermo capax abſolute ſit veritatis atque falſitatis; propterea veritas ipſa repreſentatur in parte ſuperiori & humana Panos; falſitas autem in parte inferiori, & hircina. Platonico dicto conſentit Pierius item in Hieroglyphicis alibi ſcribens: [c] *Sermonis efficaciam, perſuadendique vim oſtentare veteres ſi voluiſſent, Mercurij ſimulachrum grandiori iam ætate, barbatum, & effæto propemodum corpore, natura tamen obſcœnius excitata, eaque tantum parte validiſſimum faciebant. Cuiuſmodi ſignum Cyllenis fuiſſe, Pauſanias narrat.* Verba vero Pauſaniæ ſunt in Eliacis poſterioribus [a] *Cyllenæ duo ſunt deorum delubra, Æſculapij vnum, Veneris alterum. Mercurij quidem ſignum, quem egregie incolæ eorum finium venerantur, arrecto eſt ſupra baſi faſcino.* Pan vero fugiens indicat ſermonem, quem nunquam nō Homerus appellat *volatilia verba*. Mercurius excitata virilitate Pana fugientem inſequens repreſentat Intellectum Doctoris in actu docendi formans verba ſimul & producens theorematum conceptus in mentibus addiſcentium, velut in terra bona [b] Ætas Mercurij ſenilis indicat non eſſe perfectum Lectorem niſi qui ſit homo ſenex, in ſtudijs, & in arte legendi publice iam habitum conſecutus: vt nos edocet non ſolum Plato Socratem ſenem introducens Magiſtrum Alcibiadis iuuenis ita dicentem in Sympoſij calce: *Sed, o beate, diligentius animaduerte, ne te mea conditio lateat, quum nullius ſim pretij: Tunc ſane mentis oculus* [c] *acute incipit cernere, quum primum corporis oculus defloreſcit.* Verum & aperte ſcribit Ariſtoteles [d] iuuenem non poſſe ſapientem eſſe, niſi in mathematicis, quæ ſunt in primo gradu certitudinis: Habitus enim docendi non niſi longi temporis interuallo comparari poteſt. Epigraphe Symboli, FORTASSE LICEBIT, alludit euidenter ad nomen & cognomen Autoris. Nomen Academicum, L'OCCVPATO, ſignat occupationem aſſiduam vniuerſæ fere vitæ Autoris in exercitio publici Lectoris, quo quidem munere, a vigeſimo tertio ætatis anno ad ſeptuageſimū quintum ſine intermiſſione iam nunc perfunctus eſt. Symbolum id in hoc ſenſu connexionem allegoricam inſignem habere videtur cū Antro Nymphatum Academiæ noſtræ; quoniam Os, in quo formatur ſermo, retinet imaginem Antri: cum quo ſymbolam pariter habet proprietatem, non tam ratione humiditatis, quam flatuum, & anguium; etenim antra vaporibus humidis abundare ſolent, & halare iugiter flamina ventorum, & eſſe loca frequenter, ad quæ ſe ſe recipiunt, & in quibus commorantur angues: qui Sapientiæ, Eloquentiæ, nominis amplitudinis, Pierio hieroglyphica ſunt. Sane de Nymphatum Antro ſic Homerus in Odyſſea [e]:

[a] in fine. Sermo fugiens.

[b] Matt. 13. 8. Marc. 4. 8. Luc. 8. 16. Lector, doctoſq; ſenex

[c] 1. Eth. c. 3. [d] 6. Eth. c. 8.

Anni quinquagintadue Lecturæ, hucuſque cultæ.

Antri cum ore collatio

Anguis typum ſapientiæ.

[e] lib. 13.

Nympharum antrum Homericum.

,, At in vertice portus paſſis ramis oliua:
,, Prope autem ipſam Antrum amœnum obſcurum
,, Sacrarum Nympharum, quæ Naiades vocantur.
,, Intus autem crateresque & amphoræ erant
,, Lapideæ. ibi vero præterea inſuſurrant apes.
,, Intus liciatoria lapidea prælonga, illicque Nymphæ
,, Lintea texunt cærulea, mirabile viſu.
,, Intus autem aquæ perpetuæ, duæ autem ei ianuæ ſunt.
,, Hæ quidem ad Boream permeabiles hominibus:

,, Illæ

Digitized by Google

A ,, Illæ autem versus ad Notum sunt sacriores, neque
,, Viri intrant, sed immortalium via est.

Ita sane specus oris humani loquentis humiditate redundat natura sua; nam aridum os aptũ non est efformandæ locutioni, sicuti neque sensui gustatus exerendo ad actum percipiendi sapores; quem ad vsum duplicem ora dedit hominibus natura, specialimque linguam in ore. Quin & ex oris Antro iugiter effluit anhelitus & flatus ad vocis, atque sermonis materiam, vt ait Aristoteles, ita [a] *Vox autem sonus animalis est, & non qualibet parte; sed quoniam omne sonat verberante aliquo, & aliquid, & in aliquo; hoc autem est aer; rationabiliter vtique vocem edent hæc sola, quæcumque recipiunt aerem. Iam enim eo, qui respiratur, vtitur natura ad duo opera, sicut lingua ad gustum, & locutionem; quorum gustus quidem necessarius est; vnde & pluribus inest; interpretatio autem, vt bene sit: sic & spiritu, & ad calorem interiorem, tanquam necessarium; causa autem in alijs dicta est; & ad vocem, vt bene sit.* & mox [b] *Quare percussio respirati aeris ab anima; quæ est in his partibus, ad vocatam arteriam vox est. Non enim omnis animalis sonus vox est, sicut diximus; est enim & lingua sonare, sicut tussientes; sed oportet animatum esse verberans, & cum imaginatione aliqua; significativus enim quidam sonus est vox: & non respirati aeris, sicut tussis; sed illo verberatum, qui est in arteria, ad ipsam. Signum autem est, non posse vocem edere respirantem, aut expirantem, sed detinentem; mouet enim illo retinens.* Quare sermo spiritum requirit & ingredientem os, quasi materiam remotam formandæ locutionis; & in ore manentem, ac ex eo fluentem, veluti materiam proximam verborum, quæ actu formantur in ore. Non aliter in Antro Nympharum bipatente possumus obseruare tum physice, tum mystice; physice quidem, quia flatus per vnum Antri foramen ingreditur, & in Antri cauea cum murmure moratus aliquandiu, demum egreditur ex ore aduerso; mystice vero, quia statis temporibus eleuati spiritus ingeniorum in Academiam ingrediuntur, in qua murmur edunt eloquentiæ circumeuntes eruditionum omnium cryptam: & demum absolutis politiorum literarum eloquijs, egrediuntur ad auras patentiores, atque liberiores. Lingua similiter, quæ varie loquendo se se contorquet, euibrat, & opportune cietur, apte satis æmulatur anguem, qui sic agitetur in Antro. Sed & Antri figura si pingi debuisset in isto symbolo, non oportuisset Antrum ita formare, quasi Pan ad Antrum confugeret; at potius vt exiens ab antro fugeret insequentem persequentemque Mercurium; non solum quia verba, quorum typus est Pan, non ingrediuntur caueam oris, sed ex ea potius exeunt; verum etiam quia iuxta primum sensum atque scopum Schematis, Autor indicare vult primum, Intellectu suo velle concipere, partuque mystico edere opera, quæ non coarctentur intra breuis Antri cauum assidue, sed exeant ad publicam lucem vniuersi Mundi literarij, volitentque docta per ora virorum. Deinde quia Mercurius representans Intellectum possibilem, non potest apprehendere Pana, symbolum omnium rerum intelligibilium, in obscuritate mystici specus, at solum in claro lumine Solis, per intellectum agentem indicati; quia sicut oculus corporis non potest discernere obiecta visibilia subtiliora in vmbra specus: ita prorsus intellectus possibilis non potest apprehendere cuncta obiecta intelligibilia in Antro mystico Academiæ, quod non admittit nisi problemata genialia, procul arcens tractatus omnes arduos doctrinæ scholasticæ, quæ versatur solum circa obiecta rerum, quarum simulachra fuerint illustrata plenius a præ-
D clarissimo lumine intellectus agentis, a quo solo fieri possunt actu intelligibilia, sicut ait Aristoteles: [c] *Et est quidam talis intellectus, quia omnia fit; quidam vero, quia omnia facit, vt habitus quidam, quale est lumen; quodam enim modo & lumen facit potentia existentes colores, actu colores.* At melius existimaui ponere Mercurium, qui conatur apprehendere Pana fugientem a facie sua, citra penitus vllam Antri figuram in Symbolo; quoniam hi duo currentes necessariam obtinent habitudinem ad Antrum, etsi non expressum penicillo in Schemate. Nec, vt obijcitur, ista duo corpora, Panos & Mercurij sic in Schemate depicta, contra regulam heroici Symboli dicenda videntur, quasi phantastica sint, vel humanas partes obtineant; quia primum, absolute corpora phantastica non excluduntur ab vlla regula; nam Solem, atque ventos admittunt in huiuscemodi symbolis passim omnes, & vtuntur ad eos efformandos corporibus imaginarijs humanorum capitum, qua radijs lucidis redimitorum, qua flatum expirantium ex apertis buccis, tumidisque genis: ita Clemens VIII. globum

Os aridum sermoni nõ aptum.

Linguæ duplex vsus.

[a] 2. de anim. 88.

Respirationis vsus geminus.

[b] Tex. 90.

Sermonis materia duplex.

[c] 3. de anim. 18.

Corpora phantastica poni in symbolis.

bum e cryſtallo figurauit, qui lucet in Sole Solis inſtar, & ſimul res obiectas inflammat, ijs exceptis, quæ candidæ fuerint, cum Epigraphe, *Candor illæſus*: ita Aloyſius Eſtenſis Cardinalis effinxit Solem, appoſito lemmate, *Non exoratus exorior*: ita Soli dedit epigraphen, *Non mutuata luce*, Dux Mantuæ Ferdinandus Cardinalis: ita multi alij Solem figura capitis humani per purum imaginationis figmentum depingunt: Non aliter ventos; vt Marchio Vaſtius, qui vel ſine lemmate iugem ignem exurgentem inter ventorum flabra pinxit in Junonis Ará; dum profiteri vellet, nulla inuidorum vi extingui poſſe ardorem fortitudinis, ac lucem gloriæ ſuæ. Tranſtulere ſymbolum alij ad æſtum amoris; ac virum ſtrenuum ab ea nobili cogitatione, ac prorſus maſcula, ad perturbationes animi effœminatas, & molles traduxerunt. Ita vir doctus alius Mare depinxit a ventorum flabris agitatum, cum lemmate: *Turbant, ſed non extollunt*: ita plerique alij ventos deſignant humanis capitibus plena bucca flatum expirantibus, apte, non contra regulam. Deinde Mercurij, Panoſque corpora ſimpliciter phantaſtica non ſunt; certe Mercurium, & Pana fuiſſe veros homines, teſtatur Lactantius, agens De falſa religione, probatque fuſiſſime; [d] cuius prolixiorem ſermonem non eſt vt hic referamus. De Mercurio quoque ſpeciatim citra fabulam Natalis ait: [e] *Atque hæc de Mercurio fabuloſe dicta ſunt: nunc veritatem inueſtigemus. Fuit Mercurius homo ſingulari ingenio, & Sapientia, vt commemorauit Lactantius, &c.* De Pane mox [f] idem autor infit: *Atque de Pane Deo qua fabuloſe dicta ſunt ab antiquis, explicuimus: nunc quid Pana eſſe putauerint, perquiramus. Lucianus in Concilio deorum Bacchum ſemihominem, mitra ornatum, ac Ebrium ſemper fere, effœminatum, mollem prope infantem, vinum a matutino tempore ad ſiderum uſq; ortum redolentem. Hunc deformem Deorum agreſtium chorum introduxiſſe ſcribit, Pana, Silenum, Satyros; qui agreſtes fuerunt homines, & caprarum cuſtodes, ſaltationibus dediti: quorum corporum forma ob deformitatem fuerunt inſignes.* Plutarchus etiam in opuſculo de Oraculorum defectu pulchram hiſtoriam refert de Pane Magno, qui mortem obierit, & Mercurio ac Penelopa fuerint ortus. His fidem præbent, quæ ſcribit Ælianus de varia hiſtoria dicens: [g] *Comites Bacchi fuerunt Satyri, quos nonnulli Tityros appellant: hoc nomen habuerunt a teretiſmatis, id eſt, laſcinis & procacibus ſaltationibus, cantibuſque, quibus gaudent Satyri: Satyri vero dicti ſunt ab oris rictu: Sileni vero* ἀπὸ τῦ σιλιανεῖν, *quod eſt conuiciatoria ſcommata iacere, cum moleſto quodam luſu. Veſtitus autem erat Silenorum, tunica vtrimque villoſa. Refert is veſtitus vitium a Baccho plantatarum, & vinearum, palmitumque hirſutam denſitatem.* Ceterum & D. Hieronymus in vita S. Pauli primi Eremitæ ſcribit, in deſerto Alexandriæ ſatyrum a S. Antonio Abbate viſum, qui cum eo collocutus fuerit ipſiſſima verba: *Mortalis ego ſum, & vnus ex accolis Eremi, quos vario delusa errore Gentilitas, Faunos, Satyroſque, & Incubos vocans; colit. Legatione fungor gregis mei: precamur, vt pro nobis communem Deum depreceris, quem pro ſalute mundi veniſſe cognouimus & in vniuerſam terram exiit ſonus eius.* Plutarchus item in vita Syllæ ſcribit: *Prope Dyrrachium eſt Apollonia, & in vicino Nympharum ſacer locus, qui ex virenti valle & pratis iguis venas diſperſas perpetuo manantis eructat. Ibi ſtratum ſomno Satyrum, qualem plaſtæ & pictores adumbrant ferunt captum. Adductum ad Syllam percuntatus multos interpretes, quiſnam eſſet? quum vocem tandem edidiſſet, non qualem humanam, vel claram, ſed aſperam, & omnino ex hinnitu equi & hirci balatu confuſam: obſtupuiſſe Syllam, & monſtrum auerſatum.* Idem Plutarchus in ſua Conſolatione ad Apollonium refert, Ariſtoteles verba ex libro De Anima ad Eudemum inſcripto (quo caremus) huiuſmodi: *Atque huc pertinet, quod narratur, Silenum a Mida iſto captum, & a venatione ei ſciſcitanti, quidnam homini, maximeque expetendum eſſet, principio reſpondere noluiſſe, vocemque compreſſiſſe tandem quum urgendi vt aliquid diceret, finem nullum Mida faceret, in hæc inuitum* „ *erupiſſe verba: Ærumnoſi genij, & difficilis fortunæ ſemen in diem durans, quorſum me* „ *cogitis ea vobis dicere, quæ vobis neſcire erat melius? maxime enim vacantes dolore viuunt,* „ *qui ſua ignorant mala: Hominibus autem omnino optimum eſt, Non naſci, neque participem fieri præſtantioris naturæ. Optimum enim omnibus vtriuſque ſexus hominibus eſt.* „ *Proximum huic, & inter ea, quæ conſequi homo poſſit, primum eſt, quam celerrime mori.* Denique Marcus Polus iſtam Satyrorum gentem nobis innuere videtur aperte, dum ait de regno Lambri: [h] *Sono in queſto regno huomini, che hanno le code più longhe di vn palmo a*

Mercurij, & Panos corpora ſint nephantaſtica.

Ignorantes ſua mala viuunt dolore vacantes.

Homines caudati vbi.

[d] Lap. 1. 5.

[e] l. 5. myth. c. 5.

[f] cap. 6.

[g] lib. 3. c. 40.

[h] lib. 3. c. 15.

modo

Digitized by Google

A *modo di cane, ma non sono pelose; & per la maggior parte sono fatti á questo modo. Questi tali huomini habitano fuori delle Città ne i monti.* Politissimus etiam Maffeius in literis ex India datis ad Soc. Iesu, legit; Iaponicæ cuidam stirpis mortalium *e capite quasi corniculum quoddam extuberare.* Sed & D. Hieronymus in vita S. Pauli primi Eremitæ, præter Satyrum qui legati functus officio pro sua gente ad S. Antonium Abbatem, fatetur sub rege Constantino Satyrum viuum Alexandriæ cunctis de se spectaculum præbuisse: mortuumque sale conditum, ne putresceret, Antiochiam ad Imperatoris aulam visendum comportatum fuisse. Sic ergo luculenter apparet, corpora Panos atque Mercurij, delineata in Schemate nostro, non esse phantastica simpliciter, sed vere naturalia. Quod autem posterius opponitur, esse contra regulam, in symbolis huiusmodi ponere corpora humana, vel eorum partes, etiam solutionem habet apertam; quia primum etsi plerique tollant e symbolis istis humana corpora; tamen alij multi, magnæ autoritatis in proposito, ea penitus admittunt, inter quos Paulus Aresius, vir Eruditissimus; ea tamen lege, dummodo in Protasi, & Apodosi significatio eadem non sit; sicut & ipsi eadem non videtur in Hercule succollante oneri Atlantis: quod Symbolum placuit Philippo II. Hispaniarum, & Indiarum Regi, postquam sibi Carolus V. Cesar & parens cessit regnorum suorum administrationem, & regimen, cum epigraphe, VT QVIESCAT ATLAS Et sane mihi longe magis varia est significatio protasis & apodosis in meo symbolo. *Deinde* (videturopponere vir cl.) *exemplum alicuius protasis vel ab homine peculiari sumetur; & tum Scipio Bargalius ait necessariam fore syngraphem, qua significet, Achillis imago sit, an Alexandri.* Quæ quidem obiectio locum non habet in meo symbolo, cui nulla prorsus est necessaria syngraphe, quæ significet imagines esse Panos, atque Mercurij; quum vnaquæque satis pateat ex se se cuilibet inspicienti. *Vel sumetur* (addit) *generatim ab ipsa natura hominis exprimenda ea, quæ sunt cuiuis homini communia, vti vultum sublimem habere, differere, ac ratiocinari; & ita a semet deriuabit similitudinem symboli Autor; siquidem homo est, & humana a se nihil alienum putat. Atqui hoc fieri nequit; nam, vt loquitur Cicero Contilis, cum homine homo similitudinem non habet, sed proprietatem. Sed & præterea hoc ipsa est, profiteri ea ad quæ omnes editi, & nati sumus.* Quæ pariter oppositiones non tangunt nostrum symbolum, in quo non exprimitur quod cuique commune est; sed per Panas significatur Vniuersum, & per Mercurium Intellectus hominis contemplatiuam vitam agentis, quod commune non est cuiquam, sed paucorum proprium; iuxta illud Petrarchæ *i*

,, Io seguo i pochi, e non la volgar gente.

Deinde vero licet omnes conducant, atque dicerentur ad omnia intelligenda; quod Aristoteles asserere videtur, inquiens *k Omnes homines natura scire desiderant.* & alibi scribens *l* Mentem humanam habere potestatem ad omnia intelligenda; quia tamen haudquaquam omnes hunc finem assequimur, immo nec vllus omnino singularium est, qui comprehendat omnia; difficileq; satis est, & arduum multa penitus introspicere: summa laus est, inter homines excellere doctrina, sapientiaque rerum plurimarum; quod antea vidimus dixisse Aristotelem, dum *m* vitam contemplatiuam a quoslæ penitus anteponit, vt in qua maxime consistit humana felicitas excellentior: quam sententiam superius luculenter expressam, non est vt iterum huc afferamus.

D Itaque iam constat aperte mei consilij ratio in erigendo symbolo Mercurij Pana fugientem citato cursu comprehendere satagentis, verso quidem tergore passim in libris inuulgatis, at aperta virilitate recta in Academia priuata, sine specus vlla pictura, cum Epigraphe, FORTASSE LICEBIT. Hæc ea sunt, quæ respondenda censui de meo consilio in erigendo Schemate Symboli Academici. Tu ea boni consule, ac bene vale. Sed iam ad Gemmarum Antiquarum Schemata redeamus.

Homines cornu habentes in capite vbi.

Humana corpora, vel membrana in symbolis locú habeat.

1. obiectio.

Solutio.

2. obiectio.

3. obiectio.

4. solutio.

i Trion. Fam.

3. solutio.

k 1. Metaph. cap. 1.

l 3. de an. t. 4. 18. 37.

m 10. Ethic. cap. 7.

Iusta Zelotypæ mulieris indignatio, sæuissima est:
&
Sophista perimit indoctos, a doctis interficitur in literario mundo.
&
Naturalis cupido sciendi quærit latentes rerum causas, quibus inuentis cessat, non inuentis ingenia macerat.

Schema XLVI. Gemma.



Aliorum opiniones de Sphinge referuntur, & expenduntur.
Cap. CXLI.

SPhingem Autores duplicem afferunt, vnam quidem naturalem, aliam vero fabulosam. De Naturali, quam Troglodytarum regio nutrit, & Æthiopia, simiarum in genere, tractarunt tum Agatharchides apud Photium, tum Diodorus [a] inquiens: Sphinges & „ apud Troglodytas Æthiopesque nascuntur, forma haud ei dissimili qua pinguntur: sed „ paulo pinguiores: naturam habent mansuetam, pluribus exercitijs disciplinisque aptam: tum Solinus aiens: [b] *Inter Simias habentur & Sphinges, villosæ comis, mammis prominulis, ac profundis, dociles ad feritatis obliuionem*: tum Mela, cui [c] *Sunt & sæuissimæ feræ, omni colore varij Lycaones, & quales accepimus Sphingas*: tum ante hos Plinius [d] apud quem

[a] lib. 3. c. 3.
[b] cap. 40.
[c] lib. 3. c. 10
[d] lib. 8. c. 21.

Lynces

A *Lynces vulgo frequentes, & Sphingas, fusco pilo, mammis in pectore geminis, Æthiopia gene-*
rat. & alibi [e] *Condit in thesauris maxillarum cibum Sphingiorum ac Satyrorum genus: mox* [e] lib. 10. c. 72.
inde sensim ad mandendum manibus expremit: & quod formicis in annum solenne est, his in
„ *dies, vel horas*: tum Albertus, & ex eo Pierius addens: [f] Albertus quoque inter Simia- [f] lib. 6.
„ rum genera Sphingem agnoscit, insignem duabus in maxilla maculis nigricantibus, cau-
„ da coloris itidem subnigri, & oblonga. Harum ego vnam Veronæ quum essem, vidi, mam-
„ mis illis & glabris & candidis a pectore propendentibus: circumducebat eam circulator
„ quidam Gallus, ex ignotis antea insulis recens aduectam. Ostentabat idem cunicu- Cuniculi qua-
„ los nostris quadruplo maiores, mira quippe corporis obœsitate distentos, & quod, nisi ternis veretris.
„ quis viderit, credere vix queat, præditos quaternis singuli genitalibus, humanorum di-
„ gitorum instar & similitudine cohærentibus. Ipsa vero Sphinx toto erat pectore gla-
„ bello, facie & auribus humanis propioribus, dorso hispido supra modum, fusco & oblon-
„ go admodum pilo, eoque densissimo. Rector læuum brachium, quo catenam, cui erat al-
„ ligata, regebat, ferrea manica obarmatum habebat, dextera baculum gerebat, quem in
B „ faciem animalis identidem prætendens, bipedem secum ambulare, & loco etiam saltare
„ interdum & obgannire faciebat, multamque hinc a spectatoribus stipem aucupabatur.
Ceterum de huiusce modi Sphinge naturali non habetur in Schemate ratio: sicuti neque de
illa mirabili artificiosa, in Amasis Regis Ægyptij sepulchrum e marmore constructa, quam Artificiosa Sphinx Amasi.
ita celebrat Plinius [g] inter Ægypti Pyramides: *Ante has est Sphinx, vel magis miranda,*
quasi syluestre numen accolentium. Amasim Regem putant in ea conditum, & volunt inue-
stam videri. Est autem saxo naturali elaborata, & lubrica. Capitis monstri ambitus per
frontem centum duos pedes colligit, longitudo pedum centum quadraginta trium est, altitudo a
ventre ad summum apicem in capite sexaginta duum. Verum præter has vulgatissima Sphinx Sphinx fa-
est fabulosa, quæ locum habet in Schemate nostro, de qua sic Hyginus [h] Interim Sphinx buiosa. [h] lib. de Fab.
„ Typhonis in Boeotiam est missa, quæ agros Thebanorum vastabat. Ea Regi Creonti si-
„ multatem constituit, si carmen quod posuisset, aliquis interpretatus esset, se inde abire:
„ sin autem datum carmen non soluisset, eum se consumpturam dixit; neque aliter de fini-
C „ bus excessuram. Rex, re audita, per Græciam edixit, qui Sphingæ carmen soluisset, Re-
„ gnum se, & Iocastam sororem ei in coniugium daturum promisit. Quum plures regni
„ cupidine venissent, & a Sphinge essent consumpti, Oedipus Laij filius venit, & car-
„ men est interpretatus. Illa se præcipitauit: Oedipus regnum paternum, & Iocastam
„ matrem inscius accepit vxorem. Sed quale foret huiusce modi carmen, & qualis fuerit
eius interpretatio ab Oedipo data, sic affert Diodorus [i] *Eo tempore tradũt Sphingem beluam* [i] lib. 4. c. 6.
biformem (vt puta ex humana, & ferina forma constitutam) *venisse Thebas: proposuisseque*
ænigma, quod qui non soluerent, perirent. Ex quo multi ob rem dubiam interierunt. Soluenti
præmium, Iocasta connubium, & Thebanorum regnum, propositum erat. Verum nullus, excep-
to Oedipo, ænigma soluere valuit. Id erat eiusmodi: Quod animal bipes, idem tripes, ac qua-
drupes foret. Ceteris addubitantibus, solus Oedipus, hominem id animal esse, qui infans qua-
tuor iret pedibus: auctus ætate, duobus: iam senior factus, tribus; nam baculo tanquam tertio
pede sustentareiur. Sphinx secundum id quod est in fabulis oraculum seipsam ex loco excelso
præcipitauit. Anonymus quidem noster, OEDIPVS, inscribit hoc Schema: quum tamen Anonymi opinio reie-
D præterquam Oedipo Sphinx ænigmata dissoluenda proposuerit alijs, qui nesciuerunt ea cta.
soluere, atque a Sphinge consumpti sunt. Nil ergo spectatur in Schemate, quod indicet
hominem cum Spinge colloquentem esse potius Oedipum, quam alium vllum. Quase nos
absolute recipimus hominem esse generatim aliquem, qui Sphingi carmen ænigmaticum in- Sphinx me-
terpretari conetur. Opinio multorum fuit, Sphingem esse typum meretricis, quæ blandis retrix mul-
verbis, & faciei pulchritudine capiat incautos, & conficiat nescientes eius fallacias intelli- tis.
gere. Sed meretricum sermones, etsi fallaces atque dolosi, captu difficiles non sunt, neq;
significationis ænigmaticæ. Consumunt ipsæ tamen insipientes homines, & a sapientibus
derelictæ contabescunt. Cebes autem Thebanus in Tabula mysticam habet Sphingis inter- Cebetis ex-
„ pretationem, dicens: Vbi audiueritis quod dicam, si deinde id intelligatis, atque obser- plicatio my-
„ uetis, prudentes eritis ac felices; sin minus, fietis dementes ac miseri, neque scibitis stica.
„ vsum aut conuersationem vitæ. Nam explicatio huius ænigmatis successum eundem

Digitized by Google

habet cum ænigmate Sphingis, quod illa proponebat hominibus: Quicunque intellexit illud liber euasit: qui vero non intelligebat, eum illa occidit. At qui eadem via procedit res in hac explicatione. Etenim Sphinx proponebat hominibus ænigma minus intelligibile: videlicet hoc. Quid bonum? quid malum? quid id quod neque bonum neque malum? Hoc qui ignorat, inquit deinde, eum perdidit sua rei istius Ignorantia propemodum. Et quietum simul inuenit a periculo, nisi quod perditio eius paulatim & successiue fiat toto vitæ suæ spacio, quemadmodum accidit ijs qui cruciatibus pereunt. Qui vero cognouerit illud, eius perijt dementia, ipse autem saluus euasit, & beatus factus atque felix omni vitæ suæ tempore: Ita verba Cebetis ex Arabico, & Græco textibus verebat eruditione clariss. Joan. Elichmannus: at paulo secus Alciati Scholiastes [K] inquiens, ex Cebete: *Sphinx est hominibus Insipientia. Hæc autem proponit quid bonum, quid malum, quid neque bonum, quid neque malum sit in vita. Quæ si quis minus intellexerit, ab ea interimitur: neque id semel, sicut is, qui depastus a Sphinge moriebatur; sed per omnem vitam paulatim absumebatur, vt qui perpetuis supplicijs addicti sunt: Contra vero si quis agnouerit, occisa tandem Insipientia, salutem ipse consequitur, & felix per totum vitæ curriculum euadit.* Hanc opinionem accepit, & coluit Emblemate nobili Cl. Alciatus, ita concinens:

[K] ad Embl. 188.

A

B

Quid monstrum id? Sphinx est. Cur candida virginis ora,
Et volucrum pennas, crura leonis habet?
Hanc faciem assumpsit rerum Ignorantia: tanti
Scilicet est triplex causa & origo mali.
Sunt quos ingenium leue, sunt quos blanda voluptas,
Sunt & quos faciunt corda superba rudes.
At quibus est notum, quid Delphica littera poscit,
Præcipitis monstri guttura dira secant.
Namque vir ipse bipesque tripesque & quadrupes idem est,
Prima prudentis laurea, nosse virum.

Cebetis, & Alciati opinio notata.

Equidem, pace tantorum virorum, recipere nequeo sententiam: quomodo Dementia proponere possit ingeniosa carmina? quomodo percipere num allata responsio soluat ænigmata? dubio procul Ignorantia nec ipsa proponere potest ænigmata de bonis, aut malis, aut neutris in vita contingentibus agnoscendis; quorum ipsamet est ignara: nec agnoscere valet an allata responsio congrua sit, nec ne. Sententiam huic oppositam habuisse videtur Clemens Alexandrinus [l] Sphingem referens ad Ingenij solertiam, & robur corporis: quam sententiam recipit meus eruditissimus Allatius [m] cui *Sphinx ab Œdipo ipso, vel etiã antiquior, quando ab Ægyptijs prodanauit, sapientiam, & naturæ arcanu significat: ideoque de rebus naturæ quæstiones proponit, quas vbi segniora ingenia non deprehendunt, ac si nulla essent, necesse est vt occidant: si secreta acumine deprehenderint, quasi superiora facta, naturæ ipsius vires eneruant, hinc ea intermori dicitur.* Ceterum humana mens intelligens naturæ vires, ipsas non eneruat, nec occidit, in quas nihil agit, vt ait Aristoteles: [n] Nec inrellectæ res intermoriuntur, sed illustriores fiunt, vt colores actione luminis; de quibus idem Philosophus: *Est quidam talis intellectus, quia omnia fit: quidam vero, quia omnia facit, vt habitus quidam, quale est lumen; quodam enim modo & lumen facit potentia existentes colores, actu colores.* Igitur intellectus agens intelligibilia naturæ non destruit, sed perficit, ea faciens actu intelligibilia, quæ de se sunt potestate talia; vt lumen non destruit colores, sed perficit. Intellectus autem possibilis fit ipsamet intelligibilia, quorum suscipit imagines, nihil ea mutans. Et reuera quomodo sapientia rerum intermoritur, quando procreatur in animo solertis? Non ergo Sphinx, quæ solutione suorum ænigmatum occidere dicitur, est sapientiæ typus.

C

D

[l] 5. Strom. Clementis, & aliorum opinione Sphinx indicat Sapientiam

[m] de patri Homeri a prol.

Opinio notata.

[n] c. de sub. & 2. post. cap. vlt. & 3. de an. c. 18.

Veriores sententiæ de Sphinge proponuntur ex alijs.
Cap. CXLII.

QVi vero classicorum propius ad veritatem accesserunt in explicanda natura, & allegoria Sphingis, duo mihi videntur Palæphatus, & Dio Chrysostomus. Palæphatus quidem

A dem asserens. [De Cadmea Sphinge dicunt, quod fera quidem hæc fuit, quæ corpus Canis habens, caput & faciem puellæ, alas veto auium, atque hominis vocem haberet. In Sphincio autem monte sedens hæc, ænigma quoddam vnicuiq; ex ciuibus proponebat. Et quemcunque (illud soluere nescientem) interimebat. Quod quum soluere Oedipus propositum ænigma sciuisset, se se ipsam (vt quæ grauato animo id ferebat) ex monte deijciens, interfecit. Sermo autem hic incredibilis, ac res ipsa impossibilis est. Neque enim talis species, formaque fieri vllo pacto potest. Atque adeo istud sane perquam puerile admodum est, ænigma non soluentes homines, ab ea tam facile interemptos iri solitos, vel eam a Thebanis feram ob id sagittis confossam non fuisse: stultumque credere prorsus est, ciues suos, veluti hostes essent, ita a Thebanis contemptos fuisse, vt a fera illa deuorari permitterentur. Habet igitur se se hoc pacto veritas. Cadmus quum mulierem Amazonida, cui Sphinx erat nomen, secum haberet; Thebas peruenit. Quumque Draconem *Regem* interfecisset, huius ipsius regnum occupauit. Post hæc & Draconis sororem, cui Harmonia erat nomen, cepit. Intelligens autem Sphinx quod Cadmus aliam duxisset vxorem, ac sibi persuadens multos ciues se abeuntem secuturos esse, quamplurimas diuitias rapiens, secumque celerem canem

B ducens, quem Cadmus habebat, cum his omnibus in Sphincium montem nuncupatum peruenit, & exinde Cadmo bellum inferebat. Incursiones autem insidiando, quum per vnumquenque ex illis montium faceret, singulis horis plures homines interimebat. Vocant autem Thebani incursiones ipsas ænigmata. Diuulgabant hoc autem passim ciues in hunc modum, dicentes, Argiua Sphinx nos, ænigma quoddam proponens, diripit. Quo nam autem modo ænigma faciat, inuenire nemo nostrum potest. Publico itaque edicto nunciato Cadmus iussit, Sphingem interficienti cuicumque, diuitiarū perquam plurium præmium esse propositum. Ad quam quum Oedipus Corinthius accessisset, vir equidem bellicis in rebus clarus, ac strenuus; cum Equo veloci, quem secum habebat, vna cum Thebanis quibusdam, quos in societatem sibi assumpserat, nocturno tempore, cum his montem versus accedens, Sphingem ipsam de medio sustulit. Pro quibus edentibus fabula hæc in medium adducta fuit.] Hæc ille. Quæ quidem, forte voluntarie dicta, declarationem fabulæ habent historicam; possibilem certe, sed quam non respexit Schematis autor; nec in alio vetusto scriptore classico mihi videre licuit. Scholiastes Aristidis [a] Dioni Chrysostomo tribuit, quod

C Sphingem interpretatus fuerit pro Iustitia, & pro Sophista, dicens: *Retulit ad Iustitiam Dio Chrysostomus Orat. 16. sub finem, & torquet ad Sophistarum genus.* Equidem ibi Dio nihil de Iustitia: sed de Inscitia, quæ mendo forte typographico Iustitia dicta fuit: De Sophistis autem aliqua dicit, & de Sphinge, verbis ipsissimis: [Tu quidem, o Diogenes, insulsissimum omnium hominum demonstras fuisse Oedipodem: Græci autem putant infortunatum quidem eum hominem fuisse, sed intellectu tamen præditum præ ceteris omnibus. Solum enim illum soluisse ænigma Sphingis. Et Diogenes ridens. Nequaquam ille, inquit, soluit ænigma. Non audiuisti quod Sphinx iuserit eum hominem cognoscere? Ille vero quid esset homo, neque dixit, neque scivit. Nomen autem hominis dicens, putabat se respondisse recte ad quæsitum, vt si quis interrogatus, quid est Socrates? nihil aliud diceret quam nomen Socrates. At ego audiui quendam qui diceret, Sphingem esse Inscitiam. Illa quidem & antea perdidit Boeotos & modo eos nihil sinit nosse vtpote hominum indoctissimos. Alij

D quidem homines, magis suam ipsorum sentiunt dementiam. Oedipus vero quo sapientior habitus est, eo quod Sphingem effugisset, persuasissetque Thebanis, hoc peius disperijt. Nam qui sunt indocti, persuadent tamen se doctos esse, ij multo sunt indociiores alijs omnibus hominibus. Et tale est sophistarum genus.] Ex quibus aperte constat, Dionem comparasse Sophistæ, non Sphingem, sed Oedipum potius. Ego tamen existimauero Sphingem esse Sophistæ typum; quia Sophista constans animo prauæ dispositionis ignorantiam habente biformis est naturæ, brutali notione multæ falsitatis, & exigua veri cognitione constitutus; proponitque mortalibus captiosa theoremata, quorum fallaciam qui non intelligunt, decepti necantur in mundo literario, prorsus ad nihilum redacti. Qui vero sophismata dissoluunt, ij sophistam interimunt luce veritatis obiecta, qua destruentes illius errorem, ipsum in virum sapientem commutant.

[a] lib. 1. Palæphati opinio de Sphinge.

Sphingis allegoria historica.

Ænigmata pro insidijs, & incursionibus.

[b] Emb. 188. f.

Oedipum non solusse Spingis ænigma, vt ostendat Dio Chrysost. Boeti hominum indoctissimi.

Sophistarum conditio.

Sophista vt Sphingi comparatus.

Propria Schematis explicatio de naturali cupiditate sciendi.
Cap. CXLIII.

A

NOstra vero sententia, Sphinge quærente solutionem ænigmatis ab homine, designat innatam vnicuique mortalium sciendi cupidinem, de qua Philosophus aperte [a] siquidem omnis homo natura scire desiderat: Ista vero cupiditas innata sciendi cõgenita est animæ humanæ, quatenus est cõstituta duplici parte, rationali scilicet, quæ propria est hominis, & irrationali, quæ sensitiua dicitur, nõ distinguens hominem a brutis, per sensum primo constituitis [b] Aristoteli. Quibus duabus intime cõflata mortaliũ anima [c] belle Sphingem repre sentat, monstrũ sub humano capite membra brutalia cõtinens; etenim animæ pars irrationalis ac sensitiua rationali subdita est in homine. Quam sententiam etiã coluit Pierius asserens: [†] *Quas vero Sphingas humanicipites, reliquo corpore leonino pro templis prostare locorum vbiq; cernere est; sunt qui figmentum omnino hieroglyphicum interpretantur ea intelligentia, vt humanam naturam præstare ceteris animantibus admoneamur. Nam alibi principatum ex capite intelligi disseruimus. Leonem autem brutorum, omnium principem esse manifestum, qui humano subiectum imperio reliqua secum trahit. In diuinis vero literis imperium in bruta omnia homini datum legimus. Sphinga sane monstrum ex parte dimidia virginis formam præ se tulisse, figmento Græcorum tradit Adamantius. Alij interpretantur, totius terræ dominium religioni cedere, cui ferocia quantumlibet animalia se se subijciant, imperiumque suscipiant.* [d] Anima vero humana, sicuti potest intellectu fieri omnia intelligibilia, & sensu omnia sensibilia [e] ita naturalem obtinet appetitum omnia cognoscendi. Et quemadmodum nihil est in intellectu [f] quod prius non fuerit in sensu [g] sic vbi sensus agnouerit præsentes effectus rerum in suis obiectis, illico mens appetit occultas illorum agnoscere causas; quas inquirit expostulans a suis doctoribus; quos vt apte docentes eas audierit, immediate cessat ac intermoritur extincta, satiataque naturalis illa cupiditas internoscendi causas, & interit libido sciendi, mystica Sphinx: vbi vero docentes ineptos audierit, sibi non aperientes causam quæsiti, statim eos interficit, in mundo literario reputans tanquam nullos, gladio illorum ignorantiæ iugulans, atque tollens e numero viuentium doctorum hominum. Solos autem doctos agnoscens Oedipodas, qui stabiles manent in vera sapientia, solidaque doctrina. Siquidem Hyginus Oedipum agnominatum dixit, quod rota regij currus pedem eius oppressetit [h] aut potius, vt ait Diodorus, [i] quod pedes ferro traiectos habuerit; namque „ Laius Thebanorum rex, sumpta vxore Iocasta Creontis filia, quum diutius caruisset libe„ ris, Oraculo consulto an esset filios habiturus, responsum tulit, non conducere sibi pro„ lem habere. Nam qui ex eo prodiret filius, patrem occisurus esset; aduersaque fortuna „ domum infestaturus. Post quod responsum præcepit, natum infantem traiectis primum „ pedibus exponi: vnde & Oedipus cognominatus est. Hæc ille. Profecto typus viri sapientis Oedipus est infirmis pedibus, quod sapientia sedendo, & quiescendo comparatur, vt ait Aristoteles [k] procul ab omni motu tum animi, tum corporis: *At vero, inquit, neque in intellectiua parte anima est alteratio. Sciens enim maxime eorum, quæ ad aliquid dicitur. Hoc autem manifestum est. Secundum enim nullam potentiam motis fit in nobis scientia.* Sic ergo Sphinx est hieroglyphicum innatæ cupiditatis sciendi, quæ extinguitur ab homine docto, causas latentes rerum quæsitarum afferente.

B

C

D

[a] 1. Meta. init.
[b] 2. de an. t. 17. 59.
[c] 1. Eth. c. 13
[†] l. 11. hier.
[d] 1. Ethic. c. 13. & 2. mag. mor. cap. 6.
[e] 3. de an. t. 27.
[f] 3. de an. t. 59.
[g] ibid.
Sphinx vt occidit ænigmate soluto.
Sphinx vt occidat ignaros.
[h] l. de Fabul.
[i] lib. 4. c. 6.
Oedipus cur typus viri docti.
[k] 7. phys. t. 20.

Arcana

Arcana Numinis, & edicta Principis non intelligentem, ac non obseruantem manet interitus.

Schema XLVII. Gemma.



Sphinx cur interimat non obseruantes edicta Principum, & non intelligentes oracula. Cap. CXLIV.

IEiuna nimis est interpretatio, quam proponit Anonymus, de Diuinatore infelici a Sphinge occiso; quum nemo nesciat illos a Sphinge necatos, qui propositi ab illa ænigmatis veram solutionem non diuinauerint. Nos autem intimiorem Schematis rationem dum rimamur, duas propositi reperimus explicationes. In primis vna cum Gyraldo [a] legimus „ apud Stobœum in sermone, qui de Legibus & consuetudinibus inscribitur, quod in Sai „ vrbe Ægyptia colebatur Minerua, quæ & Isis credebatur: ideoque Sphinges pro eius „ templis apponebantur, quoniam sacra Deorum mystica esse, & ænigmatica conuenit. 1. Explicatio. [a] Synt. 12.

Consentit Pierius [b] cui *Porro Sphinges in Ægyptiorum templis hieroglyphice admonent, mystica dogmata, præceptaque, & institutiones sacras, per ænigmatum nodos a profana procul multitudine inuiolata custodiri deberent: in arcanis tractari. cuius ergo taciturnitatis effigie huius tabellas & literas signare diu delectatus est Octauianus Augustus: quam postea repudiauit, vsus inde, felicis ominis causa, Alexandri, imagine.* Mihi vero longe alia mens est de fine, cur Sphinges pro foribus templorum Aegypti collocarent, quam arcanorum taciturnitas, quæ prætenditur; etenim mystica dogmata, si præcepta sunt, & institutiones sacræ, vt recte ponitur, ab ijs homines arcendi non sunt; sed propalanda cunctis, vt obseruentur, ac intelligantur; habent enim vim legis, immo sunt leges ipsæ sacræ diuinæque; leges autem sacræ cunctos obligant, adeoque debent e cunctis vt obseruari, sic etiam intelligi; nemo siquidem ea præcepta tenetur obseruare, quæ sibi nota non fuerint. Sed ista sacra præcepta per ænigmata traduntur, tum quia veneratione digna sunt & admiratione; tum vt per eorum obscuritatem exerceatur hominum fides, quæ certa credulitas est rerum non apparentium: [c] Ita sane legem diuinam Prophetæ passim per ænigmata promulgarunt, [b] lib. 6. hier.

Sphinges cur pro foribus templorum essent.

[c] Paul. Heb. 11. 1.

Propria Schematis explicatio de naturali cupiditate sciendi.
Cap. CXLIII.

A

NOstra vero sententia, Sphinge quærente solutionem ænigmatis ab homine, designat innatam vnicuique mortalium sciendi cupidinem, de qua Philosophus aperte [a] siquidem omnis homo natura scire desiderat: Ista vero cupiditas innata sciendi cõgenita est animæ humanæ, quatenus est cõstituta duplici parte, rationali scilicet, quæ propria est hominis, & irrationali, quæ sensitiua dicitur, nõ distinguens hominem a brutis, per sensum primo constituitis [b] Aristoteli. Quibus duabus intime cõflata mortaliũ anima [c] belle Sphingem repre sentat, monstrũ sub humano capite membra brutalia cõtinens; etenim animæ pars irrationalis ac sensitiua rationali subdita est in homine. Quam sententiam etiã coluit Pierius aserens: [†] *Quas vero Sphingas humanicipites, reliquo corpore leonino pro templis prostare locorum vbiq; cernere est; sunt qui figmentum omnino hieroglyphicum interpretantur ea intelligentia, vt humanam naturam præstare ceteris animantibus admoneamur. Nam alibi principatum ex capite intelligi disseruimus. Leonem autem brutorum, omnium principem esse manifestum, qui humano subiectum imperio reliqua secum trahit, In diuinis vero literis imperium in bruta omnia homini datum legimus. Sphinga sane monstrum ex parte dimidia virginis formam præ se tulisse, figmento Graecorum tradit Adamantius. Alij interpretantur, totius terræ dominium religioni cedere, cui ferocia quantumlibet animalia se se subijciant, imperiumque suscipiant.* [d] Anima vero humana, sicuti potest intellectu fieri omnia intelligibilia, & sensu omnia sensibilia [e] ita naturalem obtinet appetitum omnia cognoscendi. Et quemadmodum nihil est in intellectu [f] quod prius non fuerit in sensu [g] sic vbi sensus agnouerit præsentes effectus rerum in suis obiectis, illico mens appetit occultas illorum agnoscere causas; quas inquirit expostulans a suis doctoribus; quos vt apte docentes eas audierit, immediate cessat ac intermoritur extincta, satiataque naturalis illa cupiditas internoscendi causas, & interit libido sciendi, mystica Sphinx: vbi vero docentes ineptos audierit, sibi non aperientes causam quæsiti, statim eos interficit, in mundo literario reputans tanquam nullos, gladio illorum ignorantiæ iugulans, atque tollens e numero viuentium doctorum hominum. Solos autem doctos agnoscens Oedipodas, qui stabiles manent in vera sapientia, solidaque doctrina. Siquidem Hyginus Oedipum agnominatum dixit, quod rota regij currus pedem eius oppressetit [h] aut potius, vt ait Diodorus, [i] quod pedes ferro traiectos habuerit; namque „ Laius Thebanorum rex, sumpta vxore Iocasta Creontis filia, quum diutius caruisset libe„ ris, Oraculo consulto an esset filios habiturus, responsum tulit, non conducere sibi pro„ lem habere. Nam qui ex eo prodiret filius, patrem occisurus esset, aduersaque fortuna „ domum infestaturus. Post quod responsum præcepit, natum infantem traiectis primum „ pedibus exponi: vnde & Oedipus cognominatus est. Hæc ille. Profecto typus viri sapientis Oedipus est infirmis pedibus, quod sapientia sedendo, & quiescendo comparatur, vt ait Aristoteles [k] procul ab omni motu tum animi, tum corporis: *At vero*, inquit, *neque in intellectiua parte animæ est alteratio. Sciens enim maxime eorum, quæ ad aliquid dicitur. Hoc autem manifestum est. Secundum enim nullam potentiam motis fit in nobis scientia.* Sic ergo Sphinx est hieroglyphicum innatæ cupiditatis sciendi, quæ extinguitur ab homine docto, causas latentes rerum quæsitarum afferente.

B

C

D

[a] 1. Meta. init.

[b] 2. de an. t. 17. 59.

[c] 1. Eth. c. 13

[†] l. 1. hier.

[d] 1. Ethic. c. 13. f. & 1. mag. mor. cap. 6.

[e] 3. de an. t. 37.

[f] 3. de an. t. 39.

[g] ibid.

Sphinx vt occidit ænigmate soluto.

Sphinx vt occidat ignaros.

[h] l. de Fabul. [i] lib. 4. c. 6.

Oedipus cur typus viri docti.

[k] 7. phy. t. 20.

Arcano

Digitized by Google

Arcana Numinis, & edicta Principis non intelligentem, ac non obseruantem manet interitus.

Schema XLVII. Gemma.



Sphinx cur interimat non obseruantes edicta Principum, & non intelligentes oracula. Cap. CXLIV.

IEiuna nimis est interpretatio, quam proponit Anonymus, de Diuinatore infelici a Sphinge occiso; quum nemo nesciat illos a Sphinge necatos, qui propositi ab illa ænigmatis veram solutionem non diuinauerint. Nos autem intimiorem Schematis rationem dum rimamur, duas propositi reperimus explicationes. In primis vna cum Gyraldo [a] legimus 1. Explicatio.
„ apud Strobœum in sermone, qui de Legibus & consuetudinibus inscribitur, quod in Sai
„ vrbe Ægyptia colebatur Minerua, quæ & Isis credebatur: ideoque Sphinges pro eius
„ templis apponebantur, quoniam sacra Deorum mystica esse, & ænigmatica conuenit. [a] Syntag. 12.
Consentit Pierius [b] cui *Porro Sphinges in Ægyptiorum templis hieroglyphice admonent, mystica dogmata, præceptaque, & institutiones sacras, per ænigmatum modos a profana procul multitudine inuiolata custodiri debere, & in arcanis tractari. cuius ergo taciturnitatis effigie huius tabellas & literas signare diu delectatus est Octauianus Augustus: quam postea repudianit, vsus inde, felicis ominis causa, Alexandri, imagine.* Mihi vero longe alia mens est de fine, cur Sphinges pro foribus templorum Aegypti collocarent, quam arcanorum taciturnitas, quæ prætenditur; etenim mystica dogmata, si præcepta sunt, & institutiones sacræ, vt recte ponitur, ab ijs homines arcendi non sunt; sed propalanda cunctis, vt obseruentur, ac intelligantur; habent enim vim legis, immo sunt leges ipsæ sacræ diuinæque; leges autem sacræ cunctos obligant, adeoque debent e cunctis vt obseruari, sic etiam intelligi; nemo siquidem ea præcepta tenetur obseruare, quæ sibi nota non fuerint. Sed ista sacra præcepta per ænigmata traduntur, tum quia veneratione digna sunt & admiratione; tum vt per eorum obscuritatem excerceatur hominum fides, quæ certa credulitas est rerum non apparentium: [c] Ita sane legem diuinam Prophetæ passim per ænigmata promulgarunt, [b] lib. 6. hier. Sphinges cur pro foribus templorum essent. [c] Paul. Heln. 11. 1.

runt, & ipſe Dei Filius, homo factus, per parabolas eam edocebat omnes. Quare Sphinges appoſitæ templis Agyptiorum, non taciturnitatem atque ſilentium myſteriorum Sacrorum indicabant; ſed eorundem venetationem tanquam admirabilium, & certam credulitatem atque fidem velut a Deo prouenientium, adeoque properam & promptam obſeruationem. Et certe Sphinges, quæ proloquebantur ænigmata, requirentes ab hominibus ad ſe venientibus quibuſque reſponſionem, quemodo ſilentij, taciturnitatiſque ſymbolum eſſe valent? Itaque Schematis explicatio vera fuerit, quemadmodum Sphinx interficiebat qui non intelligebat ænigmata ſua, ſic homines diuina præcepta non audientes, eaque negligentes, ac non obſeruantes, a vindice Deo per monſtra barathri necantur, ac in abyſſum miſeriarum, profundumque calamitatum ab infernali Sphinge, diuinæ Iuſtitiæ miniſtra, demerguntur; cuius rei manifeſtum aperte ſpectatur in Schemate noſtro Sphingis hominem arreptum, appreſſumque pedum in aquarum lacum ampliſſimum demergentis.

Explicatio Schematis 1.

Alia vero Schematis explicatio reſpicit humanas leges ac edicta Principum; nam, vt ait Plinius: *a Diuus Augustus [illegible] Sphinge signauit. Duas in matris annulis iam indiscreta similitudinis imagine [illegible] per bella Iulia, absente eo, amici signauere epistolas, & edicta, qua ratio tempore [illegible] reddi patiebatur. non infaceto lepore accipientium, ænigmata afferre eam Sphingem. Successit Mecœnatis Rasa, per collationem pecuniarum in magno terrore erat. Augustus postea deformanda tunicia Sphinge, Alexandri Magni imagine signauit.* Etsi vero Sphinge signans Augustus male conuiciis acceptus abstinuit ab eo hieroglyphico, præripiens occasionem ciuibus taxandi se; tamen habuit in vsu Sphingis optimum finem magni Principis, puniendi scilicet eos, qui sua edicta iusta contemnerent, & iussa negligerent; quemadmodum Sphinx ænigmata sua non intelligentes, nec ijs plane satisfacientes interficiebat. Conueniuntque duæ symboli declarationes vtcumque, quod iusta bonaque Principis edicta sunt obseruanda, sicut & Diuina; quum Princeps inter homines Dei vicem gerat; parendumque sit humanis & Diuinis legibus, vbi leges humanæ Diuinis non aduersentur; alioqui legibus non obtemperantes puniendi sunt, vt a Sphinge non satisfacientes eius ænigmatibus.

2. Explicatio. a lib. 2. c. 1.

Augustus cur Sphinge signaret.

Principis cũ Deo collatio.

A

B

C


D

Digitized by Google

A *Potentiorum præda opulenti: Telluris occupatio a fortioribus; Agraria Legis occasio, & vis: Agriculturæ typus; Ægyptus: & Amicitia cogens exercitum ad iustam vltionem.*

Schema XLVIII. Gemma.

Opulentia præda potentibus. Iudicio Sphingis.

B 

Apud Petrum Stephanonium in Gemm.

C

Multiplex ænigmatis explicatio: & prima de potentioribus diripientibus aliorum opes. Cap. CXLV.

EX hoc ænigmate tam diuerso ab illo, quod Oedipo Sphinx proposuerat de variis eiusdem hominis ætatibus, aperte constat, non semper idem ænigma Sphingem accedentibus enucleandum proposuisse. Præsentis autem afferri posse videntur sex interpretationes: quarum primam habet Anonymus noster, dum inscribit ipse Schemati titulum, *Opulentia præda potentibus indicia Sphingis*. Equidem video Sphingem assistentem Schemati satis indicare, præsens vnum e suis ænigmatibus esse. Leones esse typum potentiæ roborisque corporis, non aliter ac vulpecula symbolum est fraudis, apte monuit in Officijs [a] M. Tullius, inquiens Vim non secus esse Leoni peculiarem, quam vulpeculæ fraudem. Bouis effigie pecuniam & opulentiam indicari vel ex eo probat Valerianus [b] tum quod Athenienses numismata sua bouis effigie sculpserint: tum quod antiquum prouerbium: *Bos per linguam inambulat*, intelligatur de ijs, qui accepta ab aduersarijs pecunia, mox prævaricati susceptas causas deseruere, vti fecisse Demosthenem fertur: qui etiam id sibi gloriæ vertit, quod vt taceret plus accepisset, quam qui diu orauerat. Hinc apud Homerum & alios tot numero boum pretium rebus præstitutum inuenias, vt illud Iliad. 13. ἑκατόμβοια ἑκατος, quorum singuli scilicet flocci centum aureis numis æstimabantur. Id enim honoris boui veteres habuerunt, ob multas, quas ex eo consequuntur vtilitates, vt in aureorum numum parte vna bouis effigies, in altera Principis facies cuderetur. Nam quod pecunia aliquando fuerit ex corio bubulo, eoque spectare Didus mercaturam, asseuerare non ausim: tametsi Tib. Donato commentum placet, & Græcorum nonnulli ante Numam scorteas & ostracinas pecunias in vsu fuisse dicunt: quod & Tranquillus literis mandauit: & illud fama tenet, asses ligneos & scorteos ab eodem

Anonymi opinio refellitur.

[a] lib. 1.

[b] lib. 2. hier.

Bos typus pecuniæ.

Pecunia lignea, & scortea veterum.

 Numa,

,, Numa, qui poſtea ferrum admiſto ære ſignarit, in congiario populo datos. Apud rerum
,, ſcriptores inuenias ſæpe Imperatores exercituum rei pecuniariæ inopia, ſcortea perſol- A
,, uiſſe ſtipendia, mox illatis pecunijs iuſtum vnicuique pretium reſtitutum. (& mox) Erat
,, in Draconis legibus irrogata multa quædam decem boum. In ſpectaculis, quæ Deli ce-
,, lebrabantur, præco pronunciare ſolitus erat tot boues datum iri: vnde putarunt qui-
Bouis effi. ,, dam, bouem Deliorum potius fuiſſe nummum, quam Athenienſium. Ceterum Plutarchus
gies cur in ,, bouis figuram in numis cudere inſtitutum a Theſeo tradit, vel ob Taurum Marathonium,
numis vete- ,, quem ipſe edomuerit: vel ob Minois ducem, quem ſingulari certamine deuicit: vel vt
rum. ,, hoc honore bobus præſtito ciues ad agriculturam alliceret. Sane vt idem Plutarchus
,, Publicolæ vita, bouis pretium centum obolis imputabatur; quamuis Pollux, vti ſupe-
,, rius dictum, Didrachmam tradat: pecudis vero decem. Prius enim quam numorum vſus
,, eſſet, pecudibus atque iumentis plectebantur fontes. Quare bouis, pecudis, ſuiſque
,, etiam ſigna plerumque in numis inciſa ſunt. Mihi certe de numis imagine bouis inſculp-
e Iliad. lib. 6. tis loquitur & Homerus, & eius imitator Virgilius; ille quidem dicens e

Tum vero Glauco Saturnides mentem extulit Iupiter,
Qui cum Tydide Diomede arma permutauit, B
Aurea aneis, cenium bobus valentia nouem bobus valentibus.

d 1. Æn. Iſte vero canens de Didone terram emente pro Carthagine ciuitate ſtruenda d

Tum celerare fugam, patriaque excedere ſuadet:
Auxiliumque viæ, veteres tellure recludit
Theſauros, ignotum argenti pondus & auri.
His commota fugam Dido ſociosque parabat.
Conueniunt quibus aut odium crudele tyranni,
Aut metus acer erat: naueis, quæ forte paratæ,
Corripiunt, onerantque auro: portantur auari
Pygmalionis opes pelago. Dux femina facti:
Deuenere locos, vbi nunc lucentia cernes
Moenia, ſurgentemque nouæ Carthaginis arcem:
Mercatique ſolum, facti de nomine Byrſam, C
Taurino quantum poſſent circumdare tergo.

Scilicet auro, vel argento bouis imagine ſignato. Sic Anonymi noſtri ſententia videtur ve-
Allata ſen. tentia nota- eumque poſſe declarari, pariter & confirmari. Sed tamen intimius intuenti rei naturam,
tur. procul a vero videbitur opinio, ſiquidem alienas opes violenter rapere, prædonis iniuſti pro-
prium eſt, non magnanimi, & generoſi, fortiſque viri: Leo quidem magnanimus, generoſus, & fortis audit, ſed non rapax iniuſtus; immo Pierius eorum ſententiam approbat, qui
Leonem Iuſtitiæ hieroglyphicum habent. Salutatur quidem Leo rex animalium; namque
Valeriano Baſilius Leonem ponit pro Dominatore animalium rationis expertium; quare fa-
meſcens leo, dum taurum deuorat, nõ alienas opes prædatur, ſed vtitur iure ſuo, proprium-
f Gen. 1. 27. & 28. & ſeq. que ſibi cibum depaſcitur; non ſecus ac homo, qui creatus a Deo f Dominus omnium
animantium, ſua comedio, dum piſces, aues, & animalia venatione capta, ſibi ſumit in alimen-
tum, non autem opulentiam alterius vllius deprædatur.

D

Secunda Schematis explicatio noſtra eſt de robuſtioribus, terræ dominium, ac poſſeſſionem ſibi occupantibus. Cap. CXLVI.

NOs autem a Schematiſta ſignatum ænigmate putauimus aliquando rubuſtiorum homi-
num facinus, qui ſibi terræ dominium per bella comparant; etenim Leones Domi-
nantium hieroglyphicum habentur, & bellipotentum, animoſorumque virorum; quo no-
g in Eliacis mine Pauſanias fatetur g in Agamemnonis clypeo Leonis imaginem fuiſſe: ſignum viri ter-
prior. rifici, qui ſolo aſpectu conſternaret hoſtes, incuſſa graui formidine. Quod quidem ſcutum
ait in Olympiæ templo per aliquot tempora pependiſſe, inſcriptione quoque adiecta Græ-
canica, quæ Latine ſonat ita:

,, Hic pauor eſt hominum; manibus gerit hunc Agamemnon.

Ad

Digitized by Google

A Ad quem ſane clypeum Alciatus nobile conſtituit Emblema[b] cum Inſcriptione: *Furor, & rabies*: adiecto tetraſticho: [b] Emb. 17.

„ Ora gerit clypeus rabioſi picta Leonis,
„ Et ſcriptum in ſummo margine carmen habet:
„ Hic hominum eſt terror, cuius poſſeſſor Atrida:
„ Talia magnanimus ſigna Agamemnon tulit.

Alciatus notatus.

Ceterum furor & rabies cum recta ratione non ſunt, neque magnanimi viri paſſiones, aſt inſani; quum mentem peruertant, & ſemper in malam partem accipiantur. Vnde titulus aptior eſſet: *Formidabilis Fortitudo*. Cum Agamemnone communicare voluit Magnus Pompeius in Emblemate, ſicut & in Nomine, ac agnomine dignitatis; etenim apud Plutarchum legimus[c] in Anulo Pompeij ſculptum fuiſſe Leonem: & forſan in ſcuto quoque fuit: verba Plutarchi ſunt: *Cæſar veniens eum, qui caput Pompeÿ ſibi obtulit, vt deteſtabilem auerſatus eſt. Anulum eius accipiens illachrymauit. Inſculptus Leo erat enſem tenens*. De dignitatis agnomine, ac nomine ſic idem Plutarchus ait in Cæſare: *Ceteri tergiuerſantem Pompeium increpabant, irritabantq; omnes, Agamemnonem, & regem regum appellantes, quaſi nolentem deponere imperium; ſed gloriantem, quod tam multi Duces parerent ſibi, & tabernaculum ſuum frequentarent*. Verum enim vero Pauſaniæ non conſentit Homerus, qui nullam Leonis imaginem poſuit in Agamemnonis clypeo; quem ita deſcripſit diligenter[d]

[c] in Pomp. f.

Cæſar illachymans accepit anulũ Pompeij.

B Homerus aliter deſcribit Agamemnonis clypeum

[d] Iliad 12.

„ Accepit autem *Agamemnon* vndique corpus tegens elegans ſcutum impetuoſum:
„ Pulchrum, circum quod circuli decem ærei erant:
„ Inque eo Vmbones erant viginti exſtanno
„ Candidi: in medio autem erat *vnus* exnigro metallo.
„ In eo Gorgon terribili aſpectu cincta erat,
„ Horribiliter aſpiciens: circum erat etiam Terrorque Timorque.
„ Ex eo autem argenteum lorum pendebat; ſed in ipſo
„ Cæruleus circumuolutus erat draco; capita autem ei erant
„ Tria circumducta *loris*, vna ceruice enata.

C Quos verſus, ad verbum e Græco tranſlatos, ita Sanctius vinxit Latino pede:

Accipit ingentem clypeum, pulchrumque, ſuperbumque
Orbibus hunc decies circumdabat æreus orbis:
Biſque decem in gyrum radiabant vltima bullis:
Aſt media infixit clauis, atque ære rigebant.
In medio horribilis ſurgebat Gorgone ſæua:
Vmbilicus durus: circum terrorque timorque:
Deſuper huic inerant cælata argentea lora,
Cæruleus queis terga draco maculoſa trahebat.
Ipſe triceps torquem tollebat in aſtra coronam.

Sed vt Pauſanias veram hiſtoriam ſcuti propoſuit; ſic Homerus licentia poetica formidabiliorem clypeum deſcribens, amplificauit horrorem Scuti ſæuioris, quam ſola Leonis imagine depicti. Eſt autem Leo eius naturæ, vt etiamſi ferum nihil moliatur, intuentes tamen terreat: ea eſt in oculis eius vis, ea maieſtas. Vnde tam Græci, quam Latini Poetæ, Valerianotatu, terrorem deſcripturi, comparationem ab huiuſmodi animalis ferocia libentiſſime deſumpſere. Bouem autem eſſe Terræ hieroglyphicum, ſatis explicat Pierius: qua de re poſtea latius. Vt hinc autor Schematis afferre forte voluerit ænigma Sphingis de duobus Principibus bellicoſis, imperium terræ comparare ſibi ſatagentibus: quales extitere dudum in Romana Republica Cæſar, atque Pompeius. Ceterum dum animaduerto, Pompeium quidem ſignare ſolitum Anulo Leonis enſiferi ſimulachrum habente, ſed Cæſarem Anulo Veneris genetricis imagine ſculpto; a qua Dea ſe per Aeneam cum tota gente Julia gloriabatur originem ducere: dumque contemplor, in Schemate duos Leones, non inter ſe ſe ferocire, nec dimicare de Bouis proſtrati poſſeſſione; ſed ambos inuicem pacatos; vnicum taurum iacentem concordi voluntate depaſcere; minus aptam Schemati reor iſtam explicationem. Quare congruentior alia iam eſt inueſtiganda.

D

Homeri, & Pauſaniæ collatio in Agamemnonis clypeo deſcribenda.

Leo terret intuitu ſolo.

Bos terræ ſymbolum.

Cæſar cur ſigno Veneris ſignaret.

Digitized by Google

Tertia explicatio politica noſtra Schematis, de Terræ diſtributione militibus victoribus, per Legem Agrariam, Aſſertur. Cap. CXLVII.

A

Leo ſymbolum militis fortis.

NEmo neſcit Leones eſſe Militum, & bellicoſorum hominum hieroglyphicum. Boue vero ſtrato Terram deſignari, facile demonſtrare licet, vel e ſacra pagina, in qua legimus [a] Aegyptio regi ſomnianti primum apparuiſſe ſeptem boues pingues, ac totidem poſtea macilentas, ex interpretatione Ioſephi, ſignificatos fuiſſe Pharaoni ſeptem priores annos Aegyptiæ terræ fertiliſſimos, quos totidem in Aegypto ſecuturi forent anni ſteriliſſimi, quibus nil frugum Terra produceret vlla, nedum Aegyptia, vt habemus in diuina ſcriptura [b] *Igitur tranſactis ſeptem vbertatis annis, qui fuerant in Ægypto. Cæperunt venire ſeptem anni inopiæ, quos prædixerat Ioſeph: & in vniuerſo orbe fames prænaluit: in cuncta autem Ægypto panis erat. Qua eſuriente, clamauit populus ad Pharaonem, alimenta petens. Quibus ille reſpondit: Ite ad Ioſeph: & quic quidipſe vobis dixerit, facite. Creſcebat autem quotidie fames in omni terra: aperuitque Ioſeph vniuerſa horrea: & vendebat Ægyptijs; nam & illos oppreſſerat fames. Omneſque prouinciæ veniebant in Aegyptum, vt emerent eſcas, & malum inopiæ temperarent.* & antea [c] *Septem boues pulchræ, & ſeptem ſpicæ plenæ: ſeptem vbertatis anni ſunt: eandemque vim ſomnij comprehendunt. Septem quoque boues tenues, atq; macilentæ, quæ aſcendunt poſt eas: & ſeptem ſpicæ tenues, & vento vrente percuſſæ, ſeptem anni ventura ſunt famis. Qui hoc ordine complebuntur. Ecce ſeptem anni venient fertilitatis magnæ in omni terra Aegypti. Quos ſequentur ſeptem anni alij tantæ ſterilitatis, vt obliuioni tradatur cuncta rerum abundantia. Conſumptura eſt enim fames omnem terram.* Itaque bos pinguis in Schemate ſtratus hieroglyphicum eſt terræ fertilis. Huiuſcemodi vero terram olim diſtributam fuiſſe militibus Romanis fortioribus per multiplicem legem Agrariam, apertiſſimum eſt; etenim, vt obſeruat eruditiſſimus Dempſterus agens de Antiquitatibus Romanorum [d] Agrariæ leges inde dictæ ſunt, quod rogatæ fuerint de Agris Populo diuidendis. [Prima fuit Caſſia, quam tulit Sp. Caſſius Viſcellinus III. Conſul cum Proculo Virginio Tricoſſo Rutilio, anno CCLVII. Vti ex agro Hernicis, quibuſcum fœdus ictum erat, adempto, dimidium Latinis, dimidium plebi diuideretur. Lex tamen non tenuit. Liuius lib. 12. Valerius lib. 5. cap. 8.

B

C

Bos vt ſit Terræ typus

[a] Gen. 41. 18. & ſeq.

[b] Gen. 41. 53 & ſeq.

[c] Gen. 41. 26 & ſeq.

[d] lib. 8. c. 10. Col. 1353. & ſeq.

Agrariæ leges Caſſia.

Licinia Lex.

Licinia. Hanc ſecuta eſt alia Licinia, quam tulit C. Licinius Stolo Tribunus, L. Aemilio Mamertino V. P. Valerio Potito Poplicola IV. &c. Tribunis militum Conſulari poteſtate, anno CCCLXXVII. Nequis plus quingenta iugera agri, centum pecoris maioris capita, quingenta minoris poſſideret. Varro lib. 1. de Re Ruſtica. Columella lib. 1. cap. 3. Liuius lib. 6. Appianus, Agellius, Valerius, Plinius, Velleius, Plutarchus in Camillo, & in Gracchis.

Aelia Licinia lex.

Aelia Licinia Conſecuta hanc eſt Licinia de ſeptem iugeris viritim diuidendis. Nam Columella lib. 1. Poſt exactos, inquit, Reges, Liciniana illa ſeptem iugera, quæ plebis a Tribunis viritim diuiſerat, maiores quæſtus antiquis retulere, quam nunc nobis ampliſſima iugera actua. Sigonius dicit tunc hanc legem latam eſſe, quum hic Magiſtratus octo ante annis in Rempublicam eſſet inductus.

D

Flaminia lex.

Flaminia. Poſt hanc Flaminia ſequitur, quam tulit C. Flaminius Tribunus Plebis, Sp. Camillo Max. II. Q. Fabio Maximo Verrucoſo II. Coſs. anno DXXV. Vt ea regio Galliæ, quæ Picenum vocatur, vnde Senones expulſi fuerant, militibus Romanis diuideretur. Polybius lib. 4. Cic. in Catone maiore.

Rubria lex.

Rubria. Liuia. Poſt captam Carthaginem de agris in Africa diuidendis Rubria lex lata eſt, tum Liuia de Decemuiris, qui diuiderent; quarum legum in tabula ænea mentionem ſe vidiſſe Manutius affirmat.

Semproniæ leges.

Semproniæ. Sectatæ Semproniæ ſunt a Ti. Sempronio Graccho Tribuno Plebis, anno DCXX. P. Mutio Scæuola, L. Calpurnio Piſone Frugi Coſs. latæ: quarum vna repetitio Liciniæ fuit: Ne-

quis

Digitized by Google

A quis ex publico agro plus quingenta iugera possideret : quorum tamen dimidium filijs habere liceret. Vt si quis agrum latius patefaceret, Triumuiri quotannis data opera creati iudicarent, qua publicus ager, qua priuatus esset. Appianus lib. 1. Bellorum ciuilium, Plutarchus in Gracchis, Vell. lib. 2. Sex. Aurelius Victor (sic enim iam auctor proditur) de viris illustribus, Cic. pro Sextio, & de Aruspicum Responsis, Florus Epitoma 58, & Siculus Flaccus in lib. de conditione agrorum, apud quem tamen ducenta legimus, quum alij omnes aperte quingenta prodant. Sempronia I.

Altera lex Sempronia.

Altera fuit, quæ quidem aliquo modo huc pertinet, vt pecunia Regis Attali, qui populum Romanum hæredem fecerat, in ciuibus qui sua lege Sempronia agrum sortiti erant, darent ad comparationem instrumentorum, & agriculturæ apparatum. Vt agri regij a Censoribus locarentur: vnde vectigal populo penderetur. Plutarchus in Gracchis, Cicero Verrina 5. Florus epitoma 58.

Bæbia lex.

B Sempronias leges haud ita multo post secuta est Bæbia, quam tulit M. Bæbius Tribun. plebis, idemque Tribunus Coloniæ deducendæ: Ne agri amplius diuiderentur: sed possessores in ijs relinquerentur, vectigal pro ijs populo Romano soluente, eaque pecunia plebi diuideretur. Appianus lib. 1. Bellorum ciuilium. Bæbia.

Thoria lex.

Non multo post Sp. Thorius Tribunus plebis legem aliam tulit, Ne quis vectigal vllum agrorum, quos possideret, solueret: cauitque de pastione pecoris. Cicero in Bruto, Duo legis Thuriæ fragmenta ex æneis tabulis exscripta: & suppleta habet Sigonius lib. 2. de Antiquo iure Italiæ cap 2. Thoria.

Appuleia lex.

Anno DC.LIII. C. Mario VI. L. Valerio Flauo Cos. legem tulit Appuleius Saturninus Tribunus plebis: vt quem agrum C Marius Consul in Gallia pulsis Cimbris, in ditionem populi Romani redegisset, is populo Romano diuideretur, & si ita lex sciuisset, intra diem quintum a singulis Senatoribus in eam rem iuraretur: qui non iurasset, ei mulcta pœna esset. Appianus lib. 1. de bello ciuili. Appuleia.

C

Titia lex.

Anno insequenti M. Antonino, A. Postumio Albino Cos. legem tulit Sex. Titius Tribunus pleb. is, vt vectigal agris publice assignatis impositum Quæstor colligeret. Cic. lib. 2. de Oratore, pro Muræna, Valerius lib. 8. cap. 1. Titia.

Marcia lex.

Eodem tempore L. Marcium Philippum Tribunum plebis legem Agrariam, Gracchanæ similem promulgasse, ostendit Cicero in Officijs; quâ tamen ipse facile antiquari passus est. Marcia.

Cornelia lex.

L. Cornelius Sulla Dictator, & Consul cum Q. Cæcilio Metello, anno DC LXXIII. legem tulit, vt Proscriptorum agri publici essent: quod maxime de ijs agris intelligendum est, qui in Thuscia circa Volaterras, ac Fesulas erant, quos militibus suis Sulla diuisit. Cicero in Rullum, pro Roscio Amerino, Sallustius in Catilinæ Coniuratione. Cornelia.

D

Seruilia lex.

Sequitur Seruilia, quam tulit P. Seruilius Rullus Tribunus plebis, M. Tullio Cicerone, C. Antonio Cos anno DC.XC. Vt qui agri, quæ loca, quæ ædificia, aliudue quid, quod publicum populi Rom. factum esset, L. Sulla, Q. Pompeio Consulibus, id venderetur. Item vt omnia vænirent, de quibus vendendis S.C. facta erant M. Tullio, Cn. Cornelio Cos. & ea pecunia agri in Italia emerentur, in quos Coloniæ a Decemuiris deducerentur. Vt Campanus ager, & Stellas publicus populi Rom. diuideretur. Capuam coloni adscriberentur. Multa huius legis capita fuerunt. Nam Cicero alicubi quadragesimum citat. In orationibus ipsius contra Rullum hæc recitantur. Tribunus legis Agrariæ lator, &c. Seruilia.

Flauia lex.

Triennio post Flauia a L. Flauio Tribuno plebis lata est: Vt vel agri, quos a Senatu locupletes emissent, reddita possessoribus pecunia, plebi diuiderentur: vel, si neminem vetere Flauia.

pos;

Digitized by Google

possessione moueri Senatus vellet, alij agri ea pecunia, quæ ex nouis vectigalibus per quinquennium reciperetur, emerentur: & plebi, quæ agros non haberet, partirentur. Cicero lib. 1. ad Atticum. A

Iulia lex.

Iulia. Postero anno Julia lata est a Julio Cæsare Consule cum M. Calpurnio Bibulo, an. DCXCI. suasore Cn. Pompeio, vt ager Stellas, maioribus consecratus, item Campanus ad subsidia Reip. vectigalis relictus, plebi diuiderentur. Diuisit extra sortem viginti millibus ciuium, quibus terni, pluresque liberi essent. Velleius lib. 2. Plutachus in Pompeio, in Cæsare, & in Catone Vtinense. Dio lib. 38. Hanc vocat Campaniam Cicero lib. 2. ad Atticum, Dio eam Optiam fuisse dicit. Et hæ sunt præcipuæ Agrariæ leges, quarum a Scriptoribus mentio fit.] Hæc vir eruditus. Quarum quidem Agrariarum legum numero septemdecim, sex expresse, Cassia scilicet, Flaminia, Rubria, Liuia, Appuleia, & Cornelia, latæ fuerunt de hostium agris diuidendis viritim militibus, qui victores fortitudine singulari valuissent. Quam agri optimi diuisionem fortibus bellatoribus a Schematista nostro mystice designari per duos Leones feros, depascentes hinc inde Bouem stratum valde pinguem, mihi probabile satis est. Quam fortunam etiam describit, atque lamentatur in Tityro suo Virgilius; B nam, vt optime pereruditus La-Cerda, Vrbs Mantuæ vicina est Vrbi Cremonæ. Fauerunt Cremonenses Cassio Brutoque percussoribus Iulij Cæsaris. Augustus rerum iam potitus, & profligatis hostibus, Cremonensem agrum veteranis suis assignauit (erat hæc tunc & pœna, & præmium; pœna victis, præmium victoribus) Non suffecit militibus pars agri Cremonensis: iussum ab Augusto, vt eandem pœnam subirent Mantuani vicini. Ergo multis Mantuanis ablatæ sunt possessiones, & in his Virgilio; nam eius ruscul um, & tenues agelli venere in alienam potestatem. Ergo spoliatus agello suo Virgilius, Romam contendit, vbi per Mecænatem, alioque in Augusti gratiam commendatus, & amissum agrum recuperauit, & multas denuo diuitias comparauit. Representat in hac Ecloga Tityrus Virgilium, felicem iam & lætabundum, recuperata possessione; Melibœus reliquos Mantuanos miseros, & calamitosos, quibus bona adempta sunt, neque restituta. Qui dolentes aiunt

„ Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua: C
„ Nos patriam fugimus: tu Tityre lentus in vmbra
„ Formosam resonare doces Amaryllida siluas.
„ At nos hinc alij sitientes ibimus Afros,
„ Pars Scythiam, & rapidum Cretæ veniemus Oaxem,
„ Et penitus toto diuisos orbe Britannos
„ En vnquam patrios longo post tempore fines;
„ Pauperis & tuguri congestum cespite culmen,
„ Post aliquot mea regna videns mirabor aristas?
„ Impius hæc tam culta noualia miles habebit?
„ Barbarus has segetes? en, quo discordia ciues
„ Perduxit miseros! en, queis conseuimus agros!

Hanc eandem alienorum agrorum distributionem militibus idem lamentatur in Moeri; namque La-Cerdæ quoque notatu, *post Philippensem victoriam, quum in distributione agrorum, qui trium virorum iussu trans Padum diuidebantur, sua quoque prædia Virgilius amisisset, Romam profectus, cum fauore ingenij tum præsertim adiuuante Pollione Transpadanæ regionis præfecto, possessiones suas recepit. Verum agre id ferente Ario Centurione, cui Virgilij fundus in portionem cesserat, parum abfuit, quin ab irato milite Virgilius interficeretur. Denuo itaque Romam profecturus præcepit villico suo vt Ario vsque ad reditum suum, quam minimo posset detrimento suo obsequeretur. Is igitur ex patroni præcepto Mantuam proficiscitur, hædorum munusculum Ario oblaturus. Moerin subsequitur Lycidas, itineris eius causam requirens. Ibi nactus occasionem, temporum calamitatem deflet. Deinde vna Mantuam euntes, itineris tadium varijs subleuant cantilenis. Menalcas in hac Ecloga Virgilius est, Moeris Virgilij villicus.* D

„ LY-

Digitized by Google

A ,, LYCID. Quo te Moeri pedes? an ,quo via ducit in vrbem?
,, MOER. O Lycida, viui peruenimus, aduena nostri
,, (Quod nunquam veriti sumus) vt possessor agelli
,, Diceret, hæc mea sunt: veteres migrate coloni.
,, Nunc victi, tristes (quoniam fors omnia versat)
,, Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus hædos.

Alta vero Sphinx vel potius Harpyia indicat violenter e propriis agris pulsos a militibus, fugientesque colonos, qui turpem vitam ex rapto viuere coacti sordidi, famelici, ac inopes apte comparantur Harpyis. Sic igitur olim solennis fuit distributio possessionum alienarum militibus victoribus, in præmium victoriæ cuiuslibet, ac in pœnam deuicti, & affinium vicinorumque. Quam politicam rationem expliceri Schemate nostro putamus, in quo bos humi prostratus, agri symbolum hostis deuicti, traditur deuorandus duobus leonibus ferocibus, nimirum duobus militibus possidendus ac depascendus ager opimus, olim alienus.

B *Quarta Schematis explicatio nostra est physica, de typo Agriculturæ.*
Cap. CXLVIII.

SEd quum ænigmata, hieroglyphicaque passim pluribus fœta sine intellectibus mysticis, admittit hoc symbolum aliam etiam nostram physicam interpretationem, vt eo scilicet indicet Schematis autor ideam Agriculturæ, quæ præcipue nititur Agricolæ functionibus, terræ nimirum irrigatione, aratione, fossionoue, nec non stercoratione, sicut aiunt Aristoteles † M. Cato, Varro, Columella, Palladius, & omnes antiqui de re rustica tractantes; & quotidiana demonstrat experientia. Sane terræ colendæ, siue defossæ, aratæue, stercoratæque hieroglyphicum est procumbens humi bos in Schemate: sed agricolarum, terram fodientium, arantium, & lœtamine satis impinguantium, symbolum sunt duo leones bouem dilaniantes, ac depascentes. Age nunc verumque demonstremus e classicis. Profecto Bouem esse terræ frugiferæ typum, præter ea, quæ superius attulimus e sacra pagina [a] probatur aperte notatis a Valeriano [b] cui mystice *Taurus est TERRA FRVGIFERA.* Nam *apud Persas barbara cærimonia bos fronte in leoninam faciem conformata, ex antro cornibus arreptus educebatur ad sacrificium: de quo Papinius:*

,, Indignata sequi torquentem cornua mitram.

† de gen. to. 2.

a cap. 165.
b Gen. 41. & seq.
C c lib. 3. hier.

Quippe quum Taurus plurimum terrenum animal sit, terræ & inferis potestatibus damnatum, Soli tamen ab ea gente dedicatus, vimen ea ostendere videbatur, quam Sol in vniuersum terram exerceret. Quod autem extraheretur ex antro, delitescere vimen eius in terra visceribus indicabat, quam vt enocarent, & frugum feracitati consulerent, sacrificij genus id instituerunt. De quo etiam in Leone. Neque quidem alia de causa bouem quandam ab Argo tot luminibus prædito custoditam fabulantur nisi vt terram ipsam ostenderent noctu ab ipso cælo tot stellarum luminibus insignito non indiligenter obseruari, donec a Mercurio, quippe a Sole conficiatur, cuius Oriente iubare stellarum lumina passim extingui videantur. Quid autem aliud portendere visus est bos ille arator, qui decusso iugo triclinium, in quo cœnabat Ve-
Bouis ostentum ad pedes Vespasiani.
D *spasianus, irrupit, ac fugatis ministris, quasi repente defessus procidit ad ipsos accumbentis pedes, cerniceque summisit, nisi terrarum orbem amarissimo Vitelliana dominationis iugo pressum, opem a gente Flauia deposcere, quæ iam rerum esset potitura? Terram itaque bos ea ostento prætulit.* & mox. *Qui vero boues iuncti in numo Vespasiani iam Imperatoris & Cos V. habentur, atque alij similiter iugati in C. Marij C. T. numo, nimirum arationis partes procurata, & rei frumentariæ commoda declarant; nam & apud coniectores, vti superius dictum, arantes boues imaginari, latissimam prænunciant frugem, & opulentam rerum felicitatem.*
Bouis etymologia a nutriendo sumpta.
Quin & nomen bouis a nutriendo factum, βοῦς quippe nutrio: labore enim suo in exercenda terra continuo nos pascit. Hinc Græci βάραγον felicem agriculturam vocant: quibus φάγος agricultura est, & bouis etiam Epitheton. Sed aptissime boue pingui prostrato terra mystice designatur in Schemate, quod terra quieuit, & ad fruges ferendas exculta, pinguis esse debet. Verum & Leonibus bouem stratam depascentibus, vngue, dente eq; multiplici ferientibus, indicari mystice colonos agricolas terram irrigantes, arantes, & fodientes, atque
Leones vt indicét agricolas.
stercō-

stercorantes, iam ostendere possumus ex eodem Pierio scribente [a] de irrigatione telluris per Leonem in hæc verba: *INVNDATIO: Incrementum vero Nili, quem NVM Ægyptiaca lingua nuncupant, quod apud nos significat nouum atque recens, ostendere quum vellent, Leonis identidem hieroglyphicum faciebant; quippe quum Sol Herculei tergo Leonis adit, Nili diluuium excitat, duplumq; recentis aquæ Sole in eo signo commorante sæpius exundat: quæ vis aquæ per spatiosam Ægypti planitiem late diffusa, solum ea fertilitate grauidum reddit, qua nõ ipsi tantum indigenæ sibi alimenta colligunt, sed magnam orbis partem fame leuant. Propter eam vero aquarum redundantiam, quam Leonis beneficio consequi se quotannis experiuntur, institutum est, & apud gentes omnes vno iam consensu receptum, vt canales, tubique, & siphones, qui aquam eructent, per terebrata foramina in leonina capita ad id locis opportunis adsculpi solita aquam immittant, qua inde ex Leoninis rictibus euomi videatur. Qua ratione autem capita ea leonum in fimis præcipue constituenda sint, quoque ordine disponenda, atq; vt ea tantum quæ contra columnas fuerint, perterebrari debeant ad canalem vsque, qui cælestem aquam ex tegulis excipit, reliquis inter hæc solidis, vti qua cadit vis aquæ per tegulas in canalem ne deijciatur per intercolumnia, neue transeuntes perfundat, sed ea tantum quæ sunt contra columnas, ex ore rictus aquarum emittere debeant, Vitruuius late docet. Obseruauerat siquidem is, aquarum redundantiam per Leonem apud Ægyptios significari, atque hoc in omnibus antiquorum ædificijs sexi passim viderat. Et vt semel dicam, fontes & aquarum tubi, qui ab aqua ductibus quibuscunq; præminebant, Leoninis figuris ornabantur: vt qui fons admirabili opere Viterbij antiquam hanc disciplinam ostentat. Et vt alia dissimulem, Romæ in Area Lateranensi Leones duo sunt nigri lapidis ante aneam M. Aurelij statuam positi, qui dubio procul Fontibus inseruiebant. Indicia sunt ora perterebrata in adaperto rictu, & inferne foramina in quæ tubi vsq; immissa, & inter pedes pro pectore canaliculus excipiunda aqua, dimittundaque intercanatus. Tale aliquid obseruaui in agro Brixiano extra portam Orientalem ad secundum lapidem, vbi iuxta viam, quæ tota magnis aquarum vijs atque diuortijs instructa est Leo marmoreus antiquissimi operis, vtris instar inflatus, rictum eodem modo ad aquarum effluuium patefaciebat. Sed neque in ijs tantum quæ ad aquam euomendam pertinent Leonum effigies apponi consueuerunt, verum etiam propterea quod Leo, cælestis ille inquam, aperire claudereque videtur aquarum cataractas. Atq; in hac vsque tempora nunquam antiquata est veterum consuetudo, vt ostiarum clausuræ, claues, annuliq; foribus affixi leoninis rictibus ornentur, quod apud Ægyptios factitari solitum ait Theon in Aratj commentarijs: quamuis quod ad ostia pertinet, ad eam, qua de superius dictum est, custodiam potius respiceret, quam ad aquarum fluxus, credideris. Illud non omittam, quod Horus Apollo tradit, in supplicationibus pluuias expascentibus plerisque in locis Leonum ora vino prolui fuisse morem. Sed aduertendum est vulgatas Hori codices hoc loco depravatos esse.* Quibus apertissime constat, Leonum imagines esse hieroglyphica redundantis aquæ, qua tellus ad fecunditatem irrigatur, tum de cælo cadentis, tum etiam e fluminibus, aut fontibus vndecunque scaturientis. Ad cuius vtriusq; generis aquas indicandas apte Schematista noster non vnicum, sed geminum Leonem boui prostratæ super imposuit. Ceterum mihi Leo significat etiam in proposito terræ stercorationem, præcipuum Agriculturæ munus; namque Nilus, Leone cælesti vigente redundans in Ægypto, non aqua simplici terram fecundat; *etenim* (vt ait Aristoteles) *quæcunque videntur vno sola nutriri, vt aqua plantæ, multis nutriuntur; mista est enim aquæ terra, ideo agricolæ tentant, quum miscuerint irrigare;* sed aqua limosa, multo fimo prius ex Æthiopiæ regionibus corraso, repleta Nilus Ægyptum irrigat simul atque stercorat, eoque lætamine plurimum impinguat. Et id mystice signat vterque Leo Schematis ore bouem demordens, ac in ipsum putrem halitum inspirans; nam, vt mox ait idem Valerianus, [Animal hoc cibo incontinenter admodum vtitur, multaq; deuorat solida sine vllo dissectu quæcunque potest: mox a saturitate nihil biduo aut triduo edit; (quam scilicet voracitatem Iuuenalis tangit, vbi multa pascendum carne Leonem dixit) atque inde fit vt grauis illi ob cruditatem exhalet anima; quæ teterrimi semper odoris est: quocirca nonnulli grauem animam significantes, Leonis os hians facere consueuerunt. Huius fœtoris ergo Martialis videtur muliebre pudendum Leonem appellasse eo versu]

,, Quare si pudor est Nigella, noli

,, Bar-

[a] lib. 1. hier.

Aquarũ tubi cur desinant in leonina capita.

Leones Laterauenses ad quid olim.

Leo Brixiensis antiquissimus.

Leonis capita cur clauibus, & clausuris opposita.

Vino prolui Leonum ora ad pluuias.

Agriculturæ irrigatio per Leonem indicatam.

Cur duo Leones in Schemate.

Agriculturæ stercoratio per Leonem signata.

a 2. de gen. t. 50.

Nilus cur fœtidet Ægyptum maxime

Leones vt symbolũ stercorationis terræ.

,, Barbam vellere mortuo leoni.

A *Taxat enim eam, quæ quum vetula esset, pilos vellere pertentaret,* e pudendo: *& alij lupanar olidum dixere.* Sicut ergo Leo multa comedens eruditates gignit, vnde putidum halitum efflat; ita per terras decurrens aqua secum affert inde simum omnem olidum, & putrem, quo tellus impinguatur. Ceterum tertium opus Agriculturæ consistens in terræ fossione, arationeue perbelle nostris leonibus in Schemate representatur, qui dentibus bouem ferientes mysticam terram ligonibus fodiunt, & vnguibus aduncis tanquam vomeribus arant. Optimoque consilio designans Agriculturam, vt infra quoque Pierium obseruasse patet, Varro Cybelem, Deorum Matrem, quæ Terra prorsus est, curru vehi ponit a Leonibus; minime rum; vt ego censeo, ab Agricolis Terram vehentibus ad fertilitatem tum irrigatione, tum stercoratione; tum aratione fossioneue. Sic ergo Schema nostrum non inepte poterit interpretari de Agricultura, quam sub ænigmate Sphinx olim proposuerit.

Agriculturæ fossio, & aratio vt Leone signantur.

Cybeles curvecta Leonibus.

Quinta nostra Schematis explicatio de regione Ægypti. Cap. CXLIX.

B VErum & aliam lubet afferre Schematis interpretationem, qua censemus autorem Schematis indicare nobis potuisse Regnum Ægypti; siquidem in primis Ægypti regni figura triangularis est, vtrimque Nili fluuij ramis ab vno principio se se semper magis vsque ad mare diuaricantibus efformata; qua de re Plinius ita[a] *Ægyptus, introrsus ad Meridiem recedens, donec a tergo prætendantur Æthiopes. Inferiorem eius partem Nilus, dextra lauaque diuisus amplexu suo determinat, Canopico Ostio ab Africa, ab Asia Pelusiaco centum septuaginta millium passuum interuallo. Quam ob causam inter insulas quidam Aegyptum retulere, ita se findente Nilo, vt triquetram terræ figuram efficiat. Ideo multi Græca litera vocabulo, Delta appellauere Aegyptum. Mensura ab vnitate aluei, vnde se primum findit in latera, ad Canopicum ostium, centum quadraginta sex millium passuum, ad Pelusiacum Ducentum quinquaginta sex millium est. Summa pars contermina Aethiopiæ, Thebais vocatur.* Itaque triangularem figuram intra duos Nili ramos, a finibus Æthiopiæ se se diuaricantes assidue, contenta retinet Aegyptus; vnde passim a Græca litera, Delta nuncupatur. Modo si spectemus nostri Schematis imagines vna simul iunctas, vniuersi Emblematis forma figuram vtcumque trigonam obtinere videtur, cuius basis vitulus est humi prostratus, angulus superior capite Sphingis continetur, dexter pede sinistro dextri leonis, & sinister cauda viruli iacentis. At vero singulum horum quatuor animalium peculiari sua ratione mystice representat Aegyptum; Sphinx quidem, quia numeratur vna cum Pyramidibus inter Aegypti miracula; de qua Plinius item[b] de Piramidibus Aegyp-

Ægyptum figum trigana [a] lib. 5. c. 9.

[b] lib. 36.

,, tijs, & Sphinge Cap. XII. Dicantur obiter & Pyramides in eadem Aegypto, Regum
,, pecuniæ otiosa ac stulta ostentatio. Quippe quum faciendi eas causa a plerisque tradatur, ne pecuniam successoribus aut æmulis insidiantibus præberent, aut ne plebs esset
,, otiosa. Multa circa hoc vanitas illorum hominum fuit, vestigiaque complurium inchoatarum extant. Vna est in Arsinoe nomo, duæ in Memphite, non procul labyrintho,
D ,, de quo & ipso dicemus. Totidem vbi fuit Mœridis lacus, hoc est fossa grandis. Sed
,, Aegyptus inter mira ac memoranda narrat harum cacumina extrema, quæ eminere dicuntur. Reliquæ tres, quæ orbem terrarum impleuere fama; sane conspicuæ vndique
,, a nauigantibus, sitæ sunt in parte Africæ monte saxeo sterilique inter Memphim oppidum, & quod appellari diximus Delta, a Nilo minus quatuor milia passuum, a Memphi sex, vico apposito, quem vocant Busirin, in quo sunt assueti scindere illas. Ante
,, has est Sphinx, vel magis miranda, quasi siluestre numen accolentium. Amalin Regem
,, putant in ea conditum, & volunt inuectam videri. Est autem saxo naturali elaborata
,, & lubrica. Capitis monstri ambitus per frontem centum duos pedes colligit: Longitudo pedum centum quadraginta trium est; altitudo a ventre ad summum spicem in
,, capite sexaginta duum. Ex quibus apparet Sphingem, non minus quam Pyramides,

Ægyptiæ Pyramides cur factæ.

Pyramidus numerus, & locus.

Spinx Ægyptia qualis, & quanta.

Digitized by Google

esse posse hieroglyphicum Aegypti; quin eo magis, quo tum Amasis Aegypti Regis existimatur esse sepulchrum, tum ab incolis veneratur tanquam siluestre numen. Ceterum & Leones illi duo sub Sphinge positi significare mystice nobis Aegyptum, antea vidimus apud
[b] lib. 1. hier. Valerianum [b] eo quod & Inundationem Nili secundantem vniuersam Aegyptum, a Sole signum Leonis obtinente prouenientem; quum Nilus in duos ramos præcipuos diuaricatus a terminis Aethiopiæ complectatur omnem Aegypticam regionem: vt quoque Leones hi duo diuaricati a semiuicem sub altiore Sphinge Taurum totum premere continerequè videntur: & quod tanti beneficij memores Aegyptij passim omnibus in rebus
[d] cap. 137. suis insculpere solent capita, & ora Leonum, vt notauimus; [d] & quod ab Herodoto
[e] cap. 5. Fluuij Nili donum appelletur Aegyptus in Euterpe dicente [e] *Aegyptum, in quam Græci nauigant, accessionem esse terræ, ac fluminis donum.* Bouis effigie similiter Aegyptum indicari, multa docere possunt antiquorum testimonia; & in primis pagina diuina, in
[f] Gen. 41. 28 & seq. qua legimus [f] aperte, Regionem Aegypti septem annis fertilem olim signatam Regi Pharaoni per septem boues pingues in somnio visas; & eandem sequentibus annis totidem sterilem, per septem boues macilentas, ex Ioseph Patriarchæ interpretatione. Deinde vero constat apertissime dudum Hebræos, in deserto coluisse vitulum aureum conflatilem
[g] Exod. 32. 5 et seq. [g] inquinatos Aegyptiorum, a quibus nuper exierant, superstitione adorandi Bouem Apim; de qua sic Herodotus
[h] c. 27. 28. 29 [h] in Thalia; dicens Aegyptios adorantes pro suo Deo vitulum Apin, a Cambyse rege derisos atque multatos. Plutarchus item Aegyptios memorat habuisse pro Deo vitulum Apin tum in libro suo de Iside & Osiride, tum
[i] lib. 8. q. 1. f. in Symposiacis Quæstionibus. [i] Diodorus item Siculus ait [k] *Addemus & his, quæ circa sacri Tauri, quem vocant Apim, curam fieri percepimus. Eo mortuo, magnificeque sepulto, quærunt ad id delecti sacerdotes vitulum priori persimilem: inuento populus luctum finit. Sacerdotes, quibus ea incumbit solicitudo, primum in vrbem Nili vitulum perducunt: in qua eum nutriunt diebus quadraginta. Deinceps in naxim contectam, habitaculum aureum habentem introducentes, & ad Memphim vt Deum ducentes, in Vulcani fano locant. His diebus sola mulieres taurum vident: quæ ante eius faciem astantes, vestibus sublatis ei abrasum femen ostentant. Reliquo tempore prohibentur in conspectu huius Dei accedere. Honoris boui impensi causam nonnulli tradunt, quod defuncti Osiridis anima in bouem transmigrasset: qua deinceps ad posteros pergens fuerit transmissa. Alij a Typhone interfecto Osiride ferunt Apim membra eius collecta in bouem ligneum, corio bouis albo circumdatum coniecisse, ideoque Vrbem Busiridem appellatam. Multa alia de Api fabulantur, quæ longum esset singulatim referre.* Plinius, Bos, inquit, in Aegyto etiam
[l] l. 8. cap. 46. „ Numinis vice colitur, Apim vocant. Insigne ei, in dextro latere candicans macula, „ cornibus Lunæ crescere incipientis, Nodus sub lingua, quem cantharum appellant. „ Non est fas eum certos vitæ excedere annos, mersumque in sacer dotum fonte enecant, „ quæsituri luctu alium, quem substituant: & donec inuenerint, mœrent, derasis etiam ca- „ pitibus: nec tamen vnquam diu quæritur. Inuentus deducitur Memphim a sacerdo- „ tibus. Sunt delubra ei gemina, quæ vocant thalamos, auguria populorum. Alterum „ intrasse lætum est, in altero dira portendit. Responsa priuatis dat, e manu consulen- „ tium cibum capiendo. Germanici Cæsaris manum auersatus est, haud multo post extin- „ cti. Cetero secretus, quum se proripuit in cœtus, incedit summotu lictorum, grexque „ puerorum comitatur carmen honori eius canentium: intelligere videtur, & adorari „ velle. Hi greges repente lymphati futura præcinunt. Femina bos semel ei anno „ ostenditur, suis & ipsa insignibus, quanquam alijs: semperque eodem die & in- „ ueniri eam, & extingui tradunt. Memphi est locus in Nilo, quem a figura vocant „ Phialam, omnibus annis ibi auream pateram argenteamque mergentes, diebus quos „ habet natales Apis: septem hi sunt; mirumque neminem per eos a Crocodilis „ attingi: octauo post horam diei sextam redire belluæ feritatem. His de vitulo, seu Boue Api, pro Deo ab Aegyptijs culto paria scribunt Strabo [m] Solinus [n] Mela [o] Suidas, Ammianus, Spartianus, & alij passim Historici.

Quare

Ridicula mulierum superstitio.

Bouem cur colãt Ægyptij.

Phiala locus Aegypti.

Crocodili quando feritatem amittant.

[m] lib. 17. [n] cap. 35. [o] lib. 1. c. 9.

A Quare vitulum in Schemate fictum, Ægypti Symbolum esse nemo dubitare debet. Immo vero, si politice sumamus Ægyptum, ea tres in hominum gradus omnis diuisa continetur, qui sunt Sacerdotes, Milites, & Artifices; & apte Sacerdotum typus est Apis vitulus, Militum Leones, & Artificum Sphinx, quæ tum ab artificum millibus elaborata, tum multiformis artificiosarum formarum mirifice differentum symbolum est idoneum. Ita ergo Schemate nostro representatur Aegyptus.

Postrema Schematis explicatio est, De Amicitia, ad vindictam iniurarum exercitum cogentis, hieroglyphico. Cap. CL.

DEnique vero Lucianus in Toxari dialogo nobilem nobis ansam præbere videtur interpretandi Schema, tanquam hieroglyphicum Amicitiæ; siquidem Amicitiæ dignitatem, & opera mirabilia commendaturus, introducit virum Scytham aptissime, quod apud eas nationes nihil sanctius, aut religiosius obseruari, custodirique soleat, quam ius amicitiæ, quo iactabundi magis gloriari consueuerunt, quam vlla re alia: Quod etiam testatur Herodotus in Melpomene. Sane Lucianus memorabilem ritum iungendi fœderis & amicitiæ colendæ apud Sophas proponens, ita loquens historiã amicitiæ pulcherrimã etsi lõgiusculam [Est autem mos in Bosporo, vti proci in conuiuio petant puellas, narrantes quinam sint, quibus rebus freti decreuerint eas in matrimonium accipere. Atque id temporis forte fortuna multi aderant in conuiuio proci, reges, ac regum filij: in his erat & Tigrapates Lazorum princeps, & Adyrmachus Machlynæ dux, alijque cum his permulti. Oportet autem vnumquemque procum, posteaquam exposuit quis sit, & qua fiducia ad ambiendas nuptias accesserit, conuiuari cum reliquis, tacitumque accumbere. Deinde peracto conuiuio, postulata phiala vinũ in mensam effundere, multum interea collaudantem se se, quo genere, quibus opibus, qua sit potentia. Ad hunc igitur modũ quum multi iam libassent, postulassentque, regna & opes commemorantes: tandem Arsacomas postulata phiala non libauit (neque enim mos apud nos vinum effundere, quin magis contumelia ista esse iudicatur in Deum) sed haustum bibens: Da mihi rex, inquit, filiam tuam Mazæam vxorem, qui multo sum potior istis, quantum ad opes ac possessiones attinet. Leucanore vero admirante (sciebat enim rex pauperem Arsacomam, ac de plebe Scytharum esse) percontansque, Quantum pecorum, aut quantum habes plaustrorum Arsacoma, nam ijs rebus vos diuites estis: Immo nec plaustra, inquit, possideo, nec armenta; verum sunt mihi duo amici honesti, probique, quales alij Scytharum nemini. Ac tum quidem ista dicens risus est, contemptuique habitus, visusque temulentus. Mane vero reliquis prælatus est Adyrmachus: iamque sponsam abducturus erat in Maotidem ad Machlyenses. Porro Arsacomas domum reuersus amicis indicat quemadmodum reiectus esset a Rege, risuique habitus in conuiuio, quum pauper esse putaretur. Atqui dixeram, inquit, illi quantas haberem opes, nempe vos, o Leuchata atque Macenta; vestram beneuolentiam longe præstare multoque firmiorem esse Bosporanorum opibus. Verum hæc dicentem me subsannauit, contempsitque: & Adyrmucho scilicet Machlyensi tradidit asportandam sponsam, quod aureas phialas se diceret habere decem, præterea currus quaternis sedilibus octoginta: ad hæc ouium boumque multam copiam. Sic videlicet anteculit fortibus viris pecorum multitudinem, operosa pocula, & currus graues. Proinde, o amici, dupliciter excruior; nam & Mazæam amo, & iniuria mihi inter tantum hominum illata, non mediocriter mordet animum meum. Arbitror autem & vos ex æquo iniuria affectos esse. Etenim ad vnumquenque e nobis tertia contumeliæ pars pertinebat: si modo ita viuimus, quemadmodum cœpimus quum coniungeremur, nimirum vt vnus homo simus, ijsdem dolentes, ijsdemque gaudentes. Immo, inquit, Lonchates, vnusquisque libet e nobis totus iniuria afficiebatur tum, quum in te ista fierent. Quomodo igitur, inquit Macentes, his in rebus agemus? Per partes, inquit Lonchates, negocium suscipiamus. Atque ego quidem recipio Arsacomæ me caput apportaturum Leucanoris. Tu vero sponsam ereptam huic adducas oportet. Ita fiat, inquit: at tu Arsacoma inter hæc (nam his peractis verisimile est exercitu ac bello fore opus) hic mane, quo contrahas & apparęs arma, equos, atque aliarum rerum vim quantam potes maximam. Facillime autem plurimos adiunxeris: par-

B

C

D

Amicitia maxime colitur a Scythis.

Procandi mos in Bosporo.

Amici præferuntur diuitijs.

Amicitiæ vis.

Digitized by Google

Amico sedent in tergore bouis omnes opitulantur.

tim quod ipse strenuus, partim quod nobis non pauci sunt familiares: maxime vero si desederis in tergore bouis. Hæc vbi placuissent: hic quidem quantum potuit, recta profectus est in Bosporum, puta Lonchates: alter, idest Macentes, ad Machlynienses, eques vterque. At Arsacomas domi manens, & cum æqualibus contulit, & ex familiaribus vim hominum armauit. Demum in tergore bouis desedit. Consuetudo autem de sedendo in tergore bubulo, huiusmodi est apud nos. Vbi quis ab alio læsus est, cupitque vlcisci, neque par esse pugnæ videtur: tum boue immolato, carnes frustulatim concisas igni torret. Dehinc ipse porrecto humi corio, sedet in eo in tergum reductis manibus, more eorum, qui a cubitis vincti sunt. Et hoc quidem apud nos maximum est supplicandi genus. Appositis autem bouis carnibus, abeuntibus domesticis, præterea si quis alius velit, quisque partem sibi sumit, ac dextro pede tergum bouis calcans, pro facultate pollicetur, hic quidem equites præbiturum se quinque suopte cibo, suoque stipendio; ille decem, alius plures: alius armatos pedites quos possit: atque qui pauperrimus, seipsum dumtaxat. Colligitur itaque in tergo bouis ingens nonunquam multitudo. Et huiusmodi quidem exercitus & certissima fide cohæret, & hostibus expugnatu difficillimus est; non aliter quam si iureiurando esset adactus. Nam in tergum ascendisse, instar iuris iurandi est. Arsacomas igitur his in rebus procurandis satagebat: coieruntque illi equites quidem circiter quinquies mille; tum armati ac pedites promiscue vicies mille. At Lonchates vbi ignotus &c.] quibus amicos illos Arsacomæ pollicita præstitisse narratur, & exercitu debellatos hostes, iniuriasque penitus vltos ostenditur a Luciano luculentissime. Nos autem ad explicationem nostri Schematis ex hac historia sumimus, Insistentes in tergore bouis, ipsumq; depascentes Leones, indicare milites amicos conuenientes ad exercitum formandum, vlturos iniuriam amico illatam; quum & carnes bouis comedant, & eius tergum pedibus calcent; licet ad venustatem imaginum, & ad obscuritatem ænigmatis bos integre ac tantum non viuens calcandus, & deuorandus Leonibus apte supponatur. Ceterum non inepte Sphinx insidens tergo bouis expansis alis vtcunque referre potest affectum iniuria, velut in tergum reductis manibus, exercitum sibi cogere satagens ad vlciscendas iniurias antea sibi illatas. Quæ postrema est nostri Schematis explicatio. Liçet huic, & alijs omnibus anteferendam existimem esse tertio loco positam, de terræ hostilis distributione militibus victoribus, per Legem Agrariam sæpe latam a Romanis,




Vires

Digitized by Google

Viros ſapientes publicis monumentis eſſe colendos.

Schema II. Numiſmatis.



In Muſæo Illuſtriss. Com. Ioan. de Lazara Patau. numus æreus.

Chiorum antiqua in Homerum obſeruantia publica.
Cap. CLI.

HOmerum, de cuius tum natali ſolo, tum etiam ſepulchro ſemper gloriantur, & inter ſe certant multæ Ciuitates ac inſulæ Græcæ, ſummis honoribus a Chijs olim cultum fuiſſe, ſcribit Ariſtoteles Alcidamantis vſus teſtimonio, dum ait [a] *Et vt Alcidamas; Omnes, inquit, quomodocumque Sapientes honorant. Nam Parij Archilochum, quanquam eos vituperaſſet, honorarunt. Et Chij Homerum, quanquam eius ciuis non eſſet.* Duos profecto publicos houores inſtituerunt Homero Chij: Sepulchrum ſcilicet, atque ius ciuitatis; quod vtrumque decus in Schemate numi repreſentatur. Ac vt a iure ciuitatis ordiamur; id ſane demonſtrat aperte Numus alius, huic non admodum abſimilis, de quo cl. Allatius noſter in eruditiſſimo ſuo volumine De Patria Homeri conſcripto, ſic habet: [In Eminentiſſimi Principis FRANCISCI Cardinalis BARBERINI rerum antiquarum, earumque innumerarum Cimeliarchio, Numiſma Chiorum extat; quamuis non ita magnum, affabre tamen, & ſatis concinne ex ære factum eſt. Figuræ in eo perbellæ, non quas ſequiora ſecula, ſed quas antiquitas ipſa, dum artes florerent omnes, & ſculptura potiſſimum, non ſine poſteriorum admiratione in aliorum exempla effinxit; vt hinc manifeſte appareat Numiſma illud ante Chriſti tempora, florentibus rebus Chijs, cuſum fuiſſe: in effingenda enim Homerica

[a] 2. Rhet. cap. 24.

Chiorum Numus Barberinus pulcherrimus exacte deſcriptus.

merica imagine artifex, ſententia probatiſſimorum, qui hac tempeſtate vigent, ſculptoris operam non illaudabilem inſumpſit. Videntur vero ex vna parte Ciuitatis inſignia, Sphinx ſcilicet tricorpor: puella forma, & vultu lepido, capillamento ſpiſſo, crinibus intortis tæniaq; colligatis, quæ demum per vtramq; colli partem effunditur: mammis prominulis, alis expanſis ſublatiſq; pedibus ac vnguibus Leonini; cuius imaginem, in quam & deſinit, adamuſſim repreſentat: cauda elata, incuruataque aduerſum S referens: pedibus poſterioribus plicatis quaſi accumberet: anteriori ſiniſtro recto terram calcat, dexter Lyræ ſubiacenti, declinatæque (ſiue illa trichordos ſit, ſiue tetrachordos, fugiunt enim oculorum aciem chordæ) cornu innititur. Lyra eſt duorum cornuum vt e bouino capite in ima parte erumpentium, quæ ſenſim expanſa antequam in ſuprema parte extenuata in ſemicyclum deſinant, in ſe ſe inclinata iugum ſuſtinent, in quo chordæ appenſæ in ima deferuntur cum cornibus in baſim non admodum quadratam, ſed circa cornua paulum acuminatam. In extrema parte ſub Sphingis baſi ſtellula eſt. Circum inter caudam, alas, faciem, & pedes anteriores non iunctim, ſed diuiſim ΧΙΩΝ inſcribitur. Et hæc quidem ex vna parte Numiſmatis ſunt. In altera homo prouectæ ætatis, manibus volumen inuolutum tenens, ſellæ inſidet, barbæ impexæ, nec adeo longæ; concreti cinni promittuntur. Oculi cani, ac fixi, ſupercilia hirſuta contractaque, rugæ frontis, plicæ denique faciei omnes meditantis, ac aliquid parturientis ſunt: totus denique eſt in lectione voluminis. Ab humeris & pectore ad ipſos pedes, & iuncturas manuum tunica talari, fluentique contegitur: ab humeri pallium ſub brachio, coxendiceque, ſed magnifice plicatum late diffunditur. Sella varie ſtriata nodis, iiſque varijs exornatur, quæ a floſculis veluti liliorum incipiens, in eoſdem floſculos deſinens baſi fixos extenuatur: Sellæ pedes vt firmiores ſint, vinculo ex eadem materia colligantur, quemadmodum & brachia, in quæ ſedens Homerus humeris innititur. Ante Homeri faciem, & poſt terga diuiſim legitur ΟΜΗΡΟΣ. Et hoc quidem Numiſma Chiorum eſt.] & mox: [Chiorum itaque inſigne, ſed magis præcipuum Sphinx fuit: quam varie nõ tantum Chios, ſed alios etiam effinxiſſe, antiquitatis ipſa reliqua monumenta teſtantur. Chiorum inquam Sphinx fuit, quam fabuloſa Poetarum figmenta, & Thebanorum acerbiſſimæ clades nobilitant, corpore triformem. Auſonius in Grifo Ternatij:

,, Terruit Aoniam volucris, Leo, virgo triformis,
,, Sphinx, volucris pennis, pedibus fera, fronte puella.]

& infra: [Cauſa, ob quam Sphingem huiuſcemodi Chij in Numiſmatibus poſuere, aut Delphis ab Oraculo, aut ab Hammone, vel Dodona petenda eſſet, quando & Oedipus ipſe coniector hæreret. Quis in Chiorum animos, quum monumenta non ſuppetunt, penetrare modo poterit, vt ſenſum, ac ſcopum inde extorqueat? eoque potiſſimum, quod Sphingem non tum primum, quum Homerum ſibi vindicarent, ſed multo etiam ante, vt probabile eſt, pro inſigni habuere. Dicam, quæ modo memoria ſuggerit. Sphinx ab Oedipo ipſo, vel etiam antiquior, quando ab Aegyptijs promanauit, ſapientiam, & naturæ arcana ſignificat: ideoque de rebus naturæ quæſtiones proponit, quas vbi ſegniora ingenia non deprehendunt, ac ſi nulla eſſent, neceſſe eſt vt occumbant: ſi ſecreta acumine deprehenderint, quaſi ſuperiora facta, naturæ ipſius vires eneruant, hinc ea intermori dicitur.] & mox: [Propterea etiam Sphinges pro foribus templorum apponi ſolebant, quaſi rerum ſacrarum conſeruatrices: neque niſi illas tranſilierit, aditus alicui in ipſa ſacrorum adyta patebat. An ergo Chij ſapientiam ſibi præ alijs vindicantes Sphingem vniuerſæ Græciæ proponebant, quaſi dicerent ſe auitam religionem conſeruare, & ſapientiæ arcana nõ niſi Chijs προγόνοις haberi poſſe? At Sphingem ignorantiam eſſe alij tradunt. Chios propterea dicerem bonis artibus ignorantia ex vrbe eiecta, contra ignorantiam triumphum erexiſſe, idque palam omnibus Numiſmate feciſſe. Si ad hiſtoriam referendum eſſet, dicerem Chios, de dominio maris cum reliquis Græciæ vrbibus decertantes, pugna inita cum Boeotis illos debellaſſe; ideoque ſuæ victoriæ ſignum Numiſmate tunc excuſo, ad alias Græciæ ciuitates demandaſſe. Vel etiam hoſte, aut Duce quopiam forte etiam ſic appellato, qui eos latrocinijs vexabat, deuicto, memoriam tanti facinoris Sphingis imagine expreſſiſſe; quemadmodum & Demochares Athenienſis in Ithyphallico, Demetrij Poliorcetæ dicto, vt ex Duride Sæmio ſcribit Athenæus, ducem neſcioquem Caſſandri Sphingem vocauit: *Verum non Thebanorum,*

Chij cur vſi Sphinge, vir

Digitized by Google

A *rum, sed vniuersæ Græciæ Sphingem dominantem Aeolida.* Neque nouum id fuerit, quum moris fuerit antiquorum etiam ad pedes Deorum effingere monstra ab eis domita, vt de Dracone ad pedes Palladis efficto scribit Pausanias, quæ postea aliquando vel in clypeis, vel in scutis, vel aliquo alio loco apposita sunt, ne singula commemorem. Sed de Chiorum Sphinge varia forma, aliisque cum ea coniunctis alibi plura.] Hæc excerpere libuit in argumento tenebricosissimo ex eruditione viri præclari, qui ad ornandam Patriam adducere non poterat meliora. Verum enimuero qui Patriæ suæ dignitatem amplificare, tuerique debuit, mihi non succenseat amicissimus, si primum non accipio Sphingem apud Chios ante cultum Homeri fuisse pro insigni, cuius nulla probatio affertur. Si secundo non admittere possum Chios vindicasse sibi sapiẽtiam, & religionem præceteris vrbibus vniuersæ Græciæ sub imagine Sphingis; quum certum sit apud omnes, Chiorũ sapientiam, & religionem nõ esse cum sapientia, religioneque Delphorum, Athenienſium, Rhodiorum, & aliorum plurium comparandam, obstante nimium Chijs antiqua Paroemia, *Chius ad Coum*. Quare crediderim Chios isto Numismate fecisse, quod factitatum frequentissime videmus & a Romanis, & a Græcis, vt in vna Numismatis area simulachrum Principis, aut alius quem eximie colere velint insculpant, in altera vero præclarum eiusdem facinus, quod animi dotes ipsius ostentent. Ita Chij quum in vna facie Numi sedentem Homerum ac meditantem, efficto corpore summi poetæ posuissent; in alia mentem ac animum Homeri cunctis expressisse simmulachro Sphingis, quæ nobis proponat ænigmata de rerum natura, simul & arcana Deorum mysteria; signantes ita sapientissimum Homerum animo fuisse, qui rerum omnium & diuinarum & humanarum cognitionem sub inuolucris fabularum proposuit mortalibus immortalia sua volumina legentibus.

Nostra declaratio Numi Barberini.

B

Affertur genuina declaratio Numi Comitis Illustriss. Ioannis de Lazara. Cap. CLII.

AT iam præstat nunc aggredi peculiarem explicationem Numi de Lazara. Chij profecto suo Numismate Diuini sui Vatis Homeri tum Animum, tum corpus isto Numi simulachro venerari voluerunt, Animum quidem coronata Sphinge pedem super vreeum, lagenamue vinariam imponente, alis expansis, & elatis: corpus autem vrna sepulchrali, corporis cineres post animæ discessum continente. Porro Sphinx tota hieroglyphicum est Homeri quantum ad eius animam, qui Poeta fuit omnium sapientissimus, oracola velut ænigmata sub cortice fabularum proponens vnicuique sua legenti de rebus arcanis tum naturæ, tum politicis, & moralibus, tum etiam diuinis, ad instar mysticæ Sphingis; vt dicebamus: quæ mysteria si quis intelligat intime sapiens est inter homines; qui vero nudum illorum corticem solum attingens in fabuloso sensu literali commoratur, mortalem ignorantiæ prauæ labem incurrit; litera siquidem occidit in Homeri poemate, sensus mysticus viuificat. Corona tres habens apices apertos, & vnum occultum in capite Sphingis, allegorice signat quaterna vatis nostri poemata, quibus Rex omnium Poetarum coronatus veneratur, Iliadem dico, Odysseam, Hymnos, & cum Batrachoniomachia Margiten; de quo sic Aristoteles [b] *Vt enim actiones honestas digniores, taliumque fortunas imitabantur: ita prauas humiliores, sane primum conuitijs agentes: quemadmodum superiores hymnis laudationibusue. Ante vero Homerum nullum omnino tale poema habemus, tametsi plura extitisse credere par est. Extat autem ipsius Homeri (vt ab eo initium sumamus) Margites, & huic consimilia: quibus insuper, quod maxime congrueret, iambicum metrum accessit; iambicumque propterea nunc appellatur, quod his plerumque numeris veteres ἰαμβίζειν, id est conuitiari inuicem soliti sint. E veteribus aliqui Heroici, aliqui Iambici poetæ extitere. At vero ipse Homerus, quemadmodum præcipue heroicus fuit: (solus enim hic non modo recte, sed actionum imitationibus referta poemata condidit:) sic etiam Comœdiæ normam primus tradidit, non quidem probris, sed ridiculis in actuum formam collatis. Et sane similis in Margite ratio: hic enim ita se ad Comœdiam habet, vt ad Tragœdiam Ilias, atque Odyssea.* Margites vero Comœdiæ ridiculæ fuit argumentum aptissimum, quia describitur a Suida stultissimus hominum his plane verbis: Margites, homo, qui propter stultitiam a Comicis carpitur. [Quem aiunt vltra quinque numerare non potuisse: & quum vxorem duxisset, eam non tetigisse,

C

Sphinx vt vt Homerũ designet.

Litera occidit, sensus viuificat in Homero.

[b] Poet. c. 4.

D

sed

ſed metuiſſe, dicentem, *ſi hoc facere non eſſet ausum*, ne illa ad matrem ſe deferret. Quum autem iam eſſet iuuenis, *natuque grandior*, *aiunt illum de ſuo patre* dubitaſſe, & ex matre quæſiſſe, an ex eodem patre natus eſſet.] Huius igitur hominis ridiculi actiones Homerus Comœdiæ ſuæ, quam propterea Margitem appellauit, argumentum eſſe voluit. Quæ quidem Comœdia quum æuo Chiorum, hoc Numiſma cudentium, vt etiam noſtro, non proſtaret, vel potius digna non haberetur, quæ cum Iliade, Odyſſea, & Hymnis Homeri coronam texentibus aſpectui committeretur, occultata fuit in parte coronæ non adſpectabili. Qua ratione ſimiliter, obſeruatu Plinij [e] Ne Regem luſcum offenderet Apelles, *pinxit Antigoni regis imaginem altero lumine orbam, primus excogitata ratione vitia condendi; obliquam namque fecit, vt quod corpori deeſſet, pictura potius deeſſe videretur; tantumque eam partem de facie oſtendit, quam totam poterat oſtendere.* Sic etiam artificioſe Chij tria poemata ſeria tribus apertis coronæ radijs oſtendere voluerunt, Odyſſeam, Hymnos; & Iliadem, Margite connotato ſecus in occultato radio, ne Comica ludiera ſerijs operibus Homeri labem aliquam inſpergerent. Eademque ratio videtur de Homeri Batrachomyomachia, quo poematio luſit Ranarum & murium pugnam; quod opus in clariſſima luce Iliadis, Hymnorum, & Odyſſeæ fere ſit inadſpectabile, quemadmodum & Ellychnij flamma nõ cernitur in fulgentiſſimis radijs Solis expoſita; quare quartus coronæ radius inter illos ternos mire ſplendentes non comparet, etiamſi præſens adſit; ita Batrachomyomachia pudibunda non ſuſtinet alijs Homeri monumentis euidenter ingerere ſeſe, penitus offuſcata nimio ſplendore tantorum operum. Sed Alæ Sphingis elatæ, actum volandi nobis exprimentes, indicant Homerica monumenta volitare per orbem, doctaq; per ora virũm in æthera ſapientiæ. Lagena vinaria tum ad Homerum, tũ etiam ad Chios apte refertur; ad hos quidem, indicans inſulã Chium ceteris omnibus Græciæ, mundiq; regionibus antecellere vini prætioſita te; de qua paſſim omnes eũ laude loquuntur; in primis Galenus agens de Antidotis, inquit: *In Aſia namque ſi Antidotos conficere volueris, aut aliqua alia ingente, vinoque ad medicamentum requiſito carueris, vinum conquires fuluum quidem colore; nam neque nigrum neque album, neque rubicundum, eiuſmodi antidotis conuenit. Corpore autem ita tenue eſſe debet, vt oculis peruium ſit vt tranſpareat. Guſtum vero talem præſeferat, qualem modo Falernum habere dicebamus, nondum quidem amarum, non tamen adhuc ob iuuentam crudum. Subijciam autem in exemplum quanam vina talia ſint, nominatimque ipſa commemorabo. Antiqui enim Medici qui noſtra in Aſia nati ſunt, etiam antequam Romanorum Imperium creuiſſet, & Falernum vinum famam adeptum eſſet, eorum nomina ſuis libris commiſere, ſuntque tria hæc in Aſia a Medicis celebrata vina: Chium, quod in Chio inſula naſcitur, Aruſinum ab eo tractu in quo prouenit cognominatum: Lesbium, ita de nomine totius inſulæ, in qua oritur, appellatum; & Tmolite, a monte Cilicia, vnde aduehitur, cui Tmolus nomen eſt, vocabulum adeptum. Perſpicuum autem eſt ex his optimum eligendum eſſe per ea ſigna, quæ ſuperius expoſui.* Quibus aperte conſtat, Galenum vino Chio primas inter omnia vina dediſſe. Dioſcorides item primatum aſſignat vino Chio, tum ex Interpretatione Saraceni dicens [f] *In his præſtant Italica: vti Falernum, Surrentinum, Cacubum, & permulta alia e Campano agro, itemq; Prætutianum, Adrianum, Siculum, quod Mamertinum appellatur. Ex Græcis, Chium, & Leſbium, & Phygelinum, quod in Epheſo gignitur.* Multo aliter, ſed ad rem ex vulgata verſione [f]

„ Inter Italica vina Falernum principem locum obtinet: quod inueteratum per quam facile coquitur, pulſus exſuſcitat, aluum adſtringit, ſtomacho vtile, ſed veſicæ nocet, atq; ijs, qui viſus hebetudinem ſentiunt, & ad potus crebros minime idoneum. Albana craſſioribus conſtat partibus, dulcia: ſtomachum inflant, ventrem emolliunt, ſed concoctionem non æque adiuuant, & neruoſa minus infeſtant: vetuſtate eadem auſterum ſaporem concipiunt. Cæcubum, quum ſit dulce, eſt & Albano craſſius; corpus, & colorem alit: ægre tamen coquitur. Surrentinum valde auſterum eſt: quare inteſtinorum, & ſtomachi fluxiones cohibet: & quum tenue ſit, caput minus tentat: inueteratum ſuauius redditur, & ſtomacho vtile. Adrianum, & Mamertinum in Sicilia æque craſſis partibus gignuntur: modice adſtringunt, & ocyſſime inueterantur: minuſque ob ſuam tenuitatem neruos tentant. Parætypianum, quod ex Adriatico ſinu defertur, odoratum, ac tenuius eſt: quare liberaliter epotum fallit, diu ſeruat ebrietatem, & ſoporem affert. Iſtricum

„ Pa-

[e] lib. 35. c. 10.

[f] cap. 2.

A

B

C

D

Vinum Chiũ optimum eſſe omnium. d lib. 1. c. 5.

Vinum quale conueniat antidotis.

Vinorum genera, et facultates.

Digitized by Google

A ,, Parætypiano ſimile eſt, ſed vrinam vehementius pellit. CHIVM tamen antedictis mol-
,, lius, & aptum potui eſt: bene alit, & minus inebriat, fluxiones cohibet, oculorum medi-
,, camentis vtile. Leſbium facile membra ſubit, Chio leuius, & aluo idoneum. Epheſium
,, eandem vim habet, quod Phygelites nominatur. Ex his apparet, vberiorem textum
Græcanicum obtigiſſe veteri verſioni, quam Saracenicæ, ſed tamen vtrobique vinũ Chium
ceteris Græcis anteponi. Vini quoque Chij laudes celebrat Strabo † & poſt eum Plinius:
ait autem Strabo dum de Chijs agit; *Deinde Artuſius ager aſper, & importuoſus, ſtadiorũ fe-*
re CCC: vinum ferens omnium Græcanicorum optimum. Inquit item Plinius: ‡ *Nunc ſi*
mili modo tranſmarina dicemus. In ſumma gloria, poſt Homerica illa, de quibus ſupra dixi-
mus, fuere Thaſium Chiumque. Ex Chio, quod Aruiſium vocant. His addidit Leſbium
Eraſiſtrati maximi Medici auctoritas. Recentiorum cl. Maginus Præceptor, apud Ptole-
,, mæum agens de Chio, ſcribit: Hodie ſola hæc inſula maſtichen mittit. Optimum vinum
,, iſthic prouenit, ſed præcipuum eſt Aruiſium, Maluaſia hodie, inter laudatiſſima a Plinio
,, connumeratum, & inter cetera vina Græca præſtantiſſimum, quod in Aruiſio aſpero, ac
B ,, importuoſo loco, trecentorum ſtadiorum ſpatio naſcitur, hocque vinum hinc primum
,, tranſlatum ferunt in Cretam inſulam. Itaque vino ſuo gloriabundi Chij, lagenæ vinariæ
ſimulachrum in ſuo Numiſmate poſuere. Sed & in gratiam Homeri præſtiterunt hoc ipſum,
indicantes illum optimum poetarum, quod apud eos manens optimo vino frueretur; nam vbi
vina præſtãtiora ſunt, ibi poetæ meliores: quod ita belle ſcribit Horatius ad Mecænatem: § lib. 1. Epiſt. 19.

[Priſco ſi credis Mecænas docte Cratino,
Nulla placere diu, nec viuere carmina poſſunt,
Quæ ſcribuntur aquæ potoribus, vt male ſanos
Adſcribit liber Satyris fauniſque poetas.
Vina fere dulces oluerunt mane camoenæ.
Laudibus arguitur vini vinoſus Homerus.
Enuius ipſe pater nunquam niſi potus ad arma
Proſiluit dicenda: forum putealque Libonis
Mandabo ſiccis, ad imam cantare ſeueris.
C Hoc ſimul edixit, non ceſſauere poetæ
Nocturno certare mero, putere diurno.
Ita propertius ‖ ‖ lib. 4. de pugna Act. Nauali.
Ingenium potis irritet Muſa poetis
Bacche ſoles Phœbo fertilis eſſe tuo. K de Arte amandi.
Ita Naſo K
. , ... carmina vino
Ingenium faciente canunt. . . . . .
Ita Martialis ℓ ℓ lib. 11. Epig. 7.
Poſſum nil ego ſobrius: bibenti
Succurrunt mihi quindecim Poetæ.

Ita Silonem Magiſtrum ſuum de rerum origine verſus admirabiles pangentem Virgilius introducit ſub ebrij Sileni perſona, plane demonſtrans vini generoſi potum optimo poe-
D tæ neceſſarium eſſe, dum Ecloga ſexta ſcribit:

Pergite Pierides. Chromis, & Mnaſylus in antro
Silenum pueri ſomno videre iacentem,
Inflatum heſterno venas, vt ſemper, Iaccho.
Serta procul tantum capiti delapſa iacebant,
Et grauis attrita pendebat cantharus anſa:
Aggreſſi (nam ſæpe ſenex ſpe carminis ambos
Luſerat) inijciunt ipſis ex vincula ſertis.
Addit ſe ſociam, timidiſque ſuperuenit Ægle,
Ægle Naiadum pulcherrima: iamque videnti
Sanguineis frontem moris, & tempora pingit.
Ille dolum ridens: quo vincula nectitis (inquit)
Soluite me pueri: ſatis eſt [illegible]

Digitized by Google

Carmina quæ vultis, cognoscite: carmina vobis, A
Huic aliud mercedis erit: simul incipit ipse.
Tum vero in numerum Faunosque ferasque videres
Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus.
Nec tantum Rhodope miratur, & Ismarus Orphea;
Namque canebat, vti magnum per inane coacta
Semina terrarumque animæque marisque fuissent,
Et liquidi simul ignis: vt his exordia primis
Omnia, & ipse tener mundi concreuerit orbis.]

Et reliqua mortales in admirationem rapientia carmina de proposito. Sane Sileno suo summo vati Virgilius Ebrio tribuit vini cantharum ansa detrita, quemadmodum & in suo Numismate Chij Sphingi Poetam Homerum referenti posuerunt itidem vrceum, cantharumq; vinarium attrita pariter ansa, sicut apparet in Schemate. Sapienter autem Virgilius, vt indicaret Poetæ non conuenire communem Ebrietatem vulgi; sed mysticam, qua Poetæ mens diuino furore correpta sensibus abalienatur, literales significationes omnino negligens, allegoricum sensum in versibus attendit, ponit abesse procul a capite delapsa serta, quibus antiquitus ad euitandam ebrietatem vulgarem in conuiuio coronabantur, vt ait Athenæus [m] Et sæpicule coronas ebrio conuiuantique sibi nectebat Anacreon: ita concinens:

Ebrietas quę poetas nobiles decent. B

[m] lib. 15. & passim.

Teneris superque myrtis,
Superque, & virente loto
Recubans bibam libenter.
Religatus at papyro
Tunicam Cupido collo,
Mihi poculum ministret;
Rota nam velut curulis
Properat volueris ætas:
Tenuis iacebimusque
Cinis, ossibus solutis.
Tumulum quid est quod ungas,
Vel humo quod ebibenda
Peritura dona fundas?
Potius manente vita,
Roseas meo corollas
Capiti ferasque odores:
Mihi, & euoces amicam.
Etenim prius quam ad Orci
Rapiar nigri choreas,
Volo dissipare curas.
& mox:
Rosam amoribus dicatam
Sociemus ad Lyæum.
Felijs rosam decoram
Capiti reuincientes,
Calices iocemur inter.
Rosa, honor, decusque florum:
Rosa, cura, amorque veris:
Rosa, calitum voluptas.
Roseis puer Cytherus
Caput implicat corollis
Charitum choros frequentans.
Agedum ergo me corona
Pater o Lyæe templis
Modulans tuis vt adstem:
Roseis comasque sertis
Redimitus, atque pulchra
Comitante me puella,
Choreas & ipse ducam.
& infra
Date mi, date o puella
Cyathum, vt bibam, Lyæi.
Quia me bibit quoque ipsum
Calor aridus iam. & ægre
Animam trahere anhelo.
Date flosculos Lyæi,
Date serta, queis calentem
Amo frigerare frontem.
Penitissimos Amorum
Aliter tego calores
Altoque condo corde.
& ad huc infra.
Vt me subit Lyæus,
Tunc cura dormit omnis,
Crœsumque sperno præme.
Dulcis repente nostro
Erumpit ore cantus.
Hedera comasque cingens,
Proculco mente cuncta.
Ad arma currat alter,
Ad pocula ipse curram.
Puer ocyus scyphum da.
Nam præstat ebrium me
Quam mortuum iacere.
& inferius
Cupio quidem iocosi
Bromij choros requirens.
Amo vero cum iuuencis
Fidibus canens bibensque:
Hyacinthinis corollis

C

D

Caput

A *Caput implicatus, vt eum*
Teneris iocer puellis.
& demum de Rosa
Eadem decens corenis,
Et expetita mensis,
Solennibusque Bacchi,
Rosis quid absque fiat?

Nota siquidem est ebrietatis vulgaris, habere coronam in capite; deerat haec in Sileno; quare Sileni ebrietas, vt & esse vinosum Homerum, accipi debet non de commui ebrietate vulgi, quam procul arcet Horatius ab illis, qui proficere desiderant in poesi; scribit enim [n] Artem poeticam docens: [n] in Arte.

„ Qui studet optatam cursu contingere metam,
„ Multa tulit, fecitque puer, sudauit, & alsit.
„ Abstinuit Venere, & Vino, qui Pythia cantat
„ Tibicen, didicitque prius, extimuitque magistrum.

Vini generosi potus facit bonos poetas, & cur.

Ar poeta bonus vti debet generoso vino, ad spirituum puriorum, & feruidiorum procreationem, pluriumque; ne torpeat ingenium, inuentioni studens; & ad hilaritatem, qua condiantur inuenta suaui lepore carminum; de qua suauitate Lucretius ita: [o] lib. 1.

B „ Nunc age, quod supereſt, cognoſce & clarius audi:
„ Nec me animi fallit, quam sint obscura: sed acri
„ Percussit thyrso laudis spes magna meum cor,
„ Et simul incussit suauem mi in pectus amorem
„ Musarum: quo nunc instinctus, mente vigenti
„ Auia Pieridum peragro loca, nullius ante
„ Trita solo: iuuatque integros accedere fonteis,
„ Atque haurire: iuuatque nouos decerpere flores,
„ Insignemque meo capiti petere inde coronam,
„ Vnde prius nulli velarint tempora Musae:
„ Primum quod magnis doceo de rebus, & arctis
„ Religionum animos nodis exsoluere pergo:
„ Deinde quod obscura de re tam lucida pango
C „ Carmina, Musaeo contingens cuncta lepore.

Sic igitur apte Chij suam Homericam Sphingem, adeoque vinosum Homerum honorarunt in Numismate, sub dextra manu apposito cantharo, ansa attrita, pleno maluatico vino generoso, de quo bibens Homerus in vita sua cecinit immortalia carmina. Ceterum ptaestat etiam cum eruditissimo La-Cerda vinum mystice de doctrina interpretari, qua bonus poeta plenus ac velut ebrius est; etenim Silenus ebrius, atque senex ideo ponitur doctor & magister Satyrorum, & Bacchi; vnde Sidonius Apollinaris in Burgo: Vinum doctrina typus

„ Bassaridas Satyros, Panas, Faunosque docebat
„ Ludere Silenus iam numine plenus alumni.

Nam Julius Firmicus ait [p] Silenum fuisse Bacchi paedagogum. Ad hanc doctrinam pertinere potest Adagium, *Sileni Alcibiadis*: Socrates enim eximius doctor Sileno comparatus est ab Alcibiade [q] non solum propter neglectum habitum, & formam rusticam: sed quia doctores dicerentur Sileni. Quapropter a Virgilio, qui nihil otiosum profert, Silenus D ebrius dicitur, non vino, Baccho, aut Lyaeo, sed *Laccho* signate; nam inter Bacchi nomina hoc ad religionem & mysteria spectabat; vt admonet alibi [r] Virgilius [p] cap. 6. [q] Plat. & Xenoph. in Sympos. Iacchus mysticae sumitur. [r] 1. Georg.

„ . . . . . & mystica vannus Iacchi.

Inter multa siquidem Bacchi nomina illud maxime pertinuit ad sacra mysteria; tunc enim Iacchus dicitur, quum praest mysteriis. Inde sacerdos Bacchi, & initiatus signate dicitur Polluci ἱεροφάντης. Et Cicero [s] *Quid ergo*, inquit, *agat Iacchus, Eumolpidaeque nostri, & angusta illa mysteria, si quidem sacra nocturna tollimus?* Oportet vero distinguas ebrietates; inebriari namque dupliciter contingit, vt ait Philo; [t] est enim tantum vino madere, est & delirare vino: Priore modo capio ebrietatem illorum, qui docent; nam vt ait iden. Philo scribens: *Quod enim aliud negotium sapientem decet, quam ludere, gaudere, hilarescere cum honesta tolerantia. Vnde liquet quod temulentus eris etiam, temulentia conferente ad bonos mores, & afferente continuam vtilitati relaxationem. Videtur enim merum ea quae cui-* [s] de legib. [t] de plant. Noe. Ebrietas duplex. Ebrietas cōferens ad bonos mores.

* lib. de Temulentia. *que a natura indita sunt, augere ac intendere. & alibi * Ceterum quacumque anima impleta fuerit gratia, gaudet confestim & ridet exultatque: bacchatur enim ita vt vulgo ebria videatur insanire rapta extra se; & idem dicitur ad eam a quodam puerulo non uno, sed a quolibet iuueniliter petulante: Quousque temulenta es? aufer istam temulentiam a te. Solet enim correptorum numine non solum anima concitari ceu quodam æstro, sed & corpus erubescere incandescereque, interna gaudio prorumpente in exteriora: quare multos insipientes decipit, qui sobrios vino madere autumant. Est tamen quadam Ebrietas etiam sobriorum, qui bona meraca hauriunt, & propitiationes a perfecta virtute accipiunt. Ceterum qui temulenti sunt, ne degustant quidem prudentiam, qua abstinendo famem eius sentiunt continuam.* Verum enimuero vinum dici potest sapientia naturalium, ac inferiorum rerum, prout a supernaturalibus atque diuinis contradistinguuntur, qua nostratium rerum sapientia repletus fuit Salomon, qui tamen aliam quærebat sapientiam, quando dicebat * Cogitaui in corde meo abstrahere a vino carnem meam, vt animum meum transferrem ad sapientiam, deuitaremque stultitiam. Licet hæc intelligi valeant etiam de vino naturali, quod haustum vberius quam par sit, vulgarem temulentiam affert, intellectuique nimium officit ad acquisitionem sapientiæ tam humanæ, quam diuinæ, quum haustum liberaliter, non in excessu nimio, & generosum, mentem acuat ad contemplationes, & ad intime penetranda sapientiæ mysteria. Sic igitur apte Chij suis in Numismatibus honorantes Homerum, eius mysticæ Sphingi lagenam vinariam apponunt, siue naturale vinum suum maluaticum intelligerent, siue mysticum sapientiæ nectar. Quæ sit explicatio prioris areæ Numi, qua Homerum honorant Chij vt viuentem, & poemata pangentem, sapientiæ plenissima.

Salamon a quo vino abstinebat. * Eccl. 2.

A

B

De sepulchrorum differentijs, & Homeri tumulo. Cap. CLIII.

Vrne sepulchralis explicatio.

RESTat nunc vt ad alteram aream Numismatis explicandam accedamus, qua Chij venerantur Homerum vt iam vita defunctum. Sane mortuis honor exhibetur sepulchri; quod geminum habetur apud antiquos, nempe solidum seu plenum, quod continet intra se reipsa corpus, aut cineres hominis defuncti: & inane, quod intra se nihil comprendit corporis mortui, sed honoris ergo ponitur alibi humato: de sepulchro solido Virgilius hæc habet in sepultura Miseni.

Sepulchrum inane honoris ergo. 3 6. Æn.

C

[Nec minus interea Misenum in litore Tecuri
Flebant, & cineri ingrato suprema ferebant,
Principio pinguem tædis, & robore secto
Ingentem struxere pyram: cui frondibus atris
Intexunt latera, & ferales ante cupressos
Constituunt, decorantque super fulgentibus armis,
Pars calidos latices, & ahena vndantia flammis
Expediunt, corpusque lauant frigentis, & vngunt.
Fit geminus: tum membra toro defleta reponunt,
Purpureasque super vestes, velamina nota,
Conijciunt: pars ingenti subiere feretro,
Triste ministerium, & subiectam more parentum
Auersi tenuere facem: congesta cremantur
Thurea dona, dapes, fusoque crateres oliuo.
Postquam collapsi cineres, & flamma quieuit,
Reliquias vino & bibulam lauere fauillam,
Ossaque lecta cado texit Corineus aheno,
Idem ter socios pura circumtulit vnda,
Spargens rore leui & ramo felicis oliuæ,
Lustrauitque viros, dixitque nouissima verba.
At pius Æneas ingenti mole sepulchrum
Imponit, suaque arma viro, remumque, tubamque
Monte sub aerio, qui nunc Misenus ab illo
Dicitur, æternumque tenet per sæcula nomen.

D

De

A De ſepulchro autem inani ab Andromacha coniugi Hectori conſtructo in Epiro, quum ca- a lib.3. Æn.
deuer in Aſia iaceret humatum, ſic idem Virgilius antea a,

Protinus aerias Phœacum abſcondimus arces,
Littoraque Epiri legimus, portuque ſubimus
Chaonio, & celſam Buthroti aſcendimus vrbem,
Hic incredibilis rerum fama occupat aures,
Priamiden Helenum Graias regnare per vrbes,
Coniugio Æacidæ Pyrrhi, ſceptriſque potitum,
Et patrio Andromachen iterum ceſſiſſe marito;
Obſtupui: miroque incenſum pectus amore
Compellare virum, & caſus cognoſcere tantos,
Progredior portu, claſſes, & littora linquens,
Solemnes tum forte dapes, & triſtia dona
Ante vrbem in luco falſi Simoentis ad vndam
Libabat cineri Andromache; manesque vocabat
Hectoreum ad tumulum: viridi quem cespite inanem,
Et geminas, cauſam lacrymis, ſacrauerat aras.]

Recte notat hoc loco eruditiſſimus La-Cerda, cõſueuiſſe veteres ijs, quos amabant, pluribus in locis imaginarium quendam tumulum excitare, quem hic poeta *inanem* vocat, & Sue- a cap.1.
tonius in Claudio a *honorarium* his verbis: *Exercitus honorarium ei tumulum excitauit: circa quem deinceps fato die quotannis miles decertaret, Galliarumque ciuitates publice ſupplicarent*. Inde veteſtæ marmorum inſcriptiones, quod notauit Alciatus b habebant hæc b 10. Par. cap.12.
verba: *Ob honorem*: cuius ſententiam firmo verbis Taciti c *Honorique patris princeps ipſe cum* c 2. Annal.
legionibus decurrit. Huius inanis honorariique tumuli exemplum eſt apud Homerum d Quum d Odyſſ. 4.
enim audiſſet ex Proteo Menelaus Agmemnonis fratris mortem, illi ſtatim tumulum excitat:

,, Ceterum poſt quam ſedaui iram Deorum immortalium,
,, Aggeſſi Agamemnoni tumulum, vt immenſa gloria eſſet,

C Et Xenophon in Expeditione Cyri e vbi huiuſcemodi tumulum vocat Cenotaphium: *His,* e lib.6.
quorum corpora inuenta non ſunt, cenotaphiũ magnũ fecerunt, pyramq; magnam, & coronas impoſuerunt. Et apud Pauſaniam in Atticis, & in Corinthiacis: in Atticis enim Euripidi honorarius tumulus excitatur, quum ipſe in Macedonia ſepultus eſſet; in Corinthiacis vero ducibus omnibus, qui ad Ilium ceciderant. Hunc tumulum dici Monumentum etiam aſſerit Iureconſultus ff. de Religioſis & ſumptibus funerum: ait enim, Si ibi ſit corpus, dici ſepulchrum: ſi abſit, dici monumentum, vt & Græcis Cenotaphium, quia ſtructum ſolum ad memoriam defuncti. Græca voce vſus Lampridius in Alexandro: *Cenotaphium in Gallia, Romæ* f lib.18.c.1.
amplißimum ſepulchrum meruit. Philoſtratus in Apollonij vita f *Pſeudotaphium* nominat
proprie, quia mendax ſepulchrum. Ad hunc tumulum Horatius alluſit g g l.2.Ode 20
,, Abſint inani funere næniæ,
Optat quippe mutari in alitem, ac perinde inane erit funus, vbi ipſe non futurus. Nonnus h h l.2. Dionyſ.
huiuſmodi tumulum vocat. κενὸν, καὶ τύμβον κεινὸν.

Quum itaq; forent apud antiquos iſta duo ſepulchrorum genera, Chij quidem in ſuo Numa
D ſepulchralem vrnam apponentes, qua ſignabant, ſe manes Homeri venerari tumulo, dubium eſt an inani ſolum, & honorario cenotaphio id efficerent, an vero ſolidoque ſepulchro, quod reuera cineres Homeri continerent apud ſe: Certe Proclus in vita Homeri ſcri-
,, bit: Erro tandem Homerus, vt fertur, Ithacæ multo tempore commoratur, & per va-
,, rias vrbes peregrinatus, demum in Io inſula hanc ob cauſam vita functum fuiſſe tradunt.
,, Nam quum aliquando Homerus luminibus orbatus in littore ſederet, & piſcatores inde
,, gradientes perſenſiſſet, eos interrogauit:
Viri ex Arcadia piſcatores, num habemus aliquid?
,, Piſcatores reſponderunt:
Quæcunq; accepimus, amiſimus: quæ vero non accepimus, habemus.
,, Quum enim illi piſcium nihil poſſiderent, poſt piſcationem pediculos venabantur: &
,, quos ipſi acceperant, occiſos quum non haberent, non ſe habere; quos non acceperant,

,, eos

,, eos in vestimentis circumferre dixerunt. Dictum quum non percepisset Homerus, A
,, moerore vitam finijt in Io insula, quem magnifice admodum Ietæ sepelierunt, Epigram-
,, mate, quod ille sibi viuens composuerat, in lapide excisо.

Condit humus Caput hoc sacrum, qui versibus arma
Fortia diuinis Heroum vrnanis, Homerum.

Quam sententiam confirmauit Oraculum Delphicum; nam quum accessisset ad Delphos, de patria sua sciscitaturus Homerus, vt ait Eustathius [d] & quisnam ipse esset: & Pythiam respondisse:

[d] ibid. n.

,, Insula Ios matris patria est, quæ colliget ossa
,, Exanguis: sed enim puerorum ænigma caueto.

Confirmat hoc idem Scylax Caryandensis in Periplo, Herodotos [e] Chronographus Anonymus Græcus, Pausanias [f] Suidas, Plinius [m] Solinus [n] Alcæus Messenius in Epigrammate Græco, sic Latine verso a cl. Saluio:

[e] in Euter. [f] lib. 10. [m] lib. 4. c. 12. [n] cap. 39.

,, Abstulit Heroum cantorem Griphus Homerum
,, Mire intortus, Ios qua iacet in pelago.
,, Nectare perfusum Nereides inde marinæ
,, Texerunt corpus littoreo lapide.
,, Ille etiam Thetim, & natum, Heroumque labores
,, Concinit, atque Ithaci facta operosa Ducis.
,, Parua licet, pelagi felix Ios insula, namque
Musarum sidus continet, & Charitum.

Antipater Sidonius etiam, ita Latio donatus ab erudito Lucidor

,, Flexanimum, Musisque parem, linguaque potentem
,, Hospes, Ios scopulo contigit Meonidem.
,, Non aliam tanto dignatus munere terram,
,, Hic sacram hquit mortuus ille animam.
,, Hac Iouis horrendos nutus, hac dixit Olympum,
,, Prælia pro transtris hac Telamoniadæ.
,, Hac & Achilleis raptatus vt Hector equabus
,, Omnia Dardanico fregerit ossa solo.
,, Parua autem tantum si cælo, non ne maritum
,, Et Thetidos glebarum indigna condit Ios?

Sed Allatius meus eruditissimus, strenue pro Chio pugnans, non solum Chium Homerum habuisse natalem contendit [o] sed etiam sepulchrum, afferens primum ex Hephæstionis verbis apud Photium ista, Latinitate donata: *Hipermenes in sua de Chio narratione, Homeri famulum fuisse refert, Scindapsum nomine: hunque mille drachmis a Chijs mulctatum, quod herum mortuum non exuisset.* Deinde quadam ex historia Græca vetusta, quam ita Latine vertit: *Argiuorum primates maxime elati gaudio, quod genus eorum a glorioſissimo poeta celebraretur, cum magnificis donis celebrarunt; & area statua erecta determinarunt sacrificium Homero offerre secundum diem, & mensem, & annum: alindque sacrificium quinquennale Chium mittere.* Quod sane sacrificium mihi potius respicere videtur Homeri sepulchrum, quam natales; etenim sacrificia fieri consueuerant ijs, qui post obitum iam inter Deos vtcumque relati fuerant a priscis; ita Platoni mortuo posuit Aram ad sacrificium Aristoteles, apposito disticho, sic Latine verso:

[o] de Patr. Hom. c. 15. & seq.

,, Aram Aristoteles erexit hanc Platonis,
,, Viri, quem nec laudare scelestis fas est.

Aræ namque ponuntur non nisi ad sacrificia; sacrificiaque viuentibus non fiunt, sed iam mortalitatem exutis. Deinceps autem ex M. Varrone, de quo Gellius ita [p] *M. Varro in libro de Imaginibus hoc epigramma apposuit*

[p] l. 3. c. 11. f.

,, Capella Homeri candida hoc tumulum indicat
,, Quod ariete mortuo faciunt sacra.

Quem locum illustrans eruditissimus P. La-Sena, tractans in suo Cleombroto De ijs, qui in aquis pereunt, inſit [q] In Homeri tumulo haud dissimile Animal insculptum, Capella vi-

[q] cap. 16.

,, deli-

Digitized by Google

A „ delicet candida: & de ea verſiculi Varronis, quos Poetæ imagini appoſuit. Sculptu-
„ ram, & carmina, ad Patriam Homeri vindicandam, fuiſſe colligitur ex Gellio. Ma-
„ gnum certe ænigma, quod poſt Chriſtophorum Boethium, Franciſcus Luiſinus, & Hie-
„ ronymus Magius in peculiaribus lucubrationibus explicandum ſuſceperunt. Et con-
„ ſultis aſtris, immo cælum terræ miſcentes nihil ex Boethij quiſquilijs, præterquam tene-
„ bras ad nos attulerunt. Horum ineptias damnat merito Salmaſius, & ſuo de ingenio fa-
„ cem prætulit ſane luculentam, quum ex veſtigijs (vt ipſe inquit) veteris libri, & pro, *Arie-*
„ *te, hac Ieta* ſubſtituens, Varronis diſtichum emendauerit; vt idem olim præſtiterat Scali-
ger in Catalectis. (Sane mihi criticorum iſta fax igne ſuo potius Varronis textum corrum-
pit, quam lumine colluſtret; nec ita facile textus variari patior, & librum veterem aliter ha-
bentem libenter talem viderem, cui fides adhiberi debeat.) [Sunt nihilominus in quibus
adhuc hæreo, nec fortaſſe abſque ratione. Tumulum indicabat Capella inſculpta, non ea,
qua parentabatur; nam quum continuo ſacra non fierent, ſemper tamen ſculptura ſuum, ad
quod fuerat deſignata, præbebat indicium; nec ex Varrone conſtat inter ſepulchralia ſigna
B ipſos fuiſſe Ietenſes, qui Capram immolarent, expreſſos. Et capræ immolatio non id ha-
bebat ſpeciale, vt magis Homeri manibus, quam cuiquam alij ex Heroibus conueniret.
Nec Varronis epigramma a Gellio adſcriptum, ad aſtruendum Ariſtotelis teſtimonium, qui
ex inſula Io Homerum natum tradiderat; ſed vt diſſidentium tantummodo de hac re auto-
ritates in vnum colligere niteretur. Quamobrem quum recepta lectio ab his ſeiuncta difficultatibus, facile ex ſe ſuſtineri poſſit, ab ea non recedendum. Senſus enim Varronis eſt
Ariete mortuo fieri Homero ſacra; & tamen Capella candida eius tumulum indicat. Sed
quid hoc ad Patriam Poetæ denotandam? inquies. Liceat ingenij periculum facere; ſitque
ſatis, ſi a me non adeo inepta, & propudioſa effutiantur. Ænigma de Homeri Patria in
Capella candida eſt: qui Græce interpretabitur, illud percipiet. Niuis albedinem Latini
candidum aiunt; vt niueus etiam pro candido vſurpatur: *λιγὰ χιονιὰν* ſi dixeris; &, vt
fieri in Inſcriptionibus aſſolet, ſi punctatim per capitales literas ſcribas, AIT, XI. an non
Homeri Patria prodibit, ideſt, *λιγία* videlicet *χίος*, quæ Aegeo mari alluitur, Chius?
C *λιγαῖον*, vel *λιγαῖον πέλαγος*, cur dictum ſit, docet Plinius, inquiens: [r] *Ægeo mari nomen*
dedit ſcopulus, inter Tenedum, & Chium, verius quam inſula; Aex nomine, a ſpecie Capræ,
qua a Græcis ita appellatur, repente in medio mari exiliens. Solinus hoc ſaxum Antandrum
nominat [s] quod procul viſentibus Capræ ſimile credi ait. Feſtus ſic inquit, *quod crebræ*
in eo ſint inſulæ, quæ procul aſpicientibus Caprarum imaginem referant: alij quod αἴγας, ideſt
Capras, magnos fluctus vocari, & in primis ab Homero conſtet & quia mare hoc tempeſtuo-
ſum, & fluctibus, ac nauigandi periculo ſit terribile, Ægeum propterea denominatum.
Quicquid ſit, hoc ueriſſimum, quod idem Varro habet, *a Capris nominauerunt Ægeum*
pelagus. Chius autem Inſula, vt ex Metrodoro, & Cleobulo Stephanus ſcriptum reliquit,
ἀπὸ τῆς χιόνος, a niue, ſiue quod idem eſt, ab eiuſdem nominis Nympha appellatur. Habet
etiam laudatum candorem Marmor, quod Chium vocatur. Plures item hoc nomine Vr-
bes; & quamuis Stephanus, Cariæ ciuitatem ab inſula diſtinguens, fuerit allucinatus; ta-
men & alias alijs regionibus recte adiudicat. Capella igitur candida, ſiue ex Chio marmo-
re in tumulo Homeri poſita, ſiue niueo candore nitida, Chium referebat, ſuique nominis
D notione, ac ipſa imagine, vt Aegeum mare, ſic non aliam, quam quæ in eo pelago inſignis
erat, Inſulam denotabat. Chius igitur Homerus; & in Varronis Epigrammate res olim
contentioſe pugnata, neceſſario obuelamento prudentiſſime deſignatur.] Hæc eruditiſ-
ſime vir eximius: cui ſane ſubſcribo Candida Capra in Homeri tumulo poſita ſignificari
Chium inſulam ad Homerum attinere; ſed quod in eius tumulo fuerit appoſita, potius mihi
demonſtrat Homerum in Inſula Chio ſepultum eſſe, quam ibi natum; etenim tumulus ad
locum natalem non attinet neceſſario, ſed ad locum ſepulturæ. Sacrificiaque fiunt, non
loco natiuitatis, at loco ſepulturæ qui ſacer eſſe cenſetur: nam Aris antiqui pro ſepulchris
vtebantur, vt admonet Pauſanias in Laconicis, memorans Hyacinthi ſepulchrum eſſe in
baſi Aræ factæ in formam columnæ. *Simulachri vero baſis*, inquit, *habet quidem Aræ for-*
mam: ſepultum autem Hyacinthum dicunt in ea. Theodoreti [t] & Clementis Alexandrini rela-
tu: [u] *Non deſunt, qui Apollinis Aram, quæ eſt in Telmeſſo, monumentum eſſe dicant Telmeſſei*

Critici notati.

Erudita Varronis explicatio.

[r] lib. 4. cap. 12.

Ægeum mare cur appellatum. [s] cap. 15. Fe.

Chium marmor candore præſtans. Capella candida in tumulo Homeri, vt Chium indicet.

Homeri ſepulchrum Chium, non natale ſolum vt indicet Varro.

Aræ veteribus erant ſepulchra. [t] 8. de cur. Græc. affectib. [u] orat. ador. ad Gentiles.

cuiuſ-

Digitized by Google

eiusdam vatis: neque tamen qui eos homines tunc ibi sepelierunt, opinati sunt vllum se in- A
Sacra faciebant antiqui ad tumulos mortuorum. *quinamentum Aris afferre: nec qui ibidem rem diuinam faciebant, se piaculum committere*
existimarunt. Itidem Terei sepulchrum fuisse Aram, ad quam Megaris sacrum fiebat; vbi
z Synt. 17. pro hordeo Sacerdotes vtebantur calculis, autor est Gyraldus. z Et Aram Tymbrei, seu
Sminthij Apollinis apud Troas fuisse Troili sepulchrum, scriptum legitur a Cantero. Athe-
y lib. 13. c. 12 næi quoque testimonio sepulchra veterum erant Aræ; *Nos equidem*, ait y *in Melissa vidimus*
Alcibiadis monimentum, quum e Synadis metropolim pergeremus; ad quod bos immolatur quo-
tannis iussu Adriani Imperatoris optimi, qui etiam Alcibiadis statuam e pario lapide imponi
sepulchro voluit. Virgilius asserit Miseni sepulchrum fuisse Aram, dum eius funus curantes
a 6. Æned. inducit a Teucros his metris:

,, Ergo omnes magno circum clamore fremebant,
,, Præcipue pius Æneas: tum iussa Sibyllæ
,, Haud mora festinant flentes: Aramque sepulchri
,, Congerere arboribus, cæloque educere certant.

Quin & Anchisæ patris tumulum fuisse Aram, ad quam sacrificaret Æneas, idem Virgilius B
a 5. Æned. innuerat a ita:

,, Ille e concilio multis cum millibus ibat
,, Ad tumulum, magna medius comitante caterua:
,, Hic duo rite mero libans carchesia Baccho
,, Fundit humi, duo lacte mero, duo sanguine sacro:
,, Purpureosque iacit flores, ac talia fatur:
,, Salue sancte parens, iterum saluete recepti
,, Nequicquam cineres, animæque, vmbræque pāternæ.
,, Dixerat hæc: adytis quum lubricus anguis ab imis
,, Septem ingens gyros, septem volumina traxit,
,, Amplexus placide tumulum, lapsusque per Aras.
,, Obstupuit visu Aeneas: ille agmine longo
,, Tandem inter pateras & læuia pocula serpens
,, Libauitque dapes, rursusque innoxius imo C
,, Secessit tumulo, & depasta altaria liquit.

Nonius etiam Marcellus ait, *Templum & sepulchrum dici posse*, veterum autoritate: vt
b 4. Æned. apud Virgilium b

,, Præterea fuit in tectis de marmore templum
,, Coniugis antiqui. . . . . .

Ara pariter, ad quam mactata fuit Priami filia Polyxena, nihil aliud fuit quam sepulchrum Achillis; vt ex Seneca Tragœdo constat, in Troade habente:

,, Achillis vmbra e tumulo loquitur:
,, Desponsa nostris cineribus Polyxenā
,, Pyrrhi manibus mactetur, & tumulum erige.

Et ex Euripide prius in Hecuba: cui miseræ dicit Vlysses:

,, Visum est Græcis, filiam tuam Polyxenam
,, Mactare ad excelsum aggerem Achillei sepulchri. D
,, Nos vero comites, & adductores puellæ
,, Ordinarunt esse: sacrificij vero præfectus
,, Sacerdotsque statutus est huius filius Achillis.

c lib. 4. c. vlt. Sed & Aelianus, variam contexens historiam c Aras ponit apud Anaxagoræ sepulchrum, inquiens: *Epitaphium sepulchro Anaxagoræ insignitum, & eiusdem Ara.*

,, Hic iacet ille, cui rerum patuere recessus
,, Atque arcana poli, magnus Anaxagoras.

Aræ etiam geminæ ei positæ sunt, altera MENTIS, altera VERITATIS inscriptæ.
d cap. 2. Suetonius in Nerone d similiter Aræ coniungit monimentum defuncti, scribens: *In eo mo-*
numento solium Porphyretici marmoris, superstante Lunensi Ara, circumseptum est lapide Tha-
e lib. 4. c. 7. *sio.* Eusebij quoque relatu e in Præparatione sua Euangelica, *Arabes singulis annis pue-*

rum

Digitized by Google

A *rum immolantes, sub Ara sepeliebant.* Ex quibus apertissime constat, apud Antiquos moris fuisse tumulis Heroum sacrificia facere, siue tumuli forent cadauera continentes, vt Ara in Telmesso: siue forent inanes ac honorarij tantum, vt Alcibiadis monumentum in Melissa: pariter & Anchisis in Sicilia; & Hectoris in Epiro. Siue fuerint in patria terra, vt Troili in Ilio; siue procul a patria, vt Achillis apud Troes. Equidem Homeri sepulchrum in Chio fuit, & cadauer vatis continuit: An vero natus in Chio fuerit Homerus, vbi commoratus senex, mortuus, & sepultus est, etsi noster Allatius probare satis videatur, attamen ego non possum non magnifacere iudicium Aristotelis, qui sumit ex Alcidamante, Homerum non fuisse ciuem Chiorum; etsi Chij fuerint Homeridæ successores vatis; nam ego Patauij non ortus, diu tamen hic moratus, si Deus, quos dederat, mihi filios Patauinos non abstulisset, Licetos Patauinos reliquissem, a me Patauij genitos & educatos, qui nepotes etiam seros habere potuissent, & a me relictas domos, & villas; non tamen ab eis ego potuissem vnquam dici Patauij natus. Neque necessariam originem Chiam ostendit Hymnus ille (si recipiendus est inter Homericos) in quo Poeta se describens,

Homerus an Chios natales habuerit.

B „ Cæcus vir habitans Chium saxosam,
„ Cuius omnes in pretio postea erunt cantiones.

tum quod se non Chij natum dicit, sed Chium habitare: tum quod incolatu solo Chius dici poterat, quum alibi natus esset; vt Simmias Rhodius ab omnibus appellatur, non quia Rhodi natus, ortus enim Sami fuit, sed quia Rhodi plurimum vixit, & docuit; audi Suidam: *Simmias. Rhodius, Grammaticus. Scripsit linguarum*, & obscuriorum in varijs linguis vocabulorum *lib.* 3. *Variorum poematum lib.* 4. *ab initio autem*, id est, antiquitus, *fuit Samius. Sed ad condendam Amorgi coloniam a Samis & ipse missus fuit. Amorgum vero condidit in tres vrbes* agro diuiso, vel, in tres vrbes diuisam, *Minoam, Ægialum, Arcesinem. Fuit autem annis* 406. *post bellum Troianum. Secundum quosdam primus iambos scripsit. & alia diuersa, & Samiorum antiquam originem.* Quare nullus dubito cum VVolfgango Lazio *f* Homerum in Chio insula diem obijsse postremum, & ibi fuisse sepultum, vt ait M. Varro; proindeque celebrari recte Chium insulam Homeri morte. Sed apud me plusquam nimium valet iudicium Aristotelis, consentientis Alcidamanti *g* cui *Chij honorarunt Homerum, quanquam eius ciuis non esset* origine, licet esse potuerit ciuis incolatu, & priuilegio, quia propter eximias virtutes fuerit ab ijs ciuitate donatus. Etsi vero plures alij veteres Homerum ponant in Io insula mortuum, & humatum, quorum sententiam cl. Allatius noster expendit, Numus attamen Barberinus, & noster, & alij, de quibus inferius cum Augustino, Chium, non Ietam agnoscunt. Sed iam satis de Homeri sepulchro, & incolatu apud Chios. Porro Numisma De-Lazara circa sepulchralem vrnam inscriptas habet literas Græcanicas antiquioris notæ, ACCAPION. Constantinum apud & Portum legimus in Lexi-

Simmias Rhodius ab incolatu dictus, non a natali loco.

f lib. 2. Rer. Græcar.

C *g* 2. Rhetor. cap. 4.

„ co: Ασσάριον. Minutus assis, quasi dicas teruntiolum. Hanc vocem deduxit Matthæus
„ a Latina As, siue Assis: sic enim Euangel. cap. 10. Οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται: *Nonne duo passerculi assario vaneunt?* ita Syriaca versio legit, sed vulgata: *Nonne duo*
„ *passeres asse vaneunt?* Est enim diminutiuum. Hac voce vtitur Plutarchus in Camillo.
„ Charisius Sosipater lib. 1. Assarius ab antiquis dicebatur, nunc As dicitur, non Assis.
„ Alij volunt esse vnciæ quartam partem, ideſt, Assis dimidium, qui semuncialis fuit, teste
D „ Plinio lib. 33 cap. 3. vide Georgium Agricolam de Ponderibus lib. 2. Confirmat Ioseph
„ phus Assarium valere drachmas 4. ideſt semunciam.

Comparantur Numismata de-Lazara duo veteres alij Numi ab Augustino proposiți. Cap. CLIV.

CEterum inter antiqua Chiorum Numismata, duo mihi referenda videntur, de quibus Antonius Augustinus Episcopus Tarraconensis, non procul a vestibulo suorum

Dialogorum [a] agens, tres imagines effingit, quarum media, Numis vtriſque communis, Sphingem habet, quæ dextero pede ſuſtinet vrnam ſepulchralem, vtrimque ſuperne ad os anſatam, inferne fundum obtinens acuminatum, quæ recta de ſe ſtare non poſſet; cuiuſmodi vaſa futilia nuncupari priſcis abunde probauimus olim agentes de Lucernis antiquorum Reconditis. [b] Supra Sphingem ternis pedibus innixam, atque ſtantem, alis explicatis, & in altum elatis, habentur in gyrum Literæ Græcanicæ, maioris notæ, ΧΙΩΝ: quibus apertiſſime conſtat, huiuſcemodi Numiſmata fuiſſe Chiorum. A dextris iſtius Areæ poſita viſitur altera facies primi Numi, valde pulchra, & operoſa: nimirum intra lineam ſimplicem extremæ peripheriæ circularem corona e globulis, vt & in area prima ſpectatur, poſita eſt ad ornatum; qui mos conſeruatur etiam ad hæc vſque tempora noſtratibus in monetis. Intra circulum iſtum ornamenti, cyclus alius myſticus effictus eſt ex vitis viridi ſarmento ſolijs vtrimque prædito, de ſummitate cuius dependet vuæ racemus; quem dubio procul in ſuo Numiſmate poſuere Chij gloriabundi de vini proprij præſtantia, ſupra vina ceterarum Græciæ regionum. Qui quidem circulus e ſarmento vitis conflatus, intrinſecus duobus veluti decuſſatis rectaque ductis ad oram circuli ſarmentis mire foliatis, arte potius quam naturali opere frondoſis, in quatuor triangula dirimitur; in quorum ſupremo viſitur vuæ botrus, racemuſque dependens, vt adnotabamus: In dextero triangulo leguntur hæ literæ Græcanicæ ACCAP: In ſiniſtro vero ſpectantur aliæ, prioribus copulandæ: ION, HM: In infimo demum hæ conſpiciuntur, ΛƆΛ. Quarum quidem lateralia triangula replentium vti conſtructio facilis eſt, Ασσαρίου ημ: ita ſenſus non eſt valde difficilis; nam indicant Aſſem paruum, qui dimidium eſt Aſſis, & ſemuncialis a Plinio dictus eſt [c] vt notabamus ex Conſtantino nuperrime. Sed internis illis literis infimi trianguli ΛƆΛ, quæ ſunt duo lambda cum interpoſito ſigmate priſco, prorſus hæreo. Si foret erratum fabrile, quod non raro contingit in veterum Numis obſeruari, legique deberet ƆƆA, vel AC, facilis eſſet explicatio. HMACC; HMAC, hoc eſt Semiaſſis, vti HMITPITHOS dicitur ſemitertiana febris apud Medicos, & Hemicrania dolor mediam partem, ſiue dimidium capitis angens. Ita HMAC, ſemias; & HMACC, ſemaſſis; ham & ita Plinij ſenſum haberemus propitium. Alia vero facies alterius Numi vas habet futile ſepulchralis vrnæ ſtantis, præter artem, ac naturæ morem, inter duas ſtellulas, cum circumpoſito nomine, ſeu pretio Numi ACCAPIÒN. Ceterum & inferius [d] idem Auguſtinus aliud Numiſma ponit, in cuius anteriore cyclo Sphinx adeſt pede ſiniſtro anteriore ſublato veluti manu tenens vuæ botrum, racemumue magnum; in poſteriore vero ſepulchralis vrna ſtans itidem, cum epigraphe ΛΑΜΠΡΟ ΧΙΟΣ: *ſplendida*, ſeu *lucida Chius*: ubi noto ſphalma fabrile ſigmatis inuerſi, ɔ; quum haberi debuiſſet Σ, ita ΧΙΟƆ. Hic præterire ſilentio non poſſum, Cl. virum Vuolfangum Lazium, agentem de rebus Græcis [e] loco Sphingis Harpyam Chijs inſigne tribuere, quum tamen plurimum ab inuicem hæc monſtra differant; & ipſemet paulo prius [f] monetam depinxerit cum Sphinge caput habente viri barbati, & pileati, & cum inſcriptione ΧΥΟΣ, & vrna conſueta ſepulchrali; qua Sphinge maſcula propius acceſſerunt ad Homerum deſignandum: cui pileum impoſuerunt, vt Athenienſes Hippocratis Coi ſtatuæ in foro dudum erectæ, honoris ergo, & ad indicandam viri ſummam ſapientiam. In quo numo mendum item fabrile notæ, quum ſcribi debuiſſet ΧΙΟΣ cum iota, non cum ypſilo ΧΥΟΣ, vt appareat erratum fabrile quoque potuiſſe notari prius in literis Numi prioris ΛƆΛ: quæ nullam videntur habere poſſe conſtructionem, ſignificationemue rectam. Recte vero notat Lazius, *Ad inſulæ Chij nobilitatem pertinere, quod ferat nobiliſſima vina Aruiſia, a monte Aruiſio aſpero & importuoſo, dicta; quæ hodie adiectione vnius literæ Maruaſia nominantur; quorum meminit Maro hoc carmine*:

,, Vina, nouum fundam calathis Aruiſia nectar.

Ad quæ alludens ſcribit in XIV. Strabo, Quum cetera circum vicina vino optimo abundent, & tota fere continens, quæ propinquaret, vina optima ferat, vt Chius, Lesbos, & Coos antiqui, & Epheſinum Megalopolitanum optima ſint. Celebratur eadem inſula & Homeri morte.

Porro

[a] pag. 5.

[b] lib. 6. c. 15.

[c] lib. 33. c. 3.

Obſcuriſſimi numii explicatio.

[d] Dialo. 5. pag. 155.

Lazius notatus.

[e] lib. 2. pag. 103.

[f] pag. 103.

Chij Homerum pileatum cur fecerint, vt Athenienſes Hippocratem.

Maruaſiæ vinum vnde dictum.

A Porro de proposito Strabo sic alibi [g] *Deinde Arnisius* Chiorum *ager asper & importuosus, stadiorum fere CCC. vinum ferens omnium Græcanicorum optimum. Tum Pelineus mons omnium eius insula altissimus. Habet hac insula etiam sectiuram marmoris. Viri illustres Chij fuerunt Ion tragadia, Theopompus historiæ scriptor, & Theocritus sophista: hi quidem etiam de Republica gerenda concertauerunt. Homerum quoque Chij sibi vindicant, argumento Homeridarum, qui e stirpe Homeri sunt: horum & Pindarus meminit:*

,, Vnde & Homeridæ
,, Futilium cantores carminum.

[g] lib. 13.

Chium vinū optimum inter omnia Græcanica.

Classem quoque aliquando habuerunt Chij, & imperium maris libertatemque attentarunt. Cæterum alijs omnibus decoribus fere posthabitis, duo tantum in suis publicis Numismatum monumentis gloriæ propriæ testimonia ponere voluerunt, Homerum tam vinum qua proprio vultu cælatum, qua hieroglyphico Sphingis indicatum; quam vita functum, & apud se sepultum, vrnæ sepulchralis expresso symbolo: & Vinum generosum, omnibus alijs Græcanicis anteferendum, qua viridibus vitium sarmentis, & vuarum botris, atque racemis; qua lagena vinaria, cantharoue significatum. Cuius quidem vini præstantiam apud nos, &
B ipsissimum saporem, æmulari mihi videtur vinum Pucinum appellatum, de quo Plinius [h] vi-
,, na generosa recensens ait: Genera autem vini alia alijs gratiora esse, quis dubitet? aut
,, non ex eodem lacu aliud præstantius altero germanitatem præcedere, siue testa, siue
,, fortuito euentu? Quamobrem de principatu se quisque iudicem statuat. Iulia Augusta
,, octoginta duos annos vitæ Pucino retulit acceptos, non alio vsa. Gignitur in sinu
,, Adriatici maris, non procul a Timaui fonte, saxeo colle, maritimo afflatu paucas co-
,, quente amphoras. Nec aliud aptius medicamentis iudicatur. Hoc esse crediderim,
,, quod Græci celebrantes miris laudibus Pictanon appellauerunt ex Adriatico sinu. Plinio consentit Eilard. Lubinus in Persium [i] scribens: *Vinum Falernum e Campania: cui inter generosa vina Italiæ secunda nobilitas tribuebatur: prima enim laus dabatur Pucino; quod a Græcis Pyctanum appellatur.* Hodie nuncupatur Italice, *vin di Prosecco*. Eius mihi copiam fecit nudius tertius, transmissa phiala, Illustris. Comes Iacobus Caimus Vtinensis;
C in Patauino Lyceo Iuris Ciuilis ordinarij de sero primarius Interpres, cum ingenioso Cl. viri, Hieronymi Sini Epigrammate,

[h] lib. 14. c. 6. Vini Pucini Foroiulienſi præstantia.

[i] Sat. 2.

,, Iam Patris Augusti festæ rediere Kalendæ:
,, Bibite Pucino pocula plena mero.
,, Zoilus exclamat: producta syllaba prima est
,, Bibite: & hoc vitium carminis esse probat.
,, Verum ego defendi possum ratione diei;
,, Bibere namque hodie non decet esse breue.

Cui lagenam remittens meo dilutiore, lymphatoque vino plenam, Bacchus, inquam, iste tuus ardens, a Ioue fulmen trisulcum in sinum Hadrianæ Semeles eubrante genitus, a mea Nympha, quam mitto, nutritus, mitior forte reddetur; etsi latrante Sirio Iuno ferociens æstuet, puerum tuum Semeleium exosa. Enimuero tuo in vino Pucino generosissimo bibendo saporem, & vigorem percepi vini Græci, quod vulgo nomine Maluasiæ venditur; & e Chio primæuam originem habet; quo merito gloriatur Insula nobilis, vt & Homeri tam
D incolatu, quam sepulchro. Nec ad Genuensium meorum decus & ornamentum præterire debeo, quod etiam Lazius obuelare silentio noluit, dum inquit: *Chios insula hodie sub imperio Genuensium (quibus ante seculum Imperator Constantinus Andronicus Paleologus donauerat) ad Asiam versus defectens, optimo quondam vino, & marmore celebris, si Plinio credimus lib. V. cap. vltimo.* Sed multo celebriorem eam fecerunt insignes viri, tum suis natalibus, Ion Tragicus, Theopompus historicus, Theocritus Philosophus, vt vidimus apud Strabonem, & Hippocrates Mathematicus, quem Aristoteles [k] & Simplicius in ostendenda ratione tetragonismi, siue Quadraturæ circuli præferunt Antiphonti, tanquam Geometram Ageometræ: tum sua diuturniore habitatione, morte, ac sepultura, posteritateque familiæ, vt de Homero constat ex ante habitis. Quod autem nuper obseruabamus de Vino veterum Pucino, nunc alio nomine Prosecco nuncupari, varietatem hanc habuit

Chios insula sub Genuensium dominium vt venerit, duque fuerit.

Vini Chij literis insignes.

[k] 1. Phy. t. 11

Digitized by Google

ab eo quod obſeruare Strabo nos voluit, dum ait l: [Sed videtur ob continentes migrationes, permutationeſque communitatum, etiam nomina genteſque confuſas eſſe; vnde factum, vt noſtris hominibus non nunquam offeratur perplexitas; veluti primum de Crannonijs & Gyrtonijs, Quippe Gyrtonij antiquitus Phlegyæ ſunt nominati, a Phlegya Ixionis fratre; Crannonij autem Ephyri. Itaque vbi poeta dicit: A

l lib. 9. F.

,, *Et Thraca forte Ephyroi quando inceſſebant*
,, *Aut animi nimios Phlegyas.* . . . .

quæritur quoſnam dicat. Idem accidit de Perrhæbis, & Athamanibus. (& multo poſt) m Nominum mutationes permultæ ſunt, præſertim Barbarorum, quemadmodum Dariacem Darium, Pharzirim vero Paryſatim, Atargutam Atharam dixerunt: quam Cteſias Decreto vocauit.] Hæc ipſe Strabo, Quibus aperte conſtat, mirandum non eſſe, ſi vinum Pucinum antiquitus appellatum & Pycanum, hodie vinum Proſecum nuncupetur.

m lib. 16. F.

COMICA LASCIVO GAVDET SERMONE THALIA.

B

vel

Poeta Comici, Lyricine laſciuieris actus.

Schema L. Gemma.



C

D

Explic.

Digitized by Google

A

Explicatio viri eruditi de Venere; loco, & Cupidine proponitur.
Cap. CLV.

ERuditione pollens æuo noſtro Ramirus de Prado, Commentarijs illuſtrans Epigrammata Martialis, dum illud præ manibus haberet:

Ad librum ſuum.[a] a lib.4. Ep.4

,, Argiletanas mauis habitare tabernas,
,, Quum tibi parue liber ſcrinia noſtra vacent.
,, Neſcis, heu, neſcis Dominæ faſtidia Romæ:
,, Crede mihi, nimium Martia turba ſapit.
,, Maiores nuſquam rhonchi, iuueneſque ſeneſque,
,, Et pueri naſum rhinocerotis habent.
,, Audieris quum grande ſophos, dum baſia captas.
,, Ibis ab excuſſo miſſus in aſtra ſago.
B ,, Sed tu ne toties domini patiare lituras,
,, Neue notet luſus triſtis arundo tuos.
,, Aetherias laſciue cupis volitare per auras:
,, I, fuge: ſed poteras tutior eſſe domi.

Circa poſtremos duos verſiculos has habet adnotatiunculas: [*ÆTHERIAS volitare per auras*] *id eſt prodire in vulgus*: & in hominum manus peruenire. [*LASCIVE.*] *Hic proprie poſitum, Eſt enim LASCIVVM, quod hic Hiſpane dicimus* trauieſo *iugueton, vt lib. XIV.* Epig a n. 75.

,, Lud te laſciui, ſed tantum ludite ſerui.

Horatius lib. 1. Satyr. 3 in fine:

,, ... vellunt tibi barbam
,, Laſciui pueri.

Sic Virgilius capellam appellat laſciuam: & hic noſter lib. XIII. Epig. 39. hædos laſciuos vocat & infra Epig 45.

C ,, Laſciuos leporum curſus.

Et Virgilius Galateam laſciuam puellam dicit, quæ mala petebat iuuenem, & ſe cupiebat ante videri. Hinc natum eſt, vt hoc nomine vtamur pro libidinoſa, & inhoneſto, vt idem Epig. 5:

,, Laſciua eſt nobis pagina, vita proba eſt.

Cauſa quod Venerem proxime præcedit ſemper locus, & quum amantes ad locos deueniunt, propinqui maxime ſunt Veneri nec vlla certior ad eam via, quam per locum; quod prudentiſſimus Horatius lib. 1. carm. ode 2.

,, Siue tu mauis Erycina ridens,
,, Quam locus circumuolat & Cupido.

Vides Cupidinem, ideſt Amoris ardorem, qui amantes ſtimulat: & locum, qui viam aperit, & pudorem abſtergit: Venerem ipſam, ideſt actum venereum circumuolitare. Quod nobis aperte indicat pictura, relata ab Autore Epigrammatum Orbis, quam hic exprimendam curauimus:

MORAVIÆ PROVINCIÆ
D *GERMANIÆ MAG.*

,, Epigramma repertum a Conrado Celte in gemma ſignatoria, aureæ Cruci inſertum in
,, Monaſterio Rinſch, iuxta Olmuntz, menſe Julio, Anno Domini MDIIII.

Schematis locus.

,, Laſciui igitur dicti ſunt inhoneſti, quod laſciuia coniuncta ſit cum actis Venereis: ſic Catullus[b] ad Aurelium: b Epig. 58.

Prædicare cupis meos amores,
Nec clam: nam ſimul exjocatio ſonat.

Et

d lib. 3. de Arte Et Ouidius locos res venereas appellauit: d

Cum custode foris, tunica seruare puella,
Celent furtiuos balnea multa locos.

,, Quid? quod ludendi verbum subputridum est, & lasciuæ significationis. Liuius Andro-
,, nicus apud Festum in *adfatim, adfatim, edi bibi, lusi*. Quod expressit Sardanapalus in
e lib. 12. c. 12 ,, Epigrammate apud Athenæum: e *Ego imperaui, atque, donec Solis lumen videbam, bibi,*
Sardanapali vitæ ratio. *edi, veneri indulsi*: (addit Athenæus alia verba Sardanapali sequentia, Ramiro non allata:
quum tempus, quod viuunt homines breue esse cognoscerem, atque multas habere fortunæ vites
ac dolores: atque alij eorum bonorum, quæ reliqui, fruitione, percipient; quare nullum ego diem
præterij quin hæc facerem.)

,, Catulus in Hymenæo:

Ludite, vt iubet: & breui Liberos date

f lib. 1. El. 2. ,, Ouidius in Amoribus: f

Ludunt formosæ; casta est, quam nemo rogauit.

g lib. 2. ,, Et de Arte: g

Ludite, sed furto celetur culpa molesto:

h lib. 3. ,, Et infra: h

Ludite; eunt anni more fluentis aquæ.

,, Propertius item:

Turba Menandre fuerat, nec Thaidos olim,
Tanta in qua populus lusit Erichthonius.

,, Et purissimæ impuritatis auctor Petronius in Satyrico:

Ipse pater veri, doctusque, Epicurus in arte
Lusit, & hoc vitam dixit habere telos.

,, Sic intelligo Epigramma quadragesimum quintum libri sexti:

Lusistis; sat est; Lascini nubite cunni.

i l. 11. Epist. 105. ,, Et in Epistolis: i

Tu tenebris gaudes, me ludere tecte lucerna.

,, Quod sequenti versu declarat:

Ee iuuat admissa rumpere luce latus.

Hæc vir eruditissimus.

Expenduntur allati Schematis imagines, & sensa Viri Cl.
Cap. CLVI.

Gẽme signatoriæ maximæ quales. NOs tamen in primis obseruamus, huiuscemodi Schema repertum in gemma signatoria, si fuit eius amplitudinis, quanta proponitur, forte non fuisse insertum anulo; sed vsuuenisse cuipiam viro principi, Sardanapali vitam consimilem agenti, qui tali simulachro sua signaret edicta, diplomataque; nam grandiore sigillo muniri solent ea Regum monimenta. Quod vero compertum fuerit hoc Emblema ludicrum, ac tantum non lasciuum in aurea Cruce insertum in Monasterio Ritisch, iuxta Olmuntz, admiror valde Monachorum ignauiam, & ignorantiam, si catholicam pietatem coluerint; qui non agnouerint hoc Emblema pluſquam nimium dedecere tum monasterij locum, tum maxime venerandum signum Crucis, præcipuum humanæ redemptionis mysterium. Sin autem ibi degentes, in ea vixerint hæresi, qua iconoclastæ cunctas imagines irrident, atque contemnunt; nil mirum illos id effeciſse, quod olim Hebræi, ne salutare lignum S. Crucis adoraretur, ac inueniretur; in loco, vbi sepultum fuerat, Veneris simulachrum posuere. Qua de re pulchra legitur historia

In Cruce vt esse potuerit id schema.

k hist. Eccl. cap. 18. ,, apud Socratem. k Helena Imperatoris *Constantini* mater (cuius nomine Drepane, He-
,, lenopolis vocatur, olim vicus, iam ciuitas ab Imperatore facta) in somnijs diuinitus ad-
Crucis Domini inuentio. ,, monita, Hierosolymam iter capit. Et quum veterem illam Ierusalem desertam, tan-
,, quam pomorum custodiam (vt est apud Prophetam) * offenderet, Christi monumen-
* Ps. 78. 1. ,, tum, in quo sepultus est, & ex quo resurrexit, diligenter perueſtigat: ac tandem, licet val-
,, de ægre, Deo tamen illi opem ferente, reperit. Causam autem, quæ ei quærenti tantum

,, attu-

A ,, attulerit difficultatis, breuiter exponam. quemadmodum illi, qui Christi fidem amplexarentur, post tempus illius passionis illud monumentum in magno honore habuerunt: ,, sic qui ab eius religione abhorrerent, loco illo aggere & ingenti terræ mole obruto, delubrum Veneris in eo extruxerunt: & loci illius memoria suppressa, idoli simulachrum ,, erexerunt. At istud quidem iam olim ad hunc modum processisse accepimus. Verum ,, quum Imperatoris mater de eo certior facta esset, simulachrum deturbat; locum custo- ,, dit, colluuie purgat ac sordibus: tres Cruces in monumento offendit: unam, beatam il- ,, lam quidem, in qua Christus passus fuit: alteras duas, quibus duo latrones suffixi occu- ,, buerunt: cum quibus vna reperta est tabula Pilati: in qua uarijs uariarum linguarum cha- ,, racteribus scripserat, palamque declarauerat Christum Crucifixum regem fuisse Iu- ,, dæorum. Sed quoniam incertum erat, quænam esset Crux quam quærebant, mater Im- ,, peratoris non mediocri dolore affecta est. Quem quidem non longo tempore post Hie- ,, rosolymorum Episcopus nomine Macarius sedauit: & quod erat anceps & ambiguum, fi- ,, dei ui & uirtute dissoluit; nam petijt signum a Deo, cuius compos factus est. Signum B ,, autem eiusmodi fuit: mulieri cuidam indigenæ, quam diuturnus morbus oppressserat, iam ,, imminebat mors. Illi animam agenti singulas cruces apponit, pro certo persuasus eam ,, ad integrã ualetudinem restitutam fore, si ueneranda Seruatoris Crucem attinge- ,, ret: quæ spes illum minime fefellit. Nam quum duæ illæ Cruces, quæ Domini nõ erant, ,, essent mulieri admotæ, illa nihilominus in mortis articulo constitit. Verum ut primum ,, tertia, quæ fuit uera Domini Crux, adhibita erat, Illa iam ferme moriens, extemplo con- ,, ualuit, & e morbo penitus euasit. Ad hunc modum lignum Crucis Christi inuentum est. Hanc eandem historiam attulit etiam Theodoretus, & Sozomenus, [o] & quod omnium maximum est testimonium, Sancta Mater Ecclesia, quæ celebrans festum Inuentionis Sanctæ Crucis, ita legit: [q] *Post insignem victoriam, quam Constantinus Imperator diuinitus accepto signo Dominicæ Crucis, ex Maxentio reportauit, Helena Constantini mater in somnis admonita, conquirendæ Crucis studio Ierosolymã uenit; vbi marmoreã Veneris statua in Crucis loco a Gentilibus collocata, ad tollendã Christi Domini passionis memoriam post centum circiter octoginta annos euertendam curauit. Quod item fecit ad Præsepe Saluatoris, & in loco Resurrectionis: inde Adonidis, hinc Iouis sublato simulachro.* Quos Gentiles illi videntur æmulati nostrates haretici, qui dudum aureæ Cruci gemmam illam inseruerunt, qua Venerem, locum, & C Cupidinem insculptum esse putauerunt; vt Crux illa non adoraretur a fidelibus pijsque viris; aut eam adorantes viderentur colere profana gentilium simulachra. Sed tamen illa nomina, *VENVS, IOCVS, CVPIDO*, supra ternas imagines gemmæ apposita, mihi priscum & eruditum autorem non ostendunt, sed neotericum, & ineruditum; etenim antiqui nomina pictis imaginibus apponentes, eo seculo vixerunt, quando rudes artifices in artis infantia figuras adeo male formabant, vt non agnosceretur, quid representarent nisi superius appositio nomine vel equi, vel hominis, vel Dei per imaginem indicati; quod Ælianus in sua varia historia testatur, inquiens, [r] *de vetustis pictoribus: Quum ars pingendi iam ortum duceret, & quodammodo in lacte fasciisque versaretur, adeo rudi & impolito stilo depinxerunt animantia, vt adscribere ad ea pictores necesse esset: Hoc est bos, illud equus, hoc arbor.* Ar vero Schematis huiusce figura sic affabre picta conspicitur, locus ludens, vt nemini du- D bium esse possit ea locum representari. Sed & in eo lædit hic inscriptor eruditionem, quod locum & Cupidinem Inscribit, quasi duas representent res; etenim, vt infra demonstrabitur, locus antiquis descriptus est, nudus puer alatus cum Iudicio capite mulieris manibus tractato; nec illo puello cupidinem volucre, contradistinctum a larua muliebris capitis: nec enim alæ solæ cupidinem ostendunt infantem nudum. At hac de re postea. Deinde uero prima figura sedens alata, & lauri frondibus, seu potius myrti ramulis coronata, nudo corpore non molli, delicatoue, ac muliebri, musicum instrumentum psalterij tangens, præter omnem eruditionem Venus inscribitur; quam apud autores nullos alatam legi, neque lauro redimitam, neque psalterij chordas digitis tangentem, neque corpore non mollissimo tumidulam. Quare nouitia nomina Schematis imaginibus ab inerudito perperam affixa respuo: sensumque viri Cl. de Venere alata, psalteriumque tangente recipere nõ ualeo: licet Myrto coronata Venus in Iudicio Paridis astitisse dicitur a Nicandro in Alexipharmacis.

o lib. 5. Eccl. hist. c. 19.

p lib. 2. Eccl. hist. c. 1.

q Lect. 4.

r lib. 10. c. 10

Pro

Propria Schematis explicatio de Musa Thalia proponitur & comprobatur.
Cap. CLVII.

SAne mentem acrius intendenti mihi ad imagines Emblematis, duplicem in Schemate video significationem; vna quidem est de Thalia Musa lasciuiores comœdias inspirante poetis; altera de poeta lasciuo pariter ad lyram lusus Amoris canente. Et quidem Musas coronatas frondibus obseruat Gyraldus: & varijs instrumentis musicis instructas, inquiens: [a] *Musæ puellari, & nympharum habitu indutæ figuntur, cum varijs, & diuersis musicis instrumentis. Nam ex marmore quidem peruetustas Romæ in sepulchro effictas, diuersas ab his, quas in subscriptis carminibus leges, coronabantur vero varie & florum & frondium coronis: sed & interdum palma, vt Phurnutus ait, propter nominis similitudinem, quia Phœnices literas inuenisse feruntur, Quin & literæ Phœniceæ appellatæ sunt, vt in Poetis diximus. Sed & coronas interdum gestare Musæ finguntur ex pennis versicoloribus, non modo propter Pieri filias ab his superatas, & in Picas conuersas, sed etiam ob Sirenas deuictas, vt alibi dictum est.* Cui de Musarum coronis consentit omnino Natalis [b] Mythologus. Sed Thaliæ peculiariter alæ conueniunt ab alite Cygno, sibi proprio; qua de re mox idem Gyraldus infit: *Sub qua Thalia, quæ in vltimo loco posita est. hoc est germinatio virtutum: omnis enim virtus per pulchram appetitur famam & gloriam. Ideoque albo alite, idest Cygno subtollitur, stagnisque mox deponitur; quia gloriæ & bonæ famæ semina in altum & sublime elata, deinde per humum, hoc est inter mortales & per ora hominum disseminantur atque diffunduntur.* Insuper Boccatius in Genealogia Deorum omnibus Musis alas attribuit, ex antiquioribus inquiens: [c] *Musas præterea dicunt a quodam Pireneo claustris clausas, easque ex claustris in detentoris perniciem euolasse.* Et mox mythologiam aperiens ait. *Has autem voluisse Pyrenæum includere, nihil aliud puto, quam quosdam ad ostentationem sui impetuosos & auidos, qui neglectis studiorum laboribus, postquam scrinia libris compleuerint, & eorum fere tegmina viderint; tanquam omnia, quæ in eis continentur, cognouerint; se se audent æstimare poetas, aut a circumspicientibus arbitrari. Verum quum euolauerint Musæ, quas putauerant claustris clausisse, si eas in publicum sequi velint. idest ostendere se scire quod nesciunt, in præcipitium confestim ruunt. Ex quibus nonnullos ego cognoui, qui librorum congerie cumulata se credidere Magistros, & in conspectu scientiam corruere.* Sic igitur in Schemate Musa Thalia recte pingitur alas habere. Sed & eadem fingitur nuda, corporeque non molli & delicato, psalterium tangere; nuda quidem ob lasciuiam; etenim hac notatur conditione propria vel in fragmentis Virgilianis, vbi musarum omnium proprietates afferuntur, hisce versiculis, a Gyraldo quoque citatis, etsi vario delineatis ordine:

Clio gesta canens, transactis tempora reddit:
Melpomene tragico proclamat mœsta boatu;
Comica lasciuo gaudet sermone THALIA:
Dulciloquis calamos Euterpe flatibus vrget:
Terpsychore affectus citharis mouet, imperat, vrget:
Plectra gerens Erato, saltat pede, carmine, vultu:
Carmina Calliope libris heroica mandat:
Vrania ipsa poli motus scrutatur & astra:
Signat cuncta manu, loquiturque Polyhymnia gestu:
Mentis Apollineæ vis has mouet vndique Musas:
In medio residens complectitur omnia Phœbus.

Et ibidem legimus ista Musarum inuenta:

Clio historias inuenit: Melpomene tragœdias:
THALIA Comœdias: Euterpe tibias. Terpsychore
Psalterium: Erato geometriam: Calliope literas:
Vrania Astrologiam: Polyhymnia rethoricam.

Nuditate vero lasciuiam significari, quæ passim habetur in antiqua comœdia, nemo non agnoscit, vel ex eo communi dicto, *Mulieres vna cum tunica pudorem exuere.* Ad hanc rem Natalis [d] ex antiquorum sententia Thaliam Musam Lunæ adscribit; aitque: *Quum vero varia*

[a] Synt. 7. Musæ coronas gestabãt varias.

[b] lib. 7. c. 15. Thalia alata.

[c] lib. 11. c. 2. Sapientes, ac poetæ qui ex copia librorum videri volunt.

Thalia cur nuda.

[d] l. 7. Myth. c. 13. Nuditas lasciuiam indicat.

Digitized by Google

A *via sint harum Musarum studia, varijs quoque delectationibus capiuntur anima mortalium, quæ ex illis sphæris, vt senserunt Pythagorici, descenderunt. Nam quæ e Luna, quum magis Thaliæ natura sint obnoxiæ, comicæ lasciuiæ & petulantiæ delectantur.* Verum & corpus minime delicatum atque molle, sed solidum ac fere rusticanæ mulieris, laboribus assuetæ, viraginisque robustæ, sedens in Schemate, denotat eo nomine Thaliam, quod ipsa Telluris cultui, vitæque rusticæ præficitur. Nam Gyraldus ait, [e] veteres aliquos Thaliam Musam adscribere Telluri. Fulgentius in Mythologia de Musis ait: [f] *Quarta Thalia, ideſt Capacitas: veluti ſi dicatur Tithis Thalia: hoc eſt ponens germina.* Rhodiginus itidem suis in antiquis lectionibus ait: [g] *Nam & Clio hiſtoriam comperiſſe traditur: plantandi artem Thalia.* Quod autem Thalia Lunæ pariter atque Telluri tribuatur, non repugnat; quia Luna veteribus est Terra cælestis; vt ex Auerroe [h] constat aperte. Instrumentum Musicum, quod siue psalterium, siue cum vulgo nuncupes Harpam, a sedente Thalia nuda pulsatum mirifice congruit comicis, & lasciuis cantionibus; quare canenti, scite ponitur astare Cupido nudus, loci laruam pertractans, ac veluti vibrans atque mouens ad rhithmum fidium; sicuti vidimus nonnullos circulatores ludioues, quasdam imagunculas ludicras ad sonum saltantes agitare. Sic igitur prior explicatio Schematis esto Musa Thalia pulsans Harpam, ad cuius sonum Cupido locum ludibundus agitet, indicium comici lasciui.

Thalia Lunæ adscripta.

Thalia vitæ rusticæ præfecta.

e Synt. 7.

f lib. 1.

g lib. 7. c. 4.

h 2. Cæl. t. 10. 40.

B

Secunda nostra Schematis affertur explicatio de Poeta seu comico, seu lyrico lascina carmina pangente. Cap. CLVIII.

VErum enimuero corpus humanum, alatum, & coronatum, Harpamque musice tangens ad Amoris ludibundi præsentiam, adeo videtur amphibium inter femineum, atq; masculeum: vt quod nuperrime Thaliam Musam representauit, aptissime referre valeat virum poetam lasciuiore metro mouentem animos ad petulantiam Amoris libidinosi. Quandoquidem laurea corona communis poetarum omnium est; etsi nonnulli coronati fuerint ex myrto, alij ex rosis, alij ex alijs quæ floribus, quæ frondibus. Quinimmo sertum in capite sedentis incertum est an e lauro sit, an e myrto, cognatas adeo frondes habet cum foliis vtriusque plantæ: Myrtus autem Veneri sacra deeet maxime Poetam venereos lusus tractantem carmine siue comico, siue lyrico; tum etiam quod myrtus Voluptatis est hieroglyphicum, & pudendi muliebris obtinet Aristophani significatum. Quæ cuncta nobis ex antiquitate collegit Valerianus: cui [a] *Satis quidem expleratum est ex omnium fere poetarum lectione, Genium & Voluptatem ex Myrto significari. Arbusculam eam omnium delicatissimam aiunt, perpetuo tam virere spectandam, quam foliorũ specie, suauissimoq; odore præstantem; vt non immerito Veneri, Deæ omnium dedicata* (qualem certe non refert imago sedentis in Schemate, neruoso puroque corporis habitu, facieque virili, non admodum decora) *vnde merserit Pelops Hippodamia nuptijs potiri certamine victor auxilio Veneris, quod ei simulachrum ex pulluldte Myrto feciſſet. Nam qui Venerem pingunt libenter illi myrteam coronam imponunt, qua coronatam eam in iudicio Paridis astitiſſe Nicander ait in Alexipharmacis; atq; ea de causa huiusmodi arbusculam Iunoni & Palladi odio habitam in posterum. Apud quem animaduertas Dyctimnam Palladem appellari, quamuis glossemata quædam aliter exponant. Neque vero dissimulandum, Myrtum pudendi muliebris habere significatum: vnde apud Aristophanem legas: Neq; rem aggredi Veneream, priusquam Graciam fœdere iunxerimus. Sed Myrtum Pollux carunculam intra pudendum muliebre ponit lascino quodam motu interim subsultantem: quo forsitan spectat Aristophanicus ille iocus, vbi chorus senum Lysistrate ait: Ensem gestabo posthac in Myrti ramo. In commentario serpentis Hecates fabulam recitauimus, quam multis modis Faunus pater solicitauerit ad stuprum, quum ea paterna petulantia reluctantem modo virga myrtea verberaret, modo vini tormentum adhiberet, mox in anguem conuersus spiris totam implicauerit. Ibique virgam myrteam nequitiæ imaginationem, vinum mentis hilaritatem, anguem multiplices voluptatis nodos hieroglyphice significare ostendimus. Nam quod ad Myrtum attinet, apud Maronem*

C

Myrti hieroglyphica.

a lib. 30.

Mirtus cur exosa Iunoni & Palladi.

D

Myrtus hieroglyphicũ pudẽdi muliebris.

,, Quos durus Amor crudeli tabe peremit,
,, Secreti celant calles, & myrtea circum
,, Sylua tegit.

Myrtus hilaritatis indicium, & cantus in conuiuijs, vt fuerit.

& mox: *Erat & hilaritatis indicium ramus Myrti, quem veteres inter vina alter alteri porrigebant. Mos enim fuit in conuiuijs eo circumlato ramo vnumquemque discumbentium ad canendum excitare. Singuli enim conuiuarum accepto in manus myrti ramo, partes canebat suas:* A
quem morem Sympoſiacis Plutarchus late diſputauit. Et Horatius adueniente verno tempore, quo ſe vndecunque patefacit hilaritas, dum Cytherea choros ducit Venus, decere ait viridi nitidum caput impedire myrto. Atq; vbicunque conuiuiorum lætitiam celebrat, coronas e myrto inſerri iubet. & adhuc infra: *Eſt & Myrti genus, qua folia habet perforata: ea Trezenijs latiſſime prouenit: per hanc Amoris vulnera, mœroremque ipſum, quo plurimum Amantes ex deſiderio conficiuntur, ſignificari tradiderunt celebres doctrinarum viri. Alij (dicenda enim omnia ſunt) fabulantur, ab acu, qua Phædra capillos corrigebat, ea foramina proceſſiſſe: de quo, vt nullam eſſe fabulam tam ineptam quæ apud Græcos autore careat, admoneamur, apud Pauſaniam libro primo videndum.* vbi legimus: [b] Poſt hæc Theſeum, quum Pallantem & eius
,, filios res nouas molientes occidiſſet, Trœzenem, vt de cæde purgaretur, veniſſe. Ibi
,, tunc primum Phædræ viſum Hippolitum: adoleſcentiſque amore inſanientem, de mor-
,, te ſibi conſciſcenda conſilium cepiſſe. Myrtus adhuc apud Trœzenios oſtenditur, per- B
,, terebratis vndique foliis, eam ſane talem ab initio fuiſſe negant; ſed ex Amoris ægrimo-
,, nia Phædram e inali acu folia tranſfixiſſe. Veneris popularis, & ſuadelæ cultum induxit
,, Theſeus, quum in vnam ciuitatem ex agris Athenienſem populum compuliſſet. Addit

Myrtus vt Ganymedē referat.

autem Pierius immediate: *Sunt qui per Myrtum Ganymedem referri putent, quod perſuaſum ſit eam ibi latiſſime natam, vbi puer is pedum; effigia preſſiſſet. Argumento eſſe locum in Chalcide Harpagium a re ipſa nuncupatum, quod ibi Ganymedem ab Ioue raptum fabulantur, ibidemque Myrtos pulcherrimas, atque admodum copioſas naſci. Quod ea de cauſa Chalcidenſibus confictum aiunt, quod inſulares illi impurum genus fuerunt, puſillum amorum turpitudini, quam deditiſſimi, pudore omni poſthabito. Id quoque apud Pauſaniam.* Itaque non ſine

Poeta cur alatus in ſchemate ſedens.

ratione Schematis autor Poetam laſciuum appinxit Myrtea corona redimitum. Sed & eundem non ab re finxit Alatum, Platonis in Ione de Furore Poetico ſententiam ſecutus, talia
ſcribentis: [Omnes itaque carminum pœtæ inſignes, non arte, ſed diuino afflatu mente
capti, omnia illa præclara poemata canunt; & vt Corybantes non ſana mente ſaltant, ita ne- C
que cantilenatum modulatores egregij ſana mente hos cantus effingunt: ſed vbi in harmoniam & rhythmum inſurgunt, & rapti bacchantur, quemadmodum Bacchantes fœminæ, men
te non ſana mel & lac ex fluminibus hauriunt, ſana autem mente haurire nequeunt; idque
tum efficit illorum animus, qui cantus effingunt, quod ipſi norant. Aiunt enim nobis Poetæ,
quod e fontibus, quibus mel ſcaturit, hauricntes, & a Muſarum viridarijs collibuſq; decerpentes, carmina ad nos afferant, quemadmodum mel ex floribus Apes, & inſtar Apum volare ſe dicunt. Qua in re vera loquuntur. Res enim leuis, volatilis, atque ſacra poeta eſt: neque canere prius poteſt quam Deo plenus, & extra ſe poſitus, & a mente alienatus ſit.
Nam quādiu mente quis valet, neque fingere carmina, neque dare oracula quiſquam poteſt.
Non arte igitur aliqua hæc præclara canunt, quæ tu de Homero refers, ſed ſorte diuina id
quiſque recte efficere poteſt, ad quod Muſa quempiam incitauit.] Et hinc Petrarcha deum
Amorem introducit, qui ſibi poetæ conceſſerit alas, quibus valeret ad myſteria diuina ſurſum volare; dum ita coarguens Amor eum infit; [c] vt alibi quoque notaui:

[b] lib. Atticis.

[c] part. 2. Cant. 45. ſtan. 10.

,, Ancor (& queſto è quel, che tutto auanza) ,, Che mirando ei ben fiſo quante & quali D
,, Da volar ſopra'l Ciel gli bauea dat'Ali ,, Eran virtuti in quella ſua ſperanza,
,, Per le coſe mortali, ,, D'vna in altra ſembianza
,, Che ſon ſcala al Factor, chi ben l'eſtima. ,, Potea leuarſi a l'alea cagion prima,

Sic igitur Poetæ finguntur Alati, non ſolum probi ad hunc finem, ſed etiam laſciue ſcribentes; qui ad inſtar Apum volitant per amœna vireta Muſarum, colligentes inde floſculos eruditionū, & molla blandæ voluptatis, quam celebrant; vt ex Platone colligitur. Quoniam autem Poetarū tres ordines habentur Epici, Comici, Lyrici: ſolis Epicis Tuba datur: Comicis, & Lyricis, barbiton, ſiue pſalteriū, & Lyra; quum laſciuiæ cantus maxime Comici fundāt; ideo ſcite Schematis poeta manibus barbiton, ſiue pſalterū, ſiue citharam pulſat, Harpā vulgo dicimus. Quoniā vero comici laſciua poemata perſonati repreſentant; ideo recte poeta laſciuus in Schemate pingitur perſonā quandā nigellam atq; tenellam laruā vultū opertus.

loci

A Ioci figura, lususque poetici, sic, vt in Schemate, delineatur atque describitur a Cæsare Ripa Perusino, verbis ipsissimis: *GIVOCO DALL'ANTICO: Vn fanciullo nudo alato con ambedue le mani distese in alto, prendendo una di due treccie che pendono da una testa di donna, che sia posta in qualche modo alta, che il fanciullo non vi possa arrivare a fatto. Sia questa ornata d'un panno, che discenda insino al mezo di dette treccie: & vi sarà scritto, IOCVS.* Ex quibus etiam apparet, male supra caput Alati puelli nomen inscribi. *CVPIDO*: & supra caput muliebris Larvæ, *Iocus*: quum apud antiquos locus non illa tola muliebris capitis imagine contineatur, vti perperam in Schemate notatur, sed aggregato ex illa & alato puello, ipsam capillorum funiculis intortis apprehendente; qui propterea similiter ab re inscribitur Cupido. Ioci figura.

Animo pacato sacrificandum, & supplicandum.

B *Schema LI. Gemma.*



C

D

Cur antiqui Sacerdotes offerrent aliquando sacrificia Numini sedentes.
Cap. CLIX.

JOseph Pater meus, dum iuuenis in Insula Corsicæ medicinam faceret illius Regni pro Sereniſſima Genuensium Republica Illustrissimo Gubernatori, donatus fuit a nobili viro, quem graui morbo pressum persanauerat, anulo cum inserta gemma perpulchro,

mihi poſt multos annos hæredi relicto. Gemma pretioſior eſt Achates, alba faſciola per totum corpus lucido rubore ſaturo ſplendidũ traiecta. Sculpturam habet artificioſiſſimam, qua repreſentatur Altare, ſuper quo ardens flamma extollitur, prope ſedens viſitur ſacerdos, podere veſtitus more Romano, pectore quidem nudo, ſed cetera membra veſtimentis indutus: manu dextera pateram ſupra foculum inclinans, quaſi vel vino, vel lacte, vel farre, vel thure, vel mola ſalſa litaturus; vtcumque Numini ſuo ſacrum faciens, offerenſque munus. Mirum eſt, quod ſedendo ſacrificet: id autem arbitror duas cauſas habere potuiſſe; quarum vnam mihi ſuggerit in Argonauticis Apollonius, aſſerens olim ſupplicantes abſque voce tacitos ad focum ſedere; quia non vocali, ſed mentali oratione magis ad ſui vota Numinis beneficium allicerent; verſiculi ſunt Apollonij [a]

[a] lib. 4. verſ. 693. 694.

,, τὼ δ' ἄρα τω, νὺξ ἄμυδις ἐφ' ἑῇσιν ἔιξαντες
,, ἧσαν, ἅ τε δίκην λιτῇσι ἱκέτῃσι τέτυκται.

id eſt

Illi ergo tacite, ſineque voce in foco conſenſo
Sederunt (veluti mos miſeris ſupplicibus eſt)

quo de more ſupplicandi, ſedendo ad ignem, latius infra. Altera vero mihi myſtica videtur, quia Deo ſacrificij munus offerens debet animum habere pacatum, nulla paſſione vel odij, vel iræ potiſſime perturbatum; quod habemus in Sacra pagina præceptum Domini [b] *Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum.* Rem Deo maxime gratam iubet relinquere, vt fratri reconcilietur; quia miſericordiam Deus vult, non ſacrificium [c] indignati, & iratum iuſte contra ſe proximum habentis: & dilectioni quodammodo ſui, proximi dilectionem anteponit. Magna profecto res; & apud Iudæos non ſolum, ſed etiam apud alias gentes periculum erat ingens, imperfectum relinquere ſacrificium; vt propterea Valerius Maximus adoleſcentem laudet [d] qui potius aduri ſibi brachium paſſus eſt, quam inchoatum ſacrificium turbare, abrumpereue: vetuſto *Macedonum more*, inquit, *Regi Alexandro nobiliſſimi pueri præſto erant ſacrificanti: E quibus vnus thuribulo accepto ante ipſum aſtitit, in cuius brachio curbo ardens delapſus eſt: qui, etſi ita vrebatur, vt adusti corporis eius odor ad circumſtantium nares perueniret, tamen & dolorem ſilentio preſſit, & brachium immobile tenuit ne ſacrificium Alexandri aut excuſſo theribulo impediret, aut edito gemitu aures regias aſpergeret. Rex quoque patientia pueri magis delectatus, hoc certius perſeuerantiæ experimentum ſumere voluit; ſolito enim ſacrificauit diutius: nec hac re eum a propoſito repulit. Si huic miraculo Darius inſeruiſſet oculos; ſciſſet eius ſtirpis milites vinci non poſſe, cuius infirmam ætatem tanto robore præditam animaduertiſſet.* Iſta quum ita ſe habeant, Dominus tamen pluris æſtimans dilectionem proximi, quam ſacrificium ſibi deſtinatum ab hominibus, eos vel incæpto ſacrificio, iubet ipſum interrumpere, priuſque reconciliari proximo, qui ab ipſis offenſus habet aliquid contra illos optare, vt animo pacato reconciliati valeant Deo ſacrificium offerre. Voluntatis autem hanc pacem, & animi tranquillitatem quum oculis exponi viſibilem nequiuerit in gemma Schematiſta, non inepte per ſeſſionem corporis in ſacrificante ſignificauit; nam & Ariſtoteles animum ſedatum a perturbationibus per hominem ſedentem indicauit, quum perturbationes impedire monuit adeptionem ſcientiæ [e] *Nam quia quieta eſt*, inquit, *reſidetq; anima, ſciens fit, & prudens*: & ſecundum Arabicam tranſlationem magni Commentatoris: *Homo enim fit ſciens, & intelligens, quando anima eius quieuit, & firmatur.* Itaque ſedens iſte ſacrificans, indicat ſacerdotem Deo munus oblaturum debere prius animum habere quietum, & ab omni perturbatione pacatum, ſupplicareque potius Numini corde in ſilentio, mentali oratione, quam in multiloquio vocalis orationis, abſque cordis oratione; quo nomine Deus increpat populum male orantem, inquit Dominus [f] *Hypocrita, bene prophetauit de vobis Iſaias dicens: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt a me.* Sed oratio perfecta eſt cum vocali coniuncta mentalis: & ideo in liturgia noſtra Romana ſacrum faciens, præter orationem vocalem & altam, & ſubmiſſa voce prolatam, bis tacito ſilentio cordis orationem effundit coram Deo. Sic ergo non inepte Schematiſta ſacerdotem ſacrificantem, inducit in gemma ſedentem. Et

[b] Matt. 5. 23. 24.

[c] Oſe. 6. 6. Matt. 9. 13.

[d] lib. 3. c. 3.

[e] 7. Phy. t. 20

[f] Matt. 15. 8. & cap. 29. 23.

quum

A quum Aristoteles ad sacrificia Diuina [b] moneat antiquos vti numero ternario; quæ sunt, Numen, cui sacrificium offertur; Sacrificium faciens homo: & res, quæ a sacrificante munus offertur Numini: sane tria hæc expressa visuntur in gemmula: Sacrificium peragens ipse sacerdos sedens; qui pectore nudo spectatur, indicans corde se Deum deprecari, non voce tantum, & animo pacato. Sacrificium, seu munus, quod offertur Numini, signatur patera, quam inclinat ad ignem, versans oblationem seu lactis, seu vini, seu farris, seu thuris, seu rei solitæ pateris contineri. Numen autem igne signatur, non solum, quia flamma vergit ad ætheream regionem, afferensque holocausti odorem Deo suauem, ob pium affectum offerentis; sed etiam quia flamma per seipsam Dei symbolum fuit apud antiquos & Ethnicos, & fideles; nam Persæ, Chaldæiq; coluerunt ignem vice numinis, vt latius ostendimus in Gemma Canopi. Rhodiginus [i] ex historia vetere producit, Darium cum Ducibus propinquisq; agmina in armis stantium circuisse, Solem, & Martem, sacrumque & æternum Ignem comprecatum, vt illis dignam vetere memoria fortitudinem inspirarent. Sed & in scriptura diuina legimus ignem esse Dei symbolum, ac mysticam notam; dicente Mose, & Apostolo [k] *Deus noster ignis consumens est*: scilicet ignis consumens respectu improborum, & ignis B purgans respectu electorum, vt ait Lyranus: & [l] *Apparuit Moysi Dominus in flamma ignis de medio rubi: & videbat quod rubus arderet, & non comburebatur*. & exeuntibus filijs Israel de terra Ægypti [m] *Dominus præcedebat eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, vt dux esset itineris vtroque tempore. Nunquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem, coram populo.* [n] & Elias prophetas Baal increpans, qui non poterant ignem a suo deo impetrare ad holocaustum super altare comburendum; vbi præparauit altare vero Deo Israel, & aquas multas apposuit, ignem naturalem extinguere valentes, & impedire sacrificium: *Quum iam tempus esset, vt offerretur holocaustum, accedens Elias propheta ait: Domine Deus Abraham, Isaac, & Israel, ostende hodie, quia tu es Deus Israel, & ego seruus tuus, & iuxta præceptum tuum feci omnia verba hæc: Exaudi me Domine, exaudi me, vt discat populus iste, quia tu es Dominus Deus, & tu conuertisti corda eorum iterum. Cecidit autem ignis Domini, & vorauit holocaustum, & ligna, & lapides, pulueremque quoque, & aquam quæ erat in aqua ductu lambens. Quod quum vidisset* C *omnis populus, cecidit in faciem suam, & ait: Dominus ipse est Deus, Dominus ipse est Deus.* [o] alibi & *ait Moysi Dominus, ecce nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum*. & mox: *in die enim tertio descendet Dominus coram omni populo super montem Sinai*. & infra: *Iamque aduenerat tertius dies, & mane inclaruerat: & ecce cæperunt audiri tonitrua, & micare fulmina, & nubes densissima operuit montem*. & adhuc infra. *Quumque eduxisset eos Moyses in occursum Dei de loco castrorum, steterunt ad radices montis. Totos autem mens Sinai fumabat, eo quod descendisset Dominus Deus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo quasi de fornace; eratque mons omnis terribilis*. Ex his locis antiqui Chaldæi cæperunt ignem adorare, tanquam Deum; quam sententiam Persis persuaserunt; eaque deriuata posterius est ad multas gentes alias, inde sacrificia facientes ad ignem velut ad Deum; qua ratione colebant Ignem sub nomine Laris, Vestæ, Vulcani, & eiusmodi Deorum gentilium; de qua re Rhodiginus etiam [p] in antiquis lectionibus; Legimus, inquit, & in Græcia illud item, a Medis & Assyrijs barbaricos contri- D bui eiusce modi elemento honores, non religione vtique, sed formidine verius nocentissimæ, omniaque absumentis rei: quo nomine quoque sancitum erat apud antiquos, sacrificandum esse malis Dæmonibus, ne noceant. Sed & ipse Porphyrius scribit, dijs, qui sunt intra cælum, siue cursu quodammodo pererrantium, siue non errantium, quorum ducem Solem, deinde Lunam existimandum est, commode sacrari ignem, quasi rem cognatam. Quin & Porphyrius, eidem Rhodigino [q] veteres ait cælestibus Dijs templa excitabant, & aras: terrestribus ἑστίας, id est focos: Maxime vero supplicantes ad focum sedebant, quod in explicatione superius allatorum Apollonij carminum, vel obseruatu Cælij [r] notarunt Interpretes: Lege, inquiunt, sancitum erat, vt supplices apud Larem sederent taciti, non vocali, sed oratione mentali precantes. Verum quid riuulos consectamur, quum Homerica adire fluenta liceat, a quibus ceu fonte perenni

,, Vatum Pierijs ora rigantur aquis?

[b] 1. Cæl. t. 2.

[i] lib. 15. c. 15

[k] Deu. 4. 24. Hebr. 12. F.

[l] Exod. 3.

[m] Exod. cap. 13.

[n] 3. Reg. cap. 18.

[o] Exod. 19.

[p] lib. 15. c. 16

Cur ignem colerent antiquorũ nonnulli.

[q] lib. 12. c. 10.

[r] l. 15. c. 18.

Ita

Digitized by Google

† vers. 159. Ita vero Odysseæ septimo † legimus, Alcinoi domum Vlysse ingresso; A

ὡς ἔφαθ᾽ ἕζετ᾽ ἔπειτα μυχῷ ἐπὶ ἔσχατον ἐν πυρὶ
πᾶς νυχὶ οἱ δ᾽ ἀρὰ πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ

id est

„ Sic fatus resedit ad focum in cineribus
„ iuxta ignem: illi certe omnes facti taciti sunt silentio.

Sensus autem Homeri est, post orationem vocalem, sedisse in loco Vlyssem, stupentibus, qui aderant, omnibus, vel potius oratione mentali supplicantibus pro illius incolumitate, vt exaudiretur de parando illi reditu in patriam. Quin & Halicarnasseus Dionysius, Marcium Coriolanum patria profugum, Attij Tullij Volscorum principis supplicem factum scribit, sedentem ad focum, quod repetit Plutarchus quoque, nil scitius suspicante Interprete: verba Plutarchi sunt de Coriolano, *Sumpto enim amictu & habitu, quo minime cognosceretur aspectu, vt Vlysses, infestorum hominum est vrbem ingressus. Erat diei serum, multiq; occurrerunt ei, sed nouerat nemo. Profectus domum ad Tullium, repente ad focum nullo sentiente penetrauit, ibique tacitus sedit capite obuoluto nihil agens. Familia stupore defixa dubitauit excitare eum, quod aliqua & ex veste atque silentio eius eluceret maiestas. Narrant igitur Tullio iam cœnanti hoc monstri. Qui surgens adijt eum, roganitque, qui esset, quidq; petitum venisset*, & mox Coriolanus ad Tullium: *pulsusq; in exilium supplex ad focum tuum confugi &c.* Idipsum & a Themistocle factitatum quandoque, vbi testularum exilio multatus, etiam ab inimicissimo Molossorum rege Admeto, cuius adisset larem, religiose seruatus est, frequens Græcorum prodit historia: sed peculiaris apud eundem Plutarchum in Themistocle: *At illa in fuga*, dicit, *formidans magis Themistocles domesticum & recens odium quam veterem iram & regiam, huic se permissum iuit, ac supplex Admetum adijt nouo & inusitato more. Nam filium eius puerum tenens abiecit se ad focum eius. Hunc maximum, & prope solum qui non reijciatur, Molossi modum ducunt supplicandi. Aliqui Phthiam aiunt regis coniugem eam rationem supplicandi suggessisse Themistocli, filiumque suum apud focum cum eo locasse: alij ad metum ipsum, vt necessitatem apud eos; qui illum insequerentur, cur non dederet eum, excusaret, modum istum supplicandi struxisse ei & machinatum fuisse.* Vt cumque sit, mos apud antiquos erat supplicandi, sedere ad focum. Ne præteream illud e Plutarcho * quod *apud Persas supplicandi genus erat acerrimum & repulsæ securum, si supplex cum igne in fluuium descendens minaretur ignem se in eum abiecturum, nisi impetraret quod petebat; fiebat enim compos voti; sed puniebatur propter comminationem, vt pote iniustam, & naturæ contrariam.* Vt hinc habeamus rationem cur in gemmula nostra sculpatur sacrificulus ad ignem, ardentem in ara, sedens. Verum quam manu tenens porrigit id ignem, vt vt patera potest esse versans holocaustum in flammas, vt obseruabamus; tamen potest esse placenta, quam ethnici, quin & Israelitæ mali secuti deos alienos, libabant offerentes Lunæ, quam adorabant Reginam astrorum in cælo, tanquam Deam; vt illos increpans eis obijcit Dominus per Ieremiam, dicens ‡ *Non ne vides quid isti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ierusalem? Filij colligunt ligna, & patres succendunt ignem, mulieres conspergunt adipem, vt faciant placentas reginæ cæli, & libent Dijs alienis, & me ad iracundiam prouocent. Numquid me ad iracundiam prouocant, dicit Dominus?* Cæli namque reginam hoc loco Lunam, aut Iunonem, aut Berecynthiam, Idolum gentilium interpretari, notissimum esse Lyranus obseruat. Et Interlinearis: vt etiam infra § *Responderunt autem Ieremiæ omnes viri scientes, quod sacrificarent vxores eorum dijs alienis, & vniuersa mulieres, quarum stabat multitudo grandis, & omnis populus habitantium in terra Ægypti, in Phatures: sermonem, quem locutus es ad nos in nomine Domini audiemus ex te, sed facientes faciemus omne verbum quod egredietur de ore nostro, vt sacrificemus reginæ cæli, & libemus ei libamina, sicut fecimus nos & patres nostri, & reges nostri & principes nostri in vrbibus Iuda, & in plateis Ierusalem, & saturati sumus panibus, & bene nobis erat, malumque non vidimus. Ex eo autem tempore, quo cessauimus sacrificare reginæ cæli, & libare ei libamina, indiguimus omnibus, & gladio & fame consumpti sumus. Quod si nos sacrificamus reginæ cæli, & libamus ei libamina, nunquid sine viris nostris faciemus ei placentas ad colendum eam, & libamina ad libandum? Et dixit Ieremias, &c.* Sunt autem placentæ plurium generum apud Athenæum, ‖ & Rhodiginum ¶ allatæ.

B

C

D

* lib. de primo frigido.

Penario mira supplicatio cum mitis.

† l. 14. c. 19.

‡ cap. 7.

§ cap. 44.

‖ lib. 9. c. 16.

¶ lib. 9. c. 16.

Digitized by Google

A latæ. Coronatus aſpicitur noſter ſacrificans in gemma, quid ſacrificantes coronatos eo mu-
nere fungi ſolitos, certum eſt ex Atheræo [b] ſcribente: *Conſueuerunt Lacedæmonij etiam ca-*
lamo coronari per feſtum Anteſignanorum, vt in libro de ſacrificijs in Lacedæmone ſcriptum re-
liquit Soſibius, quum ita inquit: alios quidem regionis ipſius calamis coronari accidit; alios
vero, pueros ſcilicet, ex inſtitutione non coronatos aſſequi: nimirum coronatos extitiſſe ſa-
crificia peragentes, quos aſſequerentur pueri non coronati. & mox: *Idcirco tempora coro-*
nabantur, vt optimus inquit Anacreon: in cilijs autem corollas ponentes feſtiuum feſtum ago
Dionyſio; quod eſt Baccho ſacrificare. & adhuc infra: *Narrat in Sympoſio Ariſtoteles, quod*
nihil mutilatum Deis offerre, ſed omnia perfecta ac integra donare conſueuimus; plenum vero
& perfectum videtur corona. Quod apprime declarat illam gemmæ particulam, ſi ſedens
ſacrificans manu coronam geſtet, non pateram; de qua re non leuis eſt ambiguitas. Incer-
tum etiam in exiliore gemmula, num circulus vinciens caput ſacrificantis corona ſit ex pro-
prijs capillis, qualem habent monachi, cœnobitæque noſtri; qualeſque geſtare viſi ſunt
occidentales Indi, de quibus luculenter, Indicarum rerum Hiſtorici: an potius ex alia ma-
B teria vel frondium, florumue, vel auri, aliuſue metalli. Rhodigino quoque [c] *Illud autem*
corollarium fuerit, non in conuiuijs modo corollis eſſe vſos veteres, ſed & in ſacris. Nam Her-
mionenſes in Gracia Chelionia Deæ ſacra obeuntes, feſtaque dicta item Chthonia tempore
æſtiuo coronas ex flore implicant, quem ſomoſandalon vocant. Eum ex magnitudine ac
colore eſſe hyacinthum putat Pauſanias. ſacrificantem hunc ex habitu Romanæ
veſtis Romanum conijcimus indicari ſine dubio. Itaque more vetuſto
ſacrificans in gemmula noſtra ſedet ad focum ardentem in Ara co-
ronatus, offerens, incertum cui Deo, ſeu placentam, ſeu coro-
nam, ſeu pateram aut liquoris, aut farris, aut etiam thu-
ris: nequit enim oculus ob gemmulæ paruitatem,
iſta diſcernere; cuius emblema docet
nos, animo pacato ſacrifi-
candum, & ſuppli-
candum eſſe
Numi-
C ni.

[b] lib. 15. c. 5. & ſeq.

[c] lib. 27. cap. 26. F.




D

Fru-

Fructuum atque frugum vbertatem concordia gentium comparari.

Schema LII. Gemma.



Concordia, & fide data seruataque mirificam apud homines promoueri bonorum omnium vbertatem. Cap. CLX.

NOuiſſime vero duas ad me gemmulas attulit Cl. Vir Andreas Morettus, ob Mathematicarum peritam eximiam Sereniſs. Reip. Venetæ cariſſimus; alteram quidem, in qua duo ſpectantur Amaltheæ cornua, vulgo Cornucopiæ dicta, plena terræ pomis omnigenis, ab ima parte iuncta connexaque, ac in altum aſſurgentia diuaricatione quadam ſenſim, ad effigiem cuiuſdam caduceï; quorum in medio rectus extollitur culmus cum ſpica frumentacea. Sub nodo autem cornuum infimo duæ manus humanæ dexteræ ſpectantur, in ſignum fidei, pacis, & concordiæ, ſimul iunctæ, non ſtrictæ quidem, ſed veluti decuſſatæ. Profecto conſtat hoc eſſe ſymbolum omnino diuerſum ab Emblemate [a] quo ſine manuum vlla figura, duo Cornua-Copiæ poſuit eruditiſſimus Alciatus, inter quæ ſurſum aſſurgens inſpicitur verus Caduceus Mercurij cum obuolutis anguibus, & impoſito Cyllenij pileo vtrimq; alulis decoro. Verum in noſtra gemmula duo Cornua-Copiæ, cum exurgente culmo triticeæ ſpicæ intermedio, & iunctæ dexteræ cornua qua ſuſtinentes, qua deferentes, nihil aliud mihi ſignare videntur, niſi prima mortalium commercia, prorſus ad humanam ſocietatem perutilia, perque neceſſaria. Enimuero prima commercia fuiſſe frugum, ac terræ fructuum, probabile ſatis eſt; enimuero quum non omnis ferat omnia tellus, ſed alibi ſit copia frugum, alibi fructuum caritas; par eſt homines primorum ſeculorum inopia nutrimenti laborantes

[a] Embl. 119.

ad

A ad loca feracia delatus, inde ſibi fruges emiſſe, quas in ſuam terram deferrent, pretio frugum comportato, & commutato cum eſcis. Cuius rei teſtimonium vetus habemus in Sacra pagina [b], ponente Filios Iacob a patre miſſos e regione ſua fame penitus oppreſſa procul in Ægyptum frumenti feraciſſimam & abundantem cum pecunia emere fruges in patriam cõportandas. & alibi [c] ponitur *Nauis inſtitoris de longe portans panem ſuum.* Vbi Gloſſa. *Nauigator dicitur inſtitor, eo quod acquirendis mercibus ſedulus inſtat. Sicut ergo inſtitoris nauis onerata mercimonijs, quæ in patria ſua abundant per mare portat, vt venditis quæ attulerat, cariora domum reportet.* Et Lyranus: *Sicut enim in naui inſtitoris portantur diuerſa vitæ humanæ neceſſaria: ſic in ſcriptura continentur omnia neceſſaria ad ſalutem.* & alio loco [d] *Pertranſierunt, quaſi naues poma portantes.* In gemmula vero, præter culmum triticeum, ex quo panis efficitur, duo cornua ſpectantur plena pomorum omnis generis. Porro cõmerciorum vtilitates miras, & inuentores primos, apte Polydorus exponit, cui [e] Mercatura haud equidem paruo mortalibus auxilio eſt; quando in aſportandis mercibus vitæ humanæ neceſſaria vbiq; locorum ſuppeditat. Multarum quoque ac maximarum rerum vſum, experientiamque homines edocet, ad barbarorum inſuper neceſſitudines, Regumque amicitias contrahendas

B plurimum valere cenſetur. Quapropter Plinius in 33. haud temere putat commercia victus gratia eſſe inuenta: ſed ibi, vt opinor, de rerum commercijs loquitur, quæ, vt ipſe tradit, Troianis temporibus in permutandis rebus ad victum neceſsarijs, mortales inter ſe exercebant, propter quod cum illis tunc haud dubie multo præclarius agebatur. Poſt hæc autem reperto, ſicut idem ſentit, aureo nummo tanta hominibus lucri cupiditas inceſſit, vt merces aſportandi cauſa, ſeſe ad omnia pericula, vel, vt ita dicam, ad aleam, veluti etiam hodie fit, exponerent. Ex quo veriſſime Flaccus Horatius de his ait,

,, Impiger extremos mercator currit ad Indos
,, Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes.

De huiuſmodi mercatura Cicero quoque in 1. de Offic. Mercatura autem, inquit, ſi tenuis eſt, ſordida putanda eſt: ſi magna & copioſa, multa vndique apportat, multiſq; ſine vanitate impertiens, non eſt admodum vituperanda: atque etiam ſi ſatiata quæſtu, vel contenta potius, vt ſæpe ex alto in portum, ex ipſo portu in agros poſſeſſioneſq; contulerit, videtur iu-

C re optimo poſſe laudari. Mercatura etiam, teſte Plutarcho, viri præclariſſimi exercuerunt, Thales, Solon, Hippocrates, & Plato. Hanc, autore Plinio lib. 7. Pœni inuenerunt: Verum Diodorus in VI. Mercurio aſſignat; id quod Galli quondam ſibi perſuaſum habuere, qui vt Cæſar ait, Deum maxime Mercurium celebrant, cuius plurima erant apud eos ſimulachra: hunc enim omnium inuentorem artium ferebant, hunc viarum, atque itinerum ducem, hunc ad quæſtum pecuniæ, mercaturaſque vim maximam habere arbitrabantur. Sed Plinius ſibi omnino repugnare videtur, quum in eodem dicat emere, ac vendere inſtituiſſe Liberum Patrem, præſertim quum mercatura, quam ait Poenos inueniſſe, nil aliud ſit, niſi actus quidam emendi vendendique merces. Quare ita fortaſſe intelligendum eſt, vt Pœni mercaturam a Libero Patre inſtitutam primi exercuerint. Ceterum neque hoc primo Poenis, aut Mercurio, vel Libero Patri aſſignandum ducimus, quando ex teſtimonio Ioſephi lib. 1. Antiq. vſum vendendi & emendi multo ante apud Hebræos, hoc eſt, Noe temporibus fuiſſe conſtat. Inſtitores vero primi, teſte Herodoto in 1. Lydi fuerunt. Sunt autem inſtitores, non qui

D egregie mercaturam exercent, ſed qui a mercatoribus emunt, vt deinde emptas merces minutatim vendant. De quibus M. Tullius lib. Offic. 1. ita ſentit: ſordidi etiam, inquit, putantur, qui mercantur a mercatoribus, quod ſtatim vendant: nihil enim proficient, niſi admodum mentiantur. His item hodie veſtium, linteorumque venditores dare ſolent veſtimenta circumferenda, ac ipſi ab alijs opificibus mercari res maiuſculas ad vendendum. qui id circo omnes vrbis vicos ruteſq; ex mercatu mercatum circuire parati ſunt, ſuas pariter merces ac amicorum vendendi cauſa: vnde vulgo circuitores vocamus, & inſtitores, teſte Vlpiano, dicuntur, quod negocio gerendo inſtent. At Labeo Iuriſconſultus. Muliones quoque, Tabellarios, tabernarumque præpoſitos loco Inſtitorum habet. Quanquam ſunt inſtitores ijdem atque mercatores & negociatores; ſed ut iſti honeſti, ſic illi ſordidi habebuntur, quemadmodum Cicero, ſicuti ſupra dixi, eorum conditionem recte tenuerat. Hæc ille. Quum igitur commercia tuta non ſint, ubi non eſt pax; ſiue mari, ſiue terra merces conuehantur ad alienigenas; etenim mari piratæ rapiunt ſibi mercatorum opes omnes, vt apud

[b] Gen. 42. & ſeq.
[c] Prou. 31.
[d] Iob. 9. 26.
[e] 4. de rer. inu. c. 45 Mercaturæ laus.
Commercia victus gratia inuenta.
Viri præclariſſimi Mercatus.
Pœni mercaturæ inuentore.
Inſtitores vnde dicti & qui.

Digitized by Google

f 9. Æneid. Virgilium Numanus ille pirata *f* de suis commilitonibus, A

„ Omne ævum ferro terimus, versaque iuventam
„ Terga fatigamus hasta: nec tarda senectus
„ Debilitat vires animi, mutatque vigorem.
„ Caniciem galea premimus: semperque recentes
„ Conuectare iuuat prædas, & viure rapto.

In exercitu quoque terrestri nunquam non abundant atroces mercatorum itinerantium latrones, de quibus diffamatum carmen habetur apud Lucanum:

„ Nulla fides pietasque viris, qui castra sequuntur.

Nimirum lixis, & calonibus, nō autem ducibus, qui castris imperant, neque bonis militibus, qui castra constituunt. Vbi vero pax est, & hominum concordia, mercimonia facile tutoq; portantur ad plagas exteras, in quibus propterea fit abundantia frugum, veluti Cornucopia rerum conuecta. Consimiliter nisi fides inter distantes mercatores habeatur incolumis & inuiolata penitus, eorum institores nequeunt commutationem mercium & pretiorum agere; quamobrem indigentes omnino remanent regiones ipsæ steriles, penuriaue quomodocunque laborantes. Quum autem fidem intemeratam, pacemque securam, & concordiam omnino rutam sibi polliceri consueuerint homines iunctis manibus dextris ad inuicem; propterea iunctæ dexteræ symbolum sunt apud homines fidei, pacis, atque concordiæ. B

g Gen. 2. 24. Ceterum fides maritalis, quæ iungit duos in carne vna *g* strictior quum sit omnium, arctiori dexterarum coniunctione signatur, manibus nempe non tantum iunctis, verum etiam arcte se se constringentibus; quando ad fidem pacis, concordiamque mercatorum satis est dexteras iungi, non oporteat illas arcte constringi. Sic igitur in Schemate nostræ Gemmulæ manus illæ duæ dextræ coniunctæ sine constrictione, veluti sustinentes duo Cornuacopiæ cum culmo spicæ frumenti, symbolum sunt vbertatis delatæ in alienam regionem concordium mercatorum fide tempore pacis. Curuantur autem illa duo Cornuacopiæ in effigiem caducei, vel potius nauis onustæ fructibus, elato culmo tritici quasi malo, sustentatæ, ac innixæ manibus coniunctis, tanquam nautarum cooperantium ad nauem vehendam per mare mercaturæ. Sed & illa duo mala Punica, quæ dependent e caduceorū nexu supra manus iunctas affabre posita, Valeriano † populorum gentiumq; multarū concordiam mire portendunt; erat enim apud antiquos præcipuum eius mali symbolum, vt populos gentesq; varias uno ueluti collegio fœdereque concregatas indicaret. Id ea de causa factum, quod grana illa sua folliculis quibusdam aliquo numero ab alijs segregata, prouinciarum ueluti limites quosdam præ se ferre uideantur, & singula hominū vel collegia, uel nationes potius ab alijs distinguere. Varij enim loculi, circo quippe suo dirempti, cum granis suis, varias itidem gentes, suis quasi finibus terminatas indicant. Quum vero Iuno regnorum præses haberetur, malum illi Punicum dedicarunt, quod in eius manu Mycenis spectabatur, quum sceptrum altera teneret, eo opere quod Polycleti fuisse ferebatur, de quo apud Pausaniam. Sed Punicū malum multarum gentiū societatem hieroglyphice signat; enimuero tintinnabulo adiectum, cuius species apud Hebræos potissimum reperies, ut olim Eucherius, mox Gregorius Pontifex interpretatur, unitatem Ecclesiæ ex multis gentibus in eundem sonum, hoc est in eadem præcepta conuenientium indicat. Sicut enim, ille inquit, in malo Punico uno exterius cortice multa interius grana uniuntur; sic innumeros S. Ecclesiæ populos unitas fidei cōtegit, quos intus diuersitas meritorum tenet. Quod uero piorum conuentus canit: Et cortex mali Punici genæ tuæ, & floruit uitis, floruerunt mala granata: Ecclesia, ut Ambrosius ait, bonum fidei fulgorem, confessionisque prætendit, tot martyrum sanguine precium, & quod est amplius, Christi cruore dotata, simul plurimos intra se fructus usus istius pomi sub vna munitione seruat, & virtutum negocia multa complectitur. Sentit idem Hieronymus, ubi sextodecima Hebræorū castra Remon Phares dicta tradit, quod ῥοιᾶς ἀνάθημα Græci reddidere: Latini, Mali Punici dissepimenta. Arboris enim huius fructum, granorum numerositate refertū, indicare aiunt pij omnem turbam credentiū in Ecclesiæ gremio vno quasi cortice cōtentam. Addemus id, eo magis vnitatem hanc in Christianis malo granato cōuenire, quod pomū id hoc habet præcipuum, ut quot in uno grana sunt, tot in reliquis reperiantur. Nam, ut Africanus ait, parua & magna granata nō eo inter se dessidēt, quod hæc plures, illa pauciores habent acinos; sed quod parua minores, magna grandiores nutriat; ita C D

† 54. Hier.

Chri-

Digitized by Google

A Christianæ pietatis opera, non quam multiplicia sint considerantur, sed quatenus vno eodemque numero, cum fide, spe, & charitate in vnoquoque deprehendantur, & fine terminoue vno concluſa, vno quippe cortice diuinæ gratiæ comprehenſa, pro vniuſcuiuſque virtutis magnitudine vel exiguitate præmia conſequantur. Ita quidem recte Sanctiſſimi viri de malo Punico, potiſſimum adiecta tintinuabula. Sed noſter autor in gemma ſub Cornucopiæ gemino, & ariſta, ſupra duas manus dexteras decuſſatim coniunctas, alio ſymbolo ſignauit multarum gentium commercia, ſub fidei moralis ac politicæ fœdere vbertatem annonæ, merciumque ſibi ad inuicem communicare, dum iuſta rerum cõmutatione (quod indicat æqualis parque numerus granorum in vtroque malo) ſecum mercimonia permutant; itidem duo illa Cornucopiæ ſimili fructuum ſtirpiumq; genere completa, mutuam cõmerciorum æqualitatem ad iuſtitiam repreſentant; vnde varias inter gentes integram pacti ſibi fidem adinuicem ſeruantes, critur omnium bonorum abundantia.

B *Fortitudinis audax facinus, pro Patriæ ſalute patratum.*

Scheme LIII. Gemma.



C

D

Mutij Scæuolæ Romani grande facinus, & inſignis erga Patriam Pietas atque fortitudo, detegitur in Gemma. Cap. CLXI.

ALtera ſane Gẽma Moretria ſculpturã habet artificioſiſſimam, qua repreſentatur adurens manum ſibi dexteram Mutius Scæuola Romanus ad ſoculũ Porſenæ ſacrificãtis. De quo facinore ſtrictim, vt aſſolet Valerius Maximus, at vberius Plutarchus, atq; Liuius.

Digitized by Google

Valer. Max. a lib. 3. c. 3.

„ Sane Valerij verba sunt: De Mutio Scæuola " Quid enim ijs, quæ supra retuli, facto Mu- A
„ tij conuenientius? Quum a Porsena rege Hetruscorum vrbem nostram graui, ac diutino
„ bello vrgeri ægre ferret; castra eius clam ferro cinctus intrauit: immolantemque ante al-
„ taria conatus est occidere. Ceterum inter molitionem pij pariter ac fortis propositi op-
„ pressus, nec causam aduentus texit: & tormenta quantopere contemneret, mira patien-
„ tia ostendit. Perosus enim (credo) dextram suam, quod eius ministerio in cæde regis
„ vti nequisset, iniectam foculo exuri passus est. Nullum profecto Dij immortales admo-
„ tum aris cultum attentioribus oculis viderunt. Ipsum quoque Porsenam oblitum peri-
„ culi sui, vltionem suam vertere in admirationem coegit. Nam reuertere, iuquit, ad tuos
„ Muti; & eis refer, te, quum vitam meam petieris, a me vita donatum. Cuius clementiam
„ non adulatus Mutius, tristior Porsenæ salute, quam sua lætior, vrbi secum æternæ glo-
Plutarchus. b in Poplicola. „ riæ cognomine, Scæuolam reddidit. At Valerio sub Nerone florente vetustior Plutar-
chus Imperante Traiano scripserat: b *Dum Porsena vrbem premit, infestauit insuper Roma-*
nos fames, & Thuscorum alter exercitus per agrum populatus est. Poplicola tertium Consul, ob-
sistere Porsenæ statuit quiescendo, & vrbem tuendo. In Hetruscos copias eduxit occulte, B
eosque acie fudit interfectis quinque millibus. At factum C. Mutij a multis sed diuersimode ce-
lebratum est: neque id nos, vt maxime consentaneum est, praeteribimus. Fuit hic cum omni or-
natus virtute, tum bellicis artibus praestantissimus. Porsenam autem quum constituisset oppri-
mere incautum, veste indutus Hetrusca, & assimili lingua vtens, in castra penetrauit. Quum
ambisset tribunal, vbi rex considebat: ignoraret autem regem, & timeret sciscitari, qui esset
quem maxime ex confessu arbitratus est regem esse, cum stricto gladio obtruncauit. Ob id fa-
ctum comprehensus est, & quaestionem de eo habuerunt. Erat ibi accensus ad sacrificium Por-
sena foculus: ei dextram injicit. Dum torretur caro, intuitus Porsenam est truci, & imper-
territo vultu, donec attonitus miraculo eum dimisit: gladiumque quem porrexit ei ex tribunali,
reddidit: ille eum protensa laeua, accepit. Hinc fama est eum Scaeuolae nomen, quod est laeuum,
inuenisse. Ibi vicisse ait Porsena se terrorem, victum esse ab eius virtute: atque indicaturum
ei gratis quod minis non detexisset. Trecenti Romani, inquit, coniurauerunt, & in castris tuis
errant captantes oportunitatem. Ego, cuius prima sors fuit, non succenseo fortunae, quod a C
bono aberrauerim viro, eoque quem amicum potius quam hostem esse populi Romani deceat. His
dictis adiunxit Porsena fidem, propensiorque fuit ad pacificandum: non ita meo quidem iudi-
cio, illorum formidine trecentorum, vt commendatione & admiratione spirituum ac virtutis
Romanae. Hunc virum etsi plerique omnes & Mutium & Scaeuolam nominant, Athenaeus San-
dor tamen in libro, quem ad Octauiam scripsit Caesaris sororem, fuisse etiam dicit Posthumium
vocatum. Liuius autem vtrique vetustior, antea de proposito, degens Octauiani tempo-
Tit. Liuius c lib 2. an. ab Vrb. con. 246 re, literis consignauerat haec: c [Sedendo expugnaturum se vrbem, spem Porsena habe-
bat; quum C. Mucius, adolescens nobilis, cui indignum videbatur populum Romanum ser-
uientem, quum sub regibus esset, nullo bello, nec ab hostibus vllis obsessum esse, liberum
eundem populum ab ijsdem Etruscis obsideri, quorum saepe exercitus fuderit: itaque ma-
gno audacique aliquo facinore eam indignitatem vindicandam ratus, primo sua sponte pene-
trare in hostium castra constituit: dein metuens, ne, si Consulum iniussu, & ignaris omnibus
iret, forte deprehensus a custodibus Romanis retraheretur, vt transfuga, fortuna tum vrbis D
crimen affirmante, Senatum adijt. Transire Tiberim, inquit, Patres, & intrare, si possum, ca-
stra hostium volo, non praedo, nec populationum inuicem vltor: maius, si dij iuuant, in ani-
mo est facinus. Approbant Patres. Abdito intra vestem ferro proficiscitur. Vbi eo ve-
nit, in confertissima turba prope regium tribunal constitit. Ibi quum stipendium forte mi-
litibus daretur: & scriba cum rege sedens pari fere otnatu multa ageret; eumque milites
vulgo adirent; timens scicitari, vter Porsena esset; ne, ignorando regem, semetipse aperi-
ret quis esset; quo temere traxit fortuna facinus, scribam pro rege obtruncat. Vadentem
inde qua per trepidam turbam cruento mucrone sibi ipse fecerat viam, quum, concursu ad
clamorem facto, comprehensum regij satellites retraxissent ante tribunal regis; destitutus,
tum quoque inter tantas fortunae minas metuendus magis, quam metuens; Romanus sum,
inquit, ciuis: C. Mucium vocant: hostis hostem occidere volui; nec ad mortem minus ani-
mi est, quam ad caedem fuit: & facere, & pati fortia, Romanum est. Nec vnus in te ego hos

ani-

Digitized by Google

animos gessi: longus post me ordo est idem perentium decus; proinde in hoc discrimen, si
A iuuat, accingere, vt in singulas horas capite dimices tuo: ferrum, hostemque in vestibulo habeas regiæ. Hoc tibi iuuentus Romana indicimus bellum: nullam aciem, nullum prælium timueris: vni tibi, & cum singulis res erit. Quum rex simul ira infensus, periculoque conterritus, circumdari ignes minitabundus iuberet, nisi expromeret propere quas insidiarum sibi minas per ambages iaceret: Et tibi, inquit, vt sentias quam vile corpus sit ijs, qui magnam gloriam petunt: dextramque accenso ad sacrificium foculo injicit. Quam quum velut alienato ab sensu torreret animo: prope attonitus miraculo rex, quum ab sede sua prosiluisset, amouerique ab altaribus iuuenem iussisset, Tu vero abi, inquit, in te magis, quam in me, hostilia ausus: iuberem te macte virtute esse, si pro mea patria ista virtus staret. Nunc iure belli liberum te, intactum inuiolatumque hinc dimitto. Tum Mucius, quasi remunerans meritũ: Quandoquidem, inquit, est apud te virtuti honos, vt beneficio tuleris a me, quod minis nequiuisti: trecenti coniurauimus principes iuuentutis Romanæ, vt in te hac via grassaremur. mea prima sors fuit: cæteri, vt cuique ceciderit primo, quo te oportunum fortuna dederit, suo quisque tempore aderunt. Mucium dimissum, cui postea Scæuolæ, a clade dextræ manus cognomen inditum, Legati a Porsena secuti sunt. adeo mouerat eum & primi
B periculi casus, quo nihil se, præter errorem insidiatoris, texisset: & subeunda dimicatio toties, quot coniurati supererent, vt pacis conditiones vltro ferret Romanis. Iactatum in condicionibus ne quidquam de Tarquinijs in regnum restituendis, magis quia id negare ipse nequiuerat Tarquinijs, quam quod negatum iri sibi ab Romanis ignoraret. De agro Veientibus restituendo impetratum: expressaque necessitas obsides dandi Romanis, si Ianiculo deduxit Porsena, & agro Romano excessit. Patres C. Mucio virtutis causa trans Tiberium agrum dono dedere: quæ postea sunt, Mucia prata appellata. Ergo ita honorata virtute, feminæ quoque ad publica decora excitatæ. Cloelia &c.] Virtus autem Mucij triplex in hoc illustri facinore conspicitur, audacissima fortitudo corporis, & animi, tam grande facinus aggrediendi simul, & expediendi: constantiã mira, quam patientiam Valerius appellat, intrepide sibi concremandi dexteram ad ignem: & astutia fallendi regem hostem commento coniurationis trecentorum iuuenum in eius perniciem; quod vnicum stratagema, prudentissimæ mentis inuentum, causa fuit auertendi Porsenam ab obsidione Romana, & a bello ad pacem cum Quiritibus. In Gemma, quæ probatioris est notæ, solus
C C. Mutius manum exurens ad ignem spectatur, intrepidus, atque stans, vt indicaretur a nullo coactum, at vltronea cõbustione manum punire, quæ peccauerit, obtruncans pro rege scribam. Gẽma Sicula est (vt & paterna prius expressa) perspicuitatis ferme vitreæ, coloris rubri nigricantis, sanguinem referentis; quam Plinius [d] Hæmachatem appellat. Autor Horti sanitatis [e] ait ex Isaaco Beniamin, primum genus Achatis a, tum esse ad regum formas, quæ lapidibus insculpuntur. Primũ autem genus Achatis ideo Siculũ ponitur, quia primũ Achates in Sicilia fuit inuenta, scribente Plinio [f] *Achates in magna fuit autoritate: nunc in nulla est: reperta primũ in Sicilia iuxta flumen eiusdem nominis, postea plurimis locis, excedens amplitudine, numerosa varietatibus diuersis mutantibus cognomina eius. Vocatur enim Pissachates, cerachates, sardachates, Hæmachates* (qualis est ista) *leucachates, dendrachates, velut arbuscula insignis Antachates, quum vritur, in myrrham redolens: Coralloachates,*
D *guttis aureis sapphiri modo distincta qualis copiosissima in Creta, sacra appellata. Putant eam contra araneorum & scorpionum ictus prodesse. Quod in Siculis vtique crediderim, quoniam primum eius prouincia afflatu scorpionum pestis extinguitur.* Addit Isidorus [g] *Magi suffitu earum si creditur tempestates euertunt flumina sistunt.* At omnium admiratione dignissima naturali cæsatura fuit, de qua Plinius antea [h] *Post hunc annulũ regia fama est gemma Pyrrhi illius, qui aduersus Romanos bellum gessit. Namque habuisse traditur Achaten, in qua nouem Musæ & Apollo citharam tenens spectarentur, non arte, sed sponte naturæ ita discurrentibus maculis, vt Musis quoque singulis sua redderentur insignia.* Nisi forte fuerit hinc ad fabulas Græcas referendum: aut materies artificiose laborata manu hominis, & postea naturæ vi commutata in lapidem Achati similem.

Muelj virtus tergemina, & quæ.

[d] l. 37. c. 10.

[e] l. de lapid. cap. 2.

[f] loc. cit.

Achatum differentiæ.

Achatis siculæ vires.

[g] l. 16. c. 11.

[h] lib. 37. c. 1.


Miras naturæ lusus in Achate.

Cruci-

Digitized by Google

Crucifixi Prædicatores, piscatores hominum: Vniuersalis Iudicij typus: Mirabile conuiuium in deserto: & Eucharistiæ Symbolum. A

Schema LIV. Gemma.



B

C

De Smithia Gemma. Cap. CLXII.

Viro Cl. Fortunio Liceto Nicolaus Heinsius. S. P. D.

D

DE virtutibus Reginæ, quod pauca præfatus sum, quum vltimo ad te scriberem, vir celeberrime, id eo potius animo a me factum, vt desiderijs tuis quodammodo satisfieret, quam quod arbitrarer, vel vmbram cælestis illius animæ stilo epistolari posse delineari. Rectius tacendo consuluissem mihi, quam pauca dicendo; præsertim quum videam non adeo vos latere diuinæ Heroinæ illius virtutes, vt mihi persuaseram. Sed de hoc fortasse aliquando coram. quanquam de itinere meo Italico omnia adhuc incerta. Si procedet negotium, vix de eo ante autumnum proximum licebit cogitare. alia enim negotia nunc agenda mihi incumbunt, e quibus expedire me in illud tempus conabor. Opus tuum de Lucernis veterum nec dum prodijsse ex Rhodio nostro intelligo, quanquam dubie hoc ille. Alterum illud de Gemmis Anularibus, si quantum in te, promoueas, recte feceris: ne ego verba Principi ,, videar dedisse. Habui proxime literas a Smithio nostro, in quibus hæc: Quid a Cl. Lice- ,, to in Gemmis Anularibus expectes, scire velim. Materies ista vasta, & diffusa, adhæc

,, obscu-

Digitized by Google

A obscurissima est. Expertus id sum nupera quæ præcessit hyeme, in Corneola, quæ Crucem præfert, & piscules duos. Indubitatum veteris Christianismi κατάγαιον. Eius meditatio mihi alia ex alijs suggestio, de Sibyllis & Christianis, Origeni Sibyllistis, Tertullianis piscículis, nec paucas intra pagella stetit. Hæc ille. Claudianum meum iam oblatum tibi confido: eius certe exemplaria Romam aliquot appulisse Illustrissimus Puteanus proxime nunciabat, quibus & illud additum, quod tibi destinaram. Nimius forsan videbor tibi in expendendis veterum membranarum diuersis lectionibus; sed deuoranda hæc molestia fuit, vt genuinos sensus & suas voces auctori præstantissimo redderem. Panegyrici carminis, quod autumno præterito Holmiæ edendum curaui, exemplaria iam pridem ad vos perlata oportuit; sed piratæ ab aliquo iam tempore adeo vehementer turbant in mari mediterraneo, vt tutum nostris vix sit ad vos excurrere. Hærent itaque etiam num exemplaria illa apud Ludouicum Elzeuirium Amstelodami, qui spem fecit breui discessuram Venetias nauem. Ego operam dabo vt certiora mox intelligas. Vale, optime ac summe virorum, meq; quo soles hactenus adfectu complecti perge. Lugd. Bat. M DC LI. ipsis Kal. Junis.

B

Explicatio prima Smithiæ Gemmæ de Crucifixi prædicatoribus, hominum piscatoribus. Cap. CLXIII.

Cl. Viro Nicolao Heinsio Fortunius Licetus B. A.

TE, vir amicissime, non literas, expectabam, cui pridem spem feceras de tuo in Italiam aduentu ad finem veris nuper elapsi. Hæ tamen quamgratissimæ, quia te mihi vtcunque pollicentur ad brumam proximam; qui coram meum animum ijs eloquijs imbues, quibus auidissime cupit expleri. Laudauit quidem noster oratot Augustam pro virili, sed non parum infra merita; quis enim incomparabilis Heroinæ dotes laudibus æquare valeat? transcendit eius inclyta virtus omnia laudationum fastigia; in hoc argumento satis dii voluisse Claudianum tuum etiamnum expecto Roma. Male sit illis prædonibus, qui turbas cient in mediterraneo, me tandiu prohuantes importunissime iucunda lectione tuæ carminis Holmiensis. De vtroque munere tibi gratias habeo maximas. Meum volumen De Lucernis antiquis adhuc inerti sub prelo gemit; Ego vero maiore animi cruciatu gemo typographicas istas lentitudines in absoluendo libro: sed pertæsus tantæ tarditatis, non expectato fine triennalis iam impressionis Lucernarum, Gemmas cudendas tradere cogito alteri typographo, qui sancte iurat, vtinam ne peieret, se sedulam operam daturum earum editioni, easq; quantocyus facturum publici iuris. Ceterum tu mihi saliuam mouisti mentione Corneolæ Smithianæ, Crucem cum duobus piscículis referentis. Vtinam habuissem iconem gemmulæ, quo meas possem huius accessione cimelij ditiores, & ornatiores reddere. Nihilominus hinc ansam mihi libuit arripere nonnulla scribendi. Nemo certe negarit, huiusce modi gemmam inter antiquorum Christicolarum Cimelia locum habuisse. Verum quid Crucei cum piscículis? cum duobus piscículis? Haruspicina iam opus erit. An, quia primi Crucifixum Dominum prædicantes, vere fuerunt homines piscatores, qui relictis retibus, vocati secuti sunt Christum? an, quia facti sunt Apostoli mystici piscatores hominum per prædicationem Euangelij de Crucifixo Redemptore? siquidem vtrumque legimus in Sacra pagina: a Ambulans autem Iesus iuxta mare Galileæ vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare (erant enim piscatores) & ait illis: Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum. At illi continuo relictis retibus, secuti sunt eum. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius in nauicum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua, & vocauit eos. Illi autem statim relictis retibus & patre, secuti sunt eum. Apostoli vero Domini per Crucem apte signantur in symbolo, tum quia Crucem suam vnusquisq; ferre iussi sunt secuturi Dominum, dicentem b *Si quis vult venire post me abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me*: tum quia proprium munus eorum erat prædicare Christum Crucifixum omni creaturæ in toto mundo, scilicet omnibus hominibus; dicente Domino c *Mittens enim hæc unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.*

C

D

a Matt. 4. 18. & seqq.

b Matt. 16. 24.

c Matt. 26. 12. 13.

Amen

Digitized by Google

d 1. Cor. 11. *Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit in memoriam eius.* & Diuus Paulus d *Nos autem*, inquit, *prædicamus Christum Crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam*. Quoniam vero primis illis temporibus Apostolorum, Euangelizantium prædicatione Christum Crucifixum, duæ tantum erant in mundo mortalium differentiæ circa fidem, Hebræorum, atque Gentilium; hæ per duos pisces in gemma mystice signantur, quos Apostoli piscari Domino satagebant. Quamobrem non incongrue dixeris, in Gemma per Crucem & duos Pisces a prisco Christicola significari nobis Apostolicum cœtum, prædicatione Christi Crucifixi conuertentem ad veram fidem Iudæos, atque Gentiles, ita factum piscatorem hominum: edoctum etiam exemplo Domini, qui harundine lignea Crucis, hamo ferreo clauorum, & carnea sui corporis esca, de Cruce pendens in rubro mari sui sanguinis, exaltatus a terra e traxit omnia genera mortalium ad seipsum; nam & multi Iudæorum, & *Centurio f & qui cum eo erant, custodientes Iesum, viso terræmotu, & his quæ fiebant, timuerunt valde, dicentes: Vere hic Filius Dei erat*. Quin & Dominus in Cruce manens, rete sui corporis innumeris vulneribus omniquaque perforati natantis, seu potius immersi penitus in mare rubrum proprij sanguinis, attraxit in littus solidæ suæ Fidei omnia mortalium genera, Gentiles, & Hebræos, prædestinatos ad gloriam. Quæ docuerat, atque iusserat olim g Apostolos suos prædicare omnibus hominibus In toto mundo se Crucifixum: etenim *dixit eis: Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ*, nam ita eos effecit piscatores hominum, Gentilium, & Hebræorum, duarum tunc vniuersi mundi nationum, per duos pisces apte figuratarum in Gemma sub Crucis prædicandæ simulachro; siquidem pisces auditorum hieroglyphicum existunt, quod voce carentes, muti silentium obseruent, vt audientes Prædicatorem. Sic ergo Gemmæ typus, Crucem cum duobus piscibus referens, est apta tessera Christum Crucifixum prædicantis, ad veram Fidem infideles vtriusque Sectæ, Gentiles, & Hebræos, vocantis: quin & Christianos tam bonos, quam malos ad obseruanda mandata, & consilia Crucifixi, in vera, & viua Fide adhortantis.

e Ioa 12.32.

f Matt.27.54

g Marc. 16. 15.

A

B

Secunda explicatio Gemmæ, Finale Iudicium mystice referentis. Cap. CLXIV.

C

CEterum quum in parabola sua diuina Dominus vniuersum genus hominum piscibus comparauerit: quorum alij boni sint, alij praui, finali Iudicio iudicandi; næ Gemmæ tanti Iudicij capere potest interpretationem. Ait enim Dominus h *Simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mari & ex omni genere piscium congreganti; quam, quum impleta esset, educentes, & secus littus sedentes, & elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi: exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum; & mittent eos in caminum ignis: vbi erit fletus, & stridor dentium*. Quas duas mortalium conditiones ad hieroglyphicum Piscium, vel ex Adamantio, nobis apte describit Valerianus i cui: Illud ad hanc vsque diem a Iudæis magna religione seruari manifestum, vt ex Mosaicæ legis præcepto piscem non attingunt, nisi qui pinnatus sit, & squamosus; id quod ita interpretatur Adamantius, vt per aquas mare vitæ huius intelligat, in cuius fluctibus mortales assidue volutantur. In hoc mari nostro pisces, qui pinnulis iuuantur, & squamis muniuntur, ad superiora facile sustolluntur, & aeri huic viciniores fiunt, veluti qui libertatem spiritus quærant. Talis est ergo sanctioris vitæ vir quisque, qui intra retia Fidei conclusus, bonus piscis ab Assertore nostro nominatur, & in vas conseruationis immittitur. Squamosi vero quorsum? per hoc intelligit idem autor homines, qui parati sint vetera indumenta deponere, nouumque hominem induere, & vt Gregorius Nazianzenus diceret, ἐνκαινιάζειν, Latini Græcam secuti locutionem, encæniare dixerunt, vt ita omni mentis duritia depositi, animum Deo tractabiliorem offeramus. (Ego vero, pace tantorum virorum, quum videam squamosos pisces nunquam in vita desquamari, sed squamas veluti naturale tegmen semper sibi retinere, putauero potius squamas piscibus esse arma naturalia, quibus nunquam depositis, resistant omnibus externis iniurijs: & esse symbolum hominum constanter in obseruatione dogmatum, & præceptorum Fidei perma-

h Matt.13.47 & seq.

i lib. 31. princ.

D

Squamæ piscibus quid præstent.

Digitized by Google

A permanentium, & violentijs cacodæmonis fortiter in Fide reſiſtentium.) Qui vero neque
„ pinnas, neque ſquamas habent, ij in imis ſemper verſantur vadis, & in cœno plurimum
„ volutantur, veluti ſunt anguillæ, rhombi, & huiuſmodi reliqua, quæ nequeunt ad aquæ
„ ſummitatem aſcendere, ad ſuperiora quippe peruenire: atque ij ſunt, qui luto, hoc eſt
„ turpitudini & vitijs inhæſitantes, ad vitales auras ſuperioremque ſpiritum attolli neque-
„ unt: adeo carne turgidi, & vndecunque oppleti confertique ſunt, vt neque deponere
„ facile quicquam poſſint, neque attollere, aut ab ea cui affixi ſunt fœce ſubleuare, hoc ita
„ terreſtrium affectu grauati, vt nullam cæleſtium curam ſuſcipiant, crapulæ tantum, libidi-
„ nibus, cupiditatibuſque ſuis implicati; quibus quidem voraginibus hauſti, ſimul atque
„ ceciderint, nihil quicquam conantur emergere; ſed ita recumbentes, in eodem quo
„ hæſerint luto volutati delectantur. Eodem inuoluuntur cœno Philoſophi, qui naturæ
„ tantum principijs inſiſtunt, ad naturæ vero ipſius autorem, cuius ſpiritus ſuper aquas
„ fertur, nunquam attolluntur. Eodem implicantur Iuriſconſulti, qui leges, non iuſtitiæ
„ ſtudio, ſed lucri tantum cupiditate profitentur. Eodem volutantur Sacerdotes, qui
„ cæremonias ore tenus proſequuntur, quid vero per cæremonias intelligi fieriue de-
B „ beat, aſpernantur. Quin etiam Oratores, neque non Poetæ, qui facundiæ tantum vber-
„ tatem, affluentiſſimoſque verborum fluctus, ingentemque vocum ſtrepitum, canoraſq;
„ nugas admirantur; quæ vero ad integræ vitæ inſtitutionem faciunt, nihili pendunt, vna
„ cum ſuperioribus in imo huiuſmodi fundo, quippe vbi liuidiſſima maximeque eſt pro-
„ funda vorago, ſupini detinentur. Atque hoc eſt illud prophanum, quod vetus illa pie-
„ tas tantopere auerſabatur. Quocirca Gemmula Crucem gerens inſculptam cum duo-
bus piſcibus mihi ſymbolice repreſentare poſſe videtur Vniuerſale Iudicium poſtremum;
nam *& tunc patebit* [c] *ſignum Filij hominis in cælo* nempe, *Signum Crucis*, *vt videant in quem transfixerunt* (gloſſat Interlinearis) *apparebit in aere, qui aliquando vocatur cælum in ſcriptura*, notatu Lyrani: quaſi præcedens æterni Iudicis vexillum, vt aiunt Chryſoſtomus, Hieronymus, Beda, Euthymius, Theophylactus, & alij Patres vnanimes. Piſcis autem a dextris, electorum hieroglyphicum eſt, a ſiniſtris e contra locatus, improborum: [d] *Quum autem venerit Filius hominis in maieſtate ſua, & omnes Angeli eius cum*
C *eo, tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ. Et congregabuntur ante eum omnes gentes: & ſeparabit eos ab inuicem, ſicut Paſtor ſegregat oues ab hædis.* Reſpicitur hic diuerſitas morum euidentior; quod oues mites ſint (nam *beati* [e] *mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram* promiſſionis cæleſtis) & hædi petulci; ſed in Gemmula reſpicitur identitas humanæ naturæ in omnibus hominibus, tam bonis, quam malis; vnde duorum piſcium imago pingitur, ſolo ſitu loci diſcriminatorum; nam piſces, vt ait D. Bernardus [f] & ſupra notatum eſt ex Adamantio, ſignificant homines, tam bonos, quam malos, qui in ſagena Eccleſiæ colliguntur; ſed in die Iudicij ſegregabuntur, & boni locabuntur a dextris, mali a ſiniſtris æterni Iudicis: [g] *Tunc dicet Rex his, qui a dextris eius erunt: Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum a conſtitutione mundi.* & mox [h] *Tunc dicet Rex & his, qui a ſiniſtris erunt: Diſcedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & Angelis eius.* Itaque per Crucem Vexillum Iudicis ad homines iudicandum venientis, & per duos piſces indicantur duo mortalium genera, proborum ad
D gloriam electorum, & improborum ad ignem æternum condemnatorum. Vnde graphice deſignatur in Gemmula Iudicium vniuerſale futurum per ſignum Crucis, & duos piſces. Quod Nouiſſimum autor Gemmæ ſemper ob oculos habere voluit; vt ſpe tanti præmij contemneret difficultates omnes honeſtæ vitæ, laboreſque virtutis & Chriſtianæ pietatis; ſimul & metu pœnarum euitaret vitiorum illecebras.

Piſces qui ſymbolū ſint hominū praua-uorum.

c Matt. 24. 30

d Mat. 25. 37

e Matt. 5. 4.

f Serm. de S. Andr.

g Mat. 25. 34

h 25. 41.

Digitized by Google

Tertia explicatio Gemmæ, de saturata innumera turba in Deserto, quinque panibus & duobus piscibus mirifice.
Cap. CLXV.

NOn abnuit hoc sacrum Gemmulæ Schema nouam interpretationem de mirabili conuiuio, quo Dominus ingentem multitudinem famelicam in Deserto saturauit substantia quinque panum & duorum piscium supernaturaliter multiplicata; de quo miraculo sic
a Ioan. 6. 9. Euangelista: [a] *Subijt ergo in montem Iesus, & ibi sedebat cum Discipulis suis. Quum sublenasset ergo oculos Iesus, & vidisset quia multitudo magna venit ad eum, dicit ad Philippum; unde ememus panes, vt manducent hi? Hoc autem dicebat tentans eum; ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus: ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisque modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius, Andreas frater Simonis Petri: Est puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos? Dicit ergo Iesus: facite homines discumbere. Erat autem fœnum multum in loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque millia. Accepit ergo Iesus panes, & quum gratias egisset, distribuit discumbentibus: similiter ex piscibus quantum volebant. Vt autem impleti sunt, dixit discipulis suis: colligite quæ superuenerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum, ex quinque panibus hordeaceis & duobus piscibus, quæ superfuerunt his qui manducauerunt. Illi ergo homines quum vidissent quod Iesus fecerat signum, dicebant: Quia hic est vere propheta, qui venturus est in mundum. Iesus ergo quum cognouisset, quia venturi essent vt raperent eum, & facerent eum Regem: fugit iterum in montem ipse solus.* Consimile miraculum enarrat
b cap. 14. etiam D. Matthæus [b] cui, [Vespere autem facto, accesserunt ad eum discipuli eius dicentes: Desertus est locus, & hora iam præterijt; dimitte turbas, vt euntes in castella emant sibi escas. Iesus autem dixit eis: Non habent necesse ire, date illis vos manducare. Responderunt ei: Non habemus hic nisi quinque panes, & duos pisces. Qui ait eis, afferte mihi illos huc. Et quum iussisset turbam discumbere super fœnum, accepit quinque panibus & duobus piscibus, aspiciens in cælum benedixit, & fregit, & dedit Discipulis panes, Discipuli autem turbis. Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et tulerunt reliquias duodecim cophinos fragmentorum plenos. Manducantium autem fuit numerus, quinque millia virorum, exceptis mulieribus, & paruulis.] Hunc scemodi vero mirabilem prouidentiam Christi Domini pius homo pridem in Gemma hieroglypice forte signauit adiectis Cruci duobus piscibus; namque Cruce Christum, & quinque panes iudicare potuit apte; Christum quidem, quia non alia ratione nos Crucem adoratione latriæ colimus, nisi quia Dominum Deum Redemptorem in ea pendentem adoramus; venerantes enim Crucem, oculos mentis & intentionem habemus ad Crucifixum Filium Dei; nam, vt ait S. Athanasius ad Antio-
c Quæst. 39. chum, [c] *Crucem a nobis Fidelibus adoriri, & exosculando honorari, propter Christum qui in*
,, *ea pependit, manifestum est.* & infra [d] *Quid est quod dicit*: Quum respexisset Abraham,
d Quæst. 66. ,, vidit: & ecce aries vnus cornibus implicitus hærebat ad plantam Sabec? *Plantam Sabec est venerandam Crux. Iuxta Hebræos vero videtur Sabec remissio esse & condonatio. Aries vero qui in Sabec hærebat ad plantam, quem etiam pro Isaac holocaustum obtulit, præfigurauit Christum, immolatum pro nobis sacrificium immaculatum, & qui pro nobis in Cruce mor-*
,, *tem subijt*: Nam eius vibice nos sanati sumus, inquit Esaias, & nostros ipse dolores
,, portauit, & propter peccata nostra vulneratus est. *Sicut igitur Aries ille pro Isaac oblatus est, ita Christus immolatus est pro nobis* in Cruce; quæ propterea semper nobis Christum representat. Verum & alia ratione Crux id efficit, nimirum ob titulum a Pilato Cruci appositum, *Iesus Nazarenus Rex Iudæorum*. Qua de causa Schematista noster aptissime Christum indicare potuit, admirabiliter innumeras illas turbas cibantem in monte deserto ad saturitatem, quinque pannm & duorum piscium substantia supernaturaliter multiplicata: quamobrem illum sibi Regem facere cogitauerunt, quem Regem Naturæ cognouerunt in illa supernaturali ciborum multiplicatione. Quinque vero panes etiam insinuare potest alma Crux, dum Christum

repre-

Digitized by Google

A repreſentat, tum quia Chriſtus de ſemetipſo dicit [e] *Ego ſum panis vitæ*: tum quia Crux nobis repreſentat Chriſtum ſibi affixum: Crucifixus vero Dominus quinque vulnera pertulit in Cruce, quæ numerum quinque panum vitæ referre poſſunt. Hinc D. Auguſtinus inter imagines Crucifixi, & Virginis Deiparæ genuflexus dicebat: *Poſitus in medio, quo me vertam neſcio: hinc paſcor a vulnere, hinc lactor ab vbere.* Quinque vero panes hordeacei fuere, Chriſti vitam indicantes aſperam, laborioſam, turbæ, multitudinique familiarem; nam hordeacei panes pauperum cibus ſunt, aſper, & ſaporis non valde iucundi guſtui, delicatioribus & diuitibus moleſtus; quibus & Chriſtus grauis erat & inuiſus, quod ſenſuum voluptates & illecebras illis interdicebat, & ad frugaliorem vitam reducere ſatagebat, eorum mores delicatos coarguens aſſidue. Senſus igitur iſtos habere Schematiſta priſcus in effigianda Corneolæ ſuæ gemma ſimulachris duorum piſcium & Sanctæ Crucis mihi videtur.

[e] Ioa. 6. 48.

Quarta explicatio Gemmæ, de Sacroſancto Euchariſtia Sacramento. *Cap. CLXVI.*

B Hieroglyphicorum veterum ea fecunditas eſt, vt ijſdem ſymbolis antiqui multa diuerſaque ſignarent; quod apertiſſime conſtat ex Hori Niliaci, Pierijque Valeriani hieroglyphicis. Vnde fieri facile potuit, vt antiquus ille Chriſti cultor in ſua gemma per Crucem & piſciculos duos indicare voluerit ænigmatice nobis Auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, quod inſtitutum fuit a Domino memoria ſempiterna ſuæ diræ ſibi, ſed nobis omnino ſalutiferæ Paſſionis; de quo vaticinatus eſt & antea Regius Vates [a] cui *Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſerator Dominus: eſcam dedit timentibus ſe.* Et poſtea teſtatus eſt ipſe Chriſtus in Euangelio, [b] dum vltimam cœnam cum Apoſtolis habens ante ſuam imminentem paſſionem, *Acceptopane, gratias egit, & fregit, & dedit eis dicens: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & Calicem, poſtquam cœnauit, dicens: Hic eſt Calix nouum teſtamentum in ſanguine meo, qui pro vobis fundetur.* Profecto per duos piſces myſtice ſignari poſſunt duæ naturæ in Chriſto exiſtentes, diuina & humana, ſub vna perſona Verbi, Filij Dei; de quo beatus Gregorius ita [c] *Quid autem ſignare piſcem aſſum credimus, niſi ipſum Mediatorem Dei & hominum paſſum? Ipſe enim latere dignatus eſt in aquis generis humani, capi voluit laqueo mortis noſtræ, & quaſi tribulatione aſſatus eſt tempore paſſionis ſuæ. Sed qui piſcis aſſus fieri dignatus eſt in paſſione, fauus mellis nobis extitit in reſurrectione. Nam qui in piſce aſſo figurari voluit tribulatione paſſionis ſuæ, in fauo mellis vtramque naturam exprimi voluit perſona ſua. Fauus quippe mel in cera eſt. Mel vero in cera eſt Diuinitas in humanitate. Quod ab hac quoque lectione non diſcrepat; nam piſcem comedit, & panem: Qui enim aſſari vt piſcis potuit ex humanitate, panis nos reficit ex Diuinitate: qui ait* [d] Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi. *Aſſum ergo piſcem comedit, & panem, vt ipſe ſuo cibo oſtenderet, quia & paſſionem ex noſtra humanitate pertulit, & refectionem noſtram ex ſua Diuinitate procurauit.* Sed & per duos piſces potuit etiam in Schemate gemmæ Diuinitas & humanitas Chriſti deſignari, quia Diuinitas in aquis quæ ſuper cælos ſunt, aptiſſime degit, vt olim [e] ſuper aquas ferebatur; humanitas vero in aquis humanæ vitæ morata fuit, vt per diram paſſionem [f] veneritin alti-

Piſcis vt ſit Chriſti ſymbolum.

[a] Pſ. 110. 4.

[b] Luc. 22. 19. et ſeq.

[c] Homil.

Mel vt ſit teſſera Chriſti.

[d] Ioa. 6. 1. 41

[e] Gen. 1.

[f] Pſ. 68. 4.

D tudine maris, atque tempeſtas Iudaicæ perſecutionis demerſerit humanitatem Chriſti Redemptoris in profundum maris ſanguinis ſui, & opprobrioſæ mortis. Quin & piſcis aſſus poſitus ſuper prunas eſt Chriſtus charitatis igne ſponte pro nobis Crucifixus. Eundē Dominum deſignat piſcis captus a Tobia [g] fugans Dæmonem, & cæci generis humani per Euāgelij prædicationem illuminans oculos mentis. Et piſcis habens [h] ſtaterem in ore, Chriſtus eſt, qui venit de cælo, deſcendens in profundum maris humanæ vitæ, afferens confeſſionem, & dans pretium pro nobis, & pro ſe, qui pecatum nō fecerat. Ipſe eſt piſcis [i] petendus, quem ſolum, & nihil aliud, ſibi petebat D. Franciſcus. Crux autem hieroglyphice deſignat, tum ſanguinē Domini, de Crucifixi vulneribus maxime profluxum; vnde Crux a Propheta [k] torculari comparatur: *Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari? Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum. Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea. Et aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta*

[g] Tob. 6.

[h] Mat. 17. 26

[i] Matt. 7.

[k] Eſai. 63.

Crux torculari compara-ta.

mea: & omnia indumenta mea inquinaui. Quod oraculum Patres interpretantur de Christo in Cruce passo, qui sanguine suo, fuso a Iudæis, toto suo corpore perfusus est; corpus autem in Christo fuit velut indumentum animæ, vestimentumque suæ diuinitatis: tum etiam Crux designat corpus Christi, designatque nomine panis apud Prophetam [l] *Et non cognoui, quia cogitauerunt super me consilia, dicentes: Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius.* Mystice namque de Christo, pane viuo, qui de cælo descendit, intelligitur; in quem lignum Crucis impositum fuit, portandum humeris ad patibulum Caluarij, vbi Crucifixus mortuus est, interfectus per Pilatum a Iudæis, cupientibus Christi nomen abolere penitus de mentibus hominum. Quum igitur in Eucharistiæ sacramento, sub speciebus panis ac vini transubstantiatorum contineatur Corpus & sanguis Domini Iesu cum Verbi Diuinitate (quæ quod semel assumpsit, nunquam dimisit) hypostatice iuncta: Licet obscure, non inepte tamen in Gemma Schematista pius per Crucem & duos pisces indicare potuit Augustissimum Sacramentum Eucharistiæ, iuxta propositas obseruationes. Quod etiam præfiguratum a Domino mihi fuisse videtur in explicato nuperrime miraculo saturatarum gentium complurium in monte deserto multiplicata substantia quinque panum & duorũ piscium; de quo præter Ioannem, & Matthæum allatos, etiam testimonium exhibent Lucas, & Marcus Euangelistæ pariter: ille quidem [m] inquiens: *Et reuersi Apostoli narrauerunt illi quæcunque fecerunt: & assumptis illis secessit seorsum in locum desertum: qui est Bethsaida. Quod quum cognouissent turbæ, secutæ sunt illum: & excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei. & eos, qui curæ indigebant, sanabat. Dies autem cœperat declinare. Et accedentes duodecim, dixerunt illi: Dimitte turbas, vt euntes in castella villasque, quæ circa sunt, diuertant, & inueniant escas; quia hic in loco deserto sumus. Ait autem ad illos: Vos date illis manducare. At illi dixerunt: non sunt nobis plus quam quinque panes, & duo pisces: Nisi forte nos eamus, & emamus in omnem hanc turbam escas. Erant autem fere viri quinque millia. Ait autem ad discipulos suos: Facite illos discumbere per conuiuia quinquagenos. Et ita fecerunt: & discumbere fecerunt omnes. Acceptis autem quinque panibus & duobus piscibus, respexit in cælum, & benedixit illis: & fregit, & distribuit discipulis suis, vt ponerent ante turbas. Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et sublatum est quod superfuit illis, fragmentorum cophinos duodecim.* Marcus autem similiter aiens [n]

[l] Hiere. 11.

[m] Luc. 9. 10. et seqq.

[n] Marc. 6. 30 et seq.

„ Et conuenientes Apostoli ad Iesum, renunciauerunt ei omnia, quæ egerant, & docuerant.
„ Et ait illis: Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum. Erant enim qui
„ veniebant & redibant multi: & nec spacium manducandi habebant. Et ascendentes in
„ nauim, abierunt in locum desertum seorsum. Et viderunt eos abeuntes, & cognouerunt multi: & pedestres de omnibus ciuitatibus circumcurrerunt illuc, & præuenerunt
„ eos. Et exiens vidit turbam multam Iesus: & misertus est super eos, quia erant sicut oues
„ non habentes pastorem; & cæpit illos docere multa. Et quum iam hora multa fieret, ac-
„ cesserunt discipuli eius, dicentes, Desertus est locus hic, & iam hora præterijt: Dimitte
„ illos, vt euntes in proximas villas & vicos, emant sibi cibos quos manducent. Et respon-
„ dens ait illis: Date illis vos manducare. Et dixerunt ei: Euntes emamus ducentis de-
„ narijs panes, & dabimus illis manducare. Et dicit eis: Quot panes habetis? ite, & vide-
„ te; & quum cognouissent, dicunt: Quinque, & duos pisces. Et præcepit illis, vt accum-
„ bere facerent omnes secundum contubernia super viride fœnum. Et discubuerunt in
„ partes per centenos, & quinquagenos. Et acceptis quinque panibus, & duobus pisci-
„ bus, intuens in cælum, benedixit, & fregit panes, & dedit Discipulis suis, vt ponerent
„ ante eos; & duos pisces diuisit omnibus. Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et
„ sustulerunt reliquias fragmentorum duodecim cophinos plenos, & de piscibus. Erant
„ autem qui manducauerunt, quinque millia virorum. Hic primum obseruare, licet, in vltima cœna, dum instituit Dominus Eucharistiæ Sacramentum, communicasse Discipulis suis, tanquam sacerdotibus, sacerdotumue typis, sub vtraq; specie, panis & vini; sed turbis, quod laici forent, panem dedisse Dominum, ac omnino solidam escam, non vinum, nec vllam factam in deserto loco fuisse potus mentionem, nec haberi potuisse; quod laicis Eucharistia conueniat sub vna specie panis: adiuncti vero fuere duo pisces, ad indicandum in corpore Christi sumpto, fuisse duas Domini Iesu naturas, diuinam & humanam. Cibauit autem & satu-

Mystice explicatio cõmunij.

Cur sacerdotes cõmunicentur sub veraque specie, Laici sub vna.

Digitized by Google

A saturauit Dominus turbas in deserto loco, significans, qui ad sacrum Eucharistiæ Sacramentum accedunt, debere semetipsos eo tempore segregare ab omnibus negotijs, curisque mundanis, ac totos se se Deo tradere. Præterea non ipse Dominus escam turbis manu propria porrexit, sed Apostolis porrigendam commisit; quia prima institutio Diuini Sacramenti per Christum acta fuit & exercita in Apostolis; at continuatio sacramenti post eius ascensum in cælum, inter homines laicos, præfiguratâ in deserto conuiuio, fieri debet per solos sacerdotes: qui dum semetipsos communicant. Christi quoque vicem gerunt, æterni Sacerdotis [o] vt ait Psalmographus. Insuper quum inter Apostolos duodecim, quorum ministerio Dominus turbas aluit in deserto mire multiplicatis quinque panum & duorum piscium substantijs in eorum distribuentium manu, fuerit etiam Iudas proditor; hinc apparet Augustum Eucharistiæ Sacramentum, quod nonnisi a sacerdotibus administrari debet, nihil amittere suæ virtutis ac efficaciæ, licet a malo sacerdote peccatis inquinato ministretur; nam & in Iscariotis impia manu multiplicata fuia esca, & saturauit eos Iudas, quibus cibum porrexit, non minus quam in manu pia ceterorum innocentium Apostolorum. Amplius factæ fuere turbæ discumbere; quia sacramentum id assumi debet animo quieto simul cum corpore quiescente. Quinque millia virorum a Christo, notatu Bongi [p] sunt perfecti quinque sensibus, nimirum per integram confessionem ab omni labe sensuum purgati, qui apti sunt ad solidum cibum diuini Sacramenti digne manducandum. Aderant attamen, præter viros, etiam mulieres multæ sequioris sexus, & imbecillioris naturæ pueri; quo sexu sequiore, ac ætate non firma notantur, quicunque ad tantum sacramentum accedunt indigni; quos iudicium sibi manducare monet Apostolus, inquiens [q] [Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi: quorum numerus in Euangelio conuiuij mirabilis turbarum in deserto non exprimitur, tanquam improborum, & indigne sumentium Eucharisticum panem Domini; quum digne sumentes a virtute viri denominentur.] Insuper adnotante Bongo de mystica numerorum significatione: *Quando satiata turba ex quinque panibus, colligerunt Apostoli duodecim cophinos fragmentorum plenos, omnis doctorum spiritualium chorus exprimitur qui obscura scripturarum (quæ per se turba capere nequeunt) & meditationibus colligere, & mandata literis, suo pariter ac turbarum vsui conseruare iubentur.* Nos enim quæ recondita sunt de mirabili Eucharistiæ Sacramento, debemus existimare seruata apud orthodoxos doctores Apostolicæ Ecclesiæ, fideque firma tenere, quæ sensuum captum omnino superant. Ceterum & illud, quod Iesum ascendentem in montem excelsum secuta fuit innumerabilis illa turba, tracta signis, beneficijs, & doctrinis Domini, mirifice congruit Eucharistiæ Sacramento, instituto ad perennem memoriam passionis, & Crucifixionis eius, qui de semetipso dixit [r] *Et ego, si exaltatus fuero a terra, omnia trahem ad meipsum.* Qui enim supra montem Caluarium exaltatus a terra super excelsa Cruce moriens ad sui cultum traxit Romanum Centurionem [s] cum omnibus eius militibus Idola Gentilium colentibus, idem Dominus antea præcepit in memoriam suæ passionis assumi ab omnibus fidelibus diuinissimum Eucharistiæ Sacramentum, tanquam panem quotidianum. Quod quidem Sacramentum in Gemma Smithia mystice signatur per Crucem, & duos pisces; nam vt visum est, Crux indicat Dominum sibi affixum, & pisces, Domini duas naturas Diuinam, & humanam, vt antea probauimus.

Cur Christus Apostolis Eucharistiam ipse dederit: turbis non, sed Apostolorum ministerio cibum dederit.

[o] Ps. 109. 5.

Sacerdos malus nō obest efficaciæ sacramenti.

[p] de myst. nu. signifi.

Cur non apponitur numerus mulierum, et puerorum, vt virorum.

[q] 1. Cor. 11. 28. et seq.

Collectio fragmentorum explicatio.

[r] Ioa. 12. 32.

[s] Matt. 27. 54

Hæc ea sunt, amicissime Nicolae, quæ mihi nunc raptim ad calamum venere scribenda de Cimelio Cl. Smithij, quem nullus dubito eruditiora de proposito non paucis illis suis pagellis exarasse. Tu interim mea hæc æqui bonique consule, ac me ne cesses amare. Vale. Dabam Patauij, e meo Scalumnæ Museo Pridie Calend. Julij. M DC LI.

Cele-

Digitized by Google

Cælestium obseruationi vacandum animo curis vacuo, quiescenteque corpore prorsus ad veritatis imaginem.

Schema LV. Gemma.



Astronomi obseruata, & Astrologi indicia, vt ex arte fieri debeant.
Cap. CLXVII.

Amplissimo Viro Fortunio Liceto Ioannes Rhodius S.

SApientiam Diuinæ mentis argumentum varijs prisci studio inuoluerunt tenebris, ne impensi laboris, & rem cum paucis communem vulgo prostituerent. Inde obscura notis animum sæpe torquent Ægyptiorum monumenta. Quorum exemplo sapiens Græcia, huiusque disciplinam secuta gens Romana, diuersi operis Emblemata posteris transmisit. Casu vel ingenij libidine solum excogitata vix putarim, etiamsi artificum sollertia ijs postea cumulum accessisse fatear. Vt enim fileam ad siderum positus, non priori duntaxat, sed nostro etiam æuo, sigillis inditas religiose figuras: Gemmarum hodieque venum exponuntur modo, quæ antiquis nihil sculpturæ elegantia concedunt. Veræ autem vetustatis quam sint raræ dignouisse, non vulgaris experientiæ fuerit. Hac quantum valuit, non ita pridem Romæ tabellis in ære incisis planum fecit Petrus Stephanonius Vicentinus. At vero quid istæ nisi mortuæ imagines: quibus vitam lucemque conciliasti? Tuo iam illæ ingenio ac eloquio spirant, æternumque, ni fallor, in omnem eruditi orbis plagam sparsæ ibunt. Superstitionis, vt opinor, exsortes inter meas paucæ tuo liberali arbitrio hoc etiam gestiunt immortalitatis consortium, quo exili arcula securius claudantur. Beneficij tam eximij non mino-

A minorem ipſæ, quam Tibi priuatim deuinctus ego, gratiam referent literæ: quibus te quotquot ſapiunt, communi voto diutiſſime ſoſpitem cupiunt. Patauij e Muſeo. Prid. Cal. Aug. Anni ſecularis MDCL.

Explicatio prima Gemmæ Rhodianæ, referentis obſeruatorem Cæleſtium luminum. Cap. CLXVIII.

Cl. Viro Ioanni Rhodio Fortunius Licetus S. A.

VEre, vir eruditiſſime, Græci ſuam ænigmaticam ſapientiam ab Ægyptiorum hieroglyphicis didicerunt, & Romani ſua Emblemata de Græcorum fontibus hauſerunt, nobis relinquentes hæ tres literariæ nationes occupationem peſſimam ex altiſſimis earum tenebris eruendi lumen occultæ, occultatæue dedita opera Veritatis, nedum ignauæ multitudini, ſed etiam noſtratibus ingenio pollentibus, dias in ætheris eruditionis oras. Cui laboti quum hactenus ab amicis requiſitus, ac fere coactus manum admouerim, & exiſtimaſſem operi iam vltimam impoſuiſſe; tu nunc amiciſſimus me ſaxum idem volutare vis etiam duplici Gemma tua: vetere ad verſandum propoſita. Cui amicorum parebo de literis, niſi te amiciſſimum audiam, ac exaudiam pro virili? Sane prima tua Gemma mihi repreſentare videtur conditiones tam Aſtronomo cæleſtium phaſium obſeruatori, quam Aſtrologo captanti iudicia futurorum a cæleſtibus, neceſſarias. In Gemma ſculptus eſt homo nudus, in arboris exciſo trunco ſedens, obſeruans noctu ſidera, & Lunam; dextera manu circinum erigens ad aſtra, ſiniſtra ſtellam peculiarem indigitans; iſque imberbis ætatem iuuenilem referens. Profecto, vt iſta ſingillatim conſideremus; ætas iuuenilis non tam ad corpus, quàm ad animum Aſtronomi, Aſtrologiue referenda eſt; qui debet eſſe mente vegeta, nec ad eam ætatem peruenisſe, in qua tum oculorum corporis hebetudo prorſus inepta eſt obſeruationibus phaſium cæleſtium, tum marceſcens iudicium [a] Ariſtotelis obſeruatu, propter corporis languorem impedientem intellectus operationes, abſq; labefactatione ſubſtantiæ mentis, quæ incorruptibilis a corrupto corpore ſeparatur; verba Magiſtri ſunt: *Intellectus autem videtur innaſci* hoc eſt, non naſci, *ſubſtantia quædam exiſtens, & non corrumpi. Maxime enim corrumperetur vtique ab eâ, quæ eſt in ſenio, debilitate. Nunc autem, quemadmodum in ſenſorijs, accidit; ſi enim acciperet ſenex oculum talem, & videret vtique ſicut & iuuenis. Quapropter ſenium non eſt, quia ſuſtinuit aliquid anima, ſed id in quo; ſicut in Ebrietatibus, & Morbis* (in quibus animæ ſubſtantia non læſa læſas habet operationes) *ipſum igitur intelligere, & ipſum ſpeculari marceſcit alio quodam interius corrupto*; nimirum ſimulachro rei intelligibilis obliterato: *ipſum autem*, principium intellectiuum *incorruptibile eſt. Cogitare autem, & amare, aut odiſſe, non ſunt illius paſſiones, ſed huius habentis illud, ſecundum quod illud habet. Quare & hoc corrupto, neq; meminit, neque amat; non enim illius erant, ſed communis; quod quidem deſtructum eſt. Intellectus autem fortaſſis diuinius quid & impaſſibile eſt.* Quem locum abunde pridem explicauimus in opere de Immortalitate Animorum [b] ad aures Ariſtotelis. Cui de ſenſuum, & intellectus operationibus in vltima ſenectute marceſcentibus conſentit recte Lucretius, licet ab eo, & a veritate diſſentiat de mentis incorruptibilitate quantum ad ſubſtantiam, dum aſſerit [c]

[a] 1. de an. t. 65. 66.

[b] lib. 2. c. 71. 95. & 76.

[c] lib. 3.

„ Præterea gigni pariter cum corpore, & vna
„ Creſcere ſentimus, pariterque ſeneſcere mentem.
„ Nam velut infirmo pueri, teneroque vagantur
„ Corpore, ſic animi ſequitur ſententia tenuis.
„ Inde, vbi robuſtis adoleuit viribus ætas,
„ Conſilium quoque maius, & auctior eſt animi vis.
„ Poſt, vbi iam validis quaſſatum eſt viribus æui
„ Corpus, & obtuſis ceciderunt viribus artus:
„ Claudicat ingenium, delirat lingnaque menſque,
„ Omnia deficiunt, atque vno tempore deſunt.
„ Ergo diſſolui quoque conuenit omnem animai

„ Natu-

Digitized by Google

,, Naturam, ceu fumus in altas aeris auras:
,, Quandoquidem gigni pariter, pariterque videmus
,, Creſcere, & (vt docui) ſimul æuo feſſa fatiſcit.

A

[d] lib. 1. c. 63. & ſeq. Quam opinionem latius etiam excuſſimus agentes de immortalitate animæ [d] reſciſſis omnibus argumentis Lucretij, ſubſtantiam animæ rationalis mortalem eſſe cõtendentibus; oſtendendo, ea incolumi ac immortali, fatiſcere ſolum atque marceſcere illius operationes in vltimo ſenio ad labefactationem corporis, & phantaſmatum, ſpecierumq; intellectilium abolitionem ex animo. Speciatim vero ſenectus grauior officit obſeruatoribus aſtrorum omnibus, tam Aſtronomis, quam Aſtrologis; quia perfectas obſeruationes Aſtrorum minutorumque momentorum in inſtrumentis aſtronomicis deſignatorum, non poſſunt habere niſi qui viſus acie pollent, quique ſanitatis integritate poſſint eludere longiores vigilias in aere nocturno ſub aperto cælo; quales non ſunt alij quam iuuenes; ideo rectiſſime cælatus eſt in Gemma ſiderum obſeruator imberbis, ſiue raſus in ætate iuuenili, non autem prolixa barba, vt Philoſophus. Quo nomine forſan Ariſtoteles ait [e] Iuuenes euadere geometricos, & mathematicos, atque in eiuſmodi rebus ſapientes; quum Philoſophi, præſertimque morales, habitum prudentiæ ſibi comparare nequeant niſi multis variarum rerum experimentis in diuturnitate temporis obſeruari valentibus: verba Magiſtri ſunt: *Huiuſce autem rei indicium quoque illud eſt, quod iuuenes licet geometrici & mathematici, atque in eiuſmodi rebus ſapientes euadant: prudentes tamen euadere non videntur; cauſa autem ea eſt, quod particularium eſt prudentia, quæ experientia nobis innoteſcunt: iuuenis autem expertus non eſt. Experientiam enim temporis afferet longitudo. Nam illud etiam conſideratione dignum videtur: quid ſit, quod puer fieri mathematicus poteſt: ſapiens, aut naturalis non poteſt. An, quia illa per abſtractionem ſunt: horum autem principia ab experientia ſumuntur; & hæc non credunt quidem iuuenes: ſed dicunt: illorum autem vnumquodque quid ſit, obſcurum non eſt.* Ceterum hæc Ariſtotelis ſententia locum habet in pluribus, non in omnibus: & in iis, qui a ſemetipſis ex obſeruatione rerum ſibi ſapientiæ habitum comparare ſtudent. Sed inter mortales eſſe poſſunt iuuenes adeo perſpicaci mente præditi, & adeo doctis præceptoribus vtentes, qui ſola quoque bonorum librorum lectione ſibi comparare valeant habitum integrum prudentiæ de lectis hiſtorijs, & auditis prudentiſſimis Conſiliarijs: & ſapientiæ de libris eruditis, deque Magiſtrorum ſapientiſſimorum ſermonibus. Talem ætas auorum noſtrorum ſuſpexit Picum Mirandulanum ingeniorum Phœnicem: Talem ætas noſtra iam admiratur, Auguſtam CHRISTINAM Sueciæ Reginam; quæ literatiſſima ſuos Aulicos non niſi literis pollentes habet, & ad gubernationes nõ niſi ſapientes promouet, audiẽs Platonem, cui felix [f] illa ſolum Reſpublica, & bene gubernata dicitur, in qua Philoſophi regnant, aut Reges philoſophantur. Audi iam aurea verba Platonis: *Niſi*, inquit, *Philoſophi ciuitatibus dominentur, vel ij qui nunc Reges potenteſque dicuntur, legitime ſufficienterque philoſophentur, in idemque ciuilis potentia & philoſophia concurrant, neque quod nunc fit, a diuerſis duo hæc tractentur ingenijs, non erit ciuitati: vel (vt mea fert opinio) hominum generi requies vlla malorum: neque prius hæc reſpublica, quam verbis expoſuimus, orietur pro viribus, & lumen Solis aſpiciet.* Aſpicit hoc æuo noſtro lumen Solis, & orta eſt Holmiæ Platonica Reſpublica felix, in qua Regina Iuuenis literatiſſima diſciplinas omnes fouet, ac extollit in ſuis pariter, & alienis: vnde nil mirum ſi Sueciæ Regnum hodie ſuſpicitur in mundo felix. Alia vero proprietas Aſtrologi eſt, quod manu læua peculiarem ſtellam indigitat, & dextera circinum tenet ad ſidera verſum; quia circinus eſt inſtrumentum ad aſpectus, & diſtantias aſtrorum metiendas, & in abaco delineandas; cui menſuræ iuſtæ debet imprimis incumbere cæleſtium ſcrutator; alioqui vel minimo momento delinquens, non poterit recte quicquam ex ſuis obſeruationibus decernere, neque veri quicquam præſagire. Poſt exactam menſuram cæleſtium luminum, & aſpectuum eorum inter ſe, debet obſeruator æthereorum non ſimul plura ſidera contemplari, ſed ſeorſum ſingula diligenter intueri, & ad vicinam quamque conferre cum iudicio. Sedens autem in arboris antiquæ trunco ſecundum partem reciſo fingitur obſeruator aſtrorum; quia ſedendo, & quieſcendo anima fit prudens [g] Ariſtotelis, & Auerrois obſeruatione: motus enim tam animi, quam corporis officere plurimum ſolet accuratæ contemplationi, diligentiqne inſpectioni, quæ maxime neceſſaria eſt aſtrorum, cæleſtiumque

B

C

D

[e] 6. Eth. c. 8.

Iuuenes in mathematicis fieri poſſe ſapientes.

Ariſt. explicatus, dum iuuenem prudentiam, & ſapientiam phyſicam interdicit.

[f] 5. de legib.

Regum ſapientia bene gubernat Rẽ publicam.

Encomium Reginæ Sueciæ.

Circinus cur in dextera manu.

Neceſſaria eſt Quies corporis & animi ſapientiæ cõ; arandæ.

[g] 7. Phy. t. 20

phaſium

Digitized by Google

A phasium obseruatori. Congrue quoque ponitur Astronomus, Astrologusue in arboris truncо sedere, quoniam obseruationes astrorum optime fiunt in aprico loco sub dio, procul ab habitatoribus, vnde fumi passim halantes in altum, aerem turbant, & ineptum reddunt obseruationibus astrorum. Nō enim alia ratione Mathematicæ disciplinæ, præsertim Astronomia, & Astrologia, sui primum exortum & incrementum, absolutamque perfectionem habuerunt apud Aegyptios, nisi quia nunquam pluit in ea regione, sed semper ibi purus est aer absque nubibus, nihil impediens vnquam turbansue siderum obseruationes: immo vero testatur Herodotus in Euterpe tum [b] *primos hominum Ægyptios annum comperisse, distinguentes eum in duodecim temporū menses: & hæc comperisse ex astris: tum Ægyptios omnium hominū esse [i] maxime salubri corpore, aeris beneficio, qui nunquā immutatur; ex cuius mutationibus præcipue existunt in hominibus morbi*; vt antea quoque [K] notauit Hippocrates, cui *mutationes temporum potissimum pariunt morbos*. Quæ quidem vniformis aeris immutabilitas in Aegypto, sicuti sanitatem corporibus affert; ita cælestium obseruationem animis imperturbatam, & minime fallacem, sed certam & iugem exhibet. His assentit Diodorus Siculus [l] cui, Aegyptij *erudiunt sacerdotes filios, & literis quæ appellantur sacræ, & alijs quæ* B *ad communem spectant doctrinam, vt plurimum Geometria, Arithmeticaque studio intenti. Fluuius enim qui singulis annis propter inundationem varias agrorum formas superinducit, magnas contentiones inter vicinos de finibus agrorum excitat, quæ absque Geometriæ adminiculo haud facile componi possent. Arithmetica vero & vitæ domesticæ est vtilis, & ad Geometriam atque Astrologiam maxime confert. Accurate vero & ab alijs quibusdam* (nimirum a Chaldæis, quos Aegyptiorum colonos esse testatur, & peritissimos Astrologiæ postea testabitur Diodorus [m] ipse) *& ab Ægyptijs traduntur ordo, & astrorum motus, eorumque descriptio, res multis antea seculis summo studio obseruata. Planetarum insuper motus, coniunctiones, Epicyclos; quas etiam vires circa animantium generationem, quæue aut bona aut mala supportarent hominibus, diligenter scrutati sunt: sæpius quoque quo melius occurri futuris posset, sterilitatem, præterea fructuum vbertatem, morbos tum hominibus tum pecoribus imminentes, terræmotus, atque inundationum tempora, cometarumque ortus prædicebant. Multa etiam reliquis cognitu difficillima, diutina obseruatione nota significabant. Asserunt etiam in* C *Babylonia Chaldæos Ægyptiorum colonos, Astrologiæ, vt qui eam ab Ægyptiorum sacerdotibus acceperint, peritos esse*. Cælio quoque Aug. Curioni, Pyramidis hieroglyphicum explicanti, *Ægyptij summi Astronomi fuere, immo ipsius Astronomiæ inuentores*. Quo nomine recte ponitur in Schemate siderum obseruator sub dio sereno, qualis constitutio semper est in Aegypto. Ponitur autem rectissime siderum hic obseruator nocturno tempore, dum Luna cum stellis aspici potest, quia nulla valet interdiu fieri siderum obseruatio, quæ non inspiciuntur in intensiori lumine Solis. Nudus denique ponitur Astrologus in gemma, tantumque non abijciens ab humero tunicam, eo quod intentus obseruationi cælestium phasium, & inde iudicia laturus euentuum, debet ex animo cunctas passiones abigere, quæ mentem obuelare solent, & ab ea procul arcere veritatem iudiciorum; quod optime Ptolemæus obseruat, cui *Amor & odium corrumpunt iudicium, augent enim minima, & minuunt maxima*. Siquidem Astronomus istis passionibus indutus animo, si figuram natiuitatis amici designet, ac explicet, amplificat faustas indicationes astrorum felicium, & extenuat infaustas D maleficorum: E contra de natiuitate inimici loquens, imminuit prosperitatem præmonstratam ab astris propitijs, ac extra veritatis aream extendit amplificans ad infortunium leuis cuiusque mali significationem. Sed optimus Astrologus vera prædicturus, debet omnino denudare se ab omnibus affectionibus animi erga natum, cuius fortunas ex astrorum obseruationibus haurire satagit. Hactenus de primæ gemmulæ Schemate.

Obseruationes astrorum vbi fieri debeant.

Ægyptus caret pluuia

[b] cap. 4.

Ægyptus cur salubris

[i] cap. 77.

[K] 3. Aph. 10 & seq.

[l] lib. 1. c. 2.

Cur Ægyptij maxime studeant mathematicis.

[m] lib. 2. c. 8.

Chaldæi ab Ægyptij Astrologiam edocti.

CVPIDO MARIA, TERRAS, ET AEREM FECVNDANS:
Felicis hominis, seu fortunati typus,
Nauigans cum ventis in Vtre conclusis:

Schema LVI. Gemma.



De Amore fecundante tria infera Elementa. Cap. CLXIX.

SEcunda vero tua gemmula, Gl. Rhodi, qua repræsentatur puer alatus, pubetenus nudus; partes inferiores corporis intra tubulum oblongum, siue ligneum, siue testeum, siue potius ostreaceum inclusas habens: per vndosum mare vectus: & manibus vtrem plenum atque retortum, extremo monstrosæ nauiculæ innixum, duplici funiculo veluti regens; vt phantasiam autoris abstrusam indicat, ita mihi triplicem offert explicationem. Prima sane fuerit de Veneris terrenæ Cupidine, replente maria, terras, & aerem animantibus, per cõtinuam generationem. Nulli dubium est aerem vtre inflato significari; quando vel ipsemet Aristoteles, ostensurus aerem in sua regione grauitatem habere, desumit argumentum ab vtre inflato, qui magis lancem deorsum trahit, quam aere vacuus, dum ad stateram penditur; ait enim [a] *In sua regione omnia grauitatem habent, præter ignem, etiam aer ipse. Signum autem est, quia trahit plus inflatus vter, quam vacuus. Quare si aliquid plus habet aeris, quam terræ, & aquæ, in aqua quidem contingit leuius esse, in aere vero grauius; aeri enim non supereminet; aquæ vero supereminet.* Quare vter inflatus aere in gemma inseritur ostraco, & suspensus in aere detinetur a funiculis; alioqui sponte deorsum ob grauitatem casurus in mare, vbi supernataret ob aerem aqua leuiorem. Vter igitur inflatus aerem designat in gemma. Tubulus autem, siue lignea nauicula sit, siue testaceum, siue corpus ostreacei cuiuspiam, terram designat, quæ in eo ceteris elementis prædominatur. Supernatat vero mari propter figuram, & concauitatem suam, aere multo repletam; nam etiam ob figuram orbicularem, & aerem multum inclusum, aquis aperte supernatant onerariæ naues, grauissima pondera cõtinentes. Quin & magnitudine, latitudineq; sua nauis plus aquæ premit, quam quæ possit ab ea diuidi, vt submergatur; minor est enim vis grauitatis in naui, quam potentia resistendi diuidentibus in aqua multa, vnde laminæ quoque ferreæ latiores, ob solam figuram aquis supernatare solent, vt edocet Aristot. [b] dum ait: *Figura autẽ nõ sunt causæ vt ferantur simpliciter aut*

Aer grauis esse vt demonstretur.

[a] 4. Cæl. t. 30

Figura supernatare facit grauia.

[b] 4. Cæl. t. 42

Digitized by Google

A *aut deorsum, quas autem causas, non est difficile videre. Dubitatur enim nunc, cur lata ferramenta, & plumbum innatant super aquam; alia autem minora, & minus grauia, si rotunda sint, aut longa, vt acus, deorsum feruntur.* Cuius dubitationis a Democrito proposita solutione repudiata, mox propriam affert, ita [c] *Quoniam autem continuorum hæc quidem sunt facile diuisibilia, hæc autem minus; & diuisiua etiam eodem modo, alia quidem magis, alia autem minus: has esse causas putandum est. Facile autem diuisibile est, quod bene terminabile existit, & magis, quod magis. Aer magis, quam aqua, talis est: aqua autem, quam terra; & minus. itaq; in vnoquoque genere magis facile diuisibile est, & distrahitur facilius. Quæ igitur habent latitudinem, quia multum comprehendunt, supra manent, propterea quod non facile distrahitur quod maius est. Quæ vero contrario modo se se habent figuris, quia pauca comprehendunt, feruntur deorsum, propterea quod diuidunt facile, & in aere multo magis, quanto facilius diuisibilis est, quam aqua. Quoniam autem & grauitas habet quandam virtutem, secundum quam fertur deorsum, & continua vt non distrahantur; hæc oportet ad seinuicem comparare. Si enim excedat virtus grauitatis eam, quæ est in continuo, ad distractionem, & diuisionem, per vim feretur deorsum velocius: si autem debilior sit, supernatabit.* Quum ergo

B *nauiculæ, vasisue oblongi concaui, siue ligneum, siue testeum, siue sit ostreaceum, vis grauitatis debilior sit, quam vis aquæ multæ continuæ, quam premit, ad distractionem atque diuisionem, tum quod vas magnum sit, tum quod in sua cauitate plenum aere; propterea super aquam natat; vt etiam Nauplius & Nautilus piscis ostreacco vase contentus; de quo Plinius ita* [d] *Nauigeram similitudinem & alium in Propontide visam sibi, prodidit Mutianus: Concham esse acatij modo carinatam, inflexa puppe, prora rostrata: in hac condi Nauplium, animal Sapia simile, ludendi societate sola: duobus hoc fieri generibus. Tranquillo enim vectorem demissos palmulis ferire, vt remis. Si vero flatus inuitent, easdem in vsu gubernaculi porrigi, pandiq; concharum sinus aura. Huius voluptatem esse, vt ferat: illius, vt regat. Simulq; eam descendere incluso sinu, fluctu hausto, territam visu forte tristi. Id enim vbi constat, omne nauigantium, humana calamitas in causa est.* Putant enim, obseruatu Dalechampij, qui

C *nauigant, velificantem Nauplium grande aliquod malum, vel infortunium portendere, & maxime sinu clauso repente occultatum & demersum; nam ideo facit, quia præsentit instinctu naturæ magnam imminere tempestatem, quam fugit, se se recipiens ad intimos recessus maris, in nota sibi latibula; quam tempestatem in alto non ita facile nauigantes euitare queunt, quum procul absint a portu, stationeque tuta. Qui quidem Plinij locus in vulgatis exemplaribus fœde corruptus, ita legitur, nullo plane sensu: simulque eam descendere in duo sensu carentia: nisi forte tristi (id enim constat) omne nauigantium humana calamitas in causa est: quum legendum sit, Simulque eam descendere incluso sinu, fluctu hausto, territam visu forte tristi. Id enim vbi constat, humana calamitas in causa est:* nimirum ob præuisam a pisce sæuam tempestatem imminentem, quam præfugit ipse se condens in im profunditate maris, ad nota sibi, tutaque latibula. Sed videtur Plinius Nauplium a Nautilo distinguere, de quo sic in superiore capite [e] *Inter præcipua autem miracula est, qui vocatur Nautilus, ab alijs Pompilos. Supinus in summa æquorum peruenit, ita se paulatim subrigens, vt emissa omni per fistulam aqua, velut exoneratus sentina, facile natiget. Postea prima duo brachia retorquens, membranam inter illa mira tenuitatis extendit. Qua velificante in aura,*

D *ceteris subremigans brachijs, media cauda, vt gubernaculo, se regit. Ita vadit alto, Liburnicarum ludens imagine: & si quid pauoris interueniat, hausta se mergens aqua.* Cardanus contradistingui Nauplium a Nautilo, cum quo tamen habere monet naturæ quandam societatem, quod Nautili ponantur inter polypos Nauplij inter sæpias; quum enim scripsisset [f] *Nautili ergo inter polypos a quibusdam numerantur, alias Concham Indicam appellauimus: rostrum habet polypi, seu psittaci more, & cirros: quibus partim quod tenui, sed valida membrana iuncti sint, pro velis vtuntur, partim pro remis: pellucet concha tenuis non tamen multum perspicua inuenitur. Et hic iuxta Neapolim, quum mergere se cupit, concham implet aqua; quum emergere, inuersa ea ascendit.* Postea de Nauplio scribit [g] *Inter maiora autem maris miracula, recensebimus quod de Nauplio fertur; hoc enim animal Sapia simile, sola natura societate Nautili concham ingreditur; tranquilloque mari demissos palmulis remigans agit; sed flante vento porrigit easdem, expanditq; vela, atq; ita vehit socium, ac mutua opera*

Ferrum, et plumbum innatans super aquam.

[c] Tex. 44. et 45.

[d] lib. 9. c. 30. Nauplij descriptio mira.

Digressio de Nauplio et Nautilo.

Nauplius vt infortunium portendat.

Plinij locus corruptus restituitur.

[e] lib. 9. c. 29.

Nautilus a Nauplio differat.

[f] 7. de varie. cap. 37.

[g] cap. 38.

Cardanus notatus.

vehitur. Quasi Nauplius propria Concha careat, & ingrediatur Concham Nautili; quod vnde sumpserit incertum; recte quidem a Plinio sumit Nautilum in Sæpiarum genere locari; Nauplium in genere Polyporum; sed Nauplio concham propriam assignare videtur Plinius antea citatus; quasi quod ait Plinius, Nauplium in Concha condi, sit intelligendum de concha Nautili; sed hoc abest a Pliniano sensu. Ceterum pulchra non est historia prætereunda, quam de Nautilo, seu Pompilo prodit Ælianus [b] cui: *Pompili pisces pelagij, omnium maxime piscium, quos auditione accepimus, in ima fede maris versari solent: siue ipsi terram minime viderunt, siue hac illorum adio tenetur. Hi autem sic circum naues altum secanteis, tanquam amicas concurrsant, easque huc illuc saltantes stipant. Et homines quidem, qui naui vehuntur, quantum a terra absint prorsus ignorant: & ipsi etiam nautæ a terra aberrare solent. At Pompili, tanquam sagacissimi canes, qui propinquam præsentiunt prædam, sic terram non longe abesse ante multo sentiunt, idcirco non tanto amplius studio nauium tenentur, longius eas vt persequi comitando velint. Sed quasi signo ad abeundum sublato frequentes in altum redeunt. Vnde nautæ continentem, tametsi non facibus eam assecuti, sed a Pompilis eruditi, propinquam esse sentiunt.* Ex quo loco Æliani constat aperte, vel non recte quibusdam apud Plinium dici, Nautilum vocari quoque Pompilum; vel non bene Cardano scribi, se vidisse Nautilum iuxta Neapolim; quum forte fuerit Nauplius, a Nautilo specie distinctus. Et certe Nautilum a Pompilo discernit Oppianus, cui [c]

[b 2. de anim. c. 15.

Historia pulchra.

[c lib. 1. de piscib.

Immumeros addas istis, qui a littore longe
Veliferos habitant fluctus tellure relicta.
Sunt celeres thynni, qui pisces impete vasto
Pellunt, & Gladij diro muerone potentes.
Orcynon-gentes, & prenades, atque cybiæ
Obliquæ, scytalæque, hippuron maxima turba.
Pompibus his habitat petris, hunc lætus honorat
Nauita: quod socium nautis se Pompilus offert,
Nomen habet: gaudet celeres per marmora euntes
Associare rates: cursum, ventumque sequuntur,
Saltantes circum celsæ latera alta carinæ,
Nonnulli puppim, & curuæ moderamina nauis
Prendunt: ast illi collecto examine multo
Pendent a prora. dicas non sponte secutos,
Inuitosque trahi, nec posse obsistere contra,
Tanto veliferæ nauis rapiuntur amore:
Et veluti Regem vel cinctum tempora serto
Victorem textis ramis & fronde virentem
Prouecti Patres, & primo flore Iuuentus
Stipant: & circum densi lætique feruntur,
Donec victorem sub splendida tecta reducant:
Sic isti ad terram nauem comitantur ouantes
Connexi circum densi: sed littora postquam
Aspiciunt: odium terræ immortale recondunt.
Extemplo celeres veluti de carcere pisces
Erumpunt: saltu nauem cursumque relinquunt:
Dant certum nautis signum, quod terra propinqua est:
Fortia quum duros dissoluunt agmina nodos.
Pompile te nautæ miro venerantur amore:
Per te diuinant tranquillas æquoris auras:
Pacatus venias sternens freta lata profundi.

Pompili piscis mira natura.

Quæ mirifice consentiunt cum relatis ab Æliano. Quum de Nautilo posterius, tanquam de diuersi generis a Pompilo proferat ista Oppianus in eodem opere [K].

[K lib. 1. de piscib. de Nautilo pulchra.

Est quidam curuo tectus sub cortice piscis,
Polypodi similis: quem dicunt nomine vero

Nau-

Digitized by Google

A Nautilon: insignemque ponto sua gloria fecit,
Per freta dum cautus sub nauis imagine ludit.
In sabulo domus est, summa defertur in vnda
Pronus, neu pontum capiat, pronusque grauetur,
Quum nando vehitur per fluctus Amphitrites
Extemplo versus tumidam per marmoris vndam
Labitur, vt nandi doctus, puppisque peritus,
Atque pedes geminos tendit de more rudentum,
Quos intermedios tenuis membrana tumescit:
Extenta: atque pedes contingunt æquora subter
Temonia assimiles; nauem piscemque Domumque
Deducunt: si forte malum supereminet vlum,
Absorbet fluctus intro; lymphisque grauatus
A tumidis trahitur cum pondere fluctibus vndæ. Nauigandi origo.
B Seu mortalis erat, seu missum numen ab alto,
Audax ille fuit, qui primum marmora findens,
Pisces opus cerneus humanos traxit in vsus;
Construxit naues, extendens carbasa ventis,
Explicuit funes, faciles moderatus habenas.]

Quæ similiter ab Ælian desumpsit Oppianus; etenim Ælianus sub Adriano floruit; Oppianus autem sub Imperatore Seuero, Volaterrani testatu; quum Seuerus post Adrianum imperauerit, obseruatu Sexti Aurelij Victoris. At vero non possum præterire silentio, difficile mihi videri, quod superius Oppianus asseruerit, Thynnos degere procul a tellure in alto mari; quum capi consueuerint prope terrarum promontoria tum in Siculo, tum in Ligustico, tum in Gaditano freto; sicuti nos ostendimus alias in explicatione lapidis Magurjani. Quin & capturam Thynnorum celebrat inferius Oppianus ipse prope terras dum canit: Oppianus Ælian suppar. Oppianus notatus. l de secũdo Quæst. c. 5. & lib. 3. de pisc. ib.

C [Sed duris vinclis alto sub gurgite vinctos
In terram thynnos rapit inconsulta voluntas.
& mox:
Thynnorum gentes grato sub tempore veris
Post partum, & Veneris postquam cessauit oestrum
Oceani celeres veniunt a fluctibus altis,
Atque sinus alio sulcant. nam fortis Iberi
Primo traijciunt portum: gens aspera bello,
Et studio prædæ thynnos populatur euntes.
Post Celtæ capiunt prædam circum hostia pulchri
Eridani, veteres quos misit Phoca colonos.
Trinacriam quicunque tenent, post retia tendunt
Thynnis: & præda fortes ditantur opima.
Thyrrhenum iuxta pontum per marmora thynni
D Sparsi per tumidos æstus, fluctusque profundos
Errant: quum vernæ findunt vasta æquora turmæ;
Tumque locum piscator habet, non flamine venti
Turbatum, & placida qui nunquam fluctuat vnda.
Non adsunt ripæ densæ, non rupe maligna
Angustus: teneat mensuram littoris æquam
Piscosis ponti scupulis, latisque cauernis.
Ascendat celso speculator vertice montis:
Memnonis alma parens, primo quum surgit ab ortu,
Aspiciat varias acies, quanto agmine verrant
Vndas: & socijs subito prædicat ab alto:
Confestim pelago procedunt retia cuncta.

Sunt

Sunt vrbes veluti magnæ, queis limina lata,
Queis portæ, magnique sinus, magnique recessus:
Perque tribus veluti properant ad bella phalanges;
Sic Thynni veniunt, hi sunt in flore iuuentæ,
Isti longæui, medio sunt corpore multi.
Innumeri vastam retis labuntur in aluum:
Donec prædones educant retia læti,
Distentosque sinus omnes ditissima præda.]

Ceterum, vt quis Oppianum tueri posset, asserens Thynnos procul a terra viuere maximam anni partem in alto mari, sed verno tempore se conferre ad littora, vbi retibus capiuntur: ita defendi minime potest de ostijs Eridani Fluminis, quæ ponit apud Celtas; quum ostia Padi sint in Italia, in mari Adriatico, apud Venetos, vbi nulla fit vnquam Thynnorum piscatio. Sed fefellit eum Synonymia vocum Rhodani, & Eridani, vt multos alios antiquos, accipientes Rhodanum, qui flumen Gallicum est, pro Eridano, qui fluuius est Italicus, alio nomine Padus vulgo nominatus. Enimuero Rhodanus per Galliam Lugdunensem excurrit, quã Celticam Cæsar appellauit, exonerat se se in mediterraneum mare ostio amplissimo: quod Boccacius * admonet a prioribus appellari Massilionicum; vbi Thynnorum piscatio fit non valde procul a Massilia. Sed iam redeamus ad pensum Gemmulæ nostræ, in qua non inepte dicebamus, tubulum super aquas natantem ob figuram, & concauitatem, seu nauicula lignea sit, seu testeum vas, seu ostreæ seu quasi Nautili, Nauplijue conchilium, a prædominio terreum, Elementum terræ nobis indicare. Quum elementum aquæ satis aperte nobis referat vndosum mare sub illo tubo effigiatum; iam in Gemma tria sunt elementa generationi nostratium animantium dicata, mare piscosum, terra pedestribus maxime plena viuentibus, & aer volatilibus affluens. Horum autem generatio fit opera Venerei Cupidinis, cuncta replentis animantibus elementa nostratia; nam in igne supremo nullum oritur, nullumque viuit penitus animal; quod & Aristoteles ipse ° notauit. Cupido vero describitur in gemma nudus puellus alatus. Apposite vero pubem & inferiora membra genitalia condita retinet intra tubulum; quod actus venereus, generandæ soboli dicatus, propalam non fit, sed in abdito, vel naturali verecundia, non solum in hominibus, Elephantibus, Camelis, & plerisque brutis nobilioribus; sed etiam in plantis, quarum semina non germinant, nisi intra terram condita. De coitu Camelorum, ac Elephantum, Aristoteles agens, ait ? *Cameli sedente femina coeunt: nec auersi, sed complectente mare, vt cetera quadrupedes agunt: & coitum toto die exercent petunt recessuum solitudines, quum libet coire; nec aliquis eo potest tuto accedere, praterquam pastor armenti. Genitale Cameli nerno ita constat, vt vel ex eo confici possit, quo arcus fidissime intendatur. Elephanti etiam solitudines petunt coituri.* Quanto magis id homines decet, in occulto proli operam dare? Certe non laudauero morem illum Diogenis, qui ? solebat omnia palam facere, quæ ad Venerem pertinent. Sed in hoc etiam canes imitari voluit ipse Cynicus.

Oppiano lapsus de Eridano.

* Tract. de Fluminib.

° 2. de gen. an. c. 2.

? 5. de Hist. an. c. 2. Bestiæ quæ in occulto coeant.

? Laertius lib. 6.

Secunda explicatio Gemmæ, de homine fortunato in mare humanæ vitæ nauigante vento secundo ad arbitrium, sine rationis gubernaculo.
Cap. CLXX.

HOmo iuuenis alatus in male constructa scapha, sine gubernaculo temonis, mare nauigans vndosum, vtrem vento plenum manibus duplici loro vinctum tenens, ac dirigens cursum ad arbitrium, apte nobis representare potest hominem fortunatum, qui iuuenis est, eo quod inter optata bona iuuentus recensetur: alatus, quia fortunatus breui facilique negotio peruenit ad optatos fines: nudus, quia nihil indiget quo se tueatur ab extrinsecus accidentibus, quum omnia illi succedant in bonum; & quia fortunatus vt plurimum inuerecundus est, nil regens propriæ nuditatis, susque deque habens quomodo spectetur ab alijs, quum ab omnibus laudetur atque suspiciatur. Securus nauigat vndosum mare vitæ humanæ, vel male compacta carina, quia fortunato cuncta sunt apta, quæ ceteris, ac ex sui natura sunt inepta; nauigat sine gubernaculo temonis, quia fortuna definitur esse quid præter

Fortunæ descriptio.

Digitized by Google

A ter rationem (vt ait Aristoteles [a] alicubi) quum ratione gubernari debeant omnes actiones in humana vita, quæ studiosæ ac honestæ sunt. & clarius alibi [*] *Natura est semper causa cuius est; at fortuna nunquam, verum temere, & sine ordine, ac vt fors tulerit; ideo fortuna in eiusmodi esse dicitur, vbi neque mens vlla, neque recta ratio est, nam vbi id, nihilominus est quidquam ordinatum, ac est semper eodem modo: non ita fortuna. Idcirco vbi mens plurima, ac ratio, ibi fortuna minima: vbi plurima fortuna, ibi mens perexigua.* In puppi nauigat fortunatus ferens sibi ventum secundum, velut in vtre conclusis alijs maleficis, in sua potestate; quemadmodum apud Homerum legimus Vlyssi datum fuisse Zephyrum prosperum, & alios ventos importunos suæ nauigationi conclusos in vtre; [b] verba sunt Vlyssis:

[a] 2. Phy. c. 55

[*] 2. Magn.

[b] Odyss. 10.

,, In Aeoliam insulam peruenimus, vbi habitabat
,, Aeolus Hippotades charus immortalibus Dijs. (& mox)
,, Sed quando certe ego iter postulabam, atque admonebam
,, Dimittere; nihil quicquam ille abnuit: parauit autem deductionem:
,, Dedit autem mihi excoriatum vtrem bouis nouennis,
B ,, In quo procellosorum ventorum ligauit flatus;
,, Illum enim promum ventorum fecit Saturnius,
,, Aut quidem mulcere, aut tollere quemcunque velit:
,, Naui in caua alligauit funiculo splendido
,, Argenteo, vt non quicquam præterflaret ne paululum quidem.
,, Ceterum mihi flatum Zephyri immisit vt flaret,
,, Vt ferret naues que, & nos. . . . . .

Sic in Gemma fortunatus ventos procellosos in vtre conclusos, duplici funiculo vinctos tenens, leui Zephyro per mare leniter vndosum, vel sine gubernaculo lætus nauigare conspicitur. Hanc autem Homeri sententiam verisimilem reddunt Aquilonares Magi, qui ventos ligant vinculis, & ligatos etiam vendere consueuere nauigantibus; de quibus Olaus Magnus [c] *Solebant*, inquit, *aliquando Finni, inter ceteros gentilitatis errores, negotiatoribus in eorum littoribus contraria ventorum tempestate impeditis, ventum venalem exhibere: mercedeque oblata tres nodos magicos, non cassioticos loro constrictos, eisdem reddere, eo seruato moderamine, vt vbi primum resoluerint, ventos haberent placidos: vbi alterum, vehementiores: at vbi tertium laxauerint, ita sæuas tempestates se passuros, vt nec oculo extra proram in enitandis scopulis, nec pede in naui ad vela deprimenda, aut in puppi pro clauo dirigendo, integris viribus potirentur. Hique infelicius rem experti sunt, qui vim eiuscemodi nodis per contemptum ineſſe negarunt.* Sicuti per auaritiam Vlyssis socij soluto vtre, quem auro, & argento, non vento plenum existimabant; de quo statim Homerus:

[c] lib. 3. c. 16. Venti venales.

C

,, ... non autem iam erat
,, Perfecturus; ipsorum enim perijmus insipientia,
,, Per nouem dies continuo nauigauimus noctesque; & die
,, Decima vero iam apparebat patria tellus:
,, Et iam qui faces præferrent vidimus prope existentes.
,, Ibi me dulcis somnus occupauit defessum:
,, Semper enim pedem nauis (*temonem scilicet*) mouebam, neque cuiquam alij
D ,, Dedi sociorum, vt celeriter perueniremus in patriam terram.
,, Socij autem verbis ad se inuicem loquebantur.
,, Et me suspicati sunt aurum & argentum reducere
,, Dona ab Æolo magnanimo Hippotado.
,, Sic alius dicebat conspicatus in proximum alium:
,, O Dij, quam hic omnibus gratus est & magni precij
,, Hominibus, ad quorumcunque vrbem & terram veniat?
,, Multa quidem ex Troia ducit pretiosa pulchra
,, Ex præda, nos rursus eadem profectione confecta,
,, In patriam redimus vacuas manus habentes:
,, Et nunc ipsi hæc præbuit rem gratam faciens ob amicitiam
,, Æolus: sed age celeriter videamus quænam illa sint:

,, Quan-

,, Quantum auri que & argenti vtri iusit.
,, Sic dicebant: consilium autem malum vicit sociorum.
,, Vtrem quidem soluerunt: venti autem omnes eruperunt.
,, Hos statim furens ferebat in pontum procella,
,, Flentes terra a patria: ceterum ego
,, Experrectus, in animo eximia deliberabam,
,, Siue lapsus ex naui perirem in ponto,
,, An mœstus sustinerem, & adhuc viuis interessem, &c.

[d] lib. 3. c. 14. Ceterum ligatos ventus in suo pileo gerebat antiquus Ericus: de quo sic Olaus [d] *Hic Ericus, Rex Suecia, in arte magica nulli suo tempore secundus habebatur: tamq; familiaris erat malis dæmonibus, quorum cultui summopere vacabat, vt quocunque verteret pileum suum, confestim inde optatus ventus aspiraret. Quo euentu inditum illi nomen fuit, vt Ventosus Pileus diceretur. Creditumque a multis erat, Regnerum Daniæ Regem, huius Erici nepotis sui ductu in remotissimas orbis partes piraticam feliciter extendisse, multasque regiones, & munitissimas vrbes eius ingenio subingasse: demum cooperatorem fuisse, vt procerum consensu & electione, in Regem Suecia assumeretur; quod ei diuturnum felixque permansit, donec senio moreretur.* Sic igitur in Gemmula cælatur typus hominis fortunati. Hæc, optime Rhodi, nunc in mentem venere, quæ de tuis cimelijs exararem calamo. Tu ea boni consule, ac me ama. Vale. Dabam Patauij, e meo Scalumnæ Museo. Cal. Septembris MDCL.

Miles atroci bello superstes in arumnosam incidit inopiam sapissime.

Schema LVII. Gemma.



Bellarius.

Digitized by Google

A *Beliſarÿ, & Horatÿ poetæ paupertas, ex infelici bello Cæſaris Auguſti nata, Beliſariana calamitatis fere compar, exprimitur.*
Cap. CLXXI.

PRoſecto vere Lucanus in Pharſalicis [a] militum miſerias deplorans ait, [a] lib. 10.
,, Heu miſeri, qui bella gerunt!
& ſapienter Antiſthenes, quum quidam dixiſſet, *pauperes interire bello*: ſtatim adiecit, *Immo plures tunc fiunt*. & Petrarcha noſter [b] agens de aduerſa fortuna, *Quoſdam*, inquit, *militia ad ampliſſimas opes, ſine etiam ad ſummum imperium peruenisſe. Crede autem mihi plures ad inopiam, ad carcerem, ad ſeruitutem, ad violentam, ſubitamque mortem, eodem tramite peruenerunt*. Iſtam vero militis extremam inopiam effinxit apte Schematiſta noſter, in antiqua Gemma Pignoriana delineans Iuuenem omnino nudum, mœrentem, qui ſedens in lacero ſtraguli centunculo, ſub dio, manibus alterum genu ſublatum amplectens, abtorto collo, capiteque demiſſo lacrymabundus, proiecto clypeo, ſuſpenſiſque pharetra vacua telis & inuerſa, ſimul & arcu religatis ad propinquam arborem, miſeriam ſuæ paupertatis ex-
B tremæ lugere videtur, & a prætereuntibus victui neceſſariam ſtipem petere. Duo uero nobis exempla ſuppetunt inopum ex bello, quorum alterum cælari potuerit a Schematiſta, Beliſarius, & Horatius poeta, nam de Beliſario Procopius, Zonara, Paulus Diaconus, Crinitus, Volaterranus, Turſellinus, [c] & alij paſſim Hiſtorici claſſici, nobis iſta notarunt: Iuſtinianus, Iuſtini gener, hæreſque, in Oriente imperauit, ingenti uel felicitatis, uel ſapientiæ fama. Auxit Auguſti gloriam Beliſarius, Dux bello clariſsimus, Superum dono rei Romanæ datus. Is quippe Perſis domitis, amiſſa recuperauit. Conſtantinopoli magnum etiam dedit fidei, moderationiſq; documentum. Quippe falſis criminibus æmulorum affectati imperij ſuſpectus Auguſto, ſimul honore, atque opibus exutus eſt. Et paulo poſt Auguſtus Beliſarij præſidio nudatus, coniuratione procerum in ordinem cogitur; ad Florianum Senatorem inſignia Imperij deferuntur. Hic Beliſarius ſtipatus fortiſſimorum iuuenum globo in forum venit, & nouo Cæſare per ſpeciem ſalutationis occiſo, cæſiſque coniuratis, tyranni caput
C cum inſignibus ad Iuſtinianum protinus defert, atque in priſtinum faſtigium reſtituit eum, a quo ipſe detractus fuerat per ſummam iniuriam de ſuo. Ita & factis crimen diluit, & Auguſtum ſpectata fide ſibi deuinxit, vt nemo apud illum honore, aut gratia prior foret. Felix, ſi plus apud illum Dei, quam Principis gratia valuiſſet. Nam Romã inde reuerſus, quum Theodoræ Auguſtæ iuſſu, Syluerium Pontificem vi captum in Pontiam inſulam relegaſſet, ipſe haud ita multo poſt ruit. Byzantij Iuſtiniano ſupectus inſidiarum, honorium faſtigio deijcitur, & in cuſtodia habitus mœrore, atque ærumnis conſumitur, glorioſæ vitæ exitum fortitus inglorium. Etenim, vt ait Volaterranus [d] ad extremum exitum habuit, magnis plerumque viris [d] lib. 23.
de Republica meritis communem; Iuſtiniani iuſſu, ſiue odio, ſiue veteris belli ſuſpicione, effoſſis oculis mendicabat. Quare quum Principis ingratitudinem aliter vlciſci non poſſet, exiguum extra Vrbem tuguriolum extruxit, vbi per reliquam vitam a prætereuntibus ſtipem emendicauit, illud identidem repetens, *Da obolum Beliſario viator, quem inuidia, non culpa cæcauit*. Vere mirifice congrueret mendicanti Beliſario Schema noſtræ Gemmæ, ponens nudum expoliatum armis, extra Vrbem, ſub arbore mendicum. Sed obſtare videtur & iuue-
D nilis ætas mendici, ſimul & oculorum vigor; quum Beliſarius in illa ſua calamitate non eſſet iuuenis, ac videns; aſt ætate grandæuus, & oculis effoſſis turpiſſime cæcus. Niſi forte condonanda ſit pictori Schematis æqua cum poetis poteſtas quidlibet audendi. Putauerimque hunc anulum geſtaſſe virum principem, cui ex bello res male ceſſerit, & in paupertatem inciderit. Sed etiam interpretari lubet antiquæ Gemmæ ſimulachrum de *Venuſino* poeta, qui vitam, & fortunam ſuam Iulio Floro deſcribens [e] ait, ſe Romæ nutritum, & edoctum primo fuiſſe literas humaniores, atque ſpeciatim Homericam Iliadem: deinde vero *Roma* diſceſſum Athenas petijſſe, Mathematicarum ſtudijs operam nauaturum ſedulo, quibus valeret cuiuo dignoſcere rectum: pariter & ad Platonicam philoſophiam perdiſcendam *in Academia* veritatem naturalium rerum inueſtigaturum ceceſſiſſe in Athenarum ſyluoſa *ſuburbia*. Ceterum poſtea ſe diuulſum ab illo grato literarum ocio violentia belli ciuilis, cuius æſtu raptus iuuenis in arma Cæſaris Auguſti, debiliora viribus hoſtium. Vnde primum abſque nummis dimiſſus, & bonis omnibus paternis ab hoſte victore proſcriptis Romam redijt inops; vbi

Beliſarij Ducis virtutes, & infortunium.

Horatio in Arte.

[e] l. 2. Epiſt. 2.

Digitized by Google

viuere si vellet, cogebatur a paupertate mendicare sibi necessaria versiculis venalibus noctu lucubratis, quos mane poscinummios accineret diuitibus; at incassum; nam illi prorsus auari, licet haberent quod sibi nihil deesset, non patiebantur expurgari vitio auaritiæ carminibus vllis: vnde satius ducebat integras dormire noctes, quietique se dare, quam inutilibus perscribendis versibus euigilare. Quam totam historiam graphice, pulcherrimeque describit Horatius, hisce carminibus A

,, Romæ nutriri mihi contigit, atque doceri
,, Iraeus Graijs quantum nocuisset Achilles.
,, Adiecere bonæ paulo plus artis Athenæ,
,, Scilicet vt possem curuo dignoscere rectum:
,, Atque inter syluas Academi quærere verum.
,, Dura sed amouere loco me tempora grato,
,, Ciuilisque rudem belli tulit æstus in arma
,, Cæsaris Augusti non responsura lacertis;
,, Vnde simul primum me dimisere Philippi,
,, Decisis humilem pennis, inopemque paterni B
,, Et laris, & fundi, paupertas impulit audax
,, Vt versus facerem; sed quod non desit habentem
,, Quæ poterunt vnquam satis expurgare Cicusæ?
,, Ni melius dormire putem, quam scribere versus.

Nudus autem fingitur vterque, Belisarius, & Horatius: ille, vt indicaretur ab Imperatore inuidorum aulicorum suasu spoliatus omnibus honoribus atque fortunis: iste, vt ostenderetur ex proscriptione spoliatus omnibus bonis paternis, & redactus vterq; ad extremam miseriam; ille quidem maximâ, mendicandi stipem a prætereuntibus: iste vero non paruam, quæ paupertas ipsum impulerit ad versus nocte conscribendos, quibus victui necessariam stipem pene mendicaret. Vterque militiæ siue proiecit, siue suspendit arma, pharetram inanem & arcum: quasi naufragus e militiæ fluctibus, arma Marti renuncians, atque suspendens; vti de naufragis in mari cecinit † Horatius: C

† 1. Carm. od. 5.

,, ... me tabula sacer
,, Votiua paries indicat humida
,, Suspendisse potenti
,, Vestimenta maris Deo.

& in Arte:

,, Quid hoc? si fractis enatat exspes
,, Nauibus ære dato.

Et Persius in vltima Satyra

,, Frange aliquid, largire inopi, ne pictus aberret
,, Cœrulea in tabula.

Et Iuuenalis Satyra 12.

,, ... mersa rate naufragus assem
,, Dum rogat, & picta se tempestate tuetur.

Hanc enim tabulam pictam illi deo suspendebant naufragi, cuius ope se e naufragio liberatos credebant. Sed Horatius, & Belisarius arma penitus abiecerunt, & suspenderunt arbori ad ignominiam eorum, a quibus debito spoliati fuerunt honore, priuatique bonis omnibus quum præmijs affici debuissent ipsorum præclara facinora. Philipporum vero nomine numos intelligi, notat Rhodiginus, *Philippeorum* numorum inquit, *etiã Liuius meminit ab V.C. libro* 30. *&* 39. *sed & Horatius.* ,, Retulit acceptos regale numisma Philippos. D

Nec non in Bacchidibus Plautus: ,, Ducentos numos aureos Philippeos dabin?

Habuere & Galli Philippeos suos, ab imagine alati genij, quos dicunt Geniatos: habuere sceptratos quoque, ac soliatos, regis trabeati imagine præsignes, iura reddentis. Sed & Rome aureos Valerianos Philippeos dici, compertum est: vbi & Saloniani habebantur tricnes. Philippeos cudi iussit Alexandri Magni pater Philippus; quod tradit Diodorus, postea quam Crenidas instauranit, & Philippos maluit appellari, compertis inibi fodinis: quas si demum excoluit, vti talenta inde redirent annua mille, ac amplius.

Verum

Digitized by Google

A Verum enim vero ſicut in allatis Horatij carminibus illa duo mihi negocium faceſſunt,* * lib. 1 e. 2.

Adiecere bonæ paulo plus artis Athenæ,
Scilicet vt poſſem curuo dignoſcere rectum.

Nam Ariſtotele doctore f curuum recto dignoſcitur in mathematicis, non autem e contra curuo rectum; ait enim expreſſis verbis: *Sufficiens enim eſt altera pars contrarietatis ſeipſam indicare & oppoſitam. Recto enim & ipſum, & obliquum cognoſcimus; iudex enim vtrorumque regula. Obliquum autem neque ſuiipſius, neque recti.* Sic in alijs mox ab Horatio poſitis carminibus: f 1. de an. t. 85.

. . . . . *ſed quod non deſit habentem*
Quæ poterunt vnquam ſatis expurgare cicutæ?

Difficultatem habent omnes Interpretes, etiam eruditiſſimi; fatentur enim, neſcire ſe quomodo Cicuta vim obtineat expurgandi. Quare alij pro Cicuta helleborum aſſumunt, alij cucurbitas medicas, quæ ſicyæ dicuntur. Vnde Quæſtiones de Cicuta mihi recens mouit eruditiſſimus Pariſienſium Medicorum Decanus literis eloquentia pariter ac elegantia pleniſſimis; de quibus mox. Interim ſatis aperte conſtat in Schemate pingi paupertatem Horatij, proiectis armis ab infauſto bello reducis. B

Digreſſio de Cicutæ medicamentis, & veneno. Cap. CLXXII.

Illuſtriſſimo viro, acutiſſimo Philoſopho, & ſolertiſſimo Medico, D. Fortunio Liceto, celeberrimo Profeſſori Patauino S. P. D.

Guido Patinus, Bellouacus, Doctor Medicus Pariſienſis, & Saluberrimæ Facultatis Decanus.

FAmiliare eſt ijs, qui aliqua rerum ignoratione laborant, vt ad primæ notæ viros confugiant, quo ſuæ medeantur inſcitiæ, & ab ijs omni depulſa caligine, clariſſimam veritatis lucem recipiant. Mihi huius moris veſtigia premere meditanti, Tu vnus in magna Doctorum turba. vir Illuſtriſſime, ſingulariter occurriſti, quem certo cum fructu rogare poſſem de quæſtione, quæ hactenus multorum torſit ingenia; quique mihi planum facere poſſis, nullo relicto dubitationibus loco, quod vix alii ſine ſcrupulo quæſtionis haud penitus enodatæ. Mihi quidem ante multos annos autor fuerat nemini docto non cognitus, doctiſſimus ipſe & ſuauiſſimus noſter Gabriel Naudæus, vt ad Te literas darem aliquas, & ea quæ mihi minus forent perſpicua, proponerem illuſtranda: quod & ſponte, & eius hortatu iamdiu præſtitiſſem, ſi mihi per otium licuiſſet. Sed quum me etiam nuper excitaſſet vir Clariſſimus, Tibi, mihique coniunctiſſimus, D. Alcidius Muſnier, Medicus Genuenſis, vt quod in hunc vſque diem diſtuleram, nunc tandem aggrederer; putaui, quamuis mea haudquaquam negotia detumeſcant, omni tamen poſthabita re appellendum animum ad ſcribendum Tibi. A Te igitur, ſi tantiſper vacat, Vir eruditiſſime, reſcire velim. *An Cicutæ noſtrati vis inſit purgandi?* Nouum ſane paradoxum eſſe videtur ipſa quæſtio, niſi eam diſertis verbis exhibuiſſet vir inter Claſſicos non poſtremus, autor plurimæ vrbanitatis, & ſi quiſquam, optimus virtutis ac ſapientiæ politicæ magiſter; vt pote qui, ſi verum fateri volumus, præſtat aliquid, quod non promittit. Quo fit, vt dum quiſque tanquam ad Poetam accedit, fructum ab eo tanquam a Philoſopho reportet, locum puta illuſtrem, aut præclaram aliquam ſententiam. Is eſt elegantiſſimus, & vt *Iulij Cæſaris Scaligeri* præconio vtar, elaboratiſſimus Poeta Horatius, qui lib. 2. Epiſt. 2. Cicutæ purgandi facultatem videtur aſſignare aureis hiſce verſiculis, quos propter inſignem elegantiam ſi adferam, nemini puto facturus ſum iniuriam. C D

1. Queſtio, An cicuta noſtra purget.

„ Romæ nutriri mihi contigit atque doceri,
„ Iratus Graijs quantum nocuiſſet Achilles;
„ Adiecere bonæ paulo plus artis Athenæ,
„ Scilicet vt poſſem curuo dignoſcere rectum;
„ Atque inter ſyluas Academi quærere verum.
„ Dura ſed amouere loco me tempora grato,

„ Ciuilisque rudem belli tulit æstus in arma
„ Cæsaris Augusti non respondura lacertis; A
„ Vnde simul primum me dimisere Philippi,
„ Decisis humilem pennis, inopemque paterni
„ Et laris, & fundi, pauperras impulit audax
„ Vt versus facerem; sed quod non desit habentem
„ *Quæ poterunt unquam satis expurgare cicutæ?*
„ Ni melius dormire putem, quam scribere versus.

Veteres Horatij Interpretes, vt *Acro*, & alij, Cicutam hic accipiunt pro helleboro; quod sane absurdum est, & omni ratione carens; quum ista duo inter se nullo modo consentiant. *Dionysius Lambinus*, vir doctissimus, & Professor regius, mauult hoc loco significari cucurbitas, quæ corporibus admouentur ad vitiosum sanguinem eliciendum: vel loco *Cicutæ* legendum *Sicyæ*, quæ vox Græca est, *Gallis* & Græcis Medicis ceteris admodum vsitata, qua uoce illud intelligunt, quod Latini Cucurbitas appellant. *Adrianus Turnebus* lib. 1. Aduer. cap. 8. miram hic quandam medicinam fieri scribit ab *Horatio*, quæ homines insanos, malo ueneno purget; quum pateat in medicamentis lethalibus cicutam numerari, non salutaribus, vt quæ frigore perimat. quod abunde testatur apud *Plutarchum* mors *Phocionis*: & apud *Ælianum lib. 9. var. hist. cap* 21. mors *Theramenis*: & apud *Platonem*, atque *Xenophontem*, mors violenta virorum omnium integerrimi, sapientissimi, optimi *Socratis*. quem cicutæ potu, tanquam ueneno publico, eoque pernicioſissimo, ei propinato a publico, nocentissimoque sæcis mortalium, ministro, necatum fuisse legimus: vultque *Horatium* hic posuisse cicutas pro herbis medicatis & purgantibus, in quibus singulis virosus succus inest, ac deleterio medicamento proximus: aut respicientem ad ferulaceos & cicutis similes hellebori caules, cicutas dixisse, vt intelligamus ex caulium helleborī cicutis, helleborum cicutam ad medicamentorum infamiam uocasse, aut uenenatam medicamenti speciem pro salutari ioculariter posuisse. Constat enim ex ueterum scriptorum decretis, helleborum præsentissimam facere medicinam phreniticis, & insanientibus: Cicuta uero nulla purgandi facultate poliet, si proprie sumatur. Ad ingeniosam illam & argutam Adr. Turnebi coniecturam, summo quo supra Doctorum vulgus excellit, ingenij acumine lubens, nec inuitus accedit περιττώλογος ἀνὴρ, subtilissimus & sagacissimus scriptor, *Cl. Salmasius*, Galliæ nostræ decus & ornamentum singulare, qui pretiolo in illo variæ eruditionis promptuario, *Plinianis* nimirum Exercitationibus in Solinum Polyhistorem; vult hoc *Horatij* loco, per cicutam intelligi quamlibet cannam intus cauam & inanem; præsertim vero non id quod Græci κώνειον nuncupant, sed Lathyridem, quæ caulem habet ferulaceum & concauum atque inanem: vnde & Cicutæ nomen meruit. Et hæ sunt magnorum virorum cogitationes, atque coniecturæ, vt præstantissime, in isto nodo *Horatiano* vel soluendo, vel *Alexandri* more secando. Tuum erit, solertissime Licete, omnigena illa, qua hactenus inclaruisti, πολυμαθία, difficilem illam controuersiam dirimere, & nobis indicare quid in posterum de illa sit sentiendum; quum certum sit nobis super ea re, tuo stare arbitrio.

B

C

Scimus enim ad nostras quum se tulit impetus artes,
Ingenij currant flumina quanta tui.

D

Sed priusquam a Cicuta recedam, quodnam erat istud veneni genus, quo, vt est apud *Platonem* in Phædone, hominum suæ ætatis optimus, æquissimus, & sapientissimus *Socrates*, ac vt habet *Plutarchus & Ælianus*, *Phocio*, *& Theramenes*, multique alij sublati sunt? tanta ne est edita strages solo succo herbæ illius, quæ id habet nominis? Equidem id nunquam in animum inducam meum. Neque enim vsu comperitur tantarum esse virium: ab eius hausto vel largiori, prauii vix quicquam relinquitur aliud, præter capitis grauitatem, non illam quidem vulgarem, & ad summum aliquod vel interruptæ rationis, vel motæ mentis vestigium. Facilius itaque adducor vt credam, fuisse quodpiam præsentissimum, vel saltem haud segne venenum, ex Magistratuum edicto curiose seruari solitum, quo uorato meritas pœnas luere iubebantur, morti addicti, nefarij & facinorosi homines. Hoc fere pacto *Athenienses*, deterrimi & pessimi nebulones, olim pessime excepere *Socratem*, quod ipsum alienum ab omni opinione Deorum, & religionis contemptorem putarent. Fortasis non multum

a. Quæstio, quodnam sit illud venenum Atheniensium *publicum venenum cicutæ temperatum?*

dista-

Digitized by Google

A distabat ab eo veneni genere, quod olim in magnis vrbibus paratum atque asseruatum fuisse, docent *Valerius Maximus*, *Plinius*, & alij scriptores quamplurimi. Sic enim ille habet *lib. 2 cap. 6.* Venenum *Cicuta* temperatum in ea ciuitate custoditur &c. Hic vero *lib. 25. hist nat. cap. 13.* publicum agnoscit Athenienſium venenum *Cicutam*. Sed quando omnino dubitandum est, quin fuerit aliquid aliud ab expresso eius herbæ succo, quæ apud nos *Cicuta* nomine est insignita; scire ex Te velim, quænam fuerit istius veneni materia, & quibus ex rebus concinnari, pararique soleret? Nonne tale quid pestiferum erat, quale nunc est Chymicorum antimonium, quo quantumuis bene, & quacunque eximia, vt prædicant isti fumiuendoli (& qui fumo laqueoque pereant dignissimi impostores) arte parato nimia certe sacræ Themidis indulgentia, omnis ætatis, sexus, & conditionis homines, iuuenes, senes, robustos, ipsosque adeo pusiones, & prægnantes mulieres, reclamantibus beuis quibusque hic impune & crudeliter enecant: quasi non iam medicinam, sed carnificinam, tam publice, quam impudenter exerceant. Plane inter ista duo venena mihi non leuis videtur affinitas; nisi forte id est inter vtrumque discriminis, quod nempe illo veterum veneno, nempe *Cicuta* Athenienſium, expiabantur flagitia, propter quæ lata erat in sontes capitis sententia; quum soli e contra insontes, boni viri, & nimium medicam stolide creduli, vana spe salutis, hauriant mortiferum stibium, purum, putum, & merum natura sua venenum, damnatum multis facultatis nostræ decretis, principis Galliæ Senatus autoritate firmatis. Sed maxime in Comitijs anni 1566. tunc temporis Decanaeum gerente D. *Simone Pietxeo* Meldensi, Doctore Medico *Parisiensi*, viro sapientissimo; quæ quidem decreta vtinam nostris temporibus tam sancte religioseque seruarentur, quam prudenter a nostris sunt lata maioribus. Tu ergo, vir Illustrissime, cui nihil obscurum est, quem ego non possum, nodum ipse dissoluas quæso; vt quum Te duce ex hoc dubitationum vado, ad veritatis lucem emersero, causæ plures sint, ob quas reliqua vita enitar efficere, vt Te de me optime meritum esse vehementius in dies læteris. Vale.

B Lutetiæ Parisiorum 6. die Octobris 1651.

C *Tuus ex animo, & ad omnia paratissimus*
Guido Patinus Bell. Doctor Medicus Paris.
& Facultatis Decanus.

Responsio Liceti de Cicutæ viribus: & primum, cur non habeat vim expurgandi corpora cicuta planta: deque duplici genere cicutarum.
Cap. CLXXIII.

Illustrissimo D Guidoni Patino Bellouaco, Doctissimo Parisiensium Medicorum Decano
Fortunius Licetus B. A.

D MVltas habeo gratias inclyto Naudæo, multas & eximio Musnier, communibus amicis, multas & ingentes humanitati tuæ, vir optime, qui persuaderi possus es ab ipsis ad me de re quapiam literaria compellandum, adeoque ad me nobili tuo fauore cohonestandum, etiam insigni munere voluminis egregij Riolani. Equidem arduis tuis de Cicuta quæstionibus enodandis imparem esse me fateri oportet, dum tu tantus Medicus Musis etiam suauioribus intimus, allatis, quæcunque de proposito conscripserunt hactenus eruditissimi virorum, non acquieſcis. Quorum aleam si postremus ipse subiero, neque tamen apte tibi nodum soluero, neque secauero; saltem non me pudere debebit, in eo stadio brauium abs te non accepisse, in quo tibi priscus Acro, Lambinus, Turnebus, atque Salmasius, eruditionum principes & patres, defecisse videntur; mihique fat erit, in ista magna quæstione voluisse, tuæque iussioni statim obtemperasse. Quod ergo primum a me quæris, *An cicutæ nostrati vis insit purgandi?* Tu quidem aperte negas: verum ægre fers Horatium contradicere, qui cicutis assignare videtur expurgandi facultatem. Nec accipis ab Acrone, aliisque multis,

1. Quæst. An cicuta purget.

multis, Venuſinum cicutæ nomine ſignaſſe fiſtulóſos hellebori caules, quibus ineſt inſignis expurgandi vis. Nec a Lambino recipis mutationem Horatiani contextus, pro *Cicutæ* legente *Sicyia*, quæ Græca vox cucurbitulas Medicorum indicat, ſanguinem e corporis ambitu ducentes. Nec audis alias argutas interpreationes Adriani Turnebi, neque Salmaſij; & recte: quia nemo iſtorum Cicutæ nomen hic accipit in propria, & congrua ſignificatione. Quum autem iubeas, poſt Olores, meam auem paluſtrem obſtrepere; dicam ingenue quid mihi nunc in mentem venerit, & ad calamum; id omne ſubijciens iudicij tui ſynceræ benignæque cenſuræ. Profecto Cicutæ nomen æquiuocum eſt ad duas omnino diuerſas, variaſque rerum differentias; altera quidem eſt in genere plantarum *Cicuta* naturalis, herba noxio, venenatoque ſucco famoſa; de qua Medici paſſim, & alij plures agere videntur; & in præſentia tu quæſtiones inſtituis. Altera vero eſt in artificioſarum rerum genere ſonorum inſtrumentum, quo per tropum a Poetis frequentiſſime Poeſis ipſa ſignatur: qua de re non ſemel Virgilius, & in Alexi cecinit:

Cicuta dum generum.

A

B

„ Pan primus calamos cera coniungere plures
„ Inſtituit: Pan curat oues, ouiumque magiſtros.
„ Nec te pœniteat calamo triuiſſe labellum.
„ Hæc eadem vt ſciret quid non faciebat Amyntas?
„ Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis
„ Fiſtula; Damœtas dono mihi quam dedit olim:
„ Et dixit moriens, te nunc habet iſta ſecundum.

Et in Daphni quoque poſterius

„ Hæc te nos fragili donabimus ante cicuta.
„ Hæc nos, Formoſum Corydon ardebat Alexim,
„ Hæc eadem docuit, Cuium pecus? an Meliboei?

Vbi clare Virgilius nomine Cicutæ, non herbam veneno infamem, ſed proprie muſicum inſtrumentum, & per tropum ipſam facultatem Poeſeos intelligit. Si quidem ſermo ſit de priore cicuta, naturali herba, de qua tu mihi proponis quæſtionem, *An habeat vim expurgandi?* euacuandique corpora contentis humoribus? tecum omnino ſentio, Cicutam non eſſe medicamentum purgans; at vere purum alterans noxium, & aliquando ad interitum. Enimuero pharmaca non purgant corpus niſi calorem naturalem excitent; qui ſuſcitatus ad actum, eis vtitur vt inſtrumentis idoneis ad expellendos humores noxios extra corpus; qui propterea dicitur actuare medicamenta purgantia; ſiquidem Hippocrati [a] *Morborum Natura medici*. Cicuta vero ſua nimia frigiditate natiuum calorem non excitat ad bonum opus expellendi noxia: nec illi famulatur, vt agenti primario; ſed ipſum aut extinguit, aut adeo labefactat, vt eneruatus admodum, nequeat humores noxios expellere. Statim enim atque Cicuta, vel ſuccus eius fuerit in ſtomacho, ſtupefacientes frigiditate nimia vapores demittit ad viſcera principalia, Cor, lecur, & Cerebrum; indeque per arterias, venas, & neruos in vniuerſum corpus. Quorum Cor quidem, interſiore calore pollens, diutule reſiſtere valet intenſo frigori veneni: ſed cerebri calor imbecillior citius a Cicutæ vaporibus frigidiſſimis infringitur, ac expugnatur: & in eo viſcere ſpiritus animales facile ſatis extinguuntur, vel ſi dicere liceat, congelantur; qui propterea non excurrentes ad crura, pariunt in illis, & in pedibus primo grauitatem; mox in cerebro torporem, ſtupiditatem, atq; mentis motionem; denique mortem, vbi calor in Corde victus fuerit. Sic ergo Cicutæ planta nullam habet vim expurgandi corpora.

c. Quæſt. reſp.

Cicuta cur non purget.

a 6. Epid. 5.

C

D

Salebroſus Horatij locus explanatur. Cap. CLXXIV.

NEc officit allatæ ſententiæ noſtræ productum abs te, vir eximie, carmen [a] Horatij ſcribentis ad Iulium Florum de ſeipſo,

a ad lib. Epi. 2

„ . . . . . paupertas impulit audax
„ Vt verſus facerem; ſed quod non deſit habentem
„ Quæ poterunt vnquam ſatis expurgare cicutæ?
„ Ni melius dormire putem, quam ſcribere verſus.

Etenim

A Etenim Horatius non agit Medicus eo loci, vt de *Cicutæ* planta purgante corpus humoribus prauis agere debuerit; sed Poeta de *Cicuta* musice canora; vel proprie fistulam harmonicam intelligens, vel si Deo placet, per metalepsim signans ipsam Poesim; termini siquidem accipiendi sunt ad subiectam materiam coarctati decretis *b* Aristotelis, asseuerantis nomen *Circuli* pronunciatum ab Euclide, Ptolemæoue, signare geometricam figuram; sed enunciatum a poeta quopiam, indicare carmen in se recurrens; anguineum appellatum. Quum itaque nosset Horatius, instrumenta musice-sonora, & Poeticen habere vim expurgandi prauis affectibus animum: quin & alterandi, demulcendique dolores tum animi, tum etiam corporis vehementiores: & hoc ipsum præstare poesim, & versus, quo fuerint elaboratiores, & auribus suauiores; propterea *Cicutis* harmonicis assignat vim debilem expurgandi animum tam diuitum ab auaritiæ vitio, quam etiam pauperum ab angore cruciantis inopiæ. Vnde scribit Horatius apte, se pauperem suis versiculis elucubratis ad *Cicutas* non posse satis expurgare vitium auaritiæ ab animo diuitum; a quibus carminum suorum mercedem expectabat, ac tantum non efflagitabat æruscator, ijs afferens & accinens carmina sua venalia & poscinummia; nec ijsdem versibus posse suum animum satis expurgare mœrore paupertatis, quæ ipsummet ad eos pangendos impulerat; quoniam inuita Minerua, coactisque Musis, carmina scriberet ad lucrum. Artificiose vero per, *quod non desit habentem*, describere potuit & diuitem, qui habet id quod nihil sibi desit: & se pauperem, qui non habet quod sibi deest ad victum congruum dignitati pristinæ, de qua per bonorum proscriptionem deciderat. Scite vero *Cicutarum* nomine signauit versus non elaboratos, adeoq; non suaues, neque flexanimos, qui posuit alibi discrimen hoc inter Lyram, & tibias, quæ *Cicutarum* *c* Epod. 9. species existunt:

B ,, Sonante mistum tibijs carmen lyra:
,, Hac Doricum, illis barbarum.

Agnouerat enim Horatius ex Platonis Ione, ac experiebatur in semetipso, Poetas, vbi furore diuino quodam afflati versus efficiunt, vltro Musis ad ipsos aduentantibus, assistentibusque sibi sponte, nullo negocio pangere carmina suauissima, & ad harmoniam elaboratissima, mirifice animos percellentia, purgantiaque prauis, ac vehementibus passionibus iræ, mœstitiæ, libidinis, auaritiæ, & aliis id generis; qualia carmina plectro facile Poetæ diuinitus ita incitati recte concinunt ad Lyram. Vbi vero Poetæ Musis iuuenis coactisque, versus condere coguntur a paupertate venales, poscinummios nedum, sed æruscatores, etiamsi, propter artis peritiam, aliquos eorũ ducunt ad Lyram habiles, & elegantes, attamen vna cum illis multo plures inharmonicos, atque barbara rusticitate canunt insuaues, aptos ad *Cicutas*, fistulas, tibiasque pastorales, auribus etiam poetæ parum gratos, ne dum auditoribus ingra- *d* Ecl. 3.
tos; de quibus & Virgilius *d* taxans imperiti poetæ carmen, ait,

,, non ne tu in triuijs indocte solebas
,, Stridenti miserum stipula disperdere carmen?

& Statius *e* *e* Theb. 6.

,, raucis concentibus agi;
,, Et lituis aures circumpulsantur acutis.

At versus non ad *Cicutas* insuaues & inharmonici, barbare circumpulsantes auditum & animum, sed ad Lyram ducti, harmonici, flexanimi sunt, & animum expurgant malis affectibus, demulcent, ac illi persuadent quæcunque Poeta desiderat. De quare multa nobis a Boethio *f* proponuntur exempla veterum in exordio suæ Musicæ. Vulgatum quippe est, in- *f* cap. 1.
quit, quam sæpe iracundias cantilena suppresserit; quam multa vel in corporum, vel in animorum affectionibus admiranda perfecerit. Cui enim est illud ignotum, quod Pythagoras ebrium adolescentem Tauromenitanum, sub Phrygij modi sono incitatum, spondæo succinente reddiderit mitiorem, & sui compotem? Nam quum scortum in riualis domo esset clausum; atque ille furens vellet domum amburere; quumque Pythagoras stellarum *cursus* (vt ei mos nocturnus) inspiceret: vbi intellexit sono Phrygij modi incitatum multis amicorum admonitionibus a facinore noluisse desistere, mutari modum præcepit; atque ita furentis animum adolescentis ad statum mentis pacatissimæ temperauit. Q. scilicet M. Tullius commemorat in eo libro, quem de Consilijs suis composuit, aliter quidem, sed hoc modo: Sed

Historiæ de miris effectibus musicæ

in

in aliqua similitudine adductus, maximis minima conferam; vt quum vinolenti adolescentes, tibiarum etiam cantu (vt fit) instincti, mulieris pudicæ fores frangerent; admonuisse tibicinam, vt spondæum caneret, Pythagoras dicitur; quod quum illa fecisset, tarditate modorum, & grauitate canentis, illorum furentem petulantiam consedasse. Terpander, atque Arion Methymneus Lesbios, atque Jones, grauissimis morbis cantus eripuere præsidio. Ismenias vero Thebanus Boeothiorum pluribus, quos ischiatici doloris tormenta vexabant, modis cunctas fertur abstersisse molestias. Sed etiam Empedocles, quum eius hospitem quidam gladio furibundus inuaderet, quod eius ille patrem accusatione damnasset, inflexisse modum dicitur canendi, itaque adolescentis iracundiam temperasse. Quin Ægysthus etiam adulter, non antea potuit vxoris Agamemnonis pudicitiam expugnare, nisi iam interfecto Cantore poeta, quem Atrides ad Ilij profectus obsidionem, Clytemnestræ custodem reliquerat, qui cantu, carmineque suo castitatem illius seruaret; ita siquidem Homerus [g] de Ægysthο:

[g] Odys. 3.

,, . . . Ille desidiosus in secessu Agri equos pascentis
,, Multum Agamemnoniam vxorem demulsit verbis.
,, Ipsa quidem antea certe abnuebat facinus indignum
,, Diua Clytemnestra (mente enim vtebatur bona,
,, Etenim aderat Cantor vir, cui plurimum mandarat
,, Atrides ad Troiam profectus seruare vxorem)
,, Sed quum iam ipsum fatum Deorum irretiuit ad hoc vt domaretur,
,, Iam tum ipsum Poetam ducens ad insulam desertam,
,, Dereliquit auibus laceratio, & rapina fieri.
,, Ipsam vero volens volentem duxit suam domum.

[h] Iliad. 9. Verum & idem Homerus [h] Achillem, vehementer indignatum ob ereptam sibi Briseiden a Græcis, inducit iracundiæ suæ leuamen a cantu citharæque sono sibi comparantem. Virgilio [i] Pan Syringæ cantu curat oues ægras, & pastores. Enim vero Virgilij versus illos in Alexi,

[i] in Alexi.

,, Pan primus calamos cera coniungere plures
,, Instituit: Pan curat oues, ouiumque magistros:

ita recipio, quod Pan homo fuerit astronomiæ, Musicæ, medicinæque peritissimus; qui sphæratum cælestium harmonicam symmetriam organo syringis imitatus, eius harmonico sono cantuque sciuerit ouium morbidarum, pastorumq; valetudine laborantium multas ægritudines curare. Matthæolus in Dioscoridem [k] agens de veneno Tarantulæ scribit: [Ictos vidi ego nonnunquam in plateis iacentes, & in Xonodochijs, qui prædictis affectibus torquebantur (multa vero & sæua eorum symptomata numerauerat) Sed mirum certe quam facile huiusce veneni vis musica mulceatur. Quandoquidem (vt equidem attestari possum) auditis lyricis instrumentis, vel tibiarum sono, primo statim occursu icti a Tarantula a languoribus cessant, & in medium tripudiare, & saltare incipiunt, tamque diu rem prosequuntur, ac si sani essent, & nullo vnquam tenerentur dolore. Quod si eueniat, vt tibicines tantillum conquiescant, non multo post tempore in terram concidunt, & ad pristinos redeunt languores; nisi tandem indeficiente sonitu saltent, atq; tripudient, donec veneni virus partim insensibiliter per cutis meatus, partim per sudorem exeat, & discutiatur. Ob id igitur tibicines stipendio conducantur, alternatimque mutantur, vt absque vlla penitus intermissione tamdiu tripudient, quousque penitus curati quiescant. Quum tamen dum hæcaguntur, sint qui antidotis eos corroborent, nimirum mithridatio, theriaca, & alijs, quæ venenosorum morsibus aduersantur.] Musica vero primario commouet ac afficit animam; ad animi vero magnas affectiones & motiones vehementer etiam alterari, commoueri, & affici corpus, omnino necesse est; vt sæpe videmus obseruatum a Galeno. Ceterum quid hanc veritatem profanis autoritatibus, & experimentis probare contendimus? nonne clara legitur in Sacra pagina? [l] Spiritus autem Domini recessit a Saul; & exagitabat eum spiritus nequam a Domino. Dixeruntque serui Saul ad eum: Ecce spiritus Dei malus exagitat te: iubeat ergo Dominus noster, vt serui tui, qui coram te sunt, quærant hominem scientem psallere cithara, vt quando arripuerit te Spiritus Domini malus, psallat manu sua, & leuius feras. Et ait Saul ad seruos suos: Prouidete ergo mihi aliquem bene psallentem

[k] lib. 2. c. 57.

Musica vt corporis ægritudinis curit.

[l] 1. Reg. 16.

,, tem

A ,, tem, & adducite eum ad me. Et respondens vnus de pueris : ait : Ecce vidi filium Isai
,, Bethleemitem, scientem psallere, & fortissimum robore, & virum bellicosum, & pru-
,, dentem in verbis, & pulchrum, & Dominus est cum eo. *& mox*, Igitur quandocunque
,, spiritus Domini malus arripiebat Saul, tollebat Dauid citharam, & percutiebat manu
,, sua, & refocillabatur Saul, & leuius habebat. Recedebat enim ab eo spiritus malus.
Verum enim vero speciatim harmoniæ suauitate pelli diuitum ex animis auaritiam, & anguo-
rem ex animo pauperũ, antiqui nobis insinuare voluerunt fabulamento suauissime modulãtis
Orphei, coniugem Eurydicen ab auarissimo Plutone tantum nõ impetrantis, & cruciatorum
in inferno pœnas atrocissimas mitigantis. Quis enim Plutone ditior, qui diuitiarum deus a
gentilibus colebatur? & auarissimus habebatur? id enim & in Sacris literis Dæmonium
nomine Mammonæ diffamatur; etenim apud Matthæum [m] Lyranus ait: *Mammona Syria* [m] cap. 6.
lingua, diuitiæ; quibus seruire, Deum negare est: non dicit habere, quod fieri licet; vt bene
dispenset; sed seruire, quod est auari. Auaritia vero Plutoni tribuitur, qui mortuorum
omnium animas, de sententia gentilium, acquirens, nullam patitur extra suos carceres abi-
B re, tanquam suas diuitias custodiens. Orpheus tamen ab eo dilectam coniugem mortuam
dicitur obtinuisse suauitate cantus, quo damnatorum pœnas etiam mitigauerit, vt ait Virgi-
lius [n] de Orpheo, Manilius [o] Ouidius [p] & alij plures Poetæ Classici. Quum igitur hæc omnia [n] 4. Geor.
nosset Horatius; non ab re putabat, posse se versibus ex animo suo mœrorem ex egestate [o] lib. 5. rer. astron.
nascentem lenire, simul & ex animo diuitum expellere spiritum Auaritiæ, quæ seruitus Ido- [p] l. 10. Meta.
lorum [q] dicitur: canendo nimirum mane carmen apud eos, quod antecedente nocte forma- [q] Ephes. 5.
uerat. Sed quum id ipsum inefficax experimento cognosceret ad propositum, optatumq;
finem assequendum, quia uersus impulsu paupertatis ad cicutas inharmonicos, & insuaues
compegisset, non autem flexanimos, & suaues, ad lyram habiles, sine Musarum afflatu; prop-
terea fatetur aperte, ad expurgandum animum tam diuitis ullius auaritiæ spiritu malo, quam
etiam sui pauperis mœstitia uexantis inopiæ, non esse satis *Cicutas* vllas, uersiculosque, a
coactis Musis extortos uiolentia paupertatis. Quin etiam se mox excusat Horatius alia ra-
tione, non posse se versus Lyricos, suaesque, Floro mitendos pangere, quod harmonici
C versus a Poeta scribantur procul a tumultibus urbanis, in nemore, syluisque, camœnarum
suauiorum proprijs habitaculis; ait enim, ubi nocturnos diurnosque strepitus Vrbis enu-
merasset;

,, I nunc, & uersus tecum meditare canoros.
,, Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit Vrbes.
,, Rite cliens Bacchi, somno gaudentis & vmbra,
,, Tu me inter strepitus nocturnos atque diurnos
,, Vis canere, & contracta sequi vestigia patrum?

& mox:

,, Fluctibus in medijs & tempestatibus Vrbis
,, Verba Lyræ motura sonum connectere digner?
,, Multa fero vt placem genus irritabile Vatum,
,, Quum scribo, & supplex Populi suffragia capto, &c.

Quibus aperte fatetur Horatius, non posse se carmina suauia & flexanima componere, mo-
D tura Lyræ sonum harmonicum; sed tantum rudia, digna cicutarum sono stridulo, & insuaui;
vt pote qui primus in infantia Musices ortus est obseruatu Lucretij [r] dicentis; [r] lib. 5.

,, At liquidas auium voces imitarier ore
,, Ante fuit multo, quam læuia carmina cantu
,, Concelebrare homines possent, auresque iuuare.
,, Et Zephyri cauа per calamorum sibila primum
,, Agrestеis docuere cauas inflare Cicutas.
,, Inde minutatim dulceis didicere querelas,
,, Tibia quas fundit digitis pulsata canentum,
,, Auia per nemora, & siluas, saltusque reperta,
,, Per loca pastorum deserta, atque otia dia

Digitized by Google

Sic Horatius, inquam, in Vrbis tumultibus, Musis inuitis asserit se non posse scribere versus, nisi rudes, aptos ad *Cicutas*; qui propterea nequeant satis expurgare diuitum animos auaritia, & eos exorare suos vt versiculos munerent: neque satis valeant expurgare se pauperem poetam mœrore cruciantis egestatis, in quam ceciderat depulsus proscriptione bonorum, tum quod inuitis Musis impelleretur ab audaci paupertate vt versus scriberet: tum etiam quod in Vrbe Roma, nocturnis diurnisque tumultibus nunquam non obstrepente plurimum poeta pacatum atque purum animum habere non possit, quo prorsus opus est ad efformandos versus elaboratos, Lyræ sono dulci & harmonico pares. Quum ergo non nisi rudes versus ad *Cicutas* agrestes pangere queat, quibus expurgare satis nunquam potest, neque diuitum animos auaritia, neque suum inopiæ mœrore, melius sibi putat dormire noctes integras, quam vigilare scribundis versibus inutiliter. Ceterum & ad hunc sensum, si mihi liberet criticum agere; qui scio veteres autores olim singulos, ante typographiam inuentam, ex vnius ore dictantis amanuensibus mult s simul exscribentibus, facile contingere potuisse, vt voculam *expurgare*, scripserit aliquis *expugnare*, aut vicissim, dicentem Horatium Cicutas poetæ non posse satis *expugnare* diuitum auaritiam, neque suæ paupertatis anguorem, amanuensis exceperit *expurgare*, qui textus ad nos peruenit. Sed non ita libenter criticus agens, priorem explicationem magis idoneam censeo, textui vulgato & communi vim non afferentem vllam. Dispar autem fuit Maronis & Horatij conditio, tum quod Virgilius Mœcenatem habuit patronum, & Augustum, viros magnanimos ac liberales, pronosque maxime ad larga munera largienda bonis poetis: E contra Venusinus auaris diuitibus carmina sua frustra canebat: tum quia Virgilius absolutissimum opus Georgicorum, Musis omnibus benefauentibus composuit, & obtulit Augusto; quum Horatij carmina cum Virgilij Georgicis comparanda non sint; quin etiam neque cum Æneide, licet ab autore suo minus probata, tantumque non igni damnata; quam tamen Iliadi prætulisse videtur ipse Propertius; nam *Æneidos vix dum cœpta tanta extitit fama*, inquit in Virgilij vita Seruius, *vt Sextus Propertius non dubitarit sic predicare*:

,, Cedite Romni Scriptores, cedite Graij:
,, Nescio quid maius nascitur Iliade.

Tum quia Virgilius æquo magis animo ferebat bonorum suorum proscriptionem, & paupertatem; quam molestiam sibi leniri sentiebat etiam a suis pastoralibus *Cicutis*: Horatius ex aduerso magis oppressus ab animi languore, paupertatis angustias habebat molestiores, quæ cedere nequibant, neque demulceri suis versiculis. Vnde tanquam inutiles deposuit cicutas, sonorasque tibiam & lyram; easque tacitas pendere voluit e clauo: sicut aliquando *f* dixit,

,, Insanire vacat, cur Berecynthiæ
,, Cessant flamina tibiæ?
,, Cur pendet tacita fistula cum lyra?

Quia scilicet ad lyram canere nõ poterat in Vrbe nimium obstrepera diu noctuque: *Cicutis*, rudibus ac minus suauibus nihil proficiebat, nihilque suæ paupertati prospiciebat. Cantus enim ad *Cicutas*, vt pote in Poeseos incunabulis ortos, autore Lucretio, rudes admodum fuisse, constat e Pictura, cui Poesim comparat Horatius *t* alibi; dum ait,

,, ... Pictoribus atque Poetis
,, Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.

Nam Æliani testimonio *u* *quum ars pingendi iam ortum duceret, & quodammodo in lacte fasciisque versaretur, adeo rudi & impolito stylo depinxerunt animantia, vt adscribere ad ea pictores necesse esset, hoc est Bos, illud equus, hoc arbor.*

Ista paulo fusius tractanda mihi fuerunt ad illustrandum Horatij locum tenebricosissimum, & ad enodandum nodum Gordiano minime concedentem. Tuum erit, optime Patine, iudicare, num illum apte dissoluerim, quem scindere nolui; sed integra retinere singula verba contextus Horatiani, eaque sumere in significatione maxime propria,

Vnde variæ lectiones veterum scriptorum.

Obiectio solu ta.

f 3. Carm. ode 19.

t in Arte.

u l. 10. var. Hist. c. 10.

De

A

De Veneno veterum Cicuta temperato, quodnam fuerit. Cap. CLXXV.

AD alteram vero tuam quæstionem, *Quodnam sit illud venenum Athenienſium publicum, Cicuta temperatum, quo Socrates, Phocion, pluresque alij ſublati ſunt? quum Cicuta Gallica, & Italica, prater capitis quandam grauitatem, & mentis aliquam motionem, præſentaneum non afferat interitum?* Quid dicam? Poteras, Cl. Vir, de propoſito conſulere Medicum aliquem Maſſilienſem, num in annalibus vrbis illius inueniretur eius veneni deſcripta temperatio, compoſitioque per Cicutam; Enimuero Valerius maximus in loco abs te citato [a] peragens de inſtitutis Maſſilienſium, clare fatur: *Venenum cicuta temperatum in ea ciuitate publice cuſtoditur; quod datur ei, qui cauſas ſexcentum (id enim Senatus eius nomen eſt) exhibuit, propter quas mors illi ſit expetenda, cogitatione virili, benevolentia temperata, quæ neque egredi vita temere patitur, & ſapienter excedere cupienti celerem fati viã præbet; vt vel aduerſa, vel proſpera nimis fortuna (vtraque enim finiendi ſpiritus, illa ne perſeueret, hæc ne deſtituat, rationem præbuerit) comprobato exitio terminatur. Quam conſuetudinem* B *Maſſolienſium, non in Gallia ortam, ſed e Gracia tranſlatam inde exiſtimo, quod illa etiam in inſula Cea ſeruari animaduerti, &c.* Tu quidem id violentiæ non arbitraris ineſſe ſoli Cicutæ, ſed aliquid virulentius illi permiſtum fuiſſe cenſes, quod exitialem omnino Cicutam reddiderit, de ſe non mortiferam; idque quidnam extiterit, a me poſtulas. Verum enim vero nec in Italia venena naſcuntur, vbi Virgilio [b] teſte

,, ... nec miſeros fallunt aconita legentes:

Cicutaque vel ipſa, Plinio [c] comeditur in patinis innoxie; nec Italus Fabricius, Plutarchi [d] relatu, Pyrrhum, hoſtem Romanis infenſiſſimum, veneno necare voluit, quod Pyrrhi Medicus proditor Domino ſe daturum pollicebatur; inde ſibi præmium a Romano Duce fruſtra ſperans nedum, ſed efflagitans, irriſus Fabricio, ſupplicioque puniendus Regi denunciatus. Italique Medici venenorum non compoſitionem, ſed medelam oſtendere conſueuimus: Verũ vt innocens ipſe tibi morem geram in propoſito, cenſeo tecum, Cicutam Italam, & Gallicanam vires non habere mortiferas. Maſſilienſes autem, qui Græcorum Colonia C fuerunt, e Græcia comportari curarunt ad ſe Cicutæ ſuccum, in peregrina illa regione vere lethalem; qui ſuccus venenum publicum apud Maſſilienſes cuſtodiebatur. Venenum autem id e Græcia tranſlatum, apud Magiſtratum publicum ſeruabatur, ad necem inferendam ſontibus, ijs de cauſis quas retulit Valerius. Nec ad addendam vim Cicutæ Græcanicæ, vere de ſe lethali, quicquam aliud addebatur, quam vinum pro cito vehiculo ad viſcera principalia. Quæ quidem omnia plane conſtant apud Plutarchum, Plinium, Dioſcoridem, ,, atque Matthæolum. Namque Plutarchus primum in Phocione ſcribit: Quum Tuditus ,, in carcere cicutam cerneret teri, quæſtus eſt, & deplorauit calamitatem ſuam, quod iniu- ,, ſte cum Phocione occideretur: & tu non præclare agi, inquit, putas tecum, quod ſuſtol- ,, laris cum Phocione? Rogante quodam amico, numquid ad filium vellet Phocion? maxi- ,, me, inquit, iubeo vt iniuriarum populi Athenienſis obliuiſcatur. Nicocle, qui amicus ,, eius fidiſſimus erat, rogante, ſibi vt permitteret priori venenum haurire: Hæc quidem, ,, inquit, grauis mihi, Nicocles & dura eſt petitio: Verum quia nihil tibi per omnem vitam D ,, denegaui aliud, hoc quoque largior. Vbi biberunt iam omnes, defecit venenum, & car- ,, nifex aliud negauit ſe triturum, niſi duodecim drachmæ eſſent ſibi numeratæ, quanti de- ,, narij pondus veniebat. Quum intercederet mora, & tempus traheretur, Phocion, ac- ,, cerſito quodam amico, ait, Anne gratis quidem mori Athenis liceret; petijſſeque, vt car- ,, nifici illud æris daret. Hæc ille. Vnde conſtat, Athenis venenum Cicutæ publicum non fuiſſe, quia cuſtodiretur apud Magiſtratum publicum, vt Maſſiliæ; ſed quia publice venderetur a Seplaſiarijs cicutæ ſuccus, exſiccatus ad Solem, & in paſtillos redactus, terendos, & in vino diſſolutos exhibendos morituris. Quod alibi [e] teſtatur idem Plutarchus aiens, ,, Lacedæmone Mineruæ Chalcioeci templum repertum eſt compilatum, intuſq; iacens ina ,, nis lagena. Ea de re quum inter multos, qui accurrerant, diſquireretur, quidam e coro- ,, na hominum: ſi vultis audire, inquit, ego vobis exponam quid mihi in mentem venerit ,, de hac lagena: Exiſtimo ſacrilegos rem aggreſſos ita periculoſam, prius Cicutam bibiſ-

[a] lib. 2. c. 6.
[b] 2. Georg.
[c] lib. 25. c. 12
[d] in Pyrrho.
[e] de Garrulitate.

1. Quæſtio, de veneno publico veterum diſcutitur.

Cicutæ Venenum publicum quomodo diceretur Athenis, & Maſſiliæ.

Digitized by Google

,, se, ac vinum secum attulisse, vt si fallerent, epoto mero vim veneni diluerent, incolumesq;
,, discederent; si vero deprehenderentur, ante tormenta facili ac dolore vacua morte de- A
,, cederent. Hæc illo fato, res tam intricata ac perplexa visa fuit, non suspicantis aliquid ta-
,, le, sed scientis. Itaque circumfusi homini, alius aliunde cœperunt interrogare, quisnam
,, esset? cuius notus? & vnde ista haberet cognita? Denique hoc modo examinatus, con-
,, fessus est, se vnum de illis esse sacrilegis. Quare vel hinc patet, apud Athenienses, solum
Cicutæ succum, absque virulentioris veneni permistione, mortiferum fuisse venenum; præ-
sentaneum quidem cum vino meraciore potatum; at vero segnius cum alio liquore; quod
tamen vino deinceps epoto prorsus extinguitur, vt ait in Lyside Plato, scribens vinum esse
Cicutæ venenum. Apparet hinc etiam, apud Græcos venenum Cicutæ publice prostare
f lib. 25. c. 12. ,, cuicunq; sibi emere cupienti a pharmacopœis. Plinius etiam ait, f Cicutæ venenum est pu
,, blica Athenienſium pœna inuisa; ad multa tamen vsus non omittendi. Semen habet no-
,, xium: caulis autem & viridis estur a plerisque & in patinis. Leuis hic, geniculatus,
,, vt calami, nigricans, altior sæpe binis cubitis, in cacuminibus ramosus: fo-
,, lio coriandri, teneriore, graui coloratu. Semen aniso crassius: radix concaua, nulliue
,, vsus. Semini, & folijs refrigeratoria vis; quæ si enecat, incipiunt algere ab extremitati- B
,, bus corporis. Remedio est, priusquam perueniatur ad vitalia, vini natura excalfactoria:
,, sed in vino pota irremediabilis existimatur. Succus exprimitur folijs floribusque; tunc
,, enim maxime tempestiuum est: Semine trito expressus, & Sole densatus in pastillos, ne-
,, cat, sanguinem spissando. Hæc altera vis; & ideo sic necatorum maculæ in corporibus
,, apparent. *& mox*, Maxima vis natæ Susis Parthorum: mox Laconicæ, Creticæ, Asiaticæ.
,, In Græcia uero Megaricæ, deinde Atticæ. Quæ Plinius decerpsisse videtur a Dioscori-
g lib. 4. c. 74. de scribente, tum g Cicutæ lethale venenum inesse; suaq; vi refrigeratoria necat. Remedio
,, est, uini meraculi potus. Succus exprimitur cõtusis cacuminibus, priusquam semina & co
,, mæ siccescant: qui Sole densatur in pastillos. Multus ad medendi rationem usus est aridi.
,, *& mox*: Efficacissima uis Creticæ, Megarensi: mox Atticæ, & in Chio, & in Cilicia nascen
h lib. 6. c. 11. ,, ti. tum: h Cicuta pota uertiginem excitat, oculis caliginem offundit, ita ut ne minimum
,, cernatur, singultus ciet, mẽtem turbat, extremi artus gelantur: deniq; conuulsi, suppres- C
,, so arteriæ spiritu, strangulantur. Ad quæ loca Matthæolus cõmentaria ponens, ait quidem
i ad lib. 4. Dios. c. 74. primum: i *Cetcrum in Italia Cicutã non adeo exitialem esse. Eam in Hetruria si asini depascantur, postmodũ somno & torpore capiuntur, ita vt non tantũ stupidi, sed plane mortui videantur. Id quod aliquando rusticos huius rei ignaros fefellit. Nam dum asinis, quos mortuos credebant, pellem ad vsum detraherent, accidit mirum, quod in medio fere opere asini experrecti sunt, non sine magno excoriantium terrore, atque ingenti spectatorum risu. Cicutæ breuiter meminit Galenus lib. 7. simpl. med. vbi tantum omnibus notum esse scribit, quod in extremo refrigerantis sit facultatis. Et in lib. Quod animi mores corporis temperaturam sequantur, cicutæ potu illam fieri amentiam tradidit, quam a cicuta ipsa Graci* Conion *appellant. Hoc nobis contigit videre, vt largius libro sexto explicabimus, in quibusdam, qui imprudenter cicutæ radices pastinacæ vice decoctas comederant.* Nam ad eum locum infit K *Cicutæ historiam, & facultates, quibusque in locis magis exitialis proueniat, ita copiose retulimus libro quarto, vt opus non*
K 1. 6. Dioscor. capite. *sit ea hoc loco repetere, nec plura nobis restent addenda. Sed iam ad vires eius veneficas transeundum est. Pota hæc, vel in cibis sumpta (vt Dioscorides inquit) vertigines excitat, visum* D
adimit, oculis caligine offusa, & mentem vsque adeo perturbat, vt in furorem agi videantur, qui hauserint. Quæ omnia experimento nobis comperta sunt. Quippe quum rusticus quidam magnifici Ioannis a Turri vinitor, non longe a Goritia arce suas coleret vineas, ligone forte fortuna erutis cicutæ radicibus, secumque domum delatis, pastinacæ radicis loco decoxit, comeditque in cœna una cum vxore; mox statim (qua rusticorum consuetudo est) ambo iuere cubitum. Media autem nocte, a somno expergefacti, omni penitus amissa ratione, huc atque illuc per domum in tenebris vagabantur, amentia, & furore ducti; vnde adeo caput, faciem, & oculos in parietes percusserunt, vt mane accurrentibus vicinis, partim percussionibus tumidi, partim & effuso sub cute sanguine liuentes, tumentibus admodum oculorum palpebris, horrendam ac monstruosam ostenderent faciem. Vocor ego statim ad curam, percontatisque domesticis, quibus edulijs in cœna vsi fuissent, reperi hos cicutæ esse radices, quas pastinacæ esse credide-

rant.

Digitized by Google

A *rant. Quandoquidem mihi in propinquam vineam adeunti, ostenderunt illi locum, vbi rusticus ille radices effoderat; ibiq; inueni alias cicutæ radices, quæ iam folia emittere incipiebant. Quæ re perspecta, celeriter ad agros redij, quos quidem non multo post tempore, Deo adiuuante, in pristinam mentem & sanitatem restitui; tametsi percussionum curatio multo longior fuerit, quam veneni. Decepta quoque hisce radicibus est superioribus annis quædam nobilis matrona a Coloredo Vtinensi, quæ cicutæ radices proprio in horto effossas toti familiæ decoxit, præbuitque esitandas cariotarum loco. Quinetiam Monachum Franciscanum curauimus, qui pluribus mensibus modo amentia, modo furore agebatur, quod cicutæ folia hortensis petroselini vice piscium quorundam insculis imposita comedisset. Cauent igitur omnes, ne in hac veniant discrimina, &c.* Quibus euidentissime patet, Cicutam Italico, uel Gallicano solo natam, succo suo non posse mortem afferre; sed solum ortam in Græcia, Susisque Parthicis: & hanc omnem habere succum e floribus & folijs expressum salutare præsidium ad multos morbos. At vero succum ex illarum exterarum seminibus expressum, in Sole siccatum, & in pastillos compactum, amisa Solis æstu siccante qualibet natiua humiditate, qua leniebatur utcunque ferocitas illius, nimia frigiditate spiritus omnes in sanguine degentes extinguentem interi- B mere. Quæ quidem frigiditas, ut uino generoso postea super hausto corrigitur, ac eneruatur, ita uino simul epoto cum Cicutæ succi siccati pulueribus tritis, tanquam uehiculo, citius prouehitur ad Cordis calorem, & spiritus omnes extinguendos in sanguine. Sic ergo cicuta nostras exitialis non est necessario, sed solum succus e semine tantum Cicutæ Susianæ Parthicæ, Græcanicæue expressus, & ad Solem omni natiua humiditate siccatus, & in pastillos compactus. Quorum denarij pondus contritum, & in uino meraciore dissolutum, absq; rei ullius alterius adiectu necauit apud Athenienses tum Theramenem, qui non frustra propinauit Critiæ [l] qui causa potissimum eius mortis fuerat; iocabatur enim uir fortissimus in morte: tum Socrates animo mitiore, qui nonnihil spargendo liquoris e poculo ueneni sacrificare voluit; nullam vindictam de Melito, vel Anito, suis atrocissimis accusatoribus cupiens, aut orans aduersus eos Numina, sed vt felix esset sua de præsenti vita transmigratio: tum Phocionem, qui mitiore adhuc animo mandauit filio vt obliuisceretur omnino iniuriarum Athenienſis Populi, quorum decreto necaretur iniuste: tum etiam alios complures. C Qui quidem cicutæ succus propterea publica pœna dicebatur Athenienſium, & quod publice venderetur vnicuique; sicut e Plutarcho nouimus: & quod indifferenter fontibus, & infontibus a triginta Tyrannis, & a Populo bibendus decernebatur. Custodiebatur autem apud Massilienses a publico Magistratu, & quod adeo virulentam Cicutam non habentes in proprijs finibus, cogebantur eam sibi curare transferendam e Græcia: & quod saniore consilio non permittebant vnicuique liberum esse vita sponte, temereque decedere; vt innuit allato antea loco Valerius. Neque mirum est, eandem herbæ speciem in quibusdam terris lethalem esse, & in alijs mitescere quoquo pacto; nam tale quid obseruant peritiores de arbore Persea, non autem de Persico, vulgi supina quadam ignorantia diffamato; siquidem tum Plinius ait [m] *Nam Persica arbores sero & cum difficultate transiere; vt quæ in Rhodo nihil ferant, quod primum ab Ægypto earum fuerat hospitium. Falsum est venenata cum cruciatu in Persis gigni, & pœnarum causa a Regibus translata in Ægyptum, terra mitigata. Idenim de Persea diligentiores tradunt, quæ in totum alia est: myxis rubentibus similis,* D *nec extra Orientem nasci voluit. Eam quoque eruditiores negauerunt ex Perside propter supplicia translatam. Sed a Perseo Memphi satam; & ob id Alexandrum illa coronari victores ibi instituit in honorem Atani sui: semper autem folia habet, & poma, subnascentibus alijs.* & ipse Theophrastus de Persea scribit. [n] *Arborem hanc prodiderunt aliqui in Perside exitiosam esse, translatamque in Ægyptum, mutata natura, in cibos receptam.* Ita de Cicuta putandum, eam Susis, & in Græcia mortiferam esse, non item in Italia, neque in Gallia: Nec vllius admistione virulentioris indiguisse apud Athenienses, vt ab eis damnatos interimeret.

Cicutæ succus exitialis qui sit.

[l] Cic. in 1. Tuscul.

[m] l. 15. c. 13.

[n] 2. Hist. c. 3.

De viribus Antimonij, eiusque vsu in Medicina. Cap. CLXXVI.

QVum itaque Græcanici soli Cicuta sola sibi sufficeret ad mortem inferendam, non est vt illi stibium adiunctum esse dicamus, quo illa de se non lethalis efferaretur in hominum

num perniciem (quod vltimo loco suspicabaris, inclyte Patine) siquidem cicuta nocet vi sua refrigeratoria vehementi calorem vitalem nimium eneruando, ac extinguendo; quam intendere nullo modo potest antimonium, cui non est intensior vis refrigerandi quam cicutæ; nam & autore Galeno [a] stibium ad facultatem exsiccantem adiunctam habet adstringentem, nulla facta mentione refrigerantis, vt qua non polleat: & experimento constat antimonium vim habere potentissimam euacuandi, propterea que non segnem excitandi calorem innatum ad expurgandum, & ad humores noxios extra corpus expellendos; quod efficere non posse cicutam antea notauimus, quæ frigiditate sua calorem eneruans, eum ineptum reddit ad euacuationem noxiorum. Quare tantum abest vt Antimonium vim exitialem cicutæ valeat intendere, quod potius calorem naturalem excitans eam hebetet. Sane de caloris excitatione ab hausto antimonio Matthæolus historiam refert [b] præclaram. Nec obest, a vino cui vis inest excalfactoria, cicutæ venenum, frigore necans, irremediabile reddi; quia non præstat id vinum caliditate sua, sed fluxili tenuique substantia sua, multæ participe humiditatis; qua fit aptum vehiculum cicutæ vaporibus impense refrigerantibus, eos ocyssime deferens in Cor, & Cerebrum, vbi calorem vitæ fundamentum extinguunt: Antimonium vero siccam, & densam, adstrictoriamque naturam obtinens, non potest esse uehiculum ueneno cicutæ ad ea membra principalia, calorem in eis extincturo. Minus obest vulgatum dogma, uitam calido niti, proindeque cicutam, in viuentium genere degentem, calidiorem esse, minusque frigidam inanimato stibio; cuius propterea frigiditas, etiam Dioscoridi [c] nota, valeat intendere cicutæ frigiditatem; etenim primo frigiditas antimonij longe minor est, quam cicutæ; quum calorem non extinguat, nec eneruet, ut frigida cicutæ vis. Deinde dogma commune non est absolute recipiendum; alioquin ignis inanimatus foret cicuta frigidior, quæ planta uiuit. Sed, ut ait Aristoteles [d] comparabilia solum ea sunt, quæ continentur in eodem ordine, suntque consimilis naturæ. Quare dogmatis communis, Animatum calidius inanimato, genuinus intellectus est, quod cicuta uiuens calidior sit cicuta non amplius uiuente; quia mors illi contigit ex innati sibi caloris extinctione; similiterq; de quouis alio uiuente dicendum, illud esse scilicet inanimato suo cadauere frigidius. Modo cicutæ succus nõ est cicuta uiuẽs, nec habet in se caloris cicutæ prius uiuentis gradũ ullum. Quare stibium cicutæ succo uenenato, frigiditate sua mortifero, calidius est; etiamsi a Dioscoride ponatur in genere frigidorum, collatione facta eum remedijs temperatis. Quinimmo leuem habet uim refrigerandi stibium extrinsecus vlceribus admotum; quo sensu Dioscorides ipsum refrigerare scribit; at intrinsecus haustum excitat natiuam caliditatem, & absolute minus frigidum est, siue magis calidum quam cicutæ succus, cuius propterea non potest vim excellenti frigiditate noxiam intendere, magisque mortiferam efficere. Quumq; videam Dioscoridem, & Galenum non omnino proscribere stibium ex usu præsidiorum medicinalium, nec ego tanquam purum putum venenum, veneno cicutæ nocentius antimonium Medicus exhorruero. Tibi tamen, optime Patine, lubens assentio, non debere promiscuum esse vsum huiusce medicaminis in omnibus ægrotantibus absque delectu; præsertimque prægnantibus, infantibus, decrepitis, ac omnino uires imbecilliores obtinentibus exhibendum non esse stibium existimo; sed tamen robustioribus, & extremo quopiam morbo laborantibus, vsum antimonij non penitus interdicerem. Bis enim eo cum felici curatione non ita pridem vti mihi contigit; primo quidem, anno pestilentiæ Patauij grassantis 1631. quum domi coniugem haberem bubone pestifero laborantem in inguine, simul & anthrace in crure: pariterque pedissequam vxoris bubone similiter in inguine conflictatam: vtrisque propinaui infusum antimonij ad sex vncias: nempe vinum album generosum, in quo per integram noctem permanserant grana quindecim antimonij rite præparati: relicto stibio toto in fundo vasis ad alias infusiones plures; non autem exhibita portione prorsus ulla substantiæ stibij. Quo infuso poto, post quaternas horas vtraque vehementer agitari, & ejicere multa tum per vomitum, & secessum, tum etiam per sudores copiosos. Qua materia pestilenti euacuata, post paucos dies vtraque sanitati restituta: licet vxor non antequam carbunculus ignito ferro penitus ambustus fuerit ad intimas radices, nempe donec viua caro substrata, dolorem a caustico sentiens, vociferationes excitauerit. Non multo post Jo: Baptista Bertinatus I. C. Veronensis, amicus Patauij degens, ex esu malorum fungorum,

cum

[a] 9. Simpl.

[b] in li. b. 5. Dioic. c. 59.

[c] loc. cit.

[d] 7. Phys. t. 4. & seq.

A cum vxore ſua, totaque familia, iam morti proximi ſuffocabantur, frigidis iam ſudoribus animam agentes: quibus accerſitus exhiberi iuſſi ſingulis drachmam vnam mithridatij, cum admiſti antimonij præparati granis duobus. Ex quo bolo deuorato, breui vomentes, & aluo pellentes omnem virulentiam fungorum lethalium, ſanitatem priſtinam adepti fuerunt. Raro tamen, & non niſi maximo quopiam in morbo, vel non dante Medicis inducias ad vſum aliorũ præſidiorum, vel eludente reliquorũ medicaminum vires, antimonio vtendũ arbitror.

Hæc ea ſunt, eruditiſſime Patine, quæ tibi reſcribenda meum ad animum, & ad calamum venere. Tu ea boni conſule, ac me ama: meoque nomine plurimum ſaluere iubeas amiciſſimum, eruditione, morumque ſuauitate bonis & doctis omnibus dilectiſſimum Naudæum. Vale feliciter. Dabam Patauij e meo Scalumnæ Muſeo, Idibus Januarij MDCLII.

De Cicuta facultate mollientè Quæſitum. Cap. CLXXVII.

Doctiſſimo Viro, D. Fortunio Liceto, Philoſophiæ Phœnici,
& in Patauino Lyceo Med. Theor. ſupremo Profeſſori
B *Io: Alcidius Muſnier Med. Latharingus.*
S. P. D.

QVæſitum eximij mei Patini, eodem ad te, quo accepi, momento perferendum duxi, Vir Excellentiſs. vt ſi fortaſſis tempeſtiuè ſatis appulerit, Octauo tuorum Oraculorum inſerere queas. Oro te interim, vt quod eidem Patino Reſponſorum adornaueris, ad me tranſmittas. Hoc enim officio plurimum gaudeo, maxime inter homines tam doctos, tamque de me intenſe meritos. Quod ego nec tuos hactenus libros habuerim, nec tu fortaſſe Riolani Anatomen, accuſo pluuias, queis noſtrum hoc Cœlum hucuſque maduit. Omnia tamen citiſſime peruentura confido. Ceterum ne plane vacuus inerſque videar (etiamſi per curſoris imminentiſſimum diſceſſum vix mihi licea) non poſſum tamen non hic meum quoque de Cicuta dubiolum vna cum inclyto meo Patino breuiter inſuere; vtrum ea nempe, & quomodo mollien di vim habeat? Video enim ex huius herbæ ſucco, & ammoniaco parari emplaſtrum ad omnimodas tam Epatis, quam Lienis durities, Heurnio [a] Sennerto [b] Hartmanno [c] aliiſque commendatiſſimum: immo video, nõ cicutæ ſolum, ſed & mandragore liquore dedureſcere vel ipſum Ebur. Quod qua vi, quoque fiat Naturæ ingenio, non ita facile compertum habeo. Conſtat enim vtramque plantam intenſa frigiditate, ac vere deleteria eſſe præditam; adeoq; incraſſando potius, quam emolliendo idoneam. Nec enim arbitror eam emplaſtri facultatem oriri ab ammoniaci calore cicutæ frigiditate quodãmodo temperata; quum tutius id aceto, aliiſq; complurimis obtineas. An igitur forte, quia planta illa diuerſis, vt acetum, opium, & hydrargyrum, concreuit particulis; aut quia calor intro frigiditate cicutæ refugiens auctiori vigore liquat humores, atque rarefacit? Sed hæc duris forte in viſceribus locum habent; minus autem in Ebore. Quare (termaxime ſcientiarum arbiter) tuum erit, iſtud omne, quod noſtris in conſilijs perſæpe controuerſum eſt, ſolita tua ſagacitate, componere in artis & ægrotantium emolumentum. Dum interim te ſumme veneror, & amplector Vale. Raptim Genuæ Pridie Non. Nouembris hora xx.
D anni 1652.

[a] lib. 2. Me. cap. 10.
[b] l. 3. tr. p. 4. cap. 1.
[c] Pract Chy. de Schyr. Epat. & Lienis.

Reſp. Liceti, declarans vnde Cicuta vim habeat emolliendi. Cap. CLXXVIII.

Cl. Viro Io: Alcidio Muſnier Medico Latharingo
Fortunius Licetus B. A.

ACcepi doctiſſimi Patini quæſtiones de Cicuta, tuumque, Cl. Vir, de Cicutæ planta quæſitum. Ad inclytum Patinum mea reſponſa, quæ ſimul cum his habebis, cures velim vt afferantur. Ad tuum vero dubium, *Num Cicuta, & quomodo vim habeat emolliendi Iccoris. Lienis, quin & Eboris duritiem inſignem, quum prepotenti frigiditate polleat?* cuius qualitatis proprium eſt, vel Ariſtoteli [a] congregare tam homogenea, quam heterogenea;

[a] 2. de gen. t. 8.

Digitized by Google

genea; prorsus adeque prorsus addensare; quum e contra mollientia cuncta rarefaciant? non leuis requiritur doctrina, pro recta quæsiti solutione. Certe non negauero Medicis exercitatissimis, & experientissimis, Hortmanno, Sennerto, ac Heurnio, emplastrum e cicutæ succo & ammoniaco paratum, habere vim emolliendi durities insignes lecoris, Lienis, & alias; potissimum quum videam id medicamentum tanti fecisse Collegij Londinensis Medicos celeberrimos, vt in suam remediorum pharmacopœam, elegantissimis refertam medicaminibus, id præsidij genus retulerint. Habet igitur, & me iudice, Cicuta vim emolliendi: Verum, vt ego quidem arbitror, non a sua frigiditate intensa, de qua loqueris in quæsito; sed ab humiditate frigiditati coniuncta, siue sua naturali, siue quoque aduentitia ex permistis alijs alterantibus; nam Aristoteli mollities omnis est ab humidi prædominio: *Amplius*, inquit [b] *molle quidem humidi, durum autem sicci.* Quamobrem vt caliditas nō emollit, nisi cum humiditate coniuncta, & eius beneficio; sic etiam frigiditas nulla potest emollire, nisi beneficio cuiuspiam humiditatis, vel naturalis, vel aduentitiæ, sibi quomodocunque permistæ. Sane quum cicuta sit herba, & ideo in viuentium genere locata, naturali quopiam non caret humiditatis excessu, quo succus eius potest emollire. Quam facultatem etiam sibi sentit augeri non parum ex ammoniaci permistione; cui vim emolliendi tribuit intensam Dioscorides [c] atque Galenus [d] asserens ammoniacum & articulorum tophos dissoluere, & lienes induratos curare, & Chæradas discutere. Nec officit intensa cicutæ frigiditas, quin ab humiditate tam sua naturali, quam etiam aduentitia, vim obtineat insignem emolliendi; nam hydrargyro, cui frigiditas intensa pariter & humiditas naturalis inest, vim emolliendi, ab insita sibi prouenientem humiditate, non tollit, nec imminuit eius intensa frigiditas; enimuero, sicuti durissima quæque metalla mollificat argentum viuum; ita vidi non raro portiuncula eius permista cum diachilone molliri durissimos tumores œdematosos. Itaque facile mollit omnes durities emplastrum e cicuta, non frigiditate, sed humiditate sua, tam natiua, quam aduentitia, permistione vel ammoniaci, vel aliorum ingredientium humidiorum, proindeque molliendi facultate pollentium. Eadem ratio de Mandragora; cui vim emolliendi tribuit Dioscorides [e] efficacissimam, vt non solum durissimos tumores discutiat; sed efficacissimam Eboris emolliendi vim habeat. Et Galenus [f] mandragoræ frigiditatem insignem agnoscit, & in pomis eius humiditatem, cuius actio est emollire. Congregat quidem, & addensat, induratque frigiditas per se, ac propria natura sua; sed calor itidem incrassat concoquendo, duratque lutum, & lateres in fornace, per se pariter. At vero mollities per se prouenit ex humiditate, sicut e siccitate ariditateque durities. Cicuta sane ratione suæ frigiditatis non emollit, sed solum humiditate sibi quomodolibet adiuncta, vel a natura, vel ab arte, copulante lacrymam ammoniaci, siue cuiuspiam alterius humidi cum cicutæ succo, foliis caulibusque contusis, in cerati, vel emplastri formam. Profecto cicuta necat frigiditate sua sanguinem spissando, & incrassando; sed hoc non tollit quin emollire valeat humiditate, sibi quomodolibet inexistēte; namque crassitudini spissitudiniq; solum opponitur tenuitas, atque raritas; non autem mollities; quæ contrariam habet duritiem solam; atque vt mollities cum crassitudine, spissitudineque reperitur in maza, pulte, multisque alijs; ita durities cum tenuitate in lamina ferri, acie gladij: & cum raritate in pumice. Ita de proposito censeo dicendum, Alcidi cl. Tu mea cogitata boni consule, ac me ama. Dabam Patauij e meo Scalumnæ Musæo. Idibus Januarij M DC LII.

[b] 2. de gen.

[c] lib. 3. c. 82.
[d] 7. simpl.

[e] lib. 4. c. 7

[f] 9. Simpl.

Sed redeamus ad Hieroglyphica Gemmarum Anularium,



Animum

Digitized by Google

A *Animum mariti nudum intueri ſtudens vxor etiam proba, plerumque multum nocet ſibi, & viro coniugi.*

Schema LVIII. Gemma.



B

C

Cupido auolans a Pſyche ſibi non morigera, ſiue Pſyche Cupidinem auolantem ad ſe trahere ſatagens. Cap. CLXXIX.

IN eodem antiquitatum eximiarum gazophilacio Pignoriano reperta fuit etiam alia imago Gemmæ Cupidinem auolantem a Pſyche referens: de qua luculentiſſime fabulatus eſt Apuleius in ſuis Transformationibus [a] aſſerens pulcherrimam, & ſimplicitate animi probam Pſychea olim Cupidini nuptam ea conditione, vt felix frueretur nocturnis amplexibbs dilecti ſponſi, ſemper in tenebris, interdiu ſeruitio gauderet inuiſibilium famularum, ditiſſimam domum incolens, & amœna viridaria perambulans ad voluptatem; nunquam cuperet, auderetue mariti ſpeciem in lumine conſpicari; quod obtutus coniugis & ſibi, & ſponſo futurus eſſet calamitoſus, ac nimium infortunatus. At a ſororibus inuidis male ſuaſa Pſyche videre cum quo noctu rem haberet, quaſi cum dracone cubaret; accenſa Lucerna maritum auſa ſpectare, quem creditum anguem obtruncaret armata nouacula; dum aſpicit ſomno ſopitum pulcherrimum Veneris filium nudum, tremebunda ſtillam feruentis olei de Lucerna ſuper humerum Amoris effundit, qui dolore a ſomno excitatus, infidam ſibi coniugem aſpiciens, ab ea protinus auolauit, ſruſtra tentante prehenſo pede coniugem ad ſe retrahere: a quo vulnerato acriter obiurgata in varias calamitates incidit; quum ipſe ad vltionis dolorificæ plagam curandam procul abſceſſerit, a matre plurimum etiam obiurgatus de mortali matrimonio. Hanc Amoris a Pſyche derelicta fugam vt affabre delineauit priſcus autor in Gemma, ſic apte cum Apuleio monet cordatas mulieres non debere maritorum ſecreta contra coniugum voluntatem explorare; ſed illa um tantummodo rerum cognitione contentas eſſe debere, quæ ſponte ſibi viri communicare voluerint, alioqui multas in calamitates eſſe caſuras, maritoſque non leuiter offenſuras. Nouerint ergo nuptæ, ſe

[a] lib. 5.

D

[b] Gen. 3.16. a ſummo Deo [b] ſub poteſtate viri conſtitutas eſſe, nec ſibi licere res illas agnoſcere, quarum cognitionem eis viri vetuerint. Fabulam de Pſyche notiſſimam, & ab Apuleio luculentiſſime deſcriptam, non eſt vt in præſentia referamus. Ceterum quid illud obtruncatum caput, vel potius larua, ſiue perſona, veluti pendens de manu Pſyches in gemmula notat? ſi caput eſt obtruncatum, næ Pſyches intentionem indicat obtruncandi coniugem ignotum, quem malo ſororum inuidarum ſuaſu ſuſpicabatur eſſe dirum ſerpentem, & nunc humana ſpecie præſtare conſpicit Amorem; quemque prius ignara ſororibus dixerat eſſe virum barbatum in ætate conſiſtentiæ. Sed ſi larua perſonatorum dicenda, mihi diuinandum eſt; qua quidem in re, quum laruæ nomen commune ſit tum perſonis, quæ tegmina ſunt humanis vultibus imponi ſolita, ne facile cognoſcantur ab alijs; tam in theatris, vt mimi perſonas alienas in dramate repreſentantes pro alienis illis reputentur: quam tempore Bacchanalium feriarum, vt liberiori licentia laruati tripudiare valeant, dicteria probroſa de plauſtro iacere, gernioque prauo prorſus indulgere; tum etiam malis genijs incorporeis, qui Lemures, & Lares dicuntur; a quibus deductum Laruæ vocabulum. Laruam faciei per metalepſim pro Larua mali genij poſitam, delineatamque reor in Schemate gemmulæ. Porro notum eſt, Laruas a Laribus dici, qui ſunt inferorum vmbræ noxiæ; de quibus in Amphitruone Plautus, *Nam hæc quidem ædepol Laruarum plena ſunt*: Vnde Laruati dicuntur furioſi, & mente moti quaſi a Laruis exterriti; quales multi ſunt eorum, qui vulgo dæmoniaci appellantur. Plautus item: *Laruatus ædepol hominem miſerum mendicum quæritat*: Hi etiam Ceriti dicuntur a Cerere, quaſi Cereris ira animo vexati. Plautus idem: *Certe Laruatus, aut Ceritus*. Larua etiam perſona dicitur, vt notabamus προσώπειον, μορμολικον, & Laruatum dicimus perſonatum. Apuleius in Apologia Laruas illas appellat, *noctium occurſacula, buſtorum formidamina, ſepulchrorum terriculamenta*. Diuo Auguſtino in libris de Ciuitate Dei [c] Laruæ dicuntur *animæ hominum deprauatæ, & in malis vitæ meritis maculatæ, quæ a corpore ſeparatæ terriculamentum ſunt mortalibus*. Plinius *Fatuos* vocat, qui paſſim feminarum amaſij creduntur, quos *Follettos* appellant Itali. Plinij verba ſunt [d] *Natrix vocatur herba, cuius radix euulſa virus hirci redolet. Hac in Piceno a feminis abigunt, quos mira perſuaſione Fatuos vocant. Ego ſpecies lymphantium hoc modo animorum eſſe crediderim, qui tali medicamento iuuentur*. De quorum Larium libidine in feminas, & coitu mirabili poſtea Plinius idem ita fatur [e] *Non prætеribo & vnum foci exemplum, Romanis literis clarum: Tarquinio priſco regnante tradunt, repente in foco eius apparuiſſe genitale e cinere maſculini ſexus: eamque, quæ inſederat ibi, Tanaquilis Reginæ ancillam Ocriſiam captiuam, conſurrexiſſe grauidam. Ita Seruium Tullum natum, qui regno ſucceſſit. Inde & in regia cubanti puero caput arſiſſe viſum, creditumque Laris familiaris filium. Ob id compitalia, & ludos Laribus primum inſtituiſſe*. Scilicet illo Dæmone ſuſceptum e viro quopiam ſemen genitale, cum quo coiuerat ſub feminæ ſuccubæ ſpecie; ſeruatumque calidum ſperma mox ſub genitalis virilis forma ſecundum immittente in vterum ad focum ſedentis ancillæ captiuæ. Sane Platonicus Apuleius in ſuo libello de Deo Socratis explicat, animas humanas, dum in corpore ſunt, *Genios*, & *Dæmones* nuncupari; quum a corpore ſeiunguntur, ſi boni meriti ſint, poſterorum ſuorum curam ſortiri, & placato quietoque numine domum poſſidere, & vocari *Lares familiares*. Sin ſcelerate vixerint; propter aduerſæ vitæ noxias, nullis bonorum ſedibus recipi, ſed in terra vagatione, ſeu quodam exilio, puniri, & inane terriculamentum bonis hominibus, noxium malis, Laruas perhiberi. Apuleius idem in Apologia, *Et tibi, ait, Æmiliane, deus iſte Mercurius, ſuperum & inferum commeator, verorumque deorum malam gratiam, & ſemper obuias ſpecies mortuorum, quicquid Vmbrarum eſt vnquam, quicquid Lemurum, quicquid Manium, quicquid Larnarum oculis tuis ingerat: omnia noctium occurſacula, omnia buſtorum formidamina, omnia ſepulchrorum terriculamenta*. Et Arnobius [f] teſtatur, ſolitos adiurare certa nomina, ne animæ hic in terris detinerentur vagantes circa ſua corpora. Teſtantur de viſionibus animorū Dion in Caracalla, & in Tito: Plutarchus in Cimone, Dione, Bruto, Alcibiade, Addit Platonicos (fidē excipio) ſecutus D. Auguſt. [g] hoſce vocari *Lemures*. Seruius Honoratus ſcribit eos *Manes* vocari, quandiu in alia corpora nondū migrarunt. Verum enimuero certum eſt, apud antiquorum plurimos nomine Laruarum intelligi incorporeas

Perſonarum vſu.

Laruæ nomen vnde dictum.

Ceriti qui dicti.

[c] lib. 4. & 8.

[d] lib. 27. c. 12

[e] l. 36. c. 26. F.

Compitalia cur inſtituta Laribus.

Filius a Lare vt genitus.

Lares familiares quid antiquis.

[f] lib. 2.

Animarum apparitiones

[g] lib. 2. de Ciu.

Digitized by Google

A poreas improbarum animarum, malorumque geniorum naturas; quæ ſicut aliquando ſub vmbrarum ſpecie ſolent apparere mortalibus; ita frequenter inuiſibiles, abſque corpore ſenſibili, aut cædunt viuentes alapis, aut eos alloquuntur; ipſiſque præbent obſequia: cuiuſmodi Cupidinis vxori Pſyche dudum contigiſſe fabulatur in ſua Metamorphoſi Madaurenſis, inquiens de puella, pretioſum ſine pretio palatium coniugis Amoris ingreſſa: [b] *Hic ei ſumma cum voluptate offert ſeſe vox quædam corporis ſui nuda: & quid, inquit, Domina tantis obſtupeſcis opibus: tua ſunt hæc omnia; proinde cubiculum te refer, & lectulo laſſitudinem refoue, & ex arbitrio lauacrum pete. Nos, quarum voces accipis, tua famula ſedulo tibi ſubminiſtrabimus: nec corporis curata tibi regales epulæ morabuntur. Senſit Pſyche diuinæ prouidentia beatitudinem, monitaſque voces informes audiens, & prius ſomno, & mox lauacro fatigationem diluit; viſoque ſatim proximo ſemirotundo ſuggeſtu propter inſtrumentum cœnatorium, rata refectui ſuo commodum, libens accumbit, & illico vini nectarei, ediliorumque variorum fercula copioſa, nullo ſeruiente, ſed tantum ſpiritu quodam impulſa ſubminiſtrantur. Nec quemquam tamen illa videre poterat, ſed verba tantum audiebat excidentia, & ſolas voces famulas habebat. Poſt opimas dapes quidam introcedit, & cantauit inuiſus, & alius cithara pulſauit, quæ videbatur nec ipſa: tunc modulata multitudinis conferta vox ad aures eius affertur, vt quamuis hominum nemo pareret, chorus tamen eſſe pateret, &c.* Cuiuſmodi præſtigias dæmonum ab incantatoribus Magis apud Magnum Imperatorem Tartarorum vidiſſe ſe M. Polus olim teſtatus eſt inquiens: [i] [Dum Magnus Cham in aula ſua ſedet ad menſam, quæ ſicuti dicetur, altitudine ſupra cubitos octo extollitur; & in aulæ medio procul ab ea menſa præparatus eſt grandis abacus, ſuper quo poſita ſunt vaſa potui deſeruientia: tunc Magi ſuis artibus operantur, vt phialæ plenæ vino, lacteue, vel alijs diuerſis potionibus, ſponte ſua, nullorum ope miniſtrorum, impleant Cyathos: & progrediantur hi pleni calices vltra ſpacium decem vlnarum per aerem in manum Magni Chami; qui poſteaquam biberit, eadem pocula redeunt ad locum, vnde deuenerant. Et hoc agunt coram illis, quos Dominus vult videre huiuſcemodi mirabilia. (Quæ repetuntur etiam inferius ab eodem M. Polo ſcribente:) [k] Sed, vt apparebat ex actionibus Magni Chami, ipſe cenſet veriorem & meliorem alijs eſſe Fidem Chriſtianam; quia dicit, ea non imperat rem, quæ non ſit plena omni bonitate ac ſanctitate: Et nullo modo permittere vult, Chriſtianos ante ſe portare Crucem; & hoc quia in ea vulneratus fuit, & mortuus, tam inſignis homo, qualis fuit Chriſtus. Poſſet aliquis dicere, poſteaquam ipſe cenſet Fidem Chriſti meliorem alijs, cur ad eam non accedit, & fit Chriſtianus? Cauſa eſt, vt ipſe dixit D. Nicolao, & Maphæo, quum eos miſit Nuncios ad Papam, qui quandoque verba faciebant ad eum de Fide Chriſti: dicebat ipſe: Quomodo vultis me Chriſtianum fieri? Vos videtis Chriſtianos in hiſce regionibus degentes, eſſe tam ignaros, vt nihil ſciant, & nihil valeant: & videtis iſtos Idololatras ex aduerſo agere quodcunque volunt, & multa patrare mirabilia: & dum ad menſam ſedere, veniunt ad me ſcyphi, qui ſunt in medio aulæ, pleni vino, & potionibus, & rebus alijs, nemine cyathos illos tangente: & cum illis bibo. Conſtringunt ijdem Ethnici malas tempeſtates aeris ire quocunq; volunt: & multa faciunt admirabilia: &, vt ſcitis, illorum Idola loquuntur, & eis prædicunt omnia, quæ cupiunt. At ſi me conuerto ad fidem Chriſti, & Chriſtianus fio; tunc mei ſatrapæ, aliæque gentes, qui non accedunt ad Chriſti fidem, mihi dicerent: Quæ cauſa & mouit ad baptiſmum, & ad tenendam fidem Chriſti? quas virtutes, aut quæ miracula Chriſti vidiſti? & aiunt iſti Ethnici, mirabilia, quæ faciunt, agere ſanctitate & virtute Idolorum: tunc ego neſcirem quid illis reſponderem; ita quod maximus error oriretur inter ipſos; & iſti ethnici, qui ſuis artibus & ſcientijs operantur talia, mihi facile mortem incutere poſſent. Sed vos ite ad veſtrum Pontificem, & meo nomine rogabitis ipſum, vt ad me mittat centum homines ſapientes veſtræ legis, qui coram iſtis Idololatris reprobent quod agunt; & aſſerant etiam ſe ſcire, poſſeque facere ſimilia: ſed ea nolle facere, quia fiunt arte diabolica, & vi malorum ſpirituum: & ita eos vincant, vt nō habeant poteſtatem ea patrandi coram ipſis Chriſti fidelibus. Tunc, quum videro id, reprobabo illos, & illorum legem: & ita baptizabor. Et quando baptiſmum ſuſcepero, cuncti mei Proceres, atque magnates baptiſmum accipient; & poſtea ſubditi eorum quoque baptiſmate luſtrabuntur; & ita multo plures Chriſtiani fierent hic, quam in partibus veſtris.] Conſtat igitur olim Magos, inter quos Apu-

[b] lib. 5. p.

[i] lib. 1. c. 31.

[k] lib. 2. c. 2.

leius non ignobilis habetur, consueuisse malorum, sine corporibus degentium, opere multa patrare, qua in pœnam, qua in obsequium malum viuentium mortalium, potissimum pulchriorum mulierum, quarum amatores nequam esse diffamantur. Ad hos itaque Lares incorporeos, ipsi Psyche famulitia præstantes in gemmula fingendos, atque visui sculpendos, nihil aptius inuenire potuit autor iste Schematis, quam laruam visibilem, quæ cum Laruis inuisibilibus commune saltem nomen habet; dum videt incorporeos omnino spiritus per se cælari, sculpiue minime posse; per metalepsim eos larua sensibili repræsentare voluit. Loro vinctam autem Laruam a Psyche teneri finxit, vt indicaret Psychen supra Laruas illas famulas imperium habuisse supremum. Quin etiam, si non Larua fuerit, sed caput obtruncatum; Psyche suum ad arbitrium illud habuisse signatur, quando caput dormientis mariti nouacula secare potuisset ad votum, ni Lucernæ feruens oleum in humerum cadens, ipsum excitasset a somno ad fugam. A

Amarissimo munus cœlitus datum humanæ naturæ ad procreandas multas bonas actiones. B

Schema LIX. Gemma.



C

D

Doridis natura explicata. Cap. CLXXX.

NVnquam effœtum illud Pignorianum Musæum exposuit nobis Doridis imaginem, mulieris pinguioris caput, cum Luna cornuta supra verticem, & inscriptione DORY, vitio

A vitio fabrili cum Y. Appoſita fuit inſcriptio Doridis, ne quis a ſigno Lunæ Dianam intelligeret. Fuit autem Heſiodo,[a] Boccacio,[b] & Gyraldo,[c] Doris Oceani & Magnæ Thetyos filia, vxor Nerei, & mater omnium Nympharum, quæ plurimæ fuere præſides humoribus partes omnes orbis fœcundantibus. Interpretatur Amarities, & Munus, & ſumitur pro Aqua maris. Ita Boccacius: *Doris ſecundum Paulum & Theodontium filia fuit Oceani & Thetyos, & Nerei fratris ſui coniunx, atque Nympharum mater. Huius Virgilius in Bucolico carmine meminit, dicens:* [*]

[a] Theogon. [b] Geneal. l. 7 cap. 8. [c] Synt. 5.

[*] Ecl. 10.

,, Sic tibi quum fluctus ſubter labere Sicanos
,, Doris amara ſuam non intermiſceat vndam.

Hanc aliqui volunt Munus interpretari, eo quod aqua oportuniſſima mortalibus loco Muneris a Deo exhibita ſit. Alij vero dicunt Amaritudinem intelligi, & idcirco Nereo marino Deo nuptam, quia Amarum ſit mare, vt appareat vti viro perpetuo iuncta coniunx eſt, ſic & aqua marina amaritudo coniugio ſtabili iuncta ſit. Oceani autem ideo filia dicta, quia ex aqua Oceani Sole agente amaritudo naſcatur, qua poſtea mari miſcetur Mediterraneo, in quo Nereus dictus eſt. & antea: [d] *Doris autem Amaritudo interpretatur, quæ quidem Solis agente feruore aquæ marinæ, vt Phyſici teſtantur, additæ eſt. Quod experientia notum videtur: nam, vt aiunt nautæ, ſalſedo illa ſuperficiei aquæ maris tantum immiſtæ eſt, quum infra decem paſſus dulcis inueniatur.* & adhuc infra [e] *Nereum marinum Deum, Oceani & maioris Thetyos filium priſci gentilium voluere Theologi, eique Dorim ſororem ſuam iunxere coniugi; ex qua volunt Nympharum agmen ſuſcepiſſe. Is enim aqua eſt; vulgo enim Græce Neros aqua dicitur. Oceani & Thetyos filius, eo quod omnis aqua progrediatur ex illo. Quod autem alio nomine vocetur, ab illo poteſt eſſe cauſa quia ſinus ſit maris; & ſic eſt, non eo æuo factus, quo Oceanus factus eſt. Refert enim Pomponius Mela, Herculis opus fuiſſe, Abilam Mauritaniæ promonterium a Calpe Hiſpaniæ monte olim ſeparatum, quum perpetuo eſſent iugo coniuncti; & tunc medias in terras Oceanum intraſſe; & ſic Oceanus mediterraneus factus, noua potuit quæſiſſe nomina. Introductus autem & Nereus cum Doride coniuge, ideſt aquarum Amaritudine, multas apud nos genuit Nymphas, ideſt humiditates, qua forſan ante non erant.* Pomponij verba ſunt: [f] *Deinde eſt mons præaltus, ei quem ex aduerſo Hiſpania attollit obiectus; hunc Abilam, illum Calpen vocant, Columnas Herculis vtrumque. Addit fama nominis fabulam. Herculem ipſum iunctos olim perpetuo iugo diremiſſe colles, atque ita excluſum antiqua mole montium Oceanum, ad quæ nunc inundat, admiſſum. Hinc iam mare latius funditur, ſubmotaſque latius terras magno impetu inflectit.* Conſimilia poſtea profert Solinus [g] cui, *Non erit omittendum, vnde mediterranea maria caput tollant. Exiſtimant enim quidam ſinus iſtos a Gaditano freto naſci, nec aliam eſſe originem, quam inundationem irrumpentis Oceani, cuius ſpiritu peruagante apud aliquot mediterranea littora, ſicut in Italiæ parte, fieri acceſſus vel receſſus.* Hinc Oceanus dictus Pater magnus Nerei, ac Doridis, hoc eſt maris Mediteranei. Eſt enim fabula, vt inquit etiam Scholiaſtes apud quoſdam ſcriptores, ante Herculem, ſiue is Ægyptius fuerit, ſiue Thebanus, nullum præter Oceanum tellurem ambientem, fuiſſe mare aliud; ſed effoſſis Calpes & Abilæ mõtium ab Hercule radicibus (qui poſtea Herculis Columnæ vocatæ ſunt) Oceanum primum in terras irrupiſſe, ſicque mediterraneum mare cœpiſſe ferunt. Plinius ante hos etiam *Proxima*, ait [h] *faucibus vtrimque impoſiti montes, coercent clauſtra, Abila Africæ, Europa Calpe, laborum Herculis meta. Quam ob cauſam indigenæ Columnas eius Dei vocant, creduntque perfoſſas excluſa antea admiſiſſe maria, & rerum naturæ mutaſſe faciem.* Ceterum Doridis, quæ maris aquam deſignat Amaram, ſuperimponitur capiti Luna falcata; quod Luna inter omnia ſidera præficitur humiditati, maximeque marinæ; quæ ſuos fluxus & refluxus mutari ſibi ſentiat, augeri nimirum, atque minui proportionabiliter ad augmenta & decrementa Lunæ, ſiue Lunaris lucis in eius facie ad terram verſa. Eſt autem Amaritudo maris donum, ac munus æthereum, quod fiat, ſicut etiam ſalſedo, permiſtione ſiccarum exhalationum terreſtrium aduſtarum, ſub atomorum forma iugiter ex alto deſcendentium in ſubiectas aquas maris, vt ait Ariſtoteles: [i] cui quoque *per cinerem colata aqua fit amara*, eadem ratione; commiſtione ſcilicet aduſtæ terræ cum aqua. Guſtui vero ſalſior, & amarior eſt aqua maris in ſummo, quam in medio, & imo corpore ponti; tum quia terreſtres partes aduſtæ de cœlo deſcendentes in mare, ſuam integram naturam obtinent in ſummitate

[d] lib. 2. c. 3. Mare in ſuperficie amarum eſt non in imo fundo. [e] lib. 7. c. 14. Oceanum vt mediterraneum genuerit [f] cap. 5 lib. 1 [g] cap. 28. [h] l. 5. Proœm. [i] 2. Meteorolu. 1. c. 3. Cur aqua maris amarior in ſummo quam in imo

mitate maris; quare partem illam afficiunt & alterant magis, quam partem inferiorem, ad quam descendunt eneruatis viribus, remissaque valde qualitate amaritudinis: tum quia Solis calor e maris portione superiore facit euaporare partes aquæ tenuiores, quæ dulces existunt; quum ad profunda maris calor Solis euaporationes eiusmodi suscitans viuidus nõ pertingat; quam rationem alibi protulit [k] Aristoteles. Verum hac de re fuse nos in Dialogo de Stagno Palæstinæ [l] propediem inuulgando. Pinguis autem pingitur Doris in Schemate, non solum quoniam maris aqua multam obtineat pinguedinem, e balenarum, ceterumque corporibus immanibus effluentem; nam olei magna copia ducitur ex illis in littus aut vi tractis hominum industria, aut violentia sæuissimarum procellarum impulsis; qua pinguedine mare scatens aliquando tactum de cælo flammas concipit; ita putarim arsisse, quondam mare iuxta Siciliam, de quo portento famam constantem esse testatur [m] Andr. Libauius. Eandem caussam assignauerim illi miraculo, de quo Plinius [n] aserens, *Trasymenum lacum arsisse totum*: in quo maximam haberi piscium copiam ait Leander in Etruria Mediterranea, de qua re Siluius Italicus: [o]

,, Nec minus Herminium primis obtruncat in armis
,, Asuetum Trasimene tuos prædantibus hamis
,, Exhaurire lacus . . . . . .


Ant. Maginus, Præceptor, apud Ptolemæum Geographum Tusciam describens ait, *Sunt quoque nonnulli perampli lacus piscium refertissimi, vt est lacus Perusinus, olim Thrasymenus vocatus præ ceteris Italiæ, aspectu pulcherrimus & amœnissimus, pisciumque optimorum mira, & inaudita copia fecundus; qui ad Hetruscos, Vmbros, Picenos, Romam quoque aduehuntur. Huius forma rotunda pene est, complectens in ambitu triginta miliaria: littus maritimo simile, arenosum, & aqua colorem maris amulatur, lucida, & perspicua; aquam nec refundit, nec alienam recipit.* Insignis clade Flamminij Romanorum Consulis, Hannibalis Pœni victoria. Profecto color cæruleus maris, & lacus Trasymeni non aliunde mihi est, quam ex multa pinguedinis oleosæ participatione, quam cum multitudine piscium in ijs aquis esse necesse est; quamque fuisse vtrobiq; escam incendij, probabilissimum est a fulmine cælitus in eos iacto. Verum etiam effingitur in Schematis Doris pinguis, quod elementum aquæ sit materia nutriendis, augendis, & impinguandis corporibus, vt ait Hippocrates [p] alicubi; quocirca mulieres temperatura humidiores, viris corpore sunt obesiores, pinguioresque; ac proinde veteres in comburendis corporibus defunctorum in acie, singulis decem virilibus, vnum muliebre cadauer adiungebãt, vt huius pinguedine perunctas pyra citius arderet. Ceterum vt amaritudo mari cælitus data fuit, ex necessitate quidem naturæ, ob admistionem adustarum exhalationum sub atomorum specie de cælo cadentium, attamen huius finis etiam gratia, quo pisces alimento gratiori & ipsi fruerentur, & nobis etiam præstarent; etenim nos & salem, & amara pleraque vsurpamus in condimentis ad gratiam gustui comparandam: Ita prorsus in vita mortali Deus nobis multas amaritudines imperitur, vt ijs bona maiora nobis comparemus; vnde non nisi laboribus multis exantlatis Hercules diuinitatem assecutus ponitur ab Ethnicis: Et scientiæ laudem & habitum comparamus non nisi vigilijs acerbis, atq; sudoribus; nam, vt ait ille, virtutem posuere Dij sudore parandam. Et gloria cælestis a nobis Christianis acquiritur amaritudinibus tribulationum; nam si oportuit [q] pati Christum, & ita intrare in gloriam suam; quanto magis nos oportet perpeti multas tribulationes ad acquirendum gloriam cælestem? qui vult venire post me, dicit Dominus [r] abneget semetipsum, & sequatur me: neque coronabitur, ait Apostolus [s] nisi qui legitime certauerit. Sic ergo Doris pinguis & pulchra est, quoniam amara, & donum Dei; nam quos Deus amat [t] corrigit & castigat, saltem vt exerceat eos in patientia, tribuatque illis occasionem plurium meritorum; quod apertissime constat in Iob, amico vero summi Dei, siue quem Deus vnice diligebat.

[k] 23. Sect. prou. 30.
[l] Disp. 2.
Maris pinguedo vnde fit.
Mare cur arserit.
[m] 1. Bõ byc. cap. 8.
[n] l. 2. c. 107.
[o] lib. 5.
Cæruleus color maris vnde fit.
Thrasymenus locus cur arserit.
[p] de Aer. aq. & loc.
Amaritudo mari cur insit.
Amarum inter cõdimenta ponit.
[q] Luc. 24. 26
[r] Matt. 16.
[s] 1. Tim.
[t] Prou. 12.

Digitized by Google

A *Meditatio frequens & intensa quatuor nouissimorum retrahit homines a vitijs ad virtutes & veram pietatem.*

Schema LX. Gemma.



B

C

Quatuor Nouissimorum explicatio in Gemma hieroglyphicis, & primum, quod Anulus sit symbolum memoriæ rerum. Cap. CLXXXI.

D PVlcherrimis & multis insignita hieroglyphicis postrema Gemma, prodiens nobis e Museo Pignoriano, consilium præceptumue ob oculos ponit oraculi diuini: * *Memorare Nouissima tua, & in æternum non peccabis.* Sunt autem ea nouissima quatuor, Mors, Iudicium diuinum de actionibus humanis in vita patratis: Actionum prauorum pœna post Iudicium: & Actionum bonarum præmium. Profecto Memoriam, siue cognitionem, atque meditationem rerum apud antiquos hieroglyphice significat Anulus; nam Anulorum inuentionem passim ad Prometheum referunt, quem vinctum Caucaso solui Iupiter ea lege iusserit, vt semper secum ferret pristinæ siue seruitutis siue solutionis memoriam, anulum ex catena detractum cum scrobe saxi, cui ligatus fuerat vt Plinius [a] obseruat, & [b] Pierius de communi fama. Et Polydoro Virgilio, de rerum inuentoribus agenti [c] Iupiter ne erga Prometheum parum gratus videretur, ac vt liberationis eius perpetua memoria foret, anulum illi gestandum dedit. & Cælio Rhodigino: [d] Qui fabulosa consectatus Iouis ea voluminibus complexi sunt, coronarum in ludis eam ferme originem tradidere, Prometheum quum Ioui

* Eccl. 2. 7. F.

Anulus memoriæ symbolum.

a lib. 33. c. 1. & l. 37. init.
b Hierogl. 36
c lib. 21. c. 21
d lib. 6. c. 19.

Paria-

Pariarum sortem patefeciſſet de Thetidis filio, quem Patre illuſtriorem amplioremque fuſurum cecinerant, ab eo vinculis liberatum: ea tamen ratione, vt anulum lapide & ferro compactum geſtaret, ne omnino pœna videretur exſolutus; quod & anulorum initium agnoſcitur primum. Olim etiam obſeruauimus [e] in opere noſtro de Anulis Antiquorum inſcripto, Veteribus ad memoriam tum interiorem, tum etiam exteriorem Anulos vſui fuiſſe. Memoriam interiorem dico, quæ de rebus gerendis, aut dicendis in animo ſeruari debet: exteriorem appello, quæ ponitur in ſignis materialibus extra animum. Porro de Anulis ad memoriam interiorem, ita Quintilianus [f] Dandi ſunt certi quidam termini, vt cõtextum verborum (qui eſt difficillimus) continuet crebra meditatio, partes deinde ipſius repetitus ordo coniungat. Non eſt inutile, quo facilius hæreant, aliquas apponere notas, quarum recordatio commoneat, & quaſi excitet memoriam. Nemo enim fere tam infelix, vt quod cuique loco ſignum deſtinauerit, neſciat: vt ſi erit tardus ad hoc, eo quoque adhuc remedio vtatur, vt ipſæ excitent notæ. Hinc eſt ex illa arte non inutile, attendere ſigna ad eos, qui exciderunt ſenſus: anchoram (vt ſupra poſui) ſi de naui dicendum eſſet: ſpiculum, ſi de prælio. Multum enim ſigna faciunt: & ex alia memoria venit alia, vt quum tranſlatus Anulus, vel alligatus commoneat nos cur id fecerimus: nempe ſi ſueti deferre anulum in digito prope minimum, transferamus ad indicem, aut pollicem, aliumue digitum, in teſſeram rei, cuius meminiſſe volumus; vel, ſi ſueti ſolum anulum geſtare nudum in eodem digito, vinciamus ipſum filo ſerico, vel alio quolibet vinculo. Ceterum ævo noſtro formantur anuli ad memoriam tres ad inuicem concatenati, quos vna iunctos eodem digito geſtare ſolemus; at quando ſignum eſſe volumus vnius rei, tunc pendulum vnum gerimus extra digitum; quando vero duarum meminiſſe lubet, binos pendere ſinimus a tertio digitum veſtiente; at vero ſi trium, vel plurium rerum memoria ſeruanda ſit, mutamus anulo digitum, & internodium. Eiuſmodi ſiue aureos, ſiue argenteos, ſiue ex alio metallo, nuncupare conſueuimus a fine, Anulos Memoriæ; formanturque teretes alithi, & apiri, ſine gemma, & ſine funda: colligantur vel unico uinculo trium foraminum, uel inuicem ipſi ſibimet uincula ſunt, inſtar catenulæ. Ad memoriam externam uero facit ille, de quo pius & eruditus Notarinus in Schediaſmatibus [g] vbi Anulum in piſce repertum legimus, eius nomen referentem, qui illum piſcem in ſtagno locauiſſet. Fridericus II. Imperator, cum alias vir eruditus fuit, & Græce etiam (mirum ſuo ſeculo) calluit, tum animalium naturæ ſtudioſus fuiſſe uidetur, ex eo quod (vt tradit Conradus Celtes) Lucius piſcis anno Sal. 1267. captus eſt in ſtagno circa Haillum, Imperialem Sueuiæ vrbem: & repertus in eo Anulus ex ære Cyprio, in branchijs, ſub cute, modica parte ſplendere viſus eſt: Anuli inſcriptio fuit hæc: *Ego ſum ille piſcis, in ſtagnum primus impoſitus, per Mundi Rectoris Friderici II. manus, die V. Octobris.* Sic ex Græco interpretatus eſt Ioannes Dalburgus, Vuormatienſis Epiſcopus. Huic ſimile ſatis eſt, quod Athenæus ait: [h] *Ego vero in Chalcidis Arethuſa cum admiratione vidi ceſtros manſuefactos, & anguillas aureis argenteiſque ornatas inauribus: & quæ tum obiectum cibum a ſpectatoribus acciperent, tum a ſacerdotibus victimarum exta, & mulſum caſeum.* Plinio quoque [i] in Jouis Labradæi fonte Anguillæ inaures additas gerunt. Quin antiquitus Anulos effigiari notauimus [k] geſtarique cõſueuiſſe ad memoriam honorificam alicuius, & ad gratitudinem erga benemeritos, nec non etiam ad pietatem erga maiores, ex Rhodigino ſcribente in ſuis Antiquis lectionibus: [l] *Batti vero Anulus apud Cyrenæos gratitudinis habet, atque honoris argumentum, condita ab eo Cyrene, ex reſponſo, ſicut Ariſtoteles quoque commemnit. Quo nomine ciuitatis conſenſu conflatus eſt Anulus, ciuium conditori ſuo, veluti parenti, ſilphium offerentium nota, quod eſſe inter olera conſtat pretioſiſſimum, Comici veteris aſtipulante verſiculo, quo ille ait: Ne Batti quidem Silphio adduci poſſe, vt faceret quod rogabatur.* Alexander ab Alexandro quoque de propoſito ſcribens in ſuis Genialibus inſit: [m] *Epicuri imagines frequenter in Anulis habuere eius diſcipuli: hoc fauſti ominis generi & nomini ſuo eſſe arbitrati.* Additque Africani filium, vt ſuam in Patrem pietatem declararet, eius imaginem perpetuo Anulo inſculptam digitis geſtaſſe. Quin & Lentulum aui ſui figuram & imaginem Anulo ſuo inſculpi feciſſe, ne eius amor citius quam par eſſet, animo excideret: Ita cælabant Anulis frequenter antiqui Deos, quos præcipue colebant: etenim Dioni Caſſio [n] Venus armata a Cæſare in Anulo ſculpta, ad quam Romani

[e] cap. 39.

Anulus ad memoriam interna qui.

[f] lib. 11. c. 2.

[g] lib. 2. c. 21.

[h] lib. 8. init.

[i] lib. 32. c. 2.

[k] de Anul. ant. c. 42.

[l] lib. 6. c. [illegible]

[m] lib. 2. c. 15 & 19.

[n] lib. 48.

suum

Digitized by Google

A suum genus referebant Æneæ matrem: Ita satis expressérunt in Anulis Philosophos, quos sectabantur, Stoici Zenonem, Academici Platonem, Peripatetici Aristotelem. Quo pacto etiam ait M. Tullius: [o] Non in tabulis solum, sed in poculis, & in Anellis spectari solitam Romæ imaginem Epicuri. Sæpenumero Patriam, parentes, auos in eis figurarunt: sic in elyto Petra-Sanctæ, de Symbolis Heroicis luculenter agenti [p] Hebræi, præsertim exilij tempore, Vrbem Ierosolymam: & fortassis eo spectat illud: [q] *Si oblitus fuero tui Ierusalem, obliuioni detur dextera mea*, ferens nimirum in Anulo tui delineationem: Ita Galba Imperator suæ prosapiæ signa, hoc est, Canis caput sub prora nauis insculpere suismet Anulis consueuit; vt iam omnibus notissimum sit, Antiquos in more habuisse, proprijs Anulis effigiem rerum earum gestare, quas in memoria conseruare sibi cupiebant.

o l. de Finib.

p lib. 3. c. 6.

q Psal. 136. 9.

De Mortis memoria, per Anulum Schematis indicata. Cap. CLXXXII.

B QVum igitur in allato Schemate spectetur Anulus insignis, qui loco lapilli gerit imaginem barbati hominis vita recens defuncti, clausis oculis, ore semiaperto; iam certo certius est, hunc Anulum nobis memoriam de Morte nostra refricare. Cuius vt aduentus est homini prorsus ineuitabilis; quia statutum est hominibus omnibus, & singulis semel mori; enimuero mors inexorabilis æquo pede pulsat Regum palatia, pauperumque tuguria; sic omnino cuilibet incerta est hora, qua Mors aduentura sit; etenim quolibet die, quolibet mense, quolibet anno Mors imminet vnicuique; Moriuntur alij prima die, qua nascuntur, alij mortem obeunt primo vel altero mense, alij vitam obitu terminant exactis aliquot vel pluribus, vel paucioribus annis; quin & adultos, & quoslibet alios manet inopinata & inexpectata Mors vel eadem die, vel eodem mense, vel eodem anno, quo vitam degit; vt vnicuique constat apertissime, quod ignotum sit momentum mortis, an procul absit, an prope sit. Hanc incertitudinem horæ mortis hieroglyphicæ representaturus in Schemate priscus autor, in Anuli funda posuit caput adulti defuncti senis, aut consistentis ætatis, mortem seram indicans, annos vitæ plures expectantem. In Anuli Orbe Lunam falcatam effigiauit, quæ singulo mense proprium motum absolueus, & adeo singulo mense lumine deficiens apud nos, hieroglyphicum est vitæ menstruæ, mortisque, quam singulo mense nos obire possumus. Duo vero papiliones vtrinque circumuolantes anulo, insecta vnius diei vitam habentia, signant & homines aliquando mori die ipsa qua nascuntur: & singulos quotidie mori, iugiter calore naturali depascente humidum radicale, proindeque mortales quotidie mori secundum aliquam suæ substantiæ partem, quæ quotidie vitam amittens dissoluitur in halitus, per insensibilem transpirationem excussa de corpore viuente; quo nomine tum Deus homini transgressori præceptum, & peccatori, quotidianam mortem comminatus est [a] namque *præcepit Dominus Deus Adam, dicens: Ex omni ligno quod est in paradiso, esca edes: De ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas; in quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris.* Etenim degens in statu innocentiæ nunquam homo mortem appetisset, nihil patiens ab externis iniurijs, & humorem radicalem a calore non absumi sibi sentiens, ipsumque conseruans edens ad arbitrium de ligno vitæ: tum apud Aristotelem in Dialogo ad Eudemum (quem locum referunt [b] Ælianus, ex Theopompo, & Rhodiginus [c] & M. [d] Tullius, & alij plures Classici, sicuti notauimus olim [e] agentes de immortalitate Animæ) Silenum Midæ dixisse, *Hominem esse arumnosæ Genij, & difficilis fortunæ semen in diem durans*: etiamsi dictum hoc interpretari valeat de vita hominis generatim; quæ comparata ad vitam Heroum, ac semideorum, quos Gentiles esse longæuissimos, ac immortales fere censebat, vnius diei vita nuncupatur, & apte papilioni comparatur in Schemate, qui est animal hephemerum; de quo Pierium ita loquentem vidimus: [f] *Apud Citamerium Bosphorum Hypani fluuio, veluti folliculos acinis maiores ferente, gignitur Ephemerus, animal quadrupes volatile, quod nos diarium appellare possumus. Per hieroglyphicum enim infantem aliquem, qui non vltra vnius diei spatium vitam produxerit, nonnulli significandum censent. Idenim animalis genus vt eruperit e folliculo, in pomeridianum vsque diei*

a Gen. 2. 16. 17.

b var. hist. c. 9

c lib. 17. c. 35

d lib. de Diu.

e lib. 3. c. 8. & seq.

f Hier. 26.

tempus viuit, & volat: mox descendente Sole maerescit & languet; deinde occidente moritur, vita non vltra diem vnum prorogata. Eiusdem imbecillitatis est papilio, in grandissima muscæ speciem, colore albido, qui ex folliculo bombycis intra suam araneam conditi transformatique erumpit, candidoque exceptus velo, ova haud ita multo post papauerum seminibus paulo maiora, edit plura numero, mox intra pauci ssimarum horarum spatium ab ouis editis emoritur. Ex quo formari posset hieroglyphicum, quod indicaret, rebene gesta vitam exhalatam: & papiliones indicare frugem bonorum operum ex meditatione mortis imminentis assidue. Sic ergo recte Schematista vitæ nostræ incertam durationem, modo longiorem, modo breuiorem tarda, celeriue morte terminatam, nobis memoria recolendum mystice significat, ob oculos posito Anulo pro gemma defuncti senis caput habente, in sinu falcatam Lunam continente, & ad latera circumuolitantes duos papiliones obtinente; quam mortis certæ quoad euentum, incertæ quoad horam euentus homines a vitijs ad virtutes & pietatem reuocantem memoriam, nobis initio quotannis ieiunij quadragesimalis refricat Sancta & pia Mater Ecclesia, per manum Sacerdotis insperso benedicto Palmarum & Oliuarum cinere supra caput cum admonitione, *Memento homo quia pulvis es, & in pulverem reuerteris*: desumpta ex oracuło [2] diuino: Quin & ista memoria mortis non solum nos arcet procul a sceleribus, verum etiam nobis a Deo gratias impetrat; etenim Abraham se cinerem & puluerem coram Deo professus, a Numine veniam sodomitis impetrauit, si aliqui forent inter eos iusti [4] Abraham vero adhuc stabat coram Domino: & appropinquans ait: Nunquid perdes iustum cum impio? Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate perimbunt simul? & non parces loco illi propter quinquaginta iustos, si fuerint in eo? Absit a te, vt rem hanc facias, & occidas iustum cum impio, fiatque iustus sicut impius. Non est hoc tuum, qui iudicas omnem terram nequaquam facies iudicium hoc. Dixitque Dominus ad eum: Si inuenero Sodomis quinquaginta iustos in medio ciuitatis, dimittam omni loco propter eos. Respondensque Abraham ait: Quia semel cœpi, loquar ad Dominum meum, quum sim puluis & cinis: Quid si minus quinquaginta iustis quinque fuerint? delebis propter quadraginta quinque vniuersam vrbem? Et ait: Non delebo, si inuenero quadraginta quinque. Rursumque locutus est ad eum: sin autem quadraginta ibi inuenti fuerint, quid facies? Ait: Non percutiam propter quadraginta. Ne quæso (inquit) indigneris Domine, si loquar: Quid si ibi inuenti fuerint triginta Respondi, Non faciam, si inuenero ibi trigiuta. Quia semel, ait, cœpi, loquar ad Dominum meum: Quid si ibi inuenti fuerint viginti? Ait: Non interficiam propter viginti. Obsecro (inquit) ne irascaris Domine, si loquar adhuc semel; Quid, si inuenti fuerint ibi decem? Non delebo propter decem. En quomodo memoria mortis iustos facit homines, & Deo charos. Et Tobias etiam in Sacra pagina [1] luculenter laudatur omnium ævi sui iustissimus, eo maxime, quod assidue mortem in oculis habens exerceret se in opere sepeliendi mortuos. Itaque iugis cogitatio, memoriaque mortis homines retrahit a peccatis, & iustitiam colere maxime facit.

[2] Gen. 3. 19.

[4] Gen. 18. 22 & seq.

[1] Tob. 2. et seq.

De secundo nouissimo, quod est Iudicium Dei post obitum hominum, perpendentis eorum opera iustissimo Statere.
Cap. CLXXXIII.

SVb Anulo Schematista locauit apte Bilancem in æquilibrio, mystice repræsentans Dei iudicium iustissimum de vita defunctorum. Statera siquidem a stando dicta est, qua aliquid pensatur, aut ponderatur, vt ad æquilibrium ducatur. Et Clementi Alexandrino in adhortatione ad Gentes, Statera æqua in sæculo mystice Deus est, qui mensura & numerus est omnium in animo: Item Statera mystice est Iustitia Dei, qua perpenduntur bona & mala, merita scilicet ac demerita in fine vitæ cuiusque mortalium. Statera quoque dicitur D. Gregorio [4] Mediator Dei & hominum Christus Iesus, qui ad pensandum vitæ nostræ meritum secum iustitiam simul & misericordiam detulit, sed misericordiæ lance præ-

Statera symbolice qua.

[4] Mor. 1.

A præponderans, vt culpas noſtras parcendo læuigaret in hac vita; ſed poſt mortem, a Deo Patre conſtitutus Iudex[b] vt viuorum, ſic & mortuorum, æqua lance præmia pœnaſq; pendit meritis atque demeritis ad æquilibrium, vt habentur lances in Schemate Iudicij mortuorum. *Quis vero ſtateræ nomine* (dicit iterum Gregorius)[c] *niſi mediator Dei & hominum deſignatur? In quo æqua lance omnia merita noſtra penſantur: & in cuius præceptis agnoſcimus quid in noſtra vita minus habeamus. In hac autem ſtatera appendimur, quotiens ad vitæ eius exempla prouocamur.* Quæ prius dixerat Iob:[d] Si ambulaui in vanitate, & feſtinauit in dolo pes meus, appendat me in ſtatera iuſta, & ſciat Deus ſimplicitatem meam. D. Ambroſio quoque:[e] Statera eſt ſpecies iuſtitiæ, & interdum eſt ipſa ratio, qua iudicamus bonum & malum. Mendaces filij hominum in ſtateris dicuntur, quia non ſeruant iuſtitiam in iudicando. Statera quoque doloſa dicitur in ſcriptura iudicium peruerſum. Et ſtatera in manu equitis nigri[f] dicitur prauum Iudæorum iudicium de Chriſto Domino. Sic igitur in Sacris literis paſſim Statera ſymbolum, eſt Iudicij. Ceterum poſt hominis obitum de vitæ præteritæ facinoribus tam bonis, quam malis a Deo geminum Iudicium fit; vnum quidem ſingulare de quolibet homine ſtatim vita defuncto; alterum vniuerſale in fine mundi de

B cunctis hominibus vna congregatis ante tribunal Chriſti: de ſingulari Iudicio locutus eſt Dominus in parabola Nuptiarum[g] & in hiſtoria diuitis[h] Epulonis: De vniuerſali vero ſatis aperte Matthæus in Euangelio. K Quæ quidem Iudicia multis inter ſe conditionibus alijs different, ſed in hac vna conuenient, quod fient cum iuſtiſſima ponderatione meritorum, & demeritorum, retributioneque præmiorum meritis, & pœnarum culpis etiam minimis, ab eodem Iudice Chriſto Domino, ſedente in ſolio Maieſtatis gloriæ ſuæ. Different autem primo, quod ſingulare iudicium fit aſſidue multiplex in obitu cuiuſque hominis: vniuerſale fiet in fine Mundi. Deinde quod in ſingulari Iudicio Deus præmijs afficit, & pœnis cruciat ſolum animas iuſtorum & nocentium, intactis corporibus; at in vniuerſali Iudicio præmijs decorabit homines iuſtos, & pœnis multabit impios ex anima & corpore ſuſcepto per reſurrectionem conſtitutos. Deinceps in Iudicio ſingulari Iuſtitia ſociam habebit Dei Miſericordiam, qua pœnitentes in vita de reatu culpæ luent pœnas temporarias in Purgatorio: ſed in vniuerſali Iudicio ſola Iuſtitia deducet innocentes ad æternam gloriam, detrudet im-

C pios ad æternam inferni pœnam. Vlterius ſingulare Iudicium coram Deo fit in æthere: Vniuerſale fiet in Valle Ioſaphat. Vltimo ſingulare iudicium fit coram Deo Iudice, & Sanctis Apoſtolis præſertim[l] iudicantibus duodecim tribus Iſrael, & Angelis, vtcumque patrocinantibus teis, & Dæmonibus vltro cunctos etiam iuſtos accuſantibus: vniuerſale vero Iudicium fiet coram Deo, Sãctis omnibus, Angelis, Dæmonibus, & hominibus cunctis ad vitam reuocatis; quorum omnium & ſingulorum oculis nuda fient vniuſcuiuſque anteactæ vitæ facinora tam bona, quam mala; inde iuſti lætabuntur, & impij confuſione mire miſereque cruciabuntur, enormitatibus eorum toti mundo reuelatis, a Deo iure obiurgati de mala vita, & a Dæmonibus accuſati, deriſi, & in æternum cruciandi. Quare proficua mortalibus eſt meditatio Iudicij ad euitanda ſcelera, ad commiſſa peccata per pœnitentiam expianda, & ad virtutum, ac pietatis opera patranda. Ad quæ mortales vt excitaret, ac inuitaret Eccleſia priſca, vel idiotis literas non agnoſcentibus, literarum loco picturas & imagines aptas ob oculos proponens, Archangelum Michaelem, Principem militiæ cæleſtis pingi ſculpique paſſim curauit cum Statera in manu ſiniſtra perpendentem duas animas in lancibus, &

D ſubiecto cacodæmone, ſibi rapiente ad ignes æternos cruciandam animam onuſtam grauium delictorum pondere; cui malo ſpiritui minitatur Angelus bonus haſta, quod animam grauium culparum expertem, ac proinde leuem ſurſum aſcendentem auderet aggredi, ſibique rapere pariter ad gehennam. Itaq; iure merito ſub Anulo memoriæ Schematiſta noſter in Statera proponit nobis meditandum Iudicium poſt mortem habendum vnicuique mortalium de vitæ iam recens obitæ cunctis actionibus, tam bonis, quam malis, ad euitanda peccata, & ad opera virtutis ac pietatis exercenda.

b Act. 10 42

c 21. Mor. cap. 6.

d cap. 31.

e 1. Offic. 3. & Epiſt. 44

f Pſal. 61.

g Apocal. 6.

h Ioan. 8.

i Luc. 16.

K cap. 24. 28 et ſeq.

l Matth. 19. 28.

Picturas Eccleſia primitiua cur inſtituerit.

De Tertio Nouissimo, nempe sontium pœnis post Iudicium luendis a vita defunctis per ignem & Aram indicatis. Cap. CLXXXIV. A

TErtium sane nouissimum post Iudicium est pœna peccatorum; quoniam vero peccatores duum generum e mortali vita discedunt, & duplici Dei Iudicio iustissimo iudicantur ad proportionatas pœnas delictis luendas, tam in singulari, quam in Vniuersali Iudicio æstimatas; ideo duo pœnarum hieroglyphica ponuntur, Ignis, & Ara igni supposita; quæ duo tum seorsim, tum coniunctim interpretari debent: nam alijs vita defunctis ignis cum Ara congruit, alios manet ignis absque Ara. Qui enim discedentes e vita mortali cum culpis leuioribus venialium peccatorum, & cum grauioribus mortalium confessione iam aboliterum, sed nondum peracta congruenti satisfactione, iudicati sunt pendere pœnas debitas in Purgatorio; nihil enim vllatenus coinquinatum ad gloriam introducitur; hi post singulare Iudicium delegantur ad pœnas non æternas, sed temporarias luendum in Igne Purgatorij; cui recte adiungitur, & supponitur Altare sacrificiorum, ad indicandum Purgatorij pœnas demulceri posse, ac alleuiari, terminarijs acrificijs, & orationibus amicorum viuentium B in suffragium animæ cuiusque purgantis. Qui vero discedunt e vita cum onere culpæ mortalis, pœnitentia non deletæ, horum pœna perennis Ignis est Inferno, sine beneficio suffragiorum vllius generis; quam æternam damnatorum, siue post vniuersale Iudicium futurum, siue post vniuscuiusque reprobati iam peractum, indicat Ignis absolute, vel abstrahendo ab Ara, vel etiam si Deo placet conculcans & negligens Aræ beneficium; quia damnati negligunt, & blasphemant in inferno sibi fieri prorsus inutiliter ab amicis orationum & sacrificium suffragia. Vt altare adiuncto igni sustinendo signet Purgantium pœnas alleuiari posse piorum viuentium precibus, & sacrificijs: Idem altare stratum sub igne, ac velut ab igne conculcatum, indicet Inferni pœnas negligere sacrificia, precesque viuentium, quorum suffragia miseri damnati nihili faciant, atque blasphæment. Ignis autem idem est, qui cruciat in tempore Purgationem sustinentes, & qui torquet in æternum infelices damnatos; & iisdem ministris Dæmonibus adhibetur sontibus vtriusque generis, sperantibus inquam & desperatis. Quod aperte nobis legitur in sacra pagina: [a] *Sunt spiritus, qui ad vindictam creati sunt: & in furore suo confirmauerunt tormenta sua. Et in tempore consummationis effundent virtutem; & furorem eius, qui fecit illos, placabunt.* Scilicet Angeli mali, spirituales substantiæ sunt, qui prima sui creatione facti sunt a Deo ministri vindices delictorum, diuinæ Iustitiæ furentes executores. Qui vt in damnatos confirmant in furore suo implacabili tormenta sua prorsus æterna. Sic in Purgationem sustinentes, in tempore purgationis consummatæ, ac iam iam perfectæ, absoluendæue, vim omnem suæ potestatis effundent; & ea ratione placabunt furorem diuinæ Iustitiæ, quæ fecit illos suos ministros, atque creauit illos veluti suos speculatores. Placatur enim diuinæ Iustitiæ rectus furor in fine purgationis animarum a spiritibus malis ex diuino decreto iusto cruciatarum; qua placata cacodæmones consummauerunt violentiam suam in sontes Purgatorij. Sed non confirmauerunt in furore suo tormenta sua, sicut ea confirmant in cruciandis damnatis. Itaque ne mortales incidant in acerbissima tormenta vindicis ignis, per manus malorum Dæmonum sæuissime administrati tam in determinato tempore purgationis, quam in æternitate damnationis, optime pius iste D Schematista sub lance Iudicij Diuini posuit ignem ardentem super Altare, semper a nobis in hac vita meditandum, & memoria versandum.

[a] Eccli. 39. 33. 34.

De quarto Nouissimo, scilicet Iustorum gloria perenni post obitum, aut purgationem in cœlis possidenda, per Stellam, Lunam, & Cicadam hieroglyphice signata. Cap. CLXXXV.

POstremo loco, supra mysticum Anulum memoriæ sculptam voluit ænigmatista Cicadam, & ab Anuli summitate stellam in latere dextro, & in sinistro Lunam, abdita quidem sed ingeniosa beatorum gloriæ hieroglyphica. Nam beatorum duo sunt ordines, Angelorum chori, & Iustorum hominum cœtus, altecnis cantibus æternas Deo laudes Trisagij canentium; quam æternam beatorum gloriam in cœlo nobis designauit in Apocalypsi, ab se visam, sibi-

Digitized by Google

A „ sibique diuinitus reuelatam D. Ioannes inquiens, [a] Post hæc vidi, & Ecce ostium aper- [a] Ap. 4.
„ tum in cælo. Et vox prima, quam audiui, tanquam tubæ loquentis mecum, dicens: Ascen-
„ de huc, & ostendam tibi, quæ oportet fieri cito. Post hæc statim fui in spiritu. Et ecce
„ sedes posita erat in cælo, & supra sedem sedens. Et qui sedebat, similis erat aspectui la-
„ pidis Iaspidis & Sardinis. Et Iris erat in circuitu sedis similis visioni Smaragdinæ. Et in
„ circuitu sedis, sedilia viginti quatuor, & supra thronos viginti quatuor seniores sedentes,
„ circumamicti stolis albis, & in capitibus eorum coronas aureas, & de throno procede-
„ bant fulgura, & voces & tonitrua. Et septem lampades ardentes ante thronum, quæ sunt
„ septem spiritus Dei. Et in conspectu sedis tanquam mare vitreum simile crystallo: & in
„ medio sedis, & in circumitu sedis, quatuor animalia plena oculis ante & retro. Et ani-
„ mal primum simile leoni, & secundum animal simile vitulo, & tertium animal habens fa-
„ ciem quasi hominis, & quartum animal simile aquilæ volanti. Et quatuor animalia singula
„ eorum habebant alas senas, & in circumitu & intus plena sunt oculis. Et requiem non
„ habebant die ac nocte, dicentes: Sanctus, sanctus, sanctus. Dominus Deus Omnipo-
B „ tens, qui erat, qui est, & qui venturus est. Et quum darent illa animalia gloriam & hono-
„ rem & benedictionem sedenti super thronum viuenti in secula seculorum, procidebant
„ viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant viuentem in secula secu-
„ lorum, & mittebant coronas suas ante thronum dicentes, Dignus es Domine Deus no-
„ ster accipere gloriam ac honorem, & virtutem, quia tu creasti omnia, & propter volun-
„ tatem erant, & creata sunt. Quibus Ioannes nobis declarat beatitudinem ab se visam, Explicatio prophetiæ.
sibique reuelatam, qua beati cuncti fruuntur in cælo laudantes assidue Deum creatorem
omnium, & eius maiestatem, & gloriam, qua venturus est in fine mundi Iudicare viuos &
mortuos. Qui Iudex quum sit filij Dei Iesus, cui dedit Pater [b] omne iudicium; dicitur sede- [b] Ioan. 5. 22.
re, quia sedet ad dexteram [c] Dei Patris. Et aspectui similis erat Iaspidi, propter guttas sangu- [c] Ps. 109. in symb.
nis, quibus totum corpus aspersum habebat, ob eandem rationem simile videbatur Sardæ,
quæ gemma rubet perspicua; Iris autem in circuitu sedis veluti smaragdina, mihi denotat na-
turam Angelicam innumerabilem assistentem vndique circa thronum Dei, quæ propter sui
C puritatem, & virginitatem, castitatemque, smaragdo recte comparatur; nam ea gemma ca- Smaragdi gemma symbolum virginitatis.
stitatem, virginitatem, puritatemque tuetur adeo, vt disrumpatur in digito coeuntis; namq;
Smaragdum sentire, ac ægre ferre iacturam virginitatis testatur Albertus Magnus [d] & post
eum Ruellius: [e] Quod aliquando contigisse anulo Smaragdino cuiusdam Reginæ Hunga- [d] 2. de Mine ralib.
riæ prima nocte concubitus, apud autores non ignobiles legisse se testatur in suis Symbolis [e] lib. 2. de gemmis.
Heroicis eruditus [f] Syl. Petrasanta. M. Alberti verba sunt: [g] *Expertum autem est temporibus nostris, quod hic lapis* (de smaragdo loquitur) *si vere bonus & verus est, non sustinet coitum; propter quod Rex Hungariæ, qui nostris temporibus regnat, in coitu cum vxore sua lapidem hunc in digitis habuit, & propter coitum in tres partes fractus fuit. Et ideo probabile est, quod dicunt, quod hic lapis gestantem se ad castitatem inclinat*; & obseruatu Bart. Anglici [h] ex autore prisco lapidarij valet contra illusiones & phantasmata dæmonum; quibus de [f] lib. 3. c. 4. [g] 2. de Miner. c. 47. [h] 16. de rer. propr. c. 88.
causis Iris illa Smaragdi similis circa thronum Dei nobis designat Angelorum choros Deo
semper assistentes, in quibus æternus ille Sol mysticus imaginem sui representat; nam An-
geli perpetuo Dæmones fugant, & castitatem, virginitatemque tuentur. Viginti quatuor il-
D li seniores coronati sedentes supra viginti quatuor alios thronos, duodecim Prophetæ sunt [i] Matth. 19. 28.
antiquæ legis, & duodecim Apostoli nouæ, de quibus dixit Dominus: [i] *& vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel*. Circumamicti sto-
lis albis ob innocentiam, & votum sacerdotalis dignitatis. Coronati coronis aureis, ob di-
gnitatem & autoritatem sacerdotalem super animas fidelium. Et de throno Dei *Iudicantis*
procedebant *fulgura* splendida & clara, *voces* benignæ vocantium electos ad gloriam re-
gni cælestis, *& tonitrua* tremenda vocum abigentium impios ad ignem æternum. *Et sep-*
tem lampades ardentes ante thronum, septem dona sunt Spiritus Sancti dici possunt, cum
ordinaria Glossa, & secundum nos administratorij spiritus Angelici, qui custodiunt homi-
nes in omni viuentis ætate, quæ septem sunt vitæ mortalium, infantia, pueritia, adolescen-
tia, iuuentus, virilitas, & senectus; in quibus ætatibus Angeli nos illuminant, & internis
inspirationibus inflammant ad amorem, & charitatem Dei, tanquam septem lampades ar-
dentes.

Digitized by Google

dentes. Et in conſpectu ſedis tanquam mare vitreum ſimile Cryſtallo, mihi cenſetur eſſe vitæ mundanæ fluxus & refluxus, cum omnium actionum humanarum viciſſitudinibus; quæ A
[k] Pſal.7.11. omnia ſunt aperta & nuda oculis Dei, qui ſcrutatur [k] omnium corda & renes, nihil habens occultum ante ſe. Quatuor autem animalia plena oculis, alas ſex habentia, & aſſidue circumuolitantia circa thronum Dei, & canentia Treſagium, ſunt quatuor Angeli Cuſtodes quatuor Euangeliſtarum, ex ordine Seraphin; laudantes in Empyreo Deum, & glorificantes ipſum inceſſabili cantu, creatorem omnium ex mera benignitate ſuæ voluntatis ad extra ſe communicante. Quam viſionem beatitudinis & gloriæ paradiſi vidit etiam multo prius Iſaias,
[l] cap.6. dicens: [l] *In anno, quo mortuus eſt Rex Ozias, vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & elevatum, & plena erat Domus a maieſtate eius: & ea, quæ ſub ipſo erant, replebant templum. Seraphim ſtabant ſuper illud: ſex alæ vni, & ſex alæ alteri. Duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius: & duabus volabant. Et clamabant alter ad alterũ, & dicebant: Sãctus, Sãctus, Sãctus, Dominus Deus exercituum: plena eſt omnis terra gloria eius.* Patet igitur beatos in cælo, tum Angelos, tum homines iuſtos, poſt mortem eo tranſlatos, aſſidue canere gloriam & honorem Deo trino & vno, cuius fruitione beantur. Quam beatorum gloriam aſſidue Deo ſummo laude canentium in Schemate gemmæ noſtræ priſcus & B
pius autor myſtice repreſentauit per Aſtrum Stellæ, Lunam, & Cicadam; Stella a dextris poſita nobis indigitans naturam Angelicam, quæ nobilioris conditionis eſt, quam humana.
[m] Pſal.8.7. Luna collocata a ſiniſtris, indicans humanam naturam, quam Deus [m] minuit paulo minus ab Angelis, etſi cum Angelis eam in cælo gloria & honore coronauerit. Cicada tertio ſtellæ, ac Lunæ ſuperpoſita connotans iugem laudem ab Angelis, & hominibus beatis Deo cantatam. Sane per Aſtrum atque ſtellam indicari naturam Angelicam, manifeſtum eſt apud Iob
[n] cap.38. in Sacra pagina [n] dicentem ſub perſona Dei: *Quum me laudarent ſimul aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei.* Vbi Lyranus ait Angelos intelligi per aſtra matutina, quia a principio ſimul creati fuerunt cum cælo Empyreo ante diſtinctionem elementorum. Ego per aſtra matutina intelligo ſolos Angelos bonos, in gratia confirmatos, qui ſoli ſtatim creati laudauerunt Deum, a quo propterea confirmati fuerunt in gratia; quum alij ſtatim a ſui creatione Lucifero conſentientes, nunquam Deu laudauerint, & appellentur aſtra veſpertina, quod offuſcato lumine intellectus facti ſint Angeli tenebrarum, quarum princeps ab C
[o] Eph.6.12. Apoſtolo [o] picitur eſſe Lucifer: *Quoniam*, inquit, *non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ, in cæleſtibus.* vt autem Angeli electi dicuntur Angeli lucis, & aſtra matutina, quia ſemper in Oriente manent cum luce perpetua, neſcientes occaſum culpæ; ſic ex aduerſo Angeli mali, quod nunquam lumine gloriæ perfuſi fuerint, appellantur aſtra veſpertina, tenebrarum ſtellæ, de cælo tractæ a Lucifero, quem ſecuti ſunt,
[p] Apoc.12.3 de cælo cadentem; vt conſtat ex Ioannis oraculo: [p] *Et viſum eſt aliud ſignum in cælo, Ecce draco magnus, rufus, habens capita ſeptem, & cornua decem, & in capitibus ſuis ſeptem diademata, & cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum cæli, & miſit eas in terram.* Sed in Schemate noſtro ſtella radijs lucidiſſimis redimita ſignat Angelos lucis in cælo gloriæ lumine coruſcos, & aſtra matutina, quum a dextris poſita ſit, adeoque in Orientali parte. Ceterum Luna in Schemate a ſiniſtris locata ſignat D
humanam naturam in cælo ob anteactæ vitæ probas actiones perductam; etenim homo ab
[q] Gen.2.7. humo dictus, quod [q] e terra primæuam ſuam habuerit originem [r] & in terram demum reuer-
[r] Gen.3.19. tatur [r] omnis; & inter cæli luminaria Luna telluri comparatur etiam a Philoſophis; Auer-
1.Cæl.co.16. roes enim ſæpius de mente Ariſtotelis Lunam aſſerit habere naturam terræ: [ſ] *Vnde dicit*
[ſ] 2.Cæl.com. 32.41.49.& de ſub. orb. cap.2. *Ariſtoteles in lib. de Animalibus, quod natura Lunæ ſimilis eſt naturæ terræ.* Quinimmo Pythagorici putauere Lunam eſſe terram cæleſtem. Sed & in Sacra pagina Mulier illa [t] amicta
[t] Apoc.12.1. Sole, Lunam ſub pedibus habens, & in capite coronam ſtellarum duodecim, ſignum magnum in cælo, ſicuti recte paſſim applicatur Magnæ Matri Virgini, quæ conculcauit ſemper corporeæ naturæ humanæ terrenas paſſiones, Sole Diuino tota perfuſa; ſic apte poteſt intelli-
[u] Gen.1. Prou.7. [x] 15.Mor.23 & Cantic.6. [y] Epiſ.119. gi de natura humana ſimpliciter in cælo beata, quæ tota diuino Sole perfruitur, vt Luna corporea corporeo Sole perfunditur, ac eius lumine illuminatur. Nam & Bedæ [x] Luna poteſt animam ſignificare. Idem ſentiunt [u] Gregorius, & [y] Auguſtinus. Quare Luna ſymbolum

eſſe

Digitized by Google

A esse potest animarum in cælo ab increato Sole lumine gloriæ perfusarum in æterna beatitudine. Postremum vero hieroglyphicum est Cicada inter Stellam & Lunam collocata; quod in proposito nostro designauit Schematistæ iugem harmoniam laudis, & musicam gloriæ, quam assidue Deo creatori concinunt alternatim & Angeli beati, & hominum animæ felices in Empyreo. Nam Cicadas esse Musicæ hieroglyphicum, speciatimque concentus dulcissimi, ac hominis initiati sacris, admonet Horus Niliacus, cui & seniores Ægyptij *rebus sacris, ceremoniisq; additum* hominem *significantes, Cicadam pingunt. Hæc enim non ore, sed dorso resonans, pulcherrimum edit, dulcissimumq; concentum.* Pulchrum a Platone de Cicadis apologum habemus in Phædro; Non decet, inquit, virum Musis deditum talium ignarum esse: Fertur has olim homines fuisse, priusquam Musæ natæ essent. Natis autem Musis & cantilena in lucem producta, ita quosdam eius ævi homines præ cantus voluptate constrictos fuisse, vt canentes & cibos & potus neglexerint, & se mori non animaduerterint. Ex quibus postea cicadarum genus natum est, quod hoc a Musis munus accepit, vt nullo alimento opus habeat statim vt natum est: sed sine cibo & sine potu mox canat donec moriatur. Et postea ad Musas profectum denunciet, quis ex his qui hic sunt hominibus, quamque ipsarum colat. Cuius apologi mysticus intellectus esse potest de solitarijs antiquis in heremo ieiunijs & psalmodijs totam vitam suam exhibentibus, edocti diuinas cantilenas a Musis Dauidicis Abbatum monasterijs heremi præfectorum. Sed vtcunque Cicada Platoni hieroglyphicum musices est. Plotinus, obseruatu Valeriani [e] dum homines musicis modulis affectos, ac delinitos, in animalia musica renasci dicit, forte signat asceras hymnis diuinis deditos pie viuentes, post mortem beatos fieri, Cicadasque cælestes; nam beatum cum Musico Plotinus [b] identificat. Certe Theocriti pastor ille caprarius rustica simplicitate laudans Thyrsim canentem de suauitate concentus [c] ait,

Cicada musicæ symbolum.

[a] l. 2. Hier. 52.

B

Cicadarum apologus Platonicus explicatus.

[e] Hier. 26.

[b] Ennead. 1. lib. 4. c. 12. & seq.

[c] Idyll. 1.

,, Plenum tibi melle pulchrum os fiat,
,, Plenum autem fauis: & ab Ægilo caricam comedas
,, Dulcem: Cicada quoniam tu suauius canis.

Sed tamen illæ mysticæ Cicadæ cælestes, Angelicæ ac humanæ naturæ felices in Empyreo suauissime concinunt laudes, & gloriam æterno rerum omnium creatori. Non addam e superioribus [d] Anacreontis carmina, Strabonisue laudes de Cicada, tanquam de symbolo Musicæ. Sed addere non omittam, Cicadam esse beatorum cælestium hieroglyphicum non solum ob iugem cantum, sed etiam quia tessera Nobilitatis habetur; etenim ex [e] Valeriano: *Illud minime prætereundum, Cicadam apud Athenienses generis nobilitatem significasse, quod apud Thucydidem in liminari pagina comperies; qui τεττιγοφόρος, hoc est Cicadigeros eos appellat, quod apud Athenienses institutum erat, Cicadas ex auro capitis ornamento gestare, quo indigenas & ingenuos ab aduenis & seruis distinguerent. Causam nonnulli commiscentur, quod Cicada maxime omnium animalium indigena videantur; in ea siquidem regiona, quæ genita, viuunt moriunturque; quum reliqua fere omnia animalia aliquo migrent, neque sedem vllam firmam habere perseuerent. In vnaquaque vero ciuitate & municipio eos nobiliores dicimus, quorum maiores pluribus ante annis in patria sua claruerint, obiectumque ideo Ciceroni tetiens in opprobrium, quod vir nouus esset, quia plurimum odiosa solet esse nouarum hominum ambitio, quum Rempublicam, inquam recens adsciti fuerint, administrare contendunt.* Quicunque vero post mortem felices in Empyreo concinunt Deo laudem, & gloriam æternam, qualescunque fuerint in vita mortali, nobiles habentur, & reges; vt non solum vidimus apud Ioannem in Apocalypsi: [f] sed etiam tales declarantur ab æterno Iudice iustos vocante [g] ad regnum cæli capessendum; enimuero *Tunc dicet Rex his, qui a dextris eius erunt: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi.* Ex aduerso vero tanquam ignobiles & infames ab se repellet ad æterna supplicia viros iniustos, qualicunque in dignitate vixerint in hoc sæculo; quia tempore nouissimi Iudicij: *Tunc dicet & his, qui a sinistris erunt: Discedite a me maledicti in æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius.* Itaque Cicada tum ratione cantus assidui, tum ratione nobilitatis, apte symbolum ponitur in Schemate beatorum spirituum, qui cum Christo regnant cælo, canentes laudem & gloriam Deo creatori sine intermissione in æternum.

C

[d] cap. 83.

[e] Hier. 26.

D

[f] cap. 4.

[g] Matt. 25. 34

His

His arbitror explicari nobile Schema vetus, quo pius homo sibi quotidie, per anulum memoriæ ponebat ob oculos & corporis & animi tum mortem ineuitabilem, cum incerta eius aduentus hora, siue die eadem, siue eodem mense, siue eodem anno: tum Iudicium & proprium in hora mortis obitæ, & vniuersale in fine mundi, quo iusta lance cunctæ actiones hominis cuiuslibet expendentur coram Deo, Sanctis omnibus, & Dæmonibus: tum atrocissimas pœnas prauarum actionum fontibus irrogandas igne tam Purgatorij, quam inferni per manus cacodæmonum ferocissimorum: tum etiam ingens præmium æternæ beatitudinis in cælo pro vita bene ante acta inter mortales. Vt metu pœnarum a vitijs recedamus, & spe tanti præmij semper in actionibus probitatis exerceamur; euitantes confusionem in Iudicio subeundam ab improbis, & non timentes incertitudinem horæ aduentus Domini, semper ad bonam mortem parati viuentes. Quam mentem habuit vir pius ex antiquo præcepto, cunctis quidem audito, & intellecto, sed a paucis admodum obseruato: [b] *Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.* A

[b] Eccli. 7. F.

PERORATIO TOTIVS OPERIS.
Caput vltimum. B

HActenus antiqua Schemata Gemmarum Anularium, eaque vetera Numismata, quæ mihi pridem explicanda proposuerunt insignes viri, qua maiori diligentia potui declarare conatus, in præsentia manum de tabula, seueriores ad contemplationes me nunc vocante tetrica Minerua; quæ dies æstiuos permisit me dare Musis suauioribus; cum quibus tamen & ipsa partes non paucas habere voluit in hoc opere, non minus doctrinæ soliditate, quam eruditionis amœnitate constructum, & conditum pro virili ad mei solatium, ad Lectorum iucunditatem, & vtilitatem, & præcipue ad laudem & gloriam Summi Dei, a quo mortalibus omnia bona proueniunt.

APOTARIVM CAP. CXL. C

POstquam operi colophonem addidissent operæ, incidi bono euentu in Obseruationes Medicas Clarissimi peritissimique Viri Nicolai Tulpii, qui Lib. 3. Cap. 56. Satyrum Indicum sua memoria ex Angelona Serenissimo Federico Henrico Arausionensium Principi fortissimo donatum ad viuum descripsit. Puerum is trimum longitudine, sexennem crassitie referebat. Corpore quidem quadrato, sed valde agili: artubus adeo compactis, vastisque musculis, ut quiduis auderet ac posset: antica parte undique glaber, postica nigris pilis obsitus. Facies hominem fingebat, sed nares simæ & aduncæ anum rugosam & edentulam: aures, pectus feminæ mammosum, venter umbilico depressiore, artus superiores ac inferiores, cubiti commissura, digitorum ordo, pollex, crura, calcis fulcrum, ad humanam omnia formam accedebant. Hinc jure Indis Homo silvestris appellatus nonnunquam erectus incedebat, bibiturus canthari ansam altera manu prehendebat, alteram ejus fundo subjiciens labia post detergebat. Caput in puluinar inclinans corpusque stragulis tegens ad quietem sese componebat. Immo Satyrorum hoc genus quandoque viros armatos invadit, nec raro libidinis oestro percitum in saltibus & lustris mulieribus insidiatur. Viro itaque doctissimo libenter subscribimus, quando hunc Satyrum Pliniano simillimum existimat, quem consultissimus naturæ scriptor Subsolanis Indorum montibus perniciissimum animal humana effigie memorat. D

Lib. 7. cap. 2.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX AVTORVM,
Qui laudantur, expenduntur, emendantur, adseruntur, aut illustrantur.

A

Alphonsus Tostatus Abulensis. 66.a.73.b.notat.
Acron. 412.a.413.d.
Acta Apostolorum. 177.a.178.d.435.a.438.c.d.
Adamantius, apud Pierium Valerianum. 74.c.142.d.184.a.342.b.392.d.393.c.
Aelianus. 58.a.80.b.81.c.120.b.238.c.262.b. 336.b.368.d.404.a.d.412.b.d.418.d.433.d.
Aeneas Philosophus, Platonicus, apud Pierium. 75.b.
Aeschylus. 120.b.153.d.204.b.
Dionysius Afer. 273.d.
Agatharcides, apud Photium. 338.d.
Agatho Platonicus. 17.b.20.a.b.
Georgius Agricola. 369.d.
Albricius. 327.c.
Andreas Alciatus. 11.d.37.c.45.a.51.d.109.a. 207.d.213.a.237.b.244.a.281.a.290.d. improbatur 340.b. & notatur. 347.a.163. b.384.d.
Eius commentator. 208.d.340.a.341.c.
Vlysses Aldrouandus. 122.a.131.a.213.a.
Alexander Alensis. 194.b.
Alexander. 23.d.157.d.
Alexander ab Alexandro. 139.d.140.a.147.a.c. 185.d.187.c.189.a.190.c.193.a.327.a. 432.d.
Clemens Alexandrinus. 182.a.291.a.340.c. 367.d.
Leo Allatius. 340.c.357.d.366.c.
Ferdinandus Aluarus. 149.b.
D. Ambrosius. 88.c.142.b.178.c. emendatur, 213.c.306.b.330.d.386.d.435.a.
Ammonius. 96.b.118.b.apud Porphyriũ.198.c.
Amos Propheta. 24.c.
Cornelius Amsterdamus. 149.c.
Anacreon. 18.b.64.c.65.a.85.d.208.b.362.b. 381.a.439.c.
Anastasius Sinaita martyr. 68.d.
Bartholomaeus Anglicus. 213.b.437.c.
Anselmus. 155.a.
Antiphanes. 23.c.
Antisthenes. 409.a.
Alexander Aphrodiseus. 7.d.90.d.215.a.220.c.
Apocalypsis. 17.c.20.d.435.a.437.a.439.d.
Sidonius Apollinaris. 363.c.
Apollodorus. 62.c.141.a.
Appollonius Rhodius. 156.a.290.b.380.a.
Aphthonius. 63.b.189.b.
Appianus. 250.b.273.d.274.a.348.c.349.a.b.c.
Apuleius. 81.b.c.92.a.114.c.159.b.294.c. 298.b.425.c.426.b.c.d.427.a.
Aratus. 206.a.
Eius Interpres. 219.d.220.c.
Paulus Aresius. 337.a.
Ludouicus Ariostus. 100.a.122.a.
Aristophanes. 20.c.21.b.d.81.b.215.b.238.a.b. 258.c.262.b.377.c.
Eius interpres. 189.b.258.c.259.b.c.304.b.
Aristoteles. 4.c.5.d.7.c.d.10.b.12.b.c.14.b.d. 15.a.b.c.d.16.a.b.19.d.20.a.b.c.d.21.a.c.d. 22.b.c.24.d.25.a.26.a.27.b.28.b.29.c.32.d. 33.d. explicatur. 34.a.b.c.35.a.39.a.b.d.40. a.c.41.a.b.42.c.d.43.a.b.c.44.a.b.c.45.c. 46.a.47.b.48.b.c.49.d.50.a.b.c.52.b.c.55. b.56.b.d.63.b.c.64.a.65.b.71.d.73.d.74.b. c.75.c.76.c.77.d.78.d.79.a.b.c.81.d.84.d. 86.d.88.b.90.d.92.d.94.d.96.d.114.d. 118.a.c.121.c.129.b.131.d.140.b.c.141.d. 156.c.157.b.159.c.162.a.b.163.a.b.164. c.165.a.b.c.d.166.a.d.168.b.d.169.a.c. 172.d.177.c.178.a.190.b.193.b.195.d. 197.a.b.198.a.199.a.d.200.b.d.201.b. 202.a.203.b.209.a.210.a.211.d.213.c.d. 216.b.c.217.a. asseritur, 217.c.218.b. 221.b.222.b.c.224.a.226.a.b.230.d.231. a.d.236.b.237.d.245.a.247.a.254.c.257.c. 260.d.262.d.269.d.270.b.279.c.280.a. c.d.281.d.285.d.286.b.287.a.290.c.d. 296.a.298.a.b.299.b.300.a.301.b.302.d. 304.b.305.d.329.b.330.c.331.a.333.b.c. 334.c.335.a.d.336.d.337.c.340.c.342.a. b.c.351.b.352.d.369.a.c.380.d.381.a. 383.a.399.b.400.a. explicatur, b.d.402. c.d.406.b.c.407.a.411.a.415.a.422.b. 423.d.424.d.429.d.430.a.432.d.433.d. 438.d.
Arnobius. 253.d.426.d.
Artemon. apud Pierium Valerianum. 189.b.
Ascensius Badius. 246.c.
S. Athanasius. 178.c.394.c.
Athenaeus. 18.a.79.a.96.b.228.b.238.b.267.d. 358.d.362.b.368.a.374.a.382.d.383.a. 432.c.
D. Augustinus. 9.b.10.d.47.a.48.a.55.a.57.c. 60.d.68.a.c.69.c.70.b.71.a.72.b.80.a. 155.a.b.160.c.227.d.242.c.291.b.395.a. 426.b.d.438.d.

Index Autorum.

Antonius Augustinus. 569.d.
Auerroes. 377.a.380.d.400.d.438.d.
Auicenna. 33.a.58.a.c.
Sextus Aurelius Victor. 250.a.349.a.
Ausonius. 79.c.81.c.
Autor libri de Natura rerum incertus. 80.a.b. 213.b.
Lapidarij, apud Barthol. Anglicum. 437.c.

B

Odoardus Barbosa. 58.c.
Ludouicus Barthema. ibid.
Baruch Propheta. 97.d.
Iosaphat Barbarus. 273.c.
Moses Barupha. 65.d.
Scipio Bargalius. 337.b.
Theodosius Barlaam. 288.d.
D. Basilius. 176.c.213.c.306.b.346.c.
Beda. 68.c 393.b.438 d.
Martinus Bellaius. 18.a.
Petrus Bellonius. 142.a.
D. Bernardus. 6.d.56.c.68.c.393.c.
Isacus Beniamin. 389.c.
Claudius Berigardus. 325.a.
Christophorus Boetius. 367.a.
Seuerinus Boetius. 5.d.41.b.42.b.290.b.415.d.
Ioannes Boccatius. 9.d.23.c.134.b.135.a.141.c. 154.d.155.a. notatur, 199.b. 205.d. 206.d.225.d. 228.d. 229.c. 278.d. 282.d. 283.b.288.c.293.a.322.a.376.b.429.a.
D. Bonauentura. 46.d.47.c.73.c.
Bonfrerius. 65.c.66.a.
Petrus Bongus. 168 b.397.b.
Laurentius Bordingius. 273.b.
Antonius Bosius. 173.a.
Iacobus Bosius. 69.b.173.a.
Ioannes Britannicus. 321.a.
Gregorius Bruin. 149.c.

C

Andreas Casalpinus. 67.c.256.d.257.d.
Iacobus Caimus. 371 c.
Q. Calaber. 99.b.247.b.d.316.a.321.b.c.
Domitius Calderinus. 138.a.
Callimachus. 215.a.263.b.
Georgius Camerarius, Scotus. 291.a.
Hieronymus Cardanus. 213.b. defenditur, 217.b. notatur, 218.b.403.d. notatus. 464.a.
Ioannes Casa. 164.d.169.b.
Dio Cassius. 308.a.
Ioannes Baptista Casalius. 173.a.265.a.
Cassiodorus. 308.a.
Cato. 351.b.
Catullus. 4.c.155.d.214.d.252.d.373.d.374.a.
Cebes Thebanus. 339.d. refellitur, 340.c.
Ludouicus de La-Cerda. 150.c.151.a.d.259.a. 274.a.292.a.350.b.d.363.c.365.b.
Conradus Celtes. 432.c.
Charisius Sosipater. 369.c.
Gulielmus Choul. 109.a.
Chronographus Graecus anonymus. 366.a.
Chrysippus. 238.a.
D. Chrysostomus. 68.c.142.d.176.c.d.393 b.
Caracciolus. 177.a.
Iulius Camillus. 222.c.
Ioannes Cantacuzenus. 68.c.
Gulielm. Canterus. 368.a.
Cantica. 27.d 66.a.67.d. 69.c.81.d.226.a. *Vid. Salom.*
Cicero. 4.a.12.b.28.a.88.a.153.d.181.c.228.b. 233.a. 236.b. 238.c. 253.d. 319.b. 327.c. 345.c.348.d.349.a.b.c.350.a.363.d.385. b.d.415.d.421.b.433.a.d.
Petrus Ciacconus. 69.b.
Claudianus. 99.c.109.b.188.c.
Cloatius, apud Macrobium. 66.c.
Christophorus Clauius. 196.d.
Collegium Londinense. 424.a.
Guido Columna. 310.d.MS.313.b.319.b.
Columella. 66.b.348.c.351.b.
Consilium Aquigranense. 176.d.
Robertus Constantinus. 285.c.330.c.369.c. 370.b.
Ianus Cornarius. 16.d.31.c.209.d.
Cointus. 310.d.316.a. *Vid. Q. Calaber.*
Lucas Contilis. 337.b.
Petrus Crinitus. 409.b.
Cal. Aug. Curio. 329.c.401.c.
Q. Curtius. 308.a.
Cyrillus. 176.c.

D

Dauid Propheta. 6.d.9.a.10.c.24.c.40.b.50.a. 74.d.78.b c.80.b.84.a. 88.b. 90.b. 100.d. 101.a.102.c.118.c.163.d.167.a. 175.b.c. 179.c. 193.d. 194.d. 200.a. 225.c. 285.a. 300.d.395.b.c 397.a.435.a.438.a.b.
Ioannes Dalbergus. 432.c.
Iacobus Dalechampius. 403.b.
Daniel Propheta. 18.c.22.c.90.c.92.c.93.d. 194.d.291.a.
Dantes Aligherius. 159.d.286.a.
Daretes Phrygius. 310.c.320.d.326.a.
Martinus Delrius. 65.d.257.a.d.
Democritus. 166.d.167.b.403.a.
Demosthenes. 151.b.157.b.
Eius Interpres. 151.d.
Thomas Demsterus. 348.b.

Paulus

Digitized by Google

Index Autorum.

Paulus Diaconus. 409.b.
Dictys Cretensis. 310.d. 312.d. à Guidone Columna translatus. MS. 313.b. 319.b. 320.d. 321.b.d.
Didymus. 58.c.
Dionysius Areopagita. 7.a.8.b.22.c.24.b.93.b. 174.a.176.b.291.c.
Dionysius Rhetor. 47.a.63.b.189.b.
Dionysius. 274.a.
Dioscorides. 67.d.419.c.420.b.422.b.c.424.b.
Dio Cassius. 244.b. 309.b.350.a.426.d.432.d.
Dion Chrysostomus. 151.c.253.d.340.d.341.c.
Diodorus Siculus. 185.d.186.c.188.c.233.a. 302.d.338.d. 339.c. 342.c. 354.b. 385.c. 401.b.410.d.
Digesta. 365.c.
Aelius Donatus. 121.c.272.c.
Tiberius Donatus. 345.d.
Gulielmus Durandus. 68.b.

E

Ecclesiastes. 8.d.9.a 11.b.28.b.32.c.55.d. 56.a.c.57.b.72.a.c. 90.c.122.d. 123.d.166.d. 178.d.202.b. 301.a.b. 333.b. 364.a.431.d. 436.c.440.a. Vid. Salom.
Edinerus 177.b.
Elias Propheta. 381.b.
Ioannes Elichmannus. 340.a.
Empedocles. 229.a.
Encalius. 79.b.
Ennius. 307.b.
Epicharmus. 278.c.
Epigrammatarius Graecus. 11.d.213.b.
Petrus Epiphanius. 17.d.
Erasmus. 78.c.80.c.119.a.120.b.157.b.292.a. 210.b.271.c.
Esaias. 394.d.395.d.
Eubulus. apud Aristophanis interpretem. 258.d.259.c.
Eucherius. 78.c.167.a.216.a.238.a.329.c.386.c
Euclides. 415.a.
Euripides. 42.d.154.b.157.b.291.a.368.c.
Eusebius. 5.b.d.8.c.24.b.26.c.42.c.46.d.73.c. 154.a.170.d.188.c.229.b.263.c.299.b.368.d.
Eustathius. 63.c.189.b. notatur. 273.d. 292.a.366.a.
Euthymius. 93.d.167.a.393.b.
Eutropius. 252.a.
Ezechiel. 22 c.194.b.

F

Ioannes Ferrus. 331.d.
Sex. Pomp. Festus. 264.a.367.c.374.a.
Marsilius Ficinus. 19.c.21.a.31.d.116.c. examinatur 117.d. notatur, 118.c. 131.c. 137.a.199.b.201.a.300.a.301.a.333.d.
Iulius Firmicus. 286.b.363.c.
Siculus Flaccus. 349.a.
Christophorus Florantantius. 59.b.
L. Ann. Florus. 349.a.
Anutius Foetius. 127.a.167.b.
Ferrandus Fulgentius. 80.b.204.c.262.a.270.d 271.a.c.278.d.292.d.
Fulgentius. 377.a.
Baptista Fulgosius. 149.a.

G

Iacobus Gaffarellus. 267.d.
Galenus. 32.d.33.a.c.36.c.39.b.67.d.251.c. 262.b.299.b.303.b. 420.c.422.a.c.424.b.
Vincentius Gallus. 236.d.
Ioannes Galuanus. 235.a.264.b.326.a.
Aul. Gellius. 11.a.80.d.84.b.99.d.119.d. 130.d.348.c.366.d.
Gilbertus Genebrardus. 164.a.
Conradus Gesnerus. 142.a
Petrus Gillius. 147.c.
Antonius Glissandus. 68.c.
Glossa ordinaria. 10.c.93.b.385.a.437.d.
Interlinearis. 382.d.393.b.
Glossa. 68.b.164.a.202.b.
Damianus Goes. 149.c.
Abrahamus Gorlaus. 94.d.121.b.
Gottifredus Viterbiensis. 68.d.
Ioannes Grammaticus. 298.d.
D. Gregorius. 6.c.23.c.56.c.86.d.89.b.160.c. 386.c.395.c.434.d.435.a.438.d.
Ianus Gruterus. 150.d.265.a.269.b.
Franciscus Guicciardinus. 111.d.
Arnoldus Guldenstern. 273.b.
Lilius Gyraldus. 21.d.31.c.d.45.c.50.d.78.d. 96.b.99.c.114.c.132.a.138.a.147.c.156.d. 172.b. notatur, d. 184.a. 185.d. 188.b. 202.a. 205.d.261.d. 263.d. 330.c. 343.c. 368.a.376.a.b.c.377.a.429.a.

H

Dionysius Halicarnaseus. 382.a.
Ioannes Hartmannus. 423.c.
Nicolaus Heinsius. 139.c.
Heraclitus. 166.d.
Herodotus. 151.c. 153.d. 166.b. 188.c. 330.c. 332.c.354.a b.355.b.366.a.385.c.401.a.
Herodianus. 238.d.273.d.274.a.
Hesiodus. 4.c.8.d.9.a.c.11.c.14.d.17.a.24.d. 25.a.63.a.64.a.79.c.d.84.a. 141.a. 155.d. 214.c.222.c.225.a.278.b.279.b.429.a.
Eius interpres. 189.b.
Hephaestion. 366.c.
Ioannes Heurnius. 423.c.

Digitized by Google

Index Autorum.

Hesychius. 32.b.74.c.
Hierosolymitanus. 89.a.
D.Hieronymus. 39.b. 48.d.52.a. 69.c. 272.c. 285.a.336.c.337.a.386.d.
D.Hilarius. 285.b.
Hippocrates. 50.a.102.c.124.b.163.b.231.d. 401.a.414.c.430.c.
Homerus. 4.b.15.d.17.a.d.18.d.33.a.44.a. declaratur,50.a.51.a.63 c.66.c.74.c.75.c. 84.a.98.c.101.d.107.c.134.b.150.d.151. b.155.c.d.156.a.157.c.185.d.186.a.202.c. 203.d. 204.b. 215.c. 235.d. 247.b. 262.d. 273.c. 277.a. 278.b.c.279.a. 284.d. 289.a. 290.b.291.a.292.d. 293.a. 310.d. defenditur, 311.a. 314 b. 320.d. 321.b. 326.a. 334.b.c.345.d.346.a. 347.b.365.b.381.d. explicatur, 407.a.c.416.a.b.
*Horatius.*42.d.45.c.55.c.75.a.80.a.84.b 99.d. 113.a. 139.d.142.a.178.d. 214.b. 231.a. 250.b. 262.d. 271.d. 272. b.319.b. 363.a. 365.c. 373.b. 378. a.385.b. 409.d. 410.c. explicatur,411.a.d.412.a.413.d.exponitur,415.a.b.417.b.418.a.tentatus,declaratur. c.d.
Gisbertus Horstius. 249.c.
Horus Apollo. 85.d. 92.d. 94.a. 178.a. 213.c. emendatus, 214.a. 233.a. 252.d. 203.d. restitutus, 352.c.395.b.439.a.
Hyginus. 154 a. 201.b. 258. d. 259.b. 263.d. 270.b.285.b. notatur, 286.b.290.b.327.c. 339.b. 342.c.

I

D. Iacobus. 50.a.200.a.
Iamblichus. 184.b.
Ieremias. 23.c.175.b.285.a.287.b.c.382.c.
D.Ioannes. 6.d. 48.a.81.d. 92.c. 93.a. 121.d. 392.a. 394.a.395.c.397.c. 435.b. explicatur, 437.b.438.c.d. Vid. Acta. Ap.
Iobus. 58. a. 86.d. 93.b. 118.c. 159.b. 168.d. 169.a.257.b.303.a.435.a.438.b.
Iosephus. 71.a 369.d.385.c.
S. Irinæus. 163.d.216.a.
Isaias. 6.c.7.c.20.d.23.c.46.d.56.b.73.c.97.d. 177.a.d. 179.b.194.a.d.195.a.285.a.380. d.438.a.
Theophanes Isaurus. 149.a.
Isidorus. 37.a. 58. a. 156.a. 176. c. 203.a. c. 225. d. 236. d. 289. a. 304. a. 307. b. 389.d.
Iudicum liber. 10.c.11.b.
Franciscus Iuretus. 269.b.
Iustinus. 151.b.d.185.d 187.b.189.a. 245.c. 246.a.b.
Iuuenalis. 286.d.321.a 352.d.410.c.

K

Athanasius Kircher. 173.b.
Albertus Krantzius. 150.d.

L

Labeo. 385.d.
Cæl. Lactantius. 42.b.96.b. 138 .a. 205. d. 213.c. 233.b.336.a.
Grammaticus. 181.c.188.c.
Diogenes Laertius. 40.d.41.b.45.c.66.a.79.d. 92.a.301.a.406.c.
Dionysius Lambinus. 412.a.413.d.
Aelius Lampridius. 365.c.
Christophorus Landinus. 160.a.
Hieronymus Lauretas. 285.
Wolfgangus Lazius. 369.b.notatur.370.c.
Albertus Leander. 430.a.
Camillus Leonardus. 1.a.
Ioannes Leonius. 142.d.
Iulius Leonides. 109.a.
Leslæus. 151.d.
Andreas Libanius. 430.a.
Iosephus Licetus. 379.d.
Iustus Lipsius. 168.c.269.a.
*Titus Liuius.*2.b.13.a.16.d.102.c.106.a.107. c.238.d.239.b.241.a.348.c.397.d.
Liuius Andromicas. 374.a.
Lodulphus. 58.c.
Petrus Lombardus. 71.b.
Eilhardus Lubinus. 371.b.
Lucanus. 386.a.409.a.
D.Lucas. 73.a. 159.c. 175.d. 177.a. 179.a. 193.d.334.b.395.b.396.b.430.c.435.b.
*Lucianus.*41.b.78.d.88.b.122.b.146.b.156.a. 238.d.336.b.355.a.
Ioannes Lucidus. 556 b.
*Lucretius.*8.d.28.a.37.b.62.b.64.b.84 a.115.c. 138.c. 212.c. 214.b. 216.d. 280.b. 303.c. 310.a.d.363.b.399.d.417.d.
Franciscus Luisinus. 367.a.
Lycophron. 79.d.189.c.
Eius interpres. 279.b.
Nicolaus Lyranus. 68 a. 93. b. 194 b. 202.b. 381.b.382.d.385.a.393.b.417.a.438.b.

M

S. Macharius. 176.c.
Macrobius. 42.a.66.b.179.d.140.a.332.d.
Petrus Maffeius. 337.a.
Antonius Maginus. 361.a.430.b.
Albertus Magnus. 1.b.58.a.68.c.79.d.164.b.d. 213 c.339.a.437.c.
Olaus Magnus. 98.b.407.a.408.a.
Simon Maiolus Vulturarienſis. 148.d.149.b.

Mala-

Index Autorum.

Malachias. 194.b.
Manilius. 162.d.417.b.
Io. Baptiſta Mantuanus. 99.b.
Paulus Manutius. 348.d.
Nonius Marcellus. 368.c.
Marcus Marulus. 13.c.
D. Marcus. 23.a. 175.c. 176.a. 178.a. 179.a. 334.b. 392.b. 396.c.
Matthæolus. 66.d. 142.a. 416.c. 419.c. 420.c.
Franciſcus Maurolycus. 236.d.
Martialis. 2.a. 79.b. 99.b. 120.c. 121.b. 264.b. 269.c. explicatur, 352.b. 373.a.b.
D. Matthæus. 12.b. 24.c. 40.b. 41.b. 73.d. 80.a. 92.c. 93.a. 107.c. 159.c.d. 174.b.c. 178.a.b.c. 184.a. 199.b. 200.a. 236 b. 237.c. 292.d. 334.b. 369.c. 380.b.d. 391.d. 392.a.c. 393.b. c. 394.b. 395.d. 397.c. 417.a. 430.d. 435.b.c. 437.d. 439.d.
Hieronymus Magius. 367.a.
Valerius Maximus. 13.a. 23.a. 137.d. 157.a. 239. d. 242. b. 245. b. 247. b. 348. c. 349. c. 380. b. 387. d. 413. a. 419. a. 421.c.
Ammianus Marcellinus. 354.d.
Ioannes Maldonatus. 293.d.
Daniel Mallonius. 68.c.d.
Mancinus. 258.d.
Pomponius Mela. 172.a. 338.d. 354.d. 429.d.
Menander. 278.b.
Hieronymus Mercurialis. 258.c. 304.b.
Metaphraſtes in Vita S. Quiriaci. 177.a.
Micheas Propheta. 194.d.
Iacobus Micyllus. 134.b. 237.c.
Ioannes Picus Mirandulanus. 231.a.
Monachi Vuerdunenſes. 176.d.
Moſchus. 29.c. 100.a. 133.d.
Ioannes Moſchius. 176. vid. S.
Moſes. 5.c.6.c.8.a b.c.d. 11.b.c. 17.b. 20.d. 23.a. 24.b.c. 27.b.c. 39.d. 47.b. 52.c. 54.a. 55.a. 57. d. 58.a.b.c. 60.a.b.c. 61.a. 62.a.b.c.d. 65.c.d. 66.a. 67.a.d. 70.a. 71.a.c. 72.b. 73.a.b. 81.d. 89.a. 93.a. 94.a. 97.c. 111.b. 126.d. 160.b. 161.b. 174.d. 176.a. 178.d. 179.a. 193.c. 203.c. 206.c. 216.c.d. 217.a. 220.b. 225.b.c. 230.c. 236.b. 237.c. 257.b. 291.a. 293.a. 311.a. 346.c. 348.a.b. 351.b. c. 354.a.b.c. 381.a.c. 385.a. 386.b. 395.c. 426.a. 433.c. 434.b. 438.d.
Antonius Muretus. 269.a.
Ioannes Alcidius Muſnier. 414.c. 423.b.
Angelus Monoſinius. 23.d.
Andreas Morettus. 384.c.
Paulus Morigius. 180.c.

N

Nonius, apud Macrobium. 66.c.
Natalis Comes. 20.c. 23.b. 24.d. 25.d. 26.a. 28.c. 49.a. 78.d. 141.a. 154.b. 156.d. 157.b. 202.b. 219.c. 220.a. d. 222.c. 228.a. 230.d. 290.b. 329.d. 336.a. 376.b.d.
Gabriel Naudeus. 411.c.
Gregorius Nazianzenus. 392.d.
Cornelius Nepos. 310 d. 311.d. 320.d.
Nicander. 237.d. 375.d. 377.c.
Nicandri Interpretes. 155.d.
Nonnus. 365.c.
Aloiſius Nouarinus. 432.b.

O

Iulius Obſequens. 238.b.
Philippus Olinerius. 246.b.
Antonius Ongarus. 144.a.
Oppius, apud Macrobium. 66.c.
Oppinianus. 404.b. taxator, 405.b. item 406.a.
Origenes. 10.c. 53.a. 93.a. 285.b. 291.b.
Orpheus explicatur. 20.c. 78.d. 116.b. 188.b. 225.a.b. 290.b. 329.c.d.
Oſeas propheta. 380.b.
Felix Oſius. 301.b.
Ouidius. 10.a. 21.d. 22.a. 28.d. 49.c. 63.d. 88.d. 99.d. 122.d. 130. c. 139. a. 141. b. 151. c. 146.a.d. 178.a. 181.c. 188.b. 192.b. explicatur, 200.b. 206.a. 215.a. 247.b.c. 248.a. 263.a. 283.a.b. 286.a.d. 289.c. 294.c. 327.d. 374.a.b. 417.b.

P

S. Pachomius. 176.c.
Aſconius Pedianus emendatur. 263.a.
Sanctes Pagninus. 164.a.b.
Palæphatus. 270.c. 277.d. 282.a. 340.d.
Palladius Rutilius. 351.b.
Onuphrius Panuinius. 302.d. 304.a. 307.b.
Paralipomena. 97.c.
Parmenides. 9.a. 14.d. 17.a. 25.a.
Franciſcus Patricius. 10.d.
Pauſanias. 25.b. 96.b. 138.a. 148.a. 154.a.b. 188.c. 189.d. 191.a.b. 209.c. 220.d. 221.a. 237.d. 245.b. 246.a. 263.a. 268.d. 302.c. 306.a. 307.a. 310.d. 320.a. 334.b. 346.d. 347.b. 359.a. 365.c. 366.a. 367.d. 378.a. 383.b. 386.c.
D. Paulus. 7.a.c. 26.c. 40.c. 46.d. 60.a.d. 71.c. 73.b.c. 81.d. 93.a. 118.b.c. 137.b. 161.a. 163.a. 174.d. 217.a. 221.a. 222.d. 257.b. 303.a. 343.d. 381.a. 392.a. 397.b. 417.b. 430.d. 438.c.
Benedictus Pererius. 65.d. 160.b.

Digitized by Google

Index Autorum.

Aul. Perſius. 410.c.
Petronius. 10.a.374.b.
Franciſcus Petrarcha. 10.b.26.c.32.a.119.c. 222.d.246.c.250.c.337.c.378.c.409.a.
Silueſter Petra-Sancta. 94.c.121.b.261.a.275.c. 433.a.437.c.
D. Petrus. 164.b.
Franciſcus Philelphus. 246.d.
Philo. 27.b. 39.b. 52.a. 53.a. examinatur. d. 54.b. explicatur, 161.d.176.b.363.d.
Phurnutus. 31.c.96.b. 114.c. 156.a.c. 188.c. 258.a.259.c.329.c.330.c. 331.a.
Philoſtratus. 45.c.114.c.365.c.
Antipho Philocrus. 189.b.
Philoxenus. 65.d.
Photius. 254.b.366.c.
Valerianus Pierius. 4.c.33.c.37.a.42.d.45.a.b. 58.a.c.62.c.63.a.b.74.c. 78.c. 80.b. 87.d. 88.c.89.a.93.c.d.94.a.c. refellitur, 130.c. 131.a.132.b.137.c.142.a.b.164.b.c.165.d. notatur, 167.a. 168.a.b. 171.d. 172.a. 175.a.179.d. 181.a.c.d. 183.c.d. 184.a. 189.a.c.190.a.192.a.193.c. 201.d. 202.a. 208.d.211.d.212.a.b. 213.b.d. 214.a.d. 215.b.c.234.a.235.d.237.d. 251.d. 262.c. 286.c.287.c.296.b.306.a.b.307.c.d.329.c. 332.c. 333.a.c.334.b.c.339.a.342.a.343.c. 345.d.346.c.347.d.351.c.352.a.d. 353.a. 354.a.377.c. 378.b. 386.c. 392.d. 395.b. 431.d.433.d.439.b.
Laurentius Pignorius. 208.d.210.d.
Pindarus. 78.c. 168.c. 186.b. 188.c. 215.b. 371.a.
Plato. 1.d.3.c.d.4.a.d.5.a.c.d.6.b. explicatur, 8.a.b.c.d.9.a.11.b.12.b.d.15.c. 16.d.17.b. d.19.c.20.c.24.a.25.a.26.a.27.d.28.a.31.c. 33.a.c. 39.a. 40.d. 41.b.d.43.b.64.a.72.b. 75.b.c.77.d.81.d.86.c.88.c.90.d.92.a.96.b. 101.a.118.a.b.130.a.135.b.137.a.151.d. 156.c.159.c. 161.d.163.a. 166.a.199.d. 201.d.202.c.204.b.c. 208.b. 209.d.210.a. 214.a. 222.a.c.233.c. 268.d. 272.b.275.d. 280.a.284.c.d.285.d.291.b.298.d.299.b. 300.a.b.301.a.304.b. 328.d.329.a.b.c. 333.d. 334.b. 363.c. 400.c. 412.b. 415.b. 420.a.439.b.c.
Plautus. 134.d.151.d. 262.c. 319.b. 410.d. 426.b.
Plinius. 19.d.41.d.50.d.52.a.58.a.66.d.67. a.b.c.d. 75.c. 79.b.d. 113.a. 118.b. 120.b. exponitur, 137.d. 141.d. 146.d. 151.d. 170.d. 172.a. 192.a. 200.b. 220.b. 222.c. 236.a.238.b.c. 252.b. 269.a. declaratur, 279.c.290.a.298.a.d. 300.a.302.c. 304.a. 306.d.307.d. 310.d. 320.a. 321.a. 327.a. 332.b.338.d.339.a.b.344.a. 348.c. 353.c. 354.c. 360.a. 361.a. 366.a. 367.c. 369.c. 370.b. 371.b. 385.b. defenditur, c.389.c. reſtitutus, 403.c.d.404.a.413.a. 419.b.c. 420.a.421.c. declaratur, 426.b.c. 429.c. 430.a.431.d.432.c.440.d.
Plinius Iunior. 252.b.
Plotinus. 29.d.43.a.46.b.48.d.135.a.332.c.d. 333.a.439.b.
Plutarchus. 10.b.12.a.d.15.d.16.c.28.d.63.c. 80.c. 81.c.92.b. 106.a. 119.a.b.150.a.d. 156.d.163.b.166.a. 170.d. 181.c. 200.b. 204.a.212.b.238.b.c.d.239.a.241.a.244.b. 248.d. 262.b. 269.a.c.271.c. 272.a. 273.c. 289.b. 294.d. 296.a. 300.d.306.d.327.b. 332.d.333.a.336.b.c.d.346.a. 347.a. 348.c. 349.a.350.a. 354.b. 369.c. 378.a. 382.a.b.c. 385.c.387.d.412.b.d.419.b.c.d.421.c.426.d.
Porphyrius. 81.c.184.b.
Polybius. 348.d.
Trebellius Pollio. 142.c.
Iulius Pollux. 238.a.258.d.346.a.363.d.377.d.
Marcus Polus. 273.b.336.d.427.b.
Valerius Polydorus. 385.a.
Porphyrius. 263.c.298.d.381.d.
Portus. 369.c.
Ramirus de Prado. 373.a.
Priapeiorum autor. 99.a.
Procopius. 65.d.409.b.
Proclus. 63.d.88.a.192.b.365.d.
Grammaticus. 142.c.
Propertius. 22.a.28.d.32.a. 245.b.251.d.374.b. 418.b.
Ptolemæus. 29.c.491.c.415.a.430.b.
Aloiſius Pulcius. 295.a.
Caſſianus Puteanus. 391.a.
Pythagoras. 184.b.271.b.
Pythinetus. 141.b.

Q

Petrus Quirinus. 59.a.
Fab. Quintilianus explicatur. 251.d.

R

Ioan. Baptiſta Ramuſius. 59.a.257.d.296.c
Regum Lib. 10.c.39.d.57.a.97.c.98.c. 101.a. 160.c.180.b.285.a.416.d.
Celius Rhodiginus. 88.c.d.132.a.213.c.268.d. 269.c. 272.c. 279.a. 296.b. 304.b. 307.d. 333.a.377.a.381.a.c.d. 382.d.383.b.410.d. 431.d.432.d.433.d.
Simmias Rodius. 333.d.
Ioannes Rhodius. 267.d.273.b.390.d.

Ricciar-

Digitized by Google

Index Autorum.

Riccardus, apud Goropium. 233.d.
Cæsar Ripa. 379.a.
Conradus Rubeaquensis. 149.b.
Ioannes Ruellius. 437.c.
Rufinus 171.a. 172.a.b. à Gyraldo expositus. 173.a.

S

Ioannes de Sacrobosco. 197.a.
Claudius Salmasius. 296.d. 367.a. 412.c. 413.d.
Salomon Propheta. 6.c. 9.a. 40.b. 43.a. 45.d. 64.d. 73.c. 179.c. 194.b. 202.b. 222.d. 238.d. 300.d. 301.b. 385.a. 430.d. 438.d.
Rabbi Salamon. 194.b.
Salustius. 79.c. 206.b. 310.d. 349.c.
Salvius. 366.a.
Franciscus Samarinus. 68.c.
Franciscus Sanctius. 347.c.
Sappho. 25.d.
Iosephus Scaliger. 367.a.
Iulius Scaliger. 140.b. 147.c. notatus, 148.a. 213.b. 217.a. 260.d.
Scotus. 9.b. 17.c.
Scholiastes vetus. 429.c.
Scylax Caryandensis. 366.a.
Sedulius. 69.b.
Seneca Philosophus. 41.a. 77.c. 222.c. 242.c. 269.a.c.
Seneca Tragicus. 42.d. 368.c.
Daniel Sennertus. 423.c.
Serapion Ascalonita. apud Pierium Valerianum. 189.b.
Marius Servius Honoratus. 9.d. 121.c. 247.c. 258.d. 259.c. 269.c. 282.d. 288.c. 329.c. 418.b. 426.d.
Petrus de la Sena. 366.d.
Diodorus Siculus. Vid. D.
Antipater Sidonius. 366.b.
Carolus Sigonius. 349.b.
S. Ioannes Silentiarius. 176.c.
Simmias Rhodius. 23.b.
Silius Italicus. 69.b. 81.c. 430.a.
Hieronymus Sinus. 371.c.
Ioannes Smith. 139.c.
Socrates. 3.c. 163.a. 374.d.
Solinus. 66.d. 338.d. 354.d. 366.a. 376.c. 429.c.
Sophocles. 189.c.
Sophronius. 176.d. Vid. Io. Mosch.
Sosibius. 383.a.
Sositheus. 215.c. 285.b.
Sozomenus. 375.b.
Aelius Spartianus. 157.c. 354.d.
Ioannes Spondanus. 49.a. 150.d.
Statius. 10.a. 99.c. 138.b. 181.c. 290.b. 298.d. 304.a. 326.a. 351.c. 415.c.
Stephanus de Vrbibus. 367.c.
Carolus Stephanus. 246.b.
Petrus Stephanonius. 2.b. 173.b.c. 224.d. 327.a. 398.d.
Stobæus. 343.c.
Stoici. 272.b.
Strabo. 172.a. 185.d. 186.a. 188.c. 191.b. 192.d. 208.a. 209.b. 332.c. 354.d. 361.a. 370.d. 372.a. 439.c.
Victorinus Strigelius. 246.a.
Theodorus Stradita. 177.a.
Suenius, apud Macrobium. 66.b.
Suetonius. 137.d. 138.c. 192.a. 193.c. 253.a. 272.c. 304.a 309.c. 345.d. 365.b. 368.d.
Suidas. 11.a. 19.c. 172.a.b. 210.b. 254.d. 301.a. 312.d. 354.d. 366.a.

T

Cornelius Tacitus. 150.c. 170.d. 173.c.
Torquatus Tassus. 29.d. 101.a.d. 107.d. 109.c. 110.b. 119.c.
Terentius. 181.c.
Tertullianus. 154.a. 177.b. 253.d. 307.b.
Thebit. 1.a.
Themistocles. 238.a.
Theocritus. 19.a. 23.b. 25.d. 28.c. 214.a. 439.b.
Ei. Scholiastes. 28.d.
Theophilus. 246.c.
Theophrastus. 50.d. 51.a. 66.d. 67.c. 421.d.
Theophylactus. 393.b.
Theopompus. 433.d.
Theodontius. 229.b.
Theodoretus. 65.d. 367.d. 375.b.
Theon Arati interpres. 153.d. 307.c. 352.c.
D. Thomas. 5.d. 9.a. 46.d. 55.a. 56.b. 57.c. 73.c.
Thucydides. 151.a.
Theodulphus. 68.a.
Tibullus. 189.b.
Tobias. 395.d. 434.c.
Iacobus Philippus Tomasinus. 265.a.d.
Tostatus. Vid. Abulensis.
Hermes Tris megistus. 20.d. 271.a.
Bernardinus Tilesius. 99.d.
Thryphiodorus. 310.d. 314.d. 320.a. 321.b.c. 322.b.
Nicolaus Tulpius. 440.c.
Adrianus Turnebus notatur. 259.c. 412.a. 413.d.
Gregorius Turonensis. 176.c.
Horatius Tursellinus. 171.a. 180.c. 254.c. 409.b.
Apollonius Tyanæus. 1.c.

Maxi-

Digitized by Google

Index Autorum.

Maximus Tyrius. 287.b.

V

M. Terent. Varro. 179.d.188.b.213.c.227.d. 259.c. 271.c. 348.c. 351.b. 353.a. 366.d. expositus, 367.c.369.b.
Flauius Vegetius. 111.a.303.a.
Andreas Vesalius. 33.b.
Velleius Paterculus. 348.c.349.a.350.a.
Georgius Venetus. 56.c.
Polydorus Vergilius. 113.a.180.c.320.c.431.d.
Aneas Vicus. 252.c.
Virgilius. 4.b.d. explicatur, 11.d.13.c.14.b. 20.a.33.a. 37.a. 38.b. 64.a.66.b.d. 67.a. 97.d. 98.a.b.c.99.b. 121.c. 138.b. 150.a.c. 151.a.153.c.154.a.d.165.d.175.a.179.d. 180.a.181.a.213.c. 215.a. 229.b. 230.a.c. 231.a.257.b.258.c.d.272.c.d.273.c.274.a. 278.d.286.d. 387.b.292.a.d. 293.b.302.c. 303.d.306.d.308.a.310.d.317.b.322.a.b. 330.b.346.b.350.b.c.361.c. 363.d.364.c. 365.a.368.a.b.c.370.d.373.b.c.377.d.386. a.414.a.415.c.416.b.417.b.418.b.419.b. 429.a.
M. Vitruius Pollio. 310.d.320.c.352.b.
Ioannes Ludouicus Veues. 148.d.
Carolus Emanuel Vizzanius. 178.a.
Vlpianus. 385.d.
Raphael Volaterranus. 113.b.173.c.251.d. 254.d.409.b.c.
Flauius Vopiscus. 151.b.
Iacobus Voragineus, 68.c.
Vsuardus. 236.d.

X

Xenophon. 16.a.37.a.74.b.150.d.152.a.229.d. 294.d.363.c.365.c.412.b.

Z

Zacharias Propheta. 107.c.194.b.
Zetzes. 78.d.259.b.c.268.c.d.269.c.
Zenodotus Ephesius. 120.b.
Ioannes Zonoras. 409.b.

Digitized by Google

INDEX

Rerum, ac Verborum memorabilium.

A

Abderitarum in Hippocratem effectus. 124.c
Absinthii poculum quadrigarum victori propinatur. 307.d
Abstractio Mathematica. 221.c
Achatis species. 389,d. Siculæ virtus. ibid.
Acheron. 203,a
Acherusia. ibid.
Achillis effigies. 326.a
Actiones humanæ vanæ. 124 b
occultæ. 128.b
Adami scientia. 55.d
nomen vtriq; primo parenti commune. 72.b
Ægeum mare. 367.c
Ægysthus ut expugnarit pudicitiam vxoris Agamemnonis. 416.a
Ægyptus impluuia. 401.a
salubris. ibid.
Ægypti figura trigona. 353.b
Aegyptiacum oraculum. 142 c
Agyptii mathematici. 401.b
libidinosi. 142 b
Ænigmata pro insidiis & invasionibus. 344.b
Aër cœli nomine insignitur. 217.a
grauis. 402 c
Aesculapius fulmine tactus. 128.a
Aesopi fabulæ à Platone laudatæ. 275.d
Agrestes etiam amare. 18.c
Agrorum exustio. 229.a
cultura Leone significatur. 353 a
Alectorius lapis. 238.b
Alexandri Magni annulus signatorius. 327.a
Amarum pro condimento. 434.c
Amoris origo. 5,a. differentiæ. 3,c. 4,a. 213.d
vis. 212 c
Amor Peniæ filius. 8.c
Amor inter Deos relatus. 13,c. inter Deos primus & nouissimus. 8.d
Amor concupiscentiæ immortalis. 16.b
Amoris ætas puerilis. 16 d. lex. 25.c. operatio. 46 b. nomina. 96,b. vis à violentia Mortis discrepat. 117,a. causa similitudo. 117.c
Amor diuinus Deorum recentissimus. 17.b
humanus deorum nouissimus. ibid.
senilis. 18.a
puer fingitur. 20.b
alatus. 20,c. 22,c. 43,a
ex ouo natus. ibid.
nudus. 23,b. 24,a. 41,a
cæcus. 25,d. 28,c
variæ pulcritudinis desiderium 25 b
pulcritudinis in amata turpi. 27,d
oculatus. 32,b
igneus. 37 a
Ciuilis. 114,d. vulgo Amicitia 115,a
dulcis amaror. 116, b, c
heroicus Nicolai Barbadici, & Marci Triuisani. 117,d. 122,c
amantis necessario, non amati. 130,a
conjugalis. 136,a
Amoris voluptuosi in bellicum & literarium tyrannis. 9,c
bellici galea. 10[illegible] clypeus. 109,a
Amatus amare debet. 117,b
Amoris mutui nulla est amaritudo ĩterna, 118.b
Amicos ad aras. 119,a
Amici opibus præferuntur. 355,c
Amicorum exempla. 122,c
Amicitia inter contraria, & similia. 135,b
Scythis maxime colitur. 355,a
Amicitiæ vis. 355,d
Amor ex contrariis & similibus mixtus. ibid,c
Amor triplex. 137,b
Amphitrite aqua 204,c
Amor bellicus. 99,b
Anaxagoræ ara gemina erecta. 368,d
Angelus prima creatura. 17,c. alatus. 22.c
Anguis orationis typus. 178,a
sapientiæ typus. 334,d
Animæ facultas concupiscibilis, irascibilem & rationalem superat. 12,b
Animus philosophi corpus deserit. 223,d
Animæ symbolum. 298,a
Anima pars nostra purior. 196 b
in sepulcro. 298,d
Animarum apparitiones. 426,d
Animæ immortalitas ex Aristotele. 280,c,d
Animalium primatus. 211,d
Animæ in corpora cõpellũtur à maleficis. 298,d
Antigonus luscus quãdo pictus ab Apelle. 332,b
Antimonii abusus. 413,a
facultas, 422,a, b
usus. d
Antonini Pii numus explicatur. 238,b
Antri & oris comparatio. 334,c
Anuli signatorii literæ. 121,b
Anubis. 233,a. etymon. d

Digitized by Google

Index Autorum.

Maximus Tyrius. 287.b.

V

M. Terent. Varro. 179.d.188.b.213.c.227.d. 259.c.271.c.348.c.351.b.353.a.366.d. expositus, 367.c.369.b.
Flauius Vegetius. 111.a.303.a.
Andreas Vesalius. 33.b.
Velleius Paterculus. 348.c.349.a.350.a.
Georgius Venetus. 56.r.
Polydorus Vergilius. 113.a.180.c.320.c.431.d.
Aneas Vicus. 252.c.
Virgilius. 4.b.d. explicatur, 11.d.13.c.14.b. 20.a.33.a.37.a.38.b.64.a.66.b.d.67.a. 97.d.98.a.b.c.99.b.121.c.138.b.150.a.c. 151.a.153.c.154.a.d.165.d.175.a.179.d. 180.a.181.a.213.c.215.a.229.b.230.a.c. 231.a.257.b.258.c.d.272.c.d.273.c.274.a. 278.d.286.d.387.b.292.a.d.293.b.302.c. 303.d.306.d.308.a.310.d.317.b.322.a.b. 330.b.346.b.350.b.c.361.c.363.d.364.c. 363.a.368.a.b.c.370.d.373.b.c.377.d.386. a.414.a.415.c.416.b.417.b.418.b.419.b. 429.a.
M. Vitruius Pollio. 310.d.320.c.352.b.
Ioannes Ludouicus Viues. 148.d.
Carolus Emanuel Vizzanius. 178.a.
Vlpianus. 385.d.
Raphael Volaterranus. 113.b.173.c.251.d. 254.d.409.b.c.
Flauius Vopiscus. 151.b.
Iacobus Voragineus. 68.c.
Vsuardus. 236.d.

X

Xenophon. 16.a.37.a.74.b.150.d.152.a.229.d. 294.d.363.c.365.c.412.b.

Z

Zacharias Propheta. 107.c.194.b.
Zerxes. 78.d.259.b.c.268.c.d.269.c.
Zenodotus Ephesius. 120.b.
Ioannes Zonoras. 409.b.

Digitized by Google

INDEX

Rerum, ac Verborum memorabilium.

A

Abderitarum in Hippocratem effectus. 124.c
Absinthii poculum quadrigarum victori propinatur. 307.d
Abstractio Mathematica. 221.c
Achatis species. 389,d. Siculæ virtus. ibid.
Acheron. 203,a
Acherusia. ibid.
Achillis effigies. 326.a
Actiones humanæ vanæ. 124 b
occultæ. 128.b
Adami scientia. 55.d
nomen vtriq; primo parenti commune. 72.b
Ægeum mare. 367.c
Ægysthus ut expugnarit pudicitiam vxoris Agamemnonis. 416.a
Ægyptus impluuia. 401.a
salubris. ibid.
Ægypti figura trigona. 353.b
Aegyptiacum oraculum. 142 c
Agyptii mathematici. 401.b
libidinosi. 142 b
Ænigmata pro insidiis & invasionibus. 341.b
Aër cœli nomine insignitur. 217.a
grauis. 402 c
Aesculapius fulmine tactus. 128.a
Aesopi fabulæ à Platone laudatæ. 275.d
Agrestes etiam amare. 18.c
Agrorum exustio. 229.a
cultura Leone significatur. 353 a
Alectorius lapis. 238.b
Alexandri Magni amulus signatorius. 327.a
Amarum pro condimento. 434.c
Amoris origo. 5,a. differentiæ. 3,c. 4,a. 213.d
vis. 212 c
Amor Peniæ filius. 8.c
Amor inter Deos relatus. 13,c. inter Deos primus & nouissimus. 8.d
Amor concupiscentiæ immortalis. 16.b
Amoris ætas puerilis. 16 d. lex. 25.c. operatio. 46 b. nomina. 96,b. vis à violentia Mortis discrepat. 117,a. causa similitudo. 117.c
Amor diuinus Deorum recentissimus. 17.b
humanus deorum nouissimus. ibid.
senilis. 18.a
puer fingitur. 20.b
alatus. 20,c. 22,c. 43,a
ex quo natus. ibid.
nudus. 23,b. 24,a. 41,a
cæcus. 25,d. 28,c
variæ pulcritudinis desiderium 25 b
pulcritudinis in amata turpi. 27,d
oculatus. 32,b
igneus. 37 a
Ciuilis. 114,d. vulgo Amicitia. 115,a
dulcis amaror. 116,b,c
heroicus Nicolai Barbadici, & Marci Triuisani. 117,d. 122,c
amantis necessario, non amati. 130,a
conjugalis. 136,a
Amoris voluptuosi in bellicum & literarium tyrannis. 9,c
bellici galea. 10[illegible] clypeus. 109,a
Amatus amare debet. 117,b
Amoris mutui nulla est amaritudo iterna. 118.b
Amicos ad aras. 119,a
Amici opibus præferuntur. 355,c
Amicorum exempla. 122,c
Amicitia inter contraria, & similia. 133,b
Scythis maxime colitur. 355,a
Amicitiæ vis. 355,d
Amor ex contrariis & similibus mixtus. ibid,c
Amor triplex. 137,b
Amphitrite aqua 204,c
Amor bellicus. 99,b
Anaxagoræ ara gemina erecta. 368,d
Angelus prima creatura. 17,c. alatus. 22.c
Anguis orationis typus. 178,a
sapientiæ typus. 334,d
Animæ facultas concupiscibilis, irascibilem & rationalem superat. 12,b
Animus philosophi corpus deserit. 223,d
Animæ symbolum. 298,a
Anima pars nostra purior. 196 b
in sepulcro. 298,d
Animarum apparitiones. 426,d
Animæ immortalitas ex Aristotele. 280,c,d
Animalium primatus. 211,d
Animæ in corpora cõpellũtur à maleficis. 298,d
Antigonus luscus quãdo pictus ab Apelle. 332,b
Antimonii abusus. 413,a
facultas, 422,a, b
usus. d
Antonini Pii numus explicatur. 238,b
Antri & oris comparatio. 334,c
Anuli signatorii literæ. 121,b
Anubis. 233,a. etymon. d

Digitized by Google

Index Rerum,

Anulus memoriæ ſymbolum. 431.d
ad memoriam facit. 432.a
grati animi monumentum. d
Anuli imago. d
Apollinis varia ſimulacra. 188,a
Pythii templum. 189,d
Appetitus rationalis eſt immortalis. 15,b
Iraſcibilis pariter. c
Apulejus magus. 427,d
Apuſia. 203,d
Aqua ad montium culmen adſcendit. 202,c
nigra facit omnia. 203,d
omnium rerum principium. ibid.
etiam aërem ſignificat. 217,a
Aquila volucrum regina, 211,d
perſpicax. 212,b. ejus etymon. 215,d
nidus ejus. 213,b
amoris rationalis typus, 215,b
item promti ingenii. ibid.
D. Joannis typus. 215,d
Ara aſyli loco. 181.a
Platoni erecta ab Ariſtotele. 366,d
ſepulcri loco. 367,d
Aræ ſymbolum. 175,a. 436,a. uſus. 175,a
Arbor virtutis, & ſapiētiæ hieroglyphicū. 52,a
Arboris ſcientiæ boni & mali fructus à Deo vetitus; arboris vitæ conceſſus. 54,a
Arbor vitæ indicat ſcientiam rerū infuſam. 55,c
Arboris ſcientiæ caudex. 57,d. fructus. 74,a.b
ſapientiæ ſine floribus. 64,a
Arbor ſcientiæ boni & mali unica. 70,a
in animo comedentis fructum producere potuit. 71,d
Arcus Vlyſſis. 98,c
Arethuſæ etymon. 228,c
Arietis machinæ bellicæ inuentores. 320,c
Artemiſiæ mirus in conjugem ámor. 130.d
Aſini aurei autor. 250,c
Aſtronomicæ obſeruationes. 401,a
Athletarum comedendi ratio. 53,b
Athletæ ſuccincti. 61,c
Auguſtus ſphinge ſignabat. 344,b
Aſcetarum ſymbolum. 439,b
Aſcolia, ludi veterum. 258.c. 259.c
Ἀσκωλιάζειν. ibid.d
Aſcoliaſmus. 259,a
Ἀσσάριον. 369,c
Aſtra matutina, veſpertina typice. 438,c
Auaritiæ mala. 127,d
TITI AVCTI anulus. 121,b
Auium in aëre ortus 216,d
Auroræ explicatio Theologica. 225.b
etymon. 225 d. fax inuerſa. 226,b
Aurora pede ſiniſtro terram premit. 226,b
Aurum non abſumitur igne. 172,d
Autoris inſtitutum. 1,d
Autoris donarium D. Antonio dicatum. 324,c
Autor Academicus. 332,b
annos ſupra quinquaginta duos docuit. 334,c

B

BAculus oraculum conſulentis. 192,a
Barba ornamento. 88,b
Barbiti ſymbolum. 89,b
Baſiliſcus. 58,a
Beliſarii ducis virtus, ac infortunium. 409,b
Belli vis. 409,a
Petri Bembi tabula Ægyptiaca. 58,a
Bellerophontis etymon. 219,b. hiſtoria. 277,d
mythologia. 278,b
Belli finis pax. 94,d
Beneficiorum memoria. 206,c
Bigarum typus. 302,d. 303,b
Bilis natura, & effectus. 125,c
Bonum & Pulcrum æquipollent. 28,a
Bonum eſt rarum. 53,c
Bos nummo impreſſus. 273,c. 345,d. 346,a
pecuniæ typus. 345,d
terræ ſymbolum. 347,d 351,b
Bouis oſtentum ad Veſpaſiani pedes. 351,c
etymon. ibid. d
effigies Aegyptum indicat. 354,a
Apis cultus apud Aegytios. 354,b,c
Brennus. 245,b
Bruti genius, 92,b. mors. 244,d
Brutorum caſtitas, 136,d
Buccina, 266,d
Butyri ſymbolum, 56,c,d

C

CAduceus principem notat. 234.d
item pacem & concordiam, 235.d
Cæſar optimus Imperator. 212,b
Pompejo templum erexit. 250.b
Cæſaris ſigillum. 159.b
Caliga Maximini. 39.c
Caligo. 203.b
Caluariæ typus. 159.d
Cambajæ Rex venenoſus. 58.c
Campeſtria. 61.c
Canis aſtronomi. 222.a
philoſophi ſymbolum. ibid. 233.c
Principis item. 234.b
Canobus. Canopus. 173.c
Canopus victor ignis. 170.c
in numo veteri. 173.b
Capilli. 88,c
Capella candida in tumulo Homeri. 367.c
Carmen anguineum. 415.a
Carthuſianorum mos ſacra faciendi. 180.b

Caſſa-

Digitized by Google

Cassandræ vaticinium. 322.a
Catonis mors laudata. 442.c
damnata. ibid.
descripta. d
Cerebri in homine principatus. 35.d
Cerberus Philosophiæ hieroglyphicum 234.c
Celeritas mira exercitus Neronis. 103.b
Celtæ nefanda libidine infames. 282.a
Centaurorum etymon. 282.c. mythologia. 282.a.d. 284.d. 286.c. 287.a.
Cernuare. 259.b
Cenotaphium. 365.c
Cereti qui. 426.b
Chaldæi ignem coluerunt. 381.c
ab Ægyptiis Astrologiam edocti. 401.c
Chimæra genus diuinum. 278.a
Amori similis. ib.c
Chimæræ allegoria. 279.a
Chios insula olim Genuensium. 371.d
Chiorum in Homerum obseruantia. 357.c
Chiorum numus. ib. Sphinx. 358.c
Chironis mythologia. 288.d
Chiron chirurgiæ inuentor. 289.a
Augusta CHRISTINA laudatur. 400.c
S. Christophori allegoria examinatur, & asseritur. 236.c
Cicada non canit ore. 209.a. ejus symbolum. 439.a.c. Apologus Platonicus. 439.b
Cicutæ significatio genuina. 414.a. vis, & venenum. 411.b. 412.d. eane purget. c. non purgat. 414.c
Cicuta exitialis. 420.d. succus etiã ipsius. 421.a
Cicuta publica poena. 421.c
Cicutæ vis emolliens. 423.a. unde. 424.a
Circuitores. 385.d
Circuli significata. 415.a
Cithara voci cedit. 271.a
Clypei usus. 109.a
Clypeus Agamemnonis. 347.b
Cœlum tertium D. Pauli. 217.a
Coitus illicitus. 135.d
Commercia ob victum inuenta. 385.b
Compitalia cur Laribus instituta. 426.c
Comæ laus. 88.d
Concubitus nefarii. 137.a
Contemplatio, pessima occupatio. 45.d. 46.c 48.c. 301.b.
Contemplationis vehementia in amore sapientiæ. 46.c
proprietates. 299.b
alæ, Mens & Voluntas. 301.a
Contẽplationi dediti sunt malancholici. 301.b
Continentia Icci. 136.c
Coraggiosi. 4.d
Cordis in homine principatus. 35.d
Corona sacrificantium. 383.a
Corporis magnitudo obsistit cõtẽplationi. 39.a
Corpus sapientiæ impedimento. 53.c
animæ sepulcrum. 161.d
Corui num ore concipiant, aut pariant. 79.b.c
ætas. ibid.
Coruus viri sapientis symbolum. 80.b.
Apollini sacer. 81.b
Critici notati. 367.a
Crocodilus Ægyptiis cultus. 175.b. 181.a
quando feritatem amittit. 354.d
Crotus. 285.c
Crux in hieroglyphicis. 173. 395.d. 396.a
Crucis Domini inuentio. 374.d
adoratio. 394.c
Cunctatio bellica. 105.d
Fabii, & Hannibalis. 106.a
Cuniculi quadruplici veretro. 339.a
Cupidines tres. 3.c
Cupido inter tres Deos positus. 13.c
Psychen deserit. 425.d
Cupiditas rationi subjecta. 135.c
Cupressus mortis symbolum. 330.d
Cretica excisa repullulat. ibid.
Cybela leonibus vehitur. 353.a
Diogenes Cynicus reprehenditur. 406.c
Cynocephalus. 233.a

D

DAphnis. 63.c
eius etymon. 189.b
Dæmones. 426.c
Decius se Saturno deuouet. 241.a
Delta Ægyptus. 353.c
Delphini pernicitas. 211.d
Delphinus amoris typus. 213.d
Delphi in medio Græciæ. 186.b
Democriti risus. 124.b
habitatio, & habitus. d
commentatio de Insania. 125.c
Deus, corpus cœleste. 15.a
ouo comparatur. 20.d
Deo cuncta præsentia. 195.b
Desultores. 307.c
Dianæ mythologia. 4.b
habitus. 221.d
Dies vitæ humanæ. 163.d
Septem dies potentes. 307.c
Δίκη. 121.c
Dilemma antistrephon. 8.d
Dioscoridis versio antiqua uberior. 361.a

Digitized by Google

Discipuli Præceptorum filii. 221.a
Discordiæ duo genera. 237 c
Diuitiarum contemtus. 41.b
Doctorum discrimina. 77.d
Doris, eiusq; typus. 427. a
Dormientes rident,& plorant. 165.c
Dorsum futura indicat. 193.c
DORY. 428.d
Draco ad Palladis pedes. 359.a
Dramaticorum discrimina. 260.d

E

E *Brietas* vox media. 7.b
Poëtarum qualis. 362.a
conferens ad bonos mores. 363.d
sobriorum. 364.a
Echo in rupe templi Delphici. 191.c
Echo ut fiat. 201.a
Elementa Dii. 17.c
quatuor. 330.a
Emblemata lapillis insculpta primitus. 1.a
Endymion. 219.c
primus Lunæ aspectus deprehēdit. 220.c
seminudus. 221.c
ejus canis. 222.a
necis ac vitæ suæ arbiter. c.
ἐφεκτόν. 214.d
Equites primi Thessali. 113.b
Equæ luxuria. 140.d. 287.a
foetatio ex aëre. 213.c
Equus funalis. 304.a
Equus Trojanus. 310.c. æneus & ligneus 320.a
Erichthonius. 154.b
ἔρως. 31.c. 96.b. ἔρος. 96.b
ἐσχάρα. 381.d
Etesiæ salubres. 124.c
Eucharistiæ mysterium. 396.d
Euæ scientia infusa. 56.a
Euphemia. 285.d
Experientia quid. 299.d

F

F Abularum interpretatio triplex. 9.b
priscarum occasio,& finis. 220.a
Fama. 305.d
Famæ vis mira. 135.d
Fatui. 426.b
Fatum. 93.d
Feminæ obesiores maribus. 430.c
Ferrum aquæ innatat. 403.a
Firmamentum cœli. 217.a
Fistula Panis quadricannis. 330.b
Florum non meminit Deus in creatione arborum. 62.a. 64.a
Foletti. 426.b
Fortuna valde prosperā est periculosa. 127.b
Fortunæ descriptio. 406.d
Fugiendum manibus, non pedibus. 244.c
Fulminis motus tortuosus. 156.b
Furtum Laconibus concessum. 150.d
at in furto deprehensus cæditur. 152.b

G

G Aleæ amoris bellici typus. 107.c
Galli typus. 86.d. 238.d
Gallizoppo. 258.d
Gallus doctorem refet. 87.a
Gallum nutrire, quid Pythagoræ. 87.d
Gallum Æsculapio dicauit Socrates morti vicinus. 88.a
Gallorum natura pugnax. 237.d
Galli allio in pugnam concitantur. 238.a
Galli in Rhodo pugnacissimi. 238.b
Gallū post victoriā immolabāt Lacones. 238.c
Gemmæ annulares. 1.c
Gemma Smithii. 390.d
Rhodii. 398.a
Pignorii. 409.a. 425.c. 428.d
Genii. 426.c
Gigantomachiæ allegoria. 81.c
Gigantes prisci. 97.c
Gibba quid mysticè. 193.c.
Gibbosi astuti & sagaces. ib.
Arma Goliath. 98.c
Græci scriptores fabulosi. 321.a
Grimaldello. 297

H

H Abitus optimus est periculosus. 127.b
Harmena serpens. 58.c
Harpa. 378.d
Harpyiæ. 292.a. rapacitatis symbolum. d. ac inopiæ. 351.a
Virgines. d. pallidæ. 293.a
Harpagones. 292.d
Harpagonis vsus multiplex. 396.d
Haidrubalis fuga. 104.b
Nicolai Heinsii Claudianus illustratus. 391.a
Panegyricum. ibid.
Edoardi Herbert munus autori missum. 324.c
Hercules. 4.c. plures. 10.a
Herculis columnæ. 429.c
Heroum filii noxæ. 157.a
Hesiodi poëma de scuto Herculis. 110.d. 209.d
Hesiodus in ludis Pythiis repulsā passus 209.d
Hieroglyphica plures habent significationes. 211.c
Hieroglyphica plurium significationum præstantiora. 84.c

Hippo-

Digitized by Google

Hippocratis Epistola in biblioth. Vaticana MS. 124.b
Hippopotami libido ingens. 142.a
Homeri sapientia. 359.b. patria. 369.a
Homerus Chiis pilcatus. 370.c
Homeridæ. ibid.
Homo ad Dei imaginem creatus. 24.b
Hominis infirmitas continua. 128.a
transformatio in asinum. 255.d
Homines fluuiatiles. 147.d
caudati. 336.d
cornuti. 337.a
Homo viuens assiduo moritur. 162.a
ex agricultura felix. 230.a
Deorum ludus. 304.b
siluestris Indorum. 440.c
Ob honorem. in marmoribus. 365.b
Horatii poëtæ infortunium. 409.b.d
& Virgilii sors diuersa. 418.b
Hortus Iouis. 8.a. 9.b
Hydrargyrum emollit. 474.b
Hye. Bacchus. 204.a
Hysteria festa. 263.b.

I.

IAcchus mystice 363.d
Ἰακχαγωγὸς. 363.d
Iambici carminis vsus. 359.d
Icci temperantia. 136.b
Ignis est Dei symbolum. 174.d. 381.a
item Pietatis. ibid. pœna. 436.a
hominis ad Deum nuncius. 175.a
animalia producit. 216.c
cultus. 381.c
Imaginum in saxis fines. 1.b
Imperatoris virtutes. 212.b
Inebriari. 363.d
Ingratus. 206.c
Inscriptio vetus. 183.c.d. 265.c
Institores unde dicti, & qui. 385.d
Intellectus operatio voluntaria non est sensuum. 222.d
Iouis nomine cœlum notatur. 230.d
Iouis simulacrum. 197.c
Ira puerorum. 101.d
Israelitæ lapillis emblemata insculpsere. 1.a
Iudicii extremi symbolum. 393.b
Iudicium Dei geminum. 435.a
Iuliæ libido. 269.b
Iusiurandum apud veteres quî fieret. 119.a
Iuuenes in Mathematicis proficere. 400.b

K

Καλὸς. 28.a
Κόσμος. 5.d

L

LAbor improbus. 46.a
Lapis inuolutus fasciis pro filio datus à matre. 206.d
Lares. 426.a. familiares. c
filius à Lare genitus. c
Laruæ etymon. 426.b
vsus. ibid.
Larua non pertinet ad epicos, nec ad lyricos poëtas. 260.d
Laurus. 4.b. 36.a. scientiæ symbolum. 62.d
vaticinii typus. 189.b
ejus damna. 62.b. encomia. 63.d
tutelæ dicata. 63.d
Lascivus, inhonestus. 373.d
Leges Agrariæ. 348.b
Cassia. ibid.
Licinia. c
Ælia Licinia. ibid.
Flaminia. d
Rubria. ibid.
Liuia. ibid.
Semproniæ, ib. 349.a
Bæbia. b
Thoria. ibid.
Appuleja. ibid.
Titia. c
Marcia. ibid.
Cornelia. ibid.
Seruilia. d
Flauia. ibid
Iulia. 350.a
Lemures. 426.a.d.
Leonis generositas. 19.d. fortitudo 212.b furor. 215.a. medulla. vid. M.
Leænæ libido. ibid.
Leo typus amoris irascibilis. 214.a
militis symbolum. 306.a. viri fortis. 346.d
injecto oculis pallio sedatur. 306.b
rugitu terribilis. ibid.
potentiæ roborisq; typus. 345.c
Iustitiæ hieroglyphicum. 346.c.
item agricolarum. 351.d. 353.a
& aquæ redundantis. 352.c
nec non foetoris. d
solo intuitu terret. 347.d
Leones lapidiei in arca Lateranensi. 352.b
Leo marmoreus Brixiensis. ibid.
Leonis caput clauibus foribusq; affixum. c
Leonum ora vino prolui ad pluuias. 352.c
Libidinis ratio. 60.d
Libitina. 132.a
Libri Democrito ornati. 124.d

Libro-

Index Rerum,

Librorum copia. 379.b
Libertas est rationis munus. 137 c
Lignum crucis. 67.d
Linguæ usus duplex. 201.c. 335.a
LVCII tres. 254.a
Ludere. 374.a
Ludorum Circensium finis. 302.c
Lunæ aspectus rari. 220.b
motus celer. 220.d
symbolum. 438.b
Luna omnes orbium superiorum mensuras recipit. 223.a
humiditati præest. 429.d.
terrea. 438.d
Lyra tibiæ præfertur. 269.d. 271.d

M

MAlorum genera. 66 b
Mali Punici grana. 229.a
symbolum. 386.c
Malum Punicum Junoni dicatum. 386.c
Mandragoræ liquor emollit. 423.c. 424.b
Manes. 426.d
Manus soli homini datæ. 44.b
Manus occulta. 45.a
Manuum eleuatio inter orandum. 176.a
Manucodiata auis Paradisi. 213.b
in aere nascitur. 217.a. atq; degit. d
Margites stultissimus. 359.d
Mas nunquam sine femina. 149.b
Mare proprie. 203.c. 204.a
Mare in summo amarum, non in imo. 429.b.d
salsum. d. pingue 430.a
flammas concipit. a. viride. b
Marmor Chium. 367.c
Marsyas primus duplici tibia cecinit. 268.c
statua ei erecta. 268.d
coronatus à causidicis victoribus. 269.b
Mala medicamenta. id est veneficia. 120.b
Meconium. 165.d
Medicorum infortunium. 128.c
Medium aliud magnitudinis, aliud rei. 297.d
Viri præcipui Melancolici. 279.c.
Mercaturæ laus. 385.b. inuentores. c
Mercaturam exercuere viri præclari. c
Mercurius literarum numen. 4.c
aëris typus. 200.d
vocis itidem. 201.d
quis. 336.b
Anubis canis capite. 233.a
Mercurii caduceus hieroglyphicũ soni. 201.b
& aëris. d
statua. 332.c
Mellis hieroglyphicum. 56.d
Medulla ossibus leonum nulla vel exigua. 215.a
Mel tessera Christi. 395.c
Mens intelligendo separatur à corpore. 222.b
Michaëlis Archangeli effigies. 435.d
Micerinus rex somnum in vigilias vertit. 166.b
Ioannes Picus Mirandulanus ingeniorum Phœnix. 400.c
Midas. 271.c
Militia vetus cum nostrate collata. 79.b
pedestris equestri antiquior, & nobilior, atq; fortior. 111.b. 113.a
Militaris vitæ symbolum. 305.d
Militis quatuor virtutes. 306.c
Minerua flaua. 99.d
Gorgonos. ibid.
quibus armata. 155.c
Moly eloquentiam significat. 49.a
Moneta chartacea. 273.b
Monumentum quid. 365.c
Morbus comitialis Herculeus. 279.d
musica sublatus. 416.a
Mors omnis non est amara. 118.a.c
Mortis hieroglyphicum. 433.b
memoria. ibid. meditatio. 434.c
Mulier astacum piscem peperit. 298.b
Mundus Venus. 5.d
Mundi creatio. 6.c.
Mundi ratio. 198.a
gubernatio. b. c. d
machina. 204.d
Muræna permittur læsa cauda. 178.c
Musarum filii. 78.d
parentes. 94.b
Musæ coronatæ. 376.a
Musæus certamen musicam detrectat. 209.c
Musicæ modi tres. 211.a
mirandi effectus. 415.d
Mutius Scævola, Posthumius. 388.c
Mutii virtus. 389.b
Myrti hieroglyphica. 377.c
Myrtus Iunoni, & Palladi exosa. ibid.
in conuiviis. 378.a
Ganymedem refert. b
Myrteus capillus. 326.a
Myxa. 67.c

N

NArcissi etymon. 228.c
Nauplii descriptio. 403.b
Nauplius infortunium portendit. c
num à Nautilo discrepet. ibid.
Nautilus à Pompilo diuersus. 404.b
Nauigandi origo. 405.a
Nectar, & Ambrosia. 7.c

Necta-

Digitized by Google

Nectare ebrius Dei filius. 8.a
Neptunus aquam notat, & mare. 202.b
Nereïs. 139.c
Neros, aqua. 429.b
Nilus Ægyptum fœcundat. 352.d
Noctambuli dormientes. 165.c
Nominum variatio. 179.d
Nouenarius numerus. 271.b
Nox quid. 226.a
Nubes. 203.b
Nuditas primorum parentum. 61.a
lasciuiam notat. 376.d
Numus Sertorii Vrsati. 38.a
FRANCISCI BARBERINI. 357.d
Joannis de Lazara. 359.b
Numi vnde dicti. 272.c
scortei. ib. 345.d. lignei, ostracini. ibid.
Numus cum effigie Achillis. 326.b
Alexandri Magni. 327.b
Nuptiarum Dii tutelares. 263.b
Nympharum antrum Homericum. 334.d

O

Ocasio in bello. 102.c
Occursacula nostium. 426.b
Oceanus. 203.a
mare Mediterraneũ produxit. 429.b
Oedipus ænigma sphingis interpretatus. 339.c
viri docti typus. 342.c
Olenia. 206.a
Oleum mare sedat. 296.a
Olympus. 331.a
Opium. 165.d
Oraculi leges. 188.a
Oraculum nullum Latine editum. ibid.
Oraculi Delphici mutatio. 190.a
Oratio mentalis. 175.b. ethnicis nota. 180.d
Stataria. d
genu flexorum. 177.a
Sedentaria. 177.b
vocalis. ibid.
Orandi mos apud veteres. 179.d
Os aridum sermoni ineptum. 335.a
Osiris. Oceanus. 203.c
Oua piscium imperfecta. 21.d
Ouum Simmiæ, non Theocriti, idyllium. 333.d

P

Pallas nuda ignis elementũ significat. 200.b
galeata, hastata. c
Pan 86.c. quis. 336.b. sermonis typus, 328.d
334.a. & frater. 329.b.
Mercurii filius. 329.b
pinu coronatus. 330.c
simulacrum ejus explicatur. 333.a
Papauer somni simulacrum. 161.a.d
Cereale. 230.c
Papauera Cereris. 229.a
Papilio. Pyrausta. 120.b
Papilionis typus. 119.c. 122.a. 131.c. 163.a
alæ semper extensæ. 131.a
vita breuissima. 163.c
Paradisus. 8.c
Parentes bifariam honorantur. 53.b
Pastores olim Regum filii. 221.a
Pegasi mythologia. 278.c. 379.a
Penia. 7.a
Persei imago. 327.a
in anulo Alexandri Magni. 327.a
Persæ ignem coluere. 381.c
milites galli. 238.b
Phiala Ægypti locus. 359.d
φιλέμματος. 84.a
Philosophus puellus. 41.a
Philosophia mors. 222.c. 223.b
Philosophi apud Indos seueri. 327.b
Philosophi meditatio pessima occupatio. 333.b
Philippi II. Reg. Hispan. symbolum. 333.b
Philippi nummi. 410.d
Phoebas. 190.c
Pictura initio rudis. 418.d
Laicis instituta ab Ecclesia. 435.d
Pileus Regis Erici ventosus. 408.a
Pinus recisa non repullulat. 330.c
totius mundi imago. ibid.d
Pinea nux. 330.d
Piratica, 150.a. olim illustris, & fastuosa: ibid.
ejus origo. 151.a
Pisces mire salaces 140.c. qui prauorum hominum symbolum. 393.a
Piscis Christi symbolum. 395.c
Plantæ tres partes. 231.d
Plumbum aquæ innatat. 403.a
Pluto quando Proserpinam rapuit. 231.c
diuitiarum Deus. 417.a
Pœni mercaturæ inuentores. 385.c
Poëtarum classes. 260.c. instrumenta. 378.d
Poëta volatilis. 210.a. alatus. 378.b
Pomorum differentia. 66.b
Pompeji anulus. 347.a
Pompili piscis natura. 404.b
Porus. 7.b
Porrici. 180.a
Posidon, aqua. 204.c
Principis cum Deo comparatio. 344.b
Procandi mos apud Scythas. 355.b
Procrastinatio scriptorum. 80.a
Proserpina Jouis & Cereris filia. 230.c

Digitized by Google

alias. Hecate. 231.d
Proserpinæ raptus. 227.d
etymon. 228,c. indumentum. 230.b
Proserpina plantarum natura. 230.b
bina poma gerit dextra, furculum sinistra. ib.
Pseudotaphium. 365,c
Psyche. 298,b
Ptera. 188.c
Pudenda membra. 61,a
Purgatorium animarum Platoni notum. 199,d
Pyralis. 298,a
Pyramides Ægyptiæ cur fabricatæ. 353,c
earum numerus, & locus. ibid.
Pyrausta. 218,d. 298,a
Pyrco vates. 190,c
Pythagoras noluit sophus appellari. 41,a
Pythagoreorum de Luna opinio. 438,d
Pythius Apollo, 188,a
Pythii. ibid.

Q

QVadrigarum inuentores varii. 154,a. 306,d. 307,b.
symbolum. 305,d
Quadrigæ falcatæ. 380,a

R

RAna in sigillo Mecœnatis. 251,d
Rapinæ turpis exitus. 293,a
Rapto viuere glorioſum. 156,c
Raptores primi mulierum Centauri. 282,c
Ratio intemperantiam compescit. 136,a
veritatem tuetur. 223.d
Regis officium. 233,d
Reges olim agricolæ. 229.d
Respirationis usus. 335,a
Rhetores qui non ore, sed scripti excelluerint. 80.c
Simmiæ Rhodii patria. 369.b
Joannis Rhodii gemma lyram referens, 210,d
gemma. 398,a
Rota humanæ vitæ sex radiis prædita. 166.d
vitam denotat impiorum. 167,a
fortunæ. 168,a
Deorum octo radiis insignita. b
Inferorum. 168,b

S

SAbee. 394.c
Sacrilegia. 150,b
Sacra fiebant ad tumulos. 368.a
Sagittarius, 285,b
Salamandra. 218,d
Salomon vino abstinebat. 364,a
Sapientia differt à Poësi. 64,a
primitus metro scripta. 84,a
Sapientiæ amor. 41,a
symbolum. 48,d
Sapientum classes. 77.d
Sardanapali vita. 374.a
Saturnus in equum mutatus. 289.b
ejus hieroglyphicum. 290,c
Satyri cornua caprina. 278,d
Satyrus Alexandriæ visus. 337,a
Indicus in Batauiam allatus. 440,c
Schema emendatur. 379,a
Sedere in bouino tergore supplicātis est, 356,a
Sedere supplicantium. 382,a
Senariorum inuentio. 191,a
Senectus velox. ibid.d
Diis omnibus exosa. 279.d
Sensus non sunt certi. 223,d
September primus anni mensis. 233 d
Sepulcra mutata sunt in templa. 170,d
Sepulcrum solidum. 364,c
inane. 365,a. quid. ibid.c
Sermonis materia. 335,b. typus, 284,c. d
Sermo fugiens. 334,b
Serpens capite læso necatur. 178,c
Sibilus serpentium. 201,b
Sicilia toto anno florifera. 228,b
feracissima. c
Sileni Alcibiadis. 363,c
σκύζειν. frontem corrugare. 214,d
σκοροδίζειν. 238,a
Smaragdus castitatis typus. 437.c
Smithii gemma. 390,d
Socratis genius. 91,a amor. 19,c.
Solitaurilia. 263,a
Solœcismus manu fit. 45,b
Somnus. 34.c
Somnus num tempore vigiliis prior. 165,b
animæ otium. 166,a
Sperare. pro Timere. 121,c
Sphinx naturalis. 338,d
artificiosa. 339,b
fabulosa. ibid.
meretricis typus. 339, d. item sophistæ. 341,d. cupiditatis sciendi. 342,a
diuersa proposuit ænigmata. 345,c
ejus mythologia. ibid. 342,b.c
historia. 341.a
Sphinges præ templorum foribus. 343,d
Sphinx Augusti sigillum. 344,a
Ægyptia. 335,d
Homerum denotat. 359,c
Squamæ piscium quid notent. 392,d
Stateræ etymon, ac symbolum. 434,d
Statuæ Deorum & Regum nudæ. 24.a

Stellæ

Digitized by Google

Stellæ ſymbolum. 438 b
typus. 93.a. 94,b. 293,d. 294,a
Stella magorum. 93,a
Stellæ circa Lunam. 221,d
ut in meridie viſæ, 251,c
noctis hieroglyphicum. 252,d
Stephanonii gemma. 210,d
Stirpes deſtituuntur maſculino ſexu. 229,c
pariter excrementis. 232,a
Stratagematum inuentor Mercurius. 4.c
Succinctoria. 61.c
Supernatare facit figura. 402,d
Supplicatio cum minis. 382,c
Sus immolabatur Soli & Libero. 261,d
item Marti, Cereri, Cybeli, Lunæ, Veneri, 262,a,b.
Majæ,& Diis terrenis. ibid.c
Laribus. d. Joui. ibid.
& pro inſanis. c
Sues Thytæ, ac ſacres. 262,d
Myſterici. ibid.
ungulis ſolidis. 262,d
Symbolis inſeri corpora phantaſtica. 335,d
& humana corpora. 337,a
Symphoniarum numerus,& ordo. 271,b
Symplegadum ſcopuli. 292,c
Synuſia. 203,d
Syrinx ſeptem calamorum. 330.b

T

TArtarum. 199,a. 202,c
Temeritatis detrimentum. 106,b
Templi Delphici deſcriptio, 186,b
figura. 130,a
Templum ſepulcrum. 368,c
Terra Jouis carcer. 196,d. 197,c
ſtabilis. 226,b
Thalia alata. 376, b. nuda. c. Lunæ adſcripta. 377,a. vitæ ruſticæ præfecta. ibid.
Their. 233,b
Theuth. ibid.
Thraſymanus lacus hodie Peruſinus. 430,b
Tibiæ inuentrix Pallas. 268,c
Tibiæ habena. ibid.c
Tibia muſicæ pars ultima. 271,a
Tibiarum cantus in menſa veterum. 272,a
Tibia animum perturbat. ibid.
Tridens Neptuno datus. 204,a. eius ratio. c
Tripus Apollinis explicatus. 186,c
Trismegiſtus. 233 b.c
Tritones mulieribus inſidiantur. 146,a. 149,d
non habent animam rationalem. 147,d
Troja ludus. 308,a. ſine bigis & quadrigis celebratus. 309,b
Tuba. 266,d
Tubi aquarum in leonina capita deſinunt. 352,a
Turris Bononienſis mobilis. 292,c
Typhon. 203.d

V

VApor. 203,b
Vaſa futilia. 370.a
Vates daphniphagi. 189,b
Vectigal de monſtris marinis. 149,c
Venenum publicum quodnam veteribus. 419,a
Venus. 8,c. Cæſaris ſigillum. 347,d
Venuſtas à Venere. 28,a
Venus curru Cupidinum vecta. 38,b
natalium, & mortis præſes. 132,a
Veneris Erycinæ templum. 132,c
Venus maſcula verita. 136,a
præpoſtera pariter. ibid.
Venus labore infringitur. 136.d
raritate debilitatur. ibid.
Verticordia. 137,d. 138,b
in Numo Cæſaris nuda. 138.c
ſtella in meridie conſpicitur. 251,c
Venus occulta. 406,c
Venter hominis terræ ſimilis. 231,d
Ventus ex fluuiis cum aqua prodit. 202.d
Venti venales, 407,b. in pileo. 408,a
Verba alata. 74,c
Victoria. 305,d
Victores Alexandri Magni milites perſea coronati. 327,a
Vigilia quid proprie. 165.d
Vindicta mutui amoris juſtiſſima. 117,b
Vinorum genera & facultates in Italia. 360,d
Vinalia luci. 259,a
Vini Chii laus. 360,b
Vinum cicutæ remedium. 294,d. 420,a
Vino fures uſi. 294,d
Vinum Maluaticum. 361,a
poëtis gratum. ibid. b
doctrinæ typus. 363.
Chium. 371,a
Pucinum. ib. b. *Vin di Proſecco.* 371,b. 372,a
Viſus cum auditu comparatus. 43,d
Virgæ ſymbolum. 235,d. 236,b
Virginibus ab oraculo Delphico remotis ſeniores ſubſtitutæ. 187.a
Vita breuis. 163,a
Vitæ humanæ rota. 166,d
Vituli marini pellis fulmine non tangitur. 63,c
Vitulus Aegypti ſymbolum. 355,a
itemq; ſacerdotum. ibid.
Vlyſſes ceruus. 79,d
latro. 294,c

Digitized by Google

Index Rerum, ac Verborum.

Vmbræ circa ſepulturas. 298.c
Viua vox in muſica. 271.a
Volumina veterum. 84.b
Vouendi priſcorum formula. 241.b
Votis reus. Voti damnatus. 180.b
Vota quid. 181.d
Vota concepta. 184.a
Vulpecula fraudis typus. 345.c
Vultus ſolus numis inſculptus. 159.c
Vultures vento concipiunt. 123.c

X

Xenocratis amor. 19.c
continentia. 37.d

Z

Zodiaci locus in primo mobili. 196.d
ad Zodiacum redigitur vniuerſum cœlum. 197.c

ERRATA

grauiora ſic reſtituantur a Lectore benevolo.

1. a. opuſculo. d. noſtram 2. a. ſatisfeciſti. b. illuſtraſti. c. addens. d. abſte. abs te. 70. d. & alibi. ſpartam 3. d. eſſe 7. a. atque. b. nectare. d. ſophiſticæ agens. 9. a. necdum d. Domat. 11. c. comedas 13. b. Alciati 16. b. capulares 18. a. ſenior, nutrix amoris conficit c. Boccatii 22. b. malaciæ 23. c. marg. Thren. 26. a. Appetitus b. nulla res 31. c. ἐπτὰν 34. d. quemadmodum 36. b. detracta c. concupiſcibilis 37. a. papilionis b. Cephali 38. a. ad marginem Petr. Numus ad marg. b. Cupido 40. d. Illi 41. c. vobis 42. b. ſerio 43. a. pediſequus b. Paſſibilem; *mannſq;* 44. c doctrina. 45. a. Alciatus c. fecirq; alſit. d. dedit 48. a. pomi b. intelligibilium 51. a. effoſſionis 54. d. non 55. b. ſuecis 57. b. feci 58. c. ſic d. pudoreue 60. a. frigore d. Apoſtolus 62. b. attulerit 66. b. ad marg. Pomorum 67. c. rubentibus 68. a. Aureliznenſis 69. a. virgulta coaluerint. b. Silius d. voluminibus Boſioq; 73. a. dedignamini Auguſtino 74. d. ſimulac 79. c. Ingurthino 80. a. Id ſibi judicium c. ad marg. ore, excelluerint. 84. a. ad marg. pagellis 85. d. Horus 86. a. madidum 92. c. in marg. ut appareat, alloquatur unum, 94. c. *Fabij* 95. c. *concupiſcibiles* 101. b. *indignamem t* 106. a. ad marg. Temeritatis 107. b in marg. Cunctationis 109. a. militiæ Rom. b. Myrtilus, 116. a. morſus itemq; 138. d. c. ad marg. viuens d. in marg. mira res. 117. a. in marg. violentia b. in marg. juſtiſſima. amare 119. a. *uſus eſt:* morem c. papil oni 126. ad marg. b. ineptas d. vincuntur 127. b. doloſis verſutiis 128. c. exſibilabimus 129. b. irridente, in d. Samſonis, 130. a. in marg Sympoſ. 132. c. τὸ ἐρύομαι 133. d. feriatur. 135. b. ad marg. ex 137. c. nuda 139. d. in marg. Arte. 140. d. nimium 141. a. cuipiam 145. d. in marg. ſententia reſcitur. 147. d. in marg. ineſſe. 153. d. Melpomene 154. a. Hyginus 165. ad marg. rident 166. a. Lemma expungatur. pertingunt 178. a. *valet,* 179. c. *antequam* 181. c. *tenens,* 184. b. repræſentantis 190. b. promanantem 192. b. SERVATOS. 202. d. in marg. ventus. 206. d. in marg. Saturni 207. d. Eunomus 209. a. ad marg. efformentur c. in marg. repulſus. d. ad marg. Pythiis pangentem, neſcium; 212. d. frugiferenteis 213. a. virenteis 214. d. ἐπισόβιον 215. a. quas ille plerumq; d. facies 216. d. chalcitis 217. b. poſſet 218. a. filum 237. d. in marg. pugnax 238. a. in marg. Allio b. in marg. pugnaciſſimi 242. b. altare 256. d. portu 257. a. in marg. præſtigiæ d. præſtigiis 260. c. Dithyrambicos 264. a. *Flator,* b. condi; 266. c. grunnientis 267. d. Sigontiæ 272. a. in marg. Cur b. in marg. excoriatus. *di* pollens 275. a. FRAVDVLENTI 282. a. in marg. Centaurorum mythologia ex Palæphato 284. d. in marg. del. notatus. 289. d. *mukos* 295. d. ſegne 296. d. in marg. uſus 307. b. *autumnum,* 313. b. chalcographiæ 319. c. encæniis 320. b. *ſtultitia galba* 324. b. experti ſunt abſorpſi 329. a. λόχος, Pan 330. a. diſtant, 334. b. ad marg. doctorq; c. ad marg. ore id in marg. typus 339. c. Sphingi 342. a. conſtitutis 344. b. *convicia* 353. b. ad marg. Ægypti figura trigona. Pyramidum numerus, 354. a. Valerianum c. multo 355. d. excrucior; 358. b. in qua 359. c. Batrachomyomachia 362. b. voluerís 364. c. Teucri 370. b. ſemiuncialis Hemicranea 378. a. in marg. Trœzenia 380. c. carbo 381. c. mons 385. c. Mercaturam ad marg. Mercatores inuentores d. ruriſq; 386. d. diſſident, 387. a. ſeruantibus oritur d. Mœrtia; ſoculum 388. b. *eum caſtris* 389. d. in marg. Mirus 391. a. piſciculos 401. a. ad marg. ſalubris. 403. c. in marg. num 405. a. inſignem Ponto 406. b. Maſſilia. d. in marg. Fortunæ 408. a. infit. 409 c. honorum 412. b. virorum intelligamus c. pretioſo 413. a. bonis d. paſſus 414. c. calorem 415. a. agit medicum 416. d. *ſcientem* 417. a. angorem 418. b. criticum agens 423. a. ſuffocabantur 424. c. ſpiſſitudiniq; 426. a. genioq; 427. c. ſedeo d. te 430. c. Schemate 433. b. in anuli pala c. aaulum 434. d. in marg. quid. 436. b. ſacrificus 438. b. Deum 439. a. Schematiſta.

REGESTVM.

§ §§ ✠ ✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz
Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm

Omnes ſunt duerniones, præter §§ in principio, & Mmm in fine vnicum.

Digitized by Google

FORTVNII LICETI OPERA

Iam invulgata, & edenda certas ad classes redacta.

Philosophica.

1 *De intellectu Agente lib. Quinque. Philyra* III. *cudit Crivellarius Pat.* 1627

2 *De Immortalitate Animorum lib. Quatuor, phil.* 127. *Crivellarius Patau.* 1629

3 *De Natura Primo-Movente lib. vnus, phil.* 26 *Crivellarius Patau.* 1634

4 *De Animarum Coextensione corpori lib. duo, phil.* 11. *Bertellus Patau.* 1616

5 *De Spontaneo viventium ortu lib.* 4. *phil.* 67. *Bolzetta Vicetiæ, & Patau.* 1621

6 *De Vita lib. tres, phil.* 108. *Ios. Pacconius Genuæ.* 1607

7 *De Ortu Animæ Humanæ lib. tres. phil.* 60. *Pacconius Genuæ.* 1602

8 *De Natura & Efficientia Luminis lib. duo. phil.* 29. *Schirattus Vtini.* 1620

9 *Litheosphorus sive de Lapide Bononiense, lucem in se conceptam ab ambiente claro, mox in tenebris mire conseruante, lib.* 1. *phil* 36. *Schirattus Vtini.* 1640

Philosophico-Medica.

10 *De his qui viuunt sine alimento lib.* 4. *phil.* 107. *Bertellus Patauij.* 1618

11 *De Ferijs Altricis Animæ lib.* 1. *phil.* 36. *Variscus Patau.* 1631

12 *Athos perfossus, sive de Alimento lib.* 1. *phil.* 25 *Schirattus Vtini.* 1636

13 *De Anima subiecto corpori nil tribuente: Deq; Seminis vita, & efficientia primaria in constitutione fœtus lib. vnus. phil.* 8. *Variscus Pat.* 1631

14 *De Perfecta constitutione hominis in vtero lib. vnus. phil.* 19. *Bertell. Pat.* 1616

15 *De Monstrorum causis, natura & differentijs lib. duo, editio secunda cum figuris æneis. phil.* 38 *Frambottus Patauij.* 1634

16 *Pyronarcha sive de Fulminum natura: deq; febrium origine lib. duo. phil.* 18. *Crivellarius Patau.* 1634

17 *Mulctra, sive de duplici Calore lib. vnus. phil.* 22. *Schirattus Vtini.* 1636

18 *Peripatetica Medicaq; placita lib.* 1. *phil.* 5. *Pacconius Genuæ.* 1605

Physico-Mathematica.

19 *De Novis Astris, & Cometis lib. sex. phil.* 58. *Guerilius Venetijs.* 1622

20 *De Cometarum attributis Cõtroversia. lib.* 1. *phil* 11. *Valentinus Venet.* 1625

21 *De Centro & Circumferẽtia lib. duo phil* 16 *Schiratt. Vtini.* 1640

22 *De Terra vnico centro motus singularum cœli particularum lib. vnus. phil.* 19. *Schirattus Vtini.* 1640

23 *De Regulari motu, minimaque Parallaxi Cometarum cœlestium lib. vnus phil* 29. *Schirattus Vtini.* 1640

24 *De Lucidis in sublimi lib. vnus. phil.* 16. *Crivellar. Patau.* 1641

25 *De Luna subobscura Luce, prope coniunctiones, & in deliquijs obseruata lib.* 3. *phil.* 60. *Schirattus Vtini.* 1640

Philosophico-Medico-Theologica.

26 *De Quæsitis per epistolas a cl. viris phil.* 42 *Thebaldinus Bonon.* 1640

27 *De Secundo-Quæsitis a Cl Viris, ardua, varia, pulchra, & nobilia quaq; petentibus in Medicina, Philosophia, Theologia, Mathesi, & alio quouis eruditionum genere, Responsa Liceti. phil.* 50. *Schirati. Vtini.* 1646

28 *De Tertio-Quæsitis, Cl. Virorum Medicinalia potissimum, & aliarum disciplinarum arcana postulatium, Responsa Liceti. phil.* 31 *Schirattus Vtini.* 1646

29 *De Motu Sanguinis: Origine Neruorum: Cerebro leniente cordis æstum: Imaginationis viribus: Quarto-Quæsitis. phil.* 20. *Schirattus Vtini.* 1647

30 *De Prouidentia: Nimbiferi Gripho: Terræmotu: aliisque pluribus Quinto-Quæsitis. phil.* 44. *Schirattus Vtini.* 1647

31 *De Resurrectione multiplici: Ænigmate mirabili: Morborum enormi catastrophe: Diaria Phlebotomiam renuente: Mulierbri complexione calidiore virili: Sexto-Quæsitis. phil.* 27. *Schirattus Vtini.* 1648

32 *De Septimo-Quæsitis, Creatione Filij Dei ad intra, nunc denuo controuersa: Numinis efficientia, sive concursu Dei cum causis secundis ad effectus producendos, & pravos speciatim: Salute Animæ Aristotelis: Diabolo homicida ab initio, quia mendax est, & pater eius: oraculo S. Paulini, Esto Peripateticus Deo, & Pythagoreus mundo: Ratione, ac origine moris antiqui, singulariter in conuiuio bibendi: Simplicibus complexionibus inter medicos principes controuersis. phil.* 38 *Schirattus Vtini.* 1650

33 *De Rationalis animæ varia propensione ad corpus lib.* 2. *phil.* 17. *Frambot. Pat.* 1634

34 *De Mundi & Hominis Analogia lib. vnus. phil.* 23. *Schirattus Vtini.* 1635

35 *De*

Digitized by Google

35 *De Pietate Aristotelis erga Deum & Homines lib. duo. phil. 26. Schir. Vtin.* 1645

36 *De Natura Assistente lib. vnus. phil. 74. Schirattus Vtini.* 1640

37 *De Anima ad Corpus physice non propensa. lib. vnus. phil. 45. Schir. Vtini.* 1637

Philologica.

38 *Allegoria Peripatetica, de Generatione, Amicitia, & Priuatione, ad antiquissimum Epitaphium* Elia Lelia Crispis, *Aristotelicum Ænigma. lib. tres. phil. 46. Criuellar. Pat.* 1640

39 *De Anulis Antiquorum lib. vnus. phil. 33. Schirattus Vtini.* 1640

40 *De Natura, & Arte lib. duo. phil. 10. Schirattus Vtini.* 1640

41 *Encyclopædia ad Aram Lemniam Dosiadæ lib. 1. phil. 10. Clodou. Parisijs.* 1635

42 *Encyclopædia ad Aram Nonarij Terrigenæ lib. 1. phil 25. Criuellar. Pat.* 1630

43 *Encyclop. ad Altare Pythium Optatiani lib. 1. phil. 11. Criuellar. Patauij.* 1630

44 *Encyclop. ad Syringam Publilij Optatiani lib. 1. phil 13. Pasquatus Pat.* 1635

45 *Encyclop. ad Epei Securim lib. 1. phil. 21.* Thebaldinus *Bononiæ.* 1637

46 *Encyclop. ad Alulas Diuini Amoris lib. 1. phil 18. Criuellarius Pat.* 1640

47 *Imitationes figurati metri a Simmia Rhodio inuenti lib. 1. phil. 2. Criuellar. Pat.* 1627

48 *Elogia Clarorum Virorum aui nostri lib. 1. phil. 15. Criuellarius Patau.* 1627

49 *Scholium de Camelo Bulla lib. 1. phil. 3. Criuellarius Patau.* 1627

50 *Historia propriorum operum lib. 2. phil. 8. Frambottus. Pat.* 1634

51 *Vlysses apud Circem, sive de quadruplici Transformatione, deque Transformatis hominibus lib. 1. phil. 8. Schirat. Vtini.* 1634

52 *De Lucernis Antiquorum Recenditis lib. sex. phil. 170. in fol. Schirattus Vtini.* 1652

53 *Hieroglyphica, sive Antiqua Schemata Gemmarum Annularium, Quæsita lib. 1. phil. 120. in fol. Sardi Pat.* 1653

PARATA AD PRAELVM.

Philologica.

54 *Encyclopædia ad Onum Simmiæ Rhodij. Chartarum.* 103

55 *Encyclop. ad Syringam Theocriti Syracusij. chartarum.* 42

Philosophico-Mathematico-Theologica.

56 *Hydrologia Peripatetica: de Maris tranquillitate paranda: de fluminum ortu e montibus lib. 1. chart.* 82.

57 *Balaus, sive de Maris Asphaltitis gravitate, crassitie, salsedine, amaritudine summa, & & alijs attributis ab Aristotele probatis. chartarum.* 143

58 *Tabula ad Prædicabilia, & Prædicamenta. phil.* 8

59 *Ad Prædicabilia Porphyrii Opusculum I. chart.* 27

60 *Ad Aristotelis Prædicamenta Opusculum II. chart.* 42.

61 *Ad libros* Peri hermenias *Opusculum III. chart.* 40

62 *Institutio Syllogistica ex libb.* Prior. Analyticor. *excerpta Opusculum IV. chart.* 68

63 *Prælectiones Pisanæ ad Analytica Posteriora Aristotelis. chart.* 150

Philosophica.

64 *Prælectiones Patauinæ ad primum, & partem secundi, & Octauum librum de Auditu Physico Aristotelis. chart.* 700

65 *Prælectiones ad primum librum de Cælo. chart.* 240

66 *Prælectiones ad duos libros Aristot. de Ortu, & Interitu. chart.* 432

67 *Prælectiones ad primum librum Meteororum chart.* 226

68 *Prælectiones ad tres libros de Anima. chartarum.* 700

69 *Prælectiones ad librum de Sensu, & Sensili. chart.* 248

Medicinalia.

70 *Prælectiones Patauinæ ad primum, & partem secundi libri Aphorismorum Hippocratis. chart.* 228

71 *Prælectiones Patauinæ ad Artem Medicinalem Galeni. chart.* 145

72 *Prælectiones Patauina ad primam Fen primi Canonis Auicennæ. chart.* 162

INCHOATA.

Philosophica.

73 *Quæstionum Peripateticarum libri VI.*

Medica.

74 *De Anatome Viscerum.*

Theologica.

75 *De Ortu Sapientiæ increata ad Cœnobitam Neaoxum Propemptica Paranesis, & alia Octauo-Quæsita.*

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


XXXX 7/93

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google